## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google books

https://books.google.com

17

Digitized by Google

BIBLIOTHEK SCHLOSS GERDAUEN

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

5505. h. 17.

# JURIS-PRUDENTIA QUA PUBLICA QUA PRIVATA.

Digitized by Google

Digitized by Google

# JURIS PRUDENTIA

QUA

PUBLICA

QUA

PRIVATA.

*PRIUS IN QUARTO EDITA,*

NUNC

*PLUS DUPLO ADAUCTA,*

Veriſque tam de Imperialis Majeſtatis ſuprema

Auctoritate, Præeminentia, Reſervatis & Regalibus,

*Nec non*

Statuum Imperij excelſis Prærogativis, & Juribus, uti & diſſenſibus, ac

deciſionibus noviſſimis, & famoſis adornata,

*Quarum Elenchum & ſeriem, inſtar Indicis, ſequentes paginæ exhibent.*

AUTHORE

FRANCISCO FRIDERICO

L. B. & Nobili Domino ab Andlern, S. Cæſar:

Majeſtatis Conſiliario Imperiali Aulico.

*CUM PRIVILEGIO SPECIALI CÆSAREO.*

CAMPIDONÆ,
PER JOANNEM MAYR. ANNO M. DC. XCIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

# PRIVILEGIUM CÆSAREUM.

LEOPOLDUS Divina favente clementia Electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, &c. Rex. Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, ac Würtenbergæ, Comes Tyrolis, &c. &c.

Agnoſcimus & notum facimus tenore præſentium univerſis, quòd cùm nobis Generoſus noſter Conſiliarius Imperialis Aulicus Sacrique Imperij fidelis Dilectus Franciſcus Fridericus Liber Baro & Nobilis Dominus ab Andler, S. R. I. Eques, humillimè expoſuerit, privilegium à Nobis Anno 1671. eidem ſuper *Jurisprudentia* quà *publica* quà *privata* ad decem Annos conceſſum, jam dudum expiraſſe, adeoque ſe conſtituiſſe ad preces & petitionem multorum id deſiderantium modò dictum Tractatum à ſe duplò auctiorem redditum, nunc etiam in folio typis excudendum dare, vereri autem, ne alij librum hunc pariter prælo ſubijciant, vel novam ejuſdem editionem imitentur, atque ipſe nec non Typographus laboris & impendij ſui fructu deſtituatur: demiſsè ſupplicando, quatenus ipſum adversùs ejuſmodi fraudes novo noſtro Privilegio Cæſareo ad decennium pariter præmunire clementer dignaremur: Nos attento laudabili hocce in publicæ rei utilitatem ſtudio ejuſdem precibus benignè annuerimus: Ac proinde omnibus & ſingulis Bibliopolis, Typographis ac Bibliopegis, cæteriſque quibuſcunque rem ſeu negotiationem librariam exercentibus ſeriò & diſtrictè, idque ſub pœna 20. marcarum auri puri inhibuerimus, ac vetuerimus, prout hiſce inhibemus & vetamus, ne eorum quisquam intra decennium proximum, à prima editionis die computandum, præfatum *Jurisprudentiæ* quà *publicæ* quà *privatæ Tractatum* ſine Impetrantis conſenſu, intra Sacri Romani Imperij, Regnorumque ac Dominiorum hæreditariorum fines in ſimili vel alio typo modo vel forma, ſive in toto ſive in parte, mutatisve titulis recudere, vel aliò recudendum dare, invehere, venundare, aut clam vel palam diſtrahere, quovis modo præſumat, omni fraude & dolo ſemoto, hac autem lege addita, ut quatuor ad minimum prætacti Tractatus exemplaria, quemadmodum moris eſt, ad Imperialem noſtram Cancellariam Aulicam mittantur, idemque privilegium hoc noſtrum vel ejus Extractum (ne quis ignorantiæ prætextu ſeſe excuſare poſſit) in fronte impreſſum exhibeat. Quisquis verò interdictum hoc noſtrum neglexerit, is debebit

non

Digitized by Google

non ſolùm ejuſmodi libris perperam quippè impreſſis ſeu adductis privari, (quos nimirum præfatus Liber Baro auxilio Magiſtratus loci, aut ſua quoque auctoritate apprehendere, & ſibi vendicare poterit) verùm inſuper etiam dictâ pœnâ ærario ſeu fiſco noſtro Imp. fraudis vindici & prædicto Baroni ab Andler, ex æquo ſolvenda & numeranda mulctari.

Quapropter mandamus omnibus & ſingulis noſtris, ac dicti Imperij ſubditis, atque fidelibus Dilectis, cujuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis vel præeminentiæ extiterint, præſertim verò ijs, qui in Magiſtratu conſtituti ſunt, & vel ſuperiorum ſuorum, vel ſuo nomine ac loco juris & juſtitiæ adminiſtrationē exercent, ne quenquam hoc Privilegium & Interdictum noſtrum impunè transgredi aut violare patiantur, ſed ſi quos contumaces compererint, præſcriptâ pœnâ plecti, & quibuſcunque rectè fieri poteſt, modis coërceri curent, quatenus & ipſi eandem mulctam evitare voluerint.

Harum Teſtimonio Literarum manu noſtra ſubſcriptarum & ſigilli noſtri Cæſarei appreſſione munitarum. Quæ dabantur in Civitate noſtra Vienna, decima octava Menſis Octobris, Anno Milleſimo Sexcenteſimo Nonageſimo octavo, Regnorum noſtrorum, *&c.*

Leopold.

Vt D. A. C. à Kaunitz.

Ad Mandatum Sacræ Majeſtatis proprium.

Lutzo Dollberg.

Digitized by Google

# ELENCHUS
## *Titulorum ſeu Materiarum, quæ in præſenti Tractatu exhibentur.*


### *Lib. I. Tit. I. Pars I.*

DE Juſtitia & Jure, ubi de diffidationibus, de earum cauſis, frequentiâ, varijs modis, Imp. Friderici contra eas Conſtitutione, nec non Juris Communis.
De remedijs litium inter Summos Principes & Reges, qui ſuperiorem non recognoſcunt.
De Summo Imperio circa Sacra & Religionem, præſertim inter Catholicos.
De Exemptione Clericorum.
De occiſione pro defenſione bonorum, & an occiſio ſui ipſius licitè fiat ex juſſu Judicis.

*Tit. I. Pars II.*

De Religione & ejuſdem unitate, effectûque inter Principem & Populum.
De Conſtitutionibus Receſſuum Imperij in puncto Religionis.
De Concilio Tridentino.
De Confeſſione Auguſtana.
De alijs conciliandæ Religionis medijs.
De Pace Monaſterienſi.
De Judice in cauſis turbatæ Religionis.

*Tit. II. Pars I.*

De origine Juris, & ibi de Pomponio Juris Conſulto, & Statu rei Romanæ, nec non Jure publico.
De Inventore Typographiæ.
De Fundatoribus Romæ, Romulo & Remo: an & quibus legibus initio Civitatis primò vixerit populus.
De determinatione Anni à Numa Pompilio.
De Calendario Imperiali & Gregoriano, & vid. in Epitome R. I. fol. 169.
De annorum Varietate, & ætate noſtrorum Patrum.
De legibus Curiatis & duodecim Tabularum.
De reſponſis Prudentum, ubi de encomijs & Privilegijs Doctorum.
De perſonis Illuſtribus aſſumentibus gradum Doctoratus.
De Doctoribus Bullatis.
De Autoritate Reſponſorum, quæ hodiè à Facultatibus Juridicis prodeunt.

*Lib. I. Tit. III.*

De legibus, quo fine illæ ſint latæ.
De Principe legibus ſoluto & quatenus.
De juramento Principis in leges Regni, ex Privilegijs ab Anteceſſore ſuo datis.
De plenitudine Poteſtatis.
De Juribus Statuum in ſuis territorijs.
De conſuetudine.
De coercitione delictorum involuntariorum.

*Lib. I. Tit. IV.*

De Conſtitutionibus Principum, quando introductæ.
De Lege Regia & Capitulatione Cæſarea.
De Præjudicijs.
De Privilegijs perſonalibus & realibus.
De Monopoliis.
De confirmatione Privilegiorum & eorum interpretatione, nec non Juriſdictione Imperatoris.
De eorum amiſſione.
De obligatione Principis Succeſſoris.
De Exſpectativis.
De Juribus Imperialibus hodiernis.
De Jure Canonico.
De Collegijs opificum.

*Lib. I. Tit. V.*

De Statu hominum, & quotupliciter Verbum Status accipiatur.
De Hominibus Adamicis & non Adamicis.
De Mulieribus & earum capacitate ad Regna & Imperia.
Diviſio hominum in vita Civili & Politica.
De Pontifice & ejus poteſtate in veteri & novo Teſtamento; ubi quoque de odio Pontificis ab illis, qui à Religione Catholica ſeceſſerunt.
De Primatu S. Petri.
De Pontificis Electione antiqua & recentiori, ubi refertur Decretum Gregorij XV. ſuper Electione Romani Pontificis. Plura de Pontifice videantur infra Tit. V. part. VIII.
De officijs Eccleſiaſticis, ubi de Cardinalibus, Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Patriarchis &c. & plura videri poſſunt infra h. t. V. part. VIII.
De Hierarchia in Eccleſia Romana.

*Lib. I. Tit. V. Pars II.*

De Imperatore Romano & Statibus Romani Imperij.
De nomine Cæſaris & Imperatoris.
De præeminentia Cæſaris inter Principes Mundi.
De Titulo Majeſtatis excellentiſſimo modo præ reliquis Regibus ipſi competente.
De Monarchia Romani Imperij, & quibus modis ad eam perveniatur.
De Imperatoribus Auſtriacis: Refertur Electio & Coronatio Imperatoris Mathiæ, nec non Auguſtiſſimi Imperatoris LEOPOLDI fol. 81. ubi quoque *tranſactio inter Electorem Moguntinum & Colonienſem* ratione loci Co-


rona-

Digitized by Google

ronationis habetur, fol. 81. atque coronatio Aug. Imperatricis Eleonoræ & Romanorum Regis Josephi.
Notatur exindè Imperatoris Summa Majeſtas, & præeminentia Romani Imperij.
Recenſentur Varij coronationum & inaugurationum mores & conſuetudines. fol. 107.
Reliqua quæ in Summarijs hujus Tituli habentur à num. 15. uſque 28. videri poſſunt infra Tit. V. parte VIII.

*Lib. I. Tit. V. Pars III.*

De Imperatoria Majeſtate ad Germanos tranſlata, & ad Aug. Domum Auſtriacam.
De Majeſtate, & ejus violatione.
Jura Majeſtatis ab Imperatore directò ſeparari non poſſunt.
Omnia regalia & Jura ab Imperatore promanant, quod ex inveſtituris Statuum Imperij evidens eſt.
Referuntur ſolennitates inveſtiturarum, in ſpecie Electoris Colonienſis, Bavari, Palatini atque Brunſuicenſis.
Deſcribitur Majeſtas Imperatoris fol. 121. prædicatum Majeſtatis, nemini, quàm Eidem & Regi Romanorum, & utriusque Thori Conſortibus in Germania competit.
Diſtinctio inter Majeſtatem realem & perſonalem.
Regalia & reſervata Imperatoris in Eccleſiaſticis & politicis.
De §. Gaudeant 8. Inſtrum. Pacis, & nihilominus elucente Majeſtate Imperatoris.
De Semiſſe Imperiali Votorum in Comitijs.
De plenitudine poteſtatis Imperialis. fol. 127.
Augmenta & decrementa Imperatorum & Statuum Imperij à ſuis principijs.
De Civitatibus Imperialibus.
De concurrentia Poteſtatis Eccleſiaſticæ & Politicæ in uno ſubjecto.
De Concordatis Germaniæ & Annatis.
De jure Vectigalium & Stapulæ.
De declaratione in bannum.
De publicatione Receſſuum Imperij.

*Lib. I. Tit. V. pars IV.*

De Regali ſeu reſervato Imperatoris Poſtarum per totum Imperium Univerſalium.
Fundamenta hujus reſervati ex Conſtitutionibus Imperij, & Capitulationibus Cæſareis.
Univerſali Imperatoris poſtarum Regali per poſtas Statuum Provinciales non eſt præjudicandum, nec ſubtrahenda media.
Eliſio argumentorum, quæ pro extenſione Poſtarum Provincialium adferuntur.

*Lib. I. Tit. V. pars V.*

Cognitio de Feudis Regalibus ad ſolum ſpectat Imperatorem, in poſſeſſorio & petitorio.
Confirmatur per argumenta pro & contra.
Per Conſtitutiones Imperiales, per leges, per Autoritates, per præjudicia Principum jus, das Fürſten-Recht / omni planè fundamento deſtitui.

*Lib. I. Tit. V. pars VI.*

De decem Circulis S. R. I. eorum Directoribus, cauſis & negotijs, limitibus & poteſtate.
Nullum habent in Conſtatus Jurisdictionem, vel Superioritatem.
Non poſſunt nec debent derogare ſupremæ Imperatoris Iurisdictioni,
Circulorum Directores, Duces, Adjuncti & aliæ perſonæ,
Obligati ſunt omnia Suæ Cæſareæ Majeſtati referre & notificare: Multa Imperij membra ſub his circulis non continentur, quorum aliqua recenſentur in Italia.
De Regno Bohemiæ, Ducatu Montpelgard & alijs, de Dantiſco, Elbinga, Epiſcopatu Ultrajectino, Provinciis fœderati Belgij, Principatu Burgundiæ.
Pruſſia, & in eam prætenſiones Ordinis Teutonici.
De Lotharingia, ubi pro moderna rerum facie conſiderandi articuli Pacis Riſvvicenſis de Anno 1697. §. 28. & ſeqq.
Quid juris, ſi Dux Circuli ipſemet alterum de facto invadat, vel limites officij excedat.
Certi limites Circulorum Directoribus in Receſſibus Imperij ſunt præſcripti.
Supervacua eſt Circulorum providentia, ubi jàm per Imperatoris ordinationem periculum eſt averſum.
Si res Circulare auxilium exigat, illud tamen Imperatori ſtatim eſt notificandum.
Determinatum eſt in Conſtitutionibus Imperij, in quibus caſibus Circulorum Directores commiſſam ſibi poteſtatem exercere poſſint.
Ceſſante periculo, omnia Imperatoris ordinationi ſunt relinquenda, qui ſupremus eſt omnium Circulorum Generalis & Capitaneus.
Quando & quomodo Executio Sententiarum Circulorum Directoribus competat.
An aliquis relatus in circulum ſit ſimul Status Imperij, vel eligi poſſit in Præfectum Circuli, qui non ſit Germanus, aut alteri obligatus, & quomodo Epiſcopi Circularia munera obire poſſint.

Poſt hæc in hac parte VI. fol. 160. exhibetur.

Series Imperatorum cum eorum Symbolis à Julio Cæſare uſque ad Auguſtiſſimum Imperatorem Leopoldum, & Aug. Joſephum Regem Romanorum.

*Lib. I. Tit. V. Pars VII.*

Epitome Receſſuum ſeu Conſtitutionum Imperij ſecundum materias ordine Alphabetico digeſta, prout nominatim ſequitur.
Ana-Baptiſtæ.

Ban-

Digitized by Google

Bannum.
Belgium.
Bellum Suecicum.
Blaſphemia.
Braunſchweig.
Bulla Brabantica.
Burgundia.
Calendarium.
Camera Imperialis, ubi quædam fol. 171. de Præſidibus & Aſſeſſoribus Catholicis & A. C. addictis, & tota ordinatione Camerali.
Circuli S. R. Imp.
Collecta, ſive Contributio.
Colloquium, ſivè Concilium.
Defenſio & ſecuritas Imperij.
Deputatio Imperii.
Diffamatio.
Diffidatio.
Embda.
Emigratio.
Executio privata.
Exemptio, ſivè Exemptus.
Fœdus.
Gothici ſumptus.
Intereſſe de Capitalibus, & de ſolutione ſortis & uſurarum.
Landfrid ſive pax publica.
Magdeburgum.
Matricula Imperii & eius moderatio.
Metis, Tullum, Verodunum.
Monaſterium, Epiſcopatus & Civitas.
Moneta.
Monopolia.
Moratorium.
Neutralitas.
Notarius.
Nullitas.
Obligatio.
Ordo Equeſtris.
Originalia.
Pignoratio.
Politia.
Promotoriales.
Regimentum.
Religio.
Reſtitutio in integrum.
Reviſio.
Rotvila.
Seſſio, ſive Controverſiæ propter ſeſſionem.
Seditio Ruſtica.
Succeſſio Nepotum fratribus & ſororibus præmortuis.
Turca.
Typographia.
Vechta.
Vinum.

*Lib. I. Tit. V. Pars VIII.*

De S. R. I. Electoribus, & incidenter iterum de Pontifice & Cardinalibus. *Vid. ſuprà tit. V. part. III.* Numerus Electorum.
Proteſtatio Pontificis non attenta contrà Electoratum octavum, ubi fit mentio de nono, & refertur Diploma Inveſtituræ.
Diſſidia quædam Pontificum & Imperatorum.
Electio Pontificum antiqua & hodierna.
Imperatorum poteſtas in Eccleſias & Eccleſiaſticos.
Concordata Germaniæ, & eorum origo.
Origo, autoritas, prædicata, tituli, numerus, Juriſdictio, habitus S. E. Cardinalium.
Cardinalis Protector. Cardinalis Patronus.
Qui & quare in Collegium Cardinalium, vel omninò non, vel difficulter admittantur.
Diſtinctio Cardinalium & cæremoniarum in eorum creatione.
Pontifex, & ejus præeminentia.
Annatæ.
Conciliorum autoritas, & eorum protectores.
Donationes factæ Pontificibus ſive Sedi Apoſtolicæ, ubi etiam de donatione Conſtantiana.
Imperatorum & Regum poteſtas immediatè provenit à Deo.
Imperatoris jura in feudis Italicis & in Statu Romano.

*Lib. I. Tit. V. partis VIII.* proſecutio.

De S. R. I. Electoribus & Principibus.
Electorum origo, officia, jura, potentia, prærogativæ.
Jura Electoris Moguntini, Trevirenſis, Colonienſis.
De Epiſcopis & ſimul Principibus Imperij, atque ſic conjunctione poteſtatis Eccleſiaſticæ cum ſæculari.
Diviſio Statuum in Eccleſiaſticos & ſæculares, nec non in tria Collegia, atque Statuum requiſita & notæ.
De Electoratu Palatino & Bavarico ex Inſtrum. Pacis.
De Vicariis Imperij, & Controverſia de Vicariatu, nec non confirmatione actuum Vicariatus ab Imperatore.
Electores habent Collegium ſeparatum.
Unio Electoralis.
Rheiniſche Verein.

*Lib. I. Tit. V. pars IX.*

De immediatis, qui non ſunt membra Imperij, & præcipuè de ordine Equeſtri Imperij in Suevia, Franconia & tractu Rheni.
Quibus argumentis ſæpiùs immediati ad ſubjectionem & Landſaſſiatum trahantur.
Argumentum & probationes immedietatis.
Proceſſus & Mandata Imperatorum pro conſervanda immedietate Nobilium immedietatorum.

Non omnes in territorio eſſe etiam de territorio.

Referuntur privilegia immediato ordini Equeſtri confirmata & conceſſa.

### *Lib. I. Tit. V. pars X.*

De Nobilitate mediatâ, cum aliis etiam adhuc adjunctis de Nobilibus immediatis.

Nobiles mediati ſunt Statuum Imperij Subditi, qui tamen ſuis gaudent privilegiis, & plerumque ſunt Status Provinciales.

De Ordinum provincialium deliberationibus, conſiliis & majori vel minori authoritate.

De Votis Majoribus, & in quibus caſibus prævaleant.

Nobilium prærogativa præ Civitatibus & Subditis.

In materia Collectarum præ omnibus habenda ratio conſuetudinis & obſervantiæ.

Sententia ad Concilium ſapientum lata non tranſit in rem judicatam, & quæ fertur ſinè certa quantitate eſt nulla.

Refertur diſpoſitio pro immediato Ordine Equeſtri ex Capitulatione Cæſarea.

Jus Collectandi competens Ordini Equeſtri, & ejus executio, etiam in alieno territorio.

De bonis Equeſtribus à Statibus Imperii acquiſitis, vel ſi in feudum recognita ſint, quomodo morte Vaſallorum Dominium utile cum Directo conſolidetur.

Ob und wie die Landſaſſen und Unterthanen / zu Beſetz- und Erhaltung der Veſtungen und Guarniſonen beyzutragen ſchuldig / *ubi videatur add. tio ad fol. 279.*

### *Lib. I. Tit. V. pars XI.*

De Subditis Statuum Imperii & diverſis eorum ſpeciebus.

De Subditis, quid propriè ſubditum conſtituat.

De ſervitute antiqua & hodierna.

De operis Subditorum & earum licita exactione.

Propter Sævitiam Dominos poſſe Jurisdictione & poteſtate privari, & Vaſallum tam feudalem malè tractantem feudum amittere.

Gravem requiri cauſam ad privationem, & an filios quoque delinquentis tangat.

An Agnatis, devaſtationem feudi Domino non denunciantibus, feudum aufferri poſſit.

Subditi non poſſunt cogi ad operas Dominis locandas, niſi cum propriis non detinentur, & extraneis illas locare velint, tunc enim Dominus præfertur.

Leibeigene ſunt ferè hodiè adſcripti glebæ, & vindicari à Dominis poſſunt.

Debitor non ſolvendo exiſtens, qui olim adjudicabatur Creditoribus, hodie habet beneficium Ceſſionis.

Quid de Carceratione debitorum, den Schuldthurn / Statuendum.

### *Lib. I. Tit. V. pars XII.*

De Patria poteſtate.

Par reverentia utrique parenti debetur, Matri tamen poteſtas in liberos non competit, & quare?

Licet ſublati ſint quidam effectus patriæ poteſtatis ex Jure Romano, tamen multi adhuc ſuperſunt.

Pater poteſt vindicare filium apud alium exiſtentem, nec vindicationi obſtat, ſi pater à ſacris alterius Religionis ad fidem Catholicam ſe convertat.

Pater cogi non poteſt, ut filium emancipet, niſi raris caſibus

Quare olim patri fuerit conceſſum Jus vitæ & necis in liberos.

Liberi cavere ſibi debent à maledictione paterna.

Infantes Judæorum Parentibus invitis aufferri & baptizari non poſſunt.

### *Lib. I. Tit. V. pars XIII.*

*De Adoptionibus*, quæ hodie non ſunt ampliùs in tam frequenti uſu, licet olim per adoptionem Imperatores facti ſint, ubi enarrantur variarum Gentium exempla.

Adoptivi ſimiles ſunt liberis ex duobus matrimoniis natis, per unionem prolium, Ein Kindſchafft / unitis, cujus forma, ſicut etiam adoptionis, refertur.

Adoptionis & Arrogationis differentia, & quibus perſonis utraque permiſſa vel non, & qualis utriusque effectus.

### *Lib. II. Tit. I. pars I.*

De Tutela & Cura, nec non actionibus inde provenientibus.

Fundatur hæc materia in jure Naturali, Civili, & Receſſibus Imperii.

Magiſtratus magna circa pupillos debet eſſe cura, nec licet Tutori ſinè ejus decreto adminiſtrationem capeſſere.

Tutor non poteſt alienare bona ſine decreto; tenetur præſtare juramentum Tutorium, grave eſt ejus officium.

Reges & Duces non excipiuntur à præſtandis Tutelæ requiſitis.

Filii Electorum anno 18. ad gubernationem admittuntur.

Reliqui verò Principes non niſi ex ſpeciali privilegio, vel impetrata veniâ ætatis.

Creditor pupilli vel debitor poteſt tamen eſſe tutor teſtamentarius.

Tutela legitima defertur proximiori Cognato vel Agnato, & inter plures concurrentes, magis idoneo defertur adminiſtratio, ita tamen, ut Mater vel Avia, ſi velit, omnibus præferatur.

Vaſallo impuberi datur Tutor à Judice ordinario.

Si pupillus diverſos habeat Judices à Judice Domicilij Tutor conſtituitur.

Inter plures Tutores ille primò conveniendus, qui adminiſtravit, & eo mortuo, non ejus hæres, ſed Contutor eſt conveniendus.

Tutor otioſam pecuniam pupilli relinquere non debet.

De Salario Tutoris.

Tutori, tanquam patri, mandata ſinè clauſula de exhibendis pupillis decernuntur, non obſtante Religionis diverſitate.

Mater Tutrix ſola adminiſtrare, vendere, & & tranſigere poteſt, ſi jam à Defuncto contractus vel hypotheca provenit, & conſequenter alienatio neceſſaria eſt.

Reſtitutio vel nullitas non attenditur, niſi merita cauſæ concurrant.

Si contra plures diverſi fori tutores agatur, fundata eſt immediatè Imperatoris Jurisdictio, etiamſi contra illos, & contra eum qui negotia pupilli geſſit, diverſis actionibus actor experiatur.

Vitrici bona, qui Viduam Tutricem duxit, pupillis tacitè ſunt obligata.

Imperatoris Jurisdictio fundatur, ſi res in diverſis territoriis ſint ſitæ, quod etiam procedit in nominibus debitorum.

Proteſtatio, *quatenùs & in quantùm* quid operetur?

Si actor, ad fundandam Cauſæ contingentiam, actionem contra plures inſtituit, non poteſt poſtea reliquos dimittere, & actionem contra unum proſequi; quod tamen favore pupillorum, & propter actionem Tutelæ hic ſpeciale eſt.

### *Lib. II. Tit. II.*

Proſecutio de Materia Tutorum, & Patre bona filij adventitia adminiſtrante.

Nec pater, nec ejus relicta vidua vel filia, ad rationes reddendas tenentur; præſertim ſi pater à Teſtatore, qui filium heredem inſtituit, ab illis fuit liberatus.

Etiam de jure Communi pater, nec ad inventarium, nec ad reddendas rationes, obligatur filio.

Heredes Tutores non tenentur edere libros, ſi juratò affirment, ad ſe non perveniſſe; In adventitiis filij debetur patri uſusfructus.

Inter Conſanguineos ſufficit præſumptiva probatio bonæ adminiſtrationis.

Arreſtum iniquum ſtatim eſt relaxandum.

Tutores, ſub prætextu officii, non debent alteri injuriam inferre, ſecus ex proprio tenentur.

### *Lib. II. Tit. III.*

*De Judiciis*, ubi de Judiciorum Conſtitutione, neceſſitate, & obſervantia in omnibus Rebus-publicis.

Principes diſtribuunt Jurisdictionem & judicia, reſervatâ ſibi ſuperioritate.

Olim Imperatores ipſi judicabant, ſed poſteà, propter molem graviorum negotiorum, Tribunalia ſunt inſtituta.

Concilii Imperialis Aulici antiquitas, & quod hoc Judicium cum Iudiciis omnium locorum & temporum poſſit comparari.

Eius Viſitatio, exercitium Iurisdictionis, etiam in Comitiis, eius ordinatio, eiuſdem perſonæ, & earum dignitates, & qualitates, nec non Religio.

Hoc conſilium neminem ſuperiorem agnoſcit præter Cæſaream Maieſtatem.

Cum Iudicio Imperiali Aulico Camera in quibuſdam cauſis nullam habet concurrentiam.

Si de præventione lis ſit, illa vel per documenta litis pendentiæ, vel per mandata expeditur.

In Iudicio Aulico ſæpè Commiſſiones ad cauſarum cognitionem decernuntur, quod locum nullum habet in Camera.

Imperator decernit ad Cameram reſcripta & inhibitiones pro excitanda juſtitia.

Iudicia non ſunt eludenda.

Iudex nec Amicos nec Inimicos curare debet, ſed ex integritate & juſtitia procedere, & hinc pro eo eſt præſumptio boni viri.

### *Lib. II. Tit. III.*

*Proſecutio de Judiciis*, ubi de Cancellaria Imperiali, & ejus perſonis, ordine expeditionis, Procuratoribus & Agentibus.

De cauſis fundantibus jurisdictionem Iudicii Imperialis, ubi de cauſis ſpectantibus ad pacem Religioſam, Criminalibus & Matrimonialibus.

Cauſæ graviores ad Imperatorem cum voto referuntur, à quo tamen Conſilium ſecretius non facilè diſcedit.

Statuum privilegia primarum inſtantiarum illibatè ſunt obſervanda, ubi etiam de beneficio Electionis fori.

De Iudicis officio in perlegendis actis, & legum peritia.

An liceat judici ſequi Sententiam probabilem,



Digitized by Google

relictâ probabiliori, & quando æquitatem ſequi poſſit.

An detur caſus pro Amico, ſtantibus argumentis æqualibus.

An Judex ſecundùm conſcientiam an ſecundùm acta & probata debeat judicare.

*Lib. II. Tit. IV.*

De Senatoribus & eorum officio, de cauſa efficiente, ætate, Salario & Numero.

De hodierno Senatu Romano.

Omnes Magiſtratus conſtituuntur ab Imperatore, ſed alii pro tractandis negotiis publicis, alii pro privatis.

Conſiliariorum honor & præcedentia.

Meliorem eſſe Statum Reipublicæ ſub malo Principe cum bonis Conſiliariis, quàm écontra.

An expediat Principi Regimen auſpicanti prædeceſſoris ſui Conſiliarios mutare, an retinere.

Conſiliariis liberale ſalarium eſſe conſtituendum; An & quando Senator vel Conſiliarius ab Officio poſſit ſuſpendi vel removeri.

*Lib. II. Tit. V.*

De Jurisdictione, & ejus Cauſa efficiente, de gradibus & diverſis Magiſtratibus, de Univerſali & particulari, ſummâ vel ſubalterna.

De ejus acquiſitione, probatione & prorogatione.

In uno loco diverſa jura plures Domini exercere poſſunt.

De evocatione ad extranea Tribunalia, & privilegiis de non evocando, ubi de mandatis decernendis contrà evocantes.

Actiones reales in loco rei ſitæ inſtitui debent.

A Jurisdictione criminali ordinariè perſonæ Illuſtres & immediatæ ſunt exemptæ, à ſolo Imperatore judicandæ.

Quid ad Jurisdictionem criminalem vel Civilem pertineat, ex obſervantia cujusque loci eſt decidendum.

Jurisdictio Criminalis ſola non infert ſuperioritatem, ſed qui Jurisdictionem Civilem habet, dicitur Dominus Terræ.

Remedia contra turbantem alterius Jurisdictionem.

Jurisdictione ſimpliciter conceſsâ Caſtro, venit etiam merum Imperium.

Ab una ſpecie Jurisdictionis non infertur ad aliam.

*Lib. II. Tit. VI.*

De *pœna evocantis* extrà Imperium, & actione fiſcali.

Status Imperii ſunt ubivis locorum liberi & immunes, etiamſi feuda alibi poſſideant.

Officiales non poſſunt in præjudicium Imperii, & Domini ſui Jurisdictionem prorogare, nec per reconventionem.

De conſenſu ad delictum jam conſummatum & de ratihabitione.

Dolus contrariis præſumptionibus excluditur.

Bona poſſunt in Imperio poſſideri & onera ferri, licet perſona non ſit ſubjecta, ſi Domicilium in Imperio non habeat.

Sola poſſeſſio bonorum ſubditum non facit, niſi decennio ibidem habitaverit, & ubi quis domicilium fixiſſe videatur.

In Brabantia Vaſalli & alii non poſſunt poſſidere bona ſinè perſonali ſubjectione, quod idem ferè obſervatur in Landſaſſiis in Imperio.

Pro territorio militat præſumptio ſubiectionis, & poteſt quis eſſe diverſo reſpectu mediatus & immediatus.

A dolo fatua cauſa excuſat.

*Lib. II. Tit. VII.*

Vaſallus non ſubiicitur Domino perſonaliter.

In dubio præſumitur pro immedietate.

Prorogatio Jurisdictionis in præjudicium ſuperioris non valet. *Vide ſupra tit. 1.*

Principes poſſunt compellere ſubditos, ut litibus coràm exteris renuntient.

Judices ſibi invicem debent ſuccurrere in executionibus ſententiarum, præſertim ſi requirantur.

Exceptionem nullitatis etiam executor ſententiæ attendere poteſt.

Remiſſio exceptionum contrà executionem oppoſitarum ad Judicem pronuntiantem, inter Judices ſubalternos obtinet.

*Lib. II. Tit. VIII.*

Traduntur plura de Jurisdictione veteri Romana & hodierna, ſuperiori & inferiori, feudali & patrimoniali, Eccleſiaſtica & temporali, nec non de officio Judicis.

Collectas quoque à Jurisdictione dependere, & quatenus jus collectandi Statibus competat, & *vid. ſuprà lib. 1. tit. v. part 8. fol. 248. in add. t. & infrà tit. 9. n. 38.*

De actionibus contra vel pro collectis, probationibus, cataſtris, libris æſtimi, poſſeſſione, præſumptione, præſcriptione.

*Lib. II. Tit. IX.*

De collectatione forenſium, ubi de collectis bonorum Eccleſiaſticorum, uſu & conſuetudine collectandi, collectis Turcicis.

Referuntur argumenta forenſium.

De

Digitized by Google

De præſcriptione in materia Collectarum.

Proteſtationem præmiſſam metum non probare, nec vim compulſivam excludere voluntatem, præſertim ubi Magiſtratus auxilium poteſt implorari.

Canonis redintegrandæ requiſita, & cui competat.

Tacens non videtur conſentire in re magni præjudicii.

Proteſtatio vel contradictio extrajudicialis non interrumpit poſſeſſionem.

Negligentia inferioris non nocet Principi in jure collectarum.

Duo modi collectandi in Imperio uſitati.

Forenſis & ſubditus quo ſenſu accipiantur.

De collectis hodierni Imperii ordinariis.

De collectis bonorum mediatorum & immediatorum.

Jus collectandi non amittitur ſolo non uſu.

Verba Urbanitatis non præjudicant.

Poſſeſſio libertatis ad caſus belli non extenditur.

Libri æſtimi quantum probent.

Ex generali conſuetudine hodiè bona in loco rei ſitæ collectantur.

## *Lib. II. Tit. X.*

De *Jurisdictione Statuum in Subditos*, quod non poſſint proceſſum ab executione inchoare, ſed ſubditi poſſint ad Imperatorem recurrere.

Principes habent privilegium Auſtregarum, etiam hoc in caſu, præ aliis Statibus inferioribus.

Non à Citatione ſed ab interlocutorio demùm poteſt appellari.

Principis Decretum extrajudiciale eſt provocatio ad Judicium primæ inſtantiæ.

Remedium Canonis redintegrandæ etiam pro recuperatione rerum mobilium adhiberi poteſt.

Subdito contra Dominum proceſſus petente ſæpiùs ſcribitur pro informatione.

Feudum abſque conſenſu alienatum à Domino propria autoritate recuperari poteſt.

Feuda Imperialia Majora vix hodiè ex antiquo jure feudorum cenſentur.

Sententia ferenda eſt, ſi Cauſa ſit inſtructa, etiamſi modò proceſſus petantur.

## *Lib. II. Tit. XI.*

De *Edicto. quod quisque juris &c.* & de *citatione* & *libello*, ubi de jure retorſionis, & de antiquo jure citationis.

Actionis Editio quomodo hodiè fiat, & de citatione reali, verbali, ſcripta, vel Edictali.

De inſinuatione nuntiorum, & quatenùs illis credatur.

De præventione & litis pendentia nec non litis conteſtatione, de qua *vid. etiam infra tit. 18.*

De citatione Judicis Delegati, vel Arbitri, & quod citatio nunquam poſſit amitti.

## Continuatio hujus
## *Tit. XI. de Libello.*

*Libellus* hodiè ſimul cum ſupplicâ pro proceſſibus debet produci, quomodò dividatur, concipiatur, & quæ ſint ejus requiſita.

De libello in actionibus ſpecialibus & univerſalibus, ubi refertur cautela & præjudicium.

De libello in actione reali, & alternativo.

De mutatione libelli.

## *Lib. II. Tit. XII.*

De *Satisdationibus*, *Feriis*, nec non *Terminis* & *Dilationibus*.

Referuntur variæ cautionum ſpecies, & quid Actor, quid Reus præſtare debeat.

Præcavendus eſt Cautionis abuſus, & litis per eam protractio, & quod Cautio ante litem conteſtatam peti debeat.

Quando Actor vel Reus in Judicio ſit favorabilior.

An & quandò debitor poſſit arreſtari, &, ſi lite pendente immobilia alienentur, vel poſſidens immobilia ſit obæratus.

## Continuatio hujus
## *Tit. XII.* De *Feriis*.

Citatus ad diem feſtum ad comparendum non tenetur.

De feriis Judicij Imperialis Aulici, & Cameræ Spirenſis, Meſſium & Vindemiarum.

Renuntiari poteſt à partibus feriis humanis, ſed non Divinis.

## *Proſecutio hujus Tit. XII.*
## *De Terminis, Dilationibus, & prorogationibus.*

Termini ſerviunt pro abbreviandis litibus, & datur aliquando contrà eorum lapſum reſtitutio, quia aliàs lapſus termini vim ſententiæ obtinet.

Procuratori novus terminus non conceditur, Si à Defuncto jàm fuit in cauſa ſubmiſſum.

De arbitrio Judicis circa terminos.

Quid in quovis termino obſervandum & *vid. infra Lib. II. Tit. XXXV.*

De rotulo teſtium & publicatione atteſtationum.



Digitized by Google

De Terminis in cauſis Appellationum & mandatorum.

*Lib. II. Tit. xiij.*

*De rerum Diviſione.*

De Dominiis rerum & quo jure introducta.
Reſpublicæ, Sacræ, Eccleſiaſticæ, Sanctæ, cuivis propriæ.
De donis pro officio ſpirituali.

*Continuatio Tit. xiij.*

De donationibus inter vivos & mortis cauſa, qualis præſumatur, & quæ actio utrobivis detur.
De reſervatione donantis & ejus effectu.
De dote & ejus augmento.
Pactis dotalibus hodiè datur hæreditas.

*Lib. ij. Tit. xiv.*

*De heredum conventorum exceptionibus, & ſucceſſionibus ab inteſtato.*

De Delatione hæreditatis, exceptione rei judicatæ, aditione hæreditatis, & ejus probatione, de exceptione non ſum ſolus heres, beneficij legis & inventarij.
Inventarium quomodo conficiendum & quid de jurata ſpecificatione.
De lege Anaſtaſiana, & quibuſdam quæſtionibus hic occurrentibus.
De mutatione teſtamenti reciproci à ſuperſtite conjuge.
An querela teſtamenti inofficioſi transmittatur.
Per pacta dotalia prius teſtamentum evertitur.

*Lib. ij. Tit. xv.*

*De jure dotium.*

De quarta Viduæ inopis ex bonis mariti, vel econtra Mariti inopis ex bonis Uxoris.
An detur electio inter dotalitium & quartam.
In cauſa dotalitij non habent locum Auſtregæ.

*Lib. ij. Tit. xvi.*

*Continuatio materiæ de jure dotium.*

De lamentationibus Viduarum dotes repetentium, & de favore dotium in feudis, fideicommiſſis, & contra tertium poſſeſſorem. *& vid. infrà tit. 17.*

*Lib. ij. Tit. xvij.*

*Amplior continuatio de jure dotium.*

De retentione bonorum feudalium ob prætenſiones dotales.
Virtus & efficacia conſtituti poſſeſſorij.
De apprehenſione feudi propriâ autoritate.
De probatione illatæ dotis.
Filius tenetur ſolvere debita patris ex feudo.
Morgengab quoque tacitam habet hypothecam.

*Lib. ij. Tit. xviij.*

*De diviſione hæreditatis, & corrigenda læſione.*

De reſtitutione Minoris, & æqualitate obſervanda.
Inter fratres omnis diviſio læſiva corrigenda, & quid de melioramentis ab altero factis.

*Lib. ij. Tit. xix.*

*De Transactionibus.*

De nomine transactionis, materia, requiſitis, ſcientia juris alieni.
De tentamine concordiæ.
De adhortatione vel compulſione ad tranſigendum.
De Contraventione transactionis, & actione adverſùs contravenientem.
De perſonis tranſigentibus.
De transactione juramento corroborata.
De læſione enormiſſima, vel doloſa.
De transactione ex falſa cauſa vel errore.

*Lib. II. Tit. XX.*

*De Reviſionibus.*

In Conſilio Imperiali Aulico obſervantur accuratè formalia reviſionis in R. I. anno 1654. præſcripta, exceptis perſonis.
Reviſio eſt remedium odioſum, & contra tres conformes non admittitur.
Cognitio, an reviſio ſit frivola vel caluminioſa, pertinet ad reviſores.
Reſtitutio in integrum adverſus lapſum fatalium reviſionis non datur, ſed ignorantia vel negligentia Procuratoris nocet principali.
Reviſio & nullitas non poſſunt cumulari niſi alternativè, nequè nullitas contra ſententias ſupremorum Tribunalium proponi poteſt, niſi per viam reviſionis *& vid. tit. ſeq. n. 11. & 12.*
Reviſio non habet effectum ſuſpenſivum.

*Lib. II. Tit. XXI.*

*De Exemptione, Reſtitutione, Nullitate & Metu.*

De ſententia in contumaciam lata, & ejus, nec non ipſius contumaciæ, effectu & nocumento.



Digitized by Google

De metu juſto, durante, & ejus probatione.
De recuſatione Judicis.
De Nobilitate Equeſtri Imperij, & ejus immedietate, non obſtante argumento territorii. *Vid. ſuprà lib. 1. tit. 5. part. 9.*
De nullitate & reſtitutione in integrum.
De transactione ex falſa cauſa vel metu. *Vid. ſuprà tit. 19.*

## *Lib. II. Tit. XXII.*

***De retractu,* ubi de retractu gentilitio & feudali.**

Si res pendente retractu pereat, & de attendenda conſuetudine locorum.

## *Lib. II. Tit. XXIII.*

***De apprehenſione & poſſeſſione feudi.***

Quando Vaſallo contra Dominum decernatur mandatum reſtitutorium, & quid Vaſallus probare debeat.
De juſta & licita Domini apprehenſione.

## *Lib. II. Tit. XXIV.*

***De Succeſſionibus in feudo & probatione filiationis & agnationis***

Legitimitas probatur documentis, & eſt præſumptio pro matrimonio.
De probatione Genealogiæ, & quod probatio non debeat eſſe ambigua ſed concludens.
In antiquis admittuntur leviores probationes.
Inter duas præſumptiones eligenda eſt illa, quæ excludit delictum.
Filius non poſſidens, ſed agens, non præſumitur legitimus, ſed probare debet.
In feudo novo conceſſo ut antiquo, an Agnati collaterales ſuccedant.

## *Lib. II. Tit. XXV.*

***Continuatio de Succeſſione in feudo, & probatione Agnationis.***

De probatione per Genealogiam, per inſtrumenta, per teſtes, per identitatem inſignium.
Agnati tenentur probare conſanguinitatem per ſingulos gradus, usque ad gradum, de quo quæritur, & quidem deſcendentiam legitimam, quæ in actore non præſumitur. *& vide de his omnibus tit. præced.*

## *Lib. II. Tit. XXVI.*

***Continuatur materia de probatione Agnationis, filiationis & legitimationis.***

Ubi multa allegantur de Genealogiis, & Studij Genealogici utilitate, nec non probatione librorum Genethliacorum & Chronicorum.
De probatione famæ communis.
De Agnatione parentum & propinquorum, nec non tractatione matrimoniali.
Inſtrumenta inter ſe pugnantia nullius ſunt momenti.
Clauſula *ex certa ſcientia* non operatur, quoad incognita.
Favori antiquitatis non eſt nimium attribuendum.
Si matrimonium non probetur, filius potiùs præſumitur ſpurius.
Suſpectum eſt inſtrumentum, cujus fides multis objectionibus impugnatur.
Naturales, etiam per ſubſequens matrimonium legitimati, ſi ex fœmina, conditione & vita ſimul vili proveniant, non admittuntur ad feuda dignitatem annexam habentia, *vid. ulteriùs infrà tit. 30.*

## *Lib. II. XXVII.*

***De transactione ſuper feudo & quatenùs illa obliget.***

In feudo antiquo ſucceſſori non obſtat nec delictum nec transactio patris.
In feudo novo alia eſt ratio, in quo ſucceſſores ad omnia debita & pœnas primi acquirentis tenentur, non obſtante, quod in literis inveſtituræ fiat mentio feudi antiqui.
Vaſallus propter æs alienum feudum vendere & alienare poteſt, ut ipſius filii illud revocare nequeant, quæ ſententia multis textibus & rationibus confirmatur.
Legitimati per ſubſequens matrimonium non niſi in certis circumſtantiis ſuccedunt.

## *Lib. II. Tit. XXVIII.*

***De ſucceſſione in feudo & ejus venditione.***

Si feudum conceſſum ſit cum facultate alienandi, tamen in præjudicium vocatorum non valet, quia alienatio repugnat naturæ feudi, niſi Dominus, conceptis verbis, cum tali præiudicio, illam conceſſerit.

## *Lib. II. Tit. XXIX.*

***De amiſſione feudi propter neglectam inveſtituræ renovationem.***

Vaſallus non requirens feudum inter annum & diem illud non amittit, ſi non faciat ex contemptu Domini, & Vaſallo mortuo contra filios privatio non habet locum.
Mora purgatur ſi Vaſallus ſponte ſua, antequam à Domino in jus vocatur, inveſtituram petat.
Scientiam feudalitatis Fiſcus contrà Vaſallum probare debet, & ignorantia hæredes non excuſat.



Digitized by Google

Alia eſt diſpoſitio juris feudalis in filiis, quàm in Agnatis.

Lib. II. Tit. XXX.

*De Succeſſione illegitimatorum & Legitimatorum in feudis*

Proles adulterinæ non gaudent privilegiis ſubſecuti poſteà matrimonii, cum adulterium ſit graviſſimum crimen, propter quod Vaſallus feudo privatur, & infamis efficitur.

Patris delictum etiam excludit filios, & adulter hic dicitur etiam ille conjugatus, qui cum ſoluta ſe commiſcet.

Filius adulteri, etiamſi mortuâ uxore Legitima ex pellice matrimonio junctâ progeneratus ſit, nihilominùs privilegiis Legitimatorum non gaudet, cujus rei ratio aſſignatur.

Naturales per ſubſequens Matrimonium legitimati, in feudis tamen non ſuccedunt, præſertim in feudis illuſtribus, & ſi Mater ſit infimæ Conditionis. *& vid. ſupra tit. 26.*

Lib. II. Tit. XXXI.

*De Jurisdictione Imperatoris in controverſiis feudorum Regalium.*

Jurisdictio in Controverſiis ſuper feudis Regalibus ſolius eſt Imperatoris, pro ut ſupra latè deductum eſt, *lib. 1. tit. 5. part. 5.*

Jurisdictio Univerſalis, ſuper omnes perſonas & cauſas, pertinet ad Imperatorem, ubi oſtenduntur pernitioſæ conſequentiæ, ſi illa affligatur.

Directoribus Circulorum committitur executio ſententiarum Imperialium, & ad eam faciendam mandatis pœnalibus S. C. poſſunt compelli.

De Commiſſario Catholicæ Religionis inter Status unius Religionis.

Super poſſeſſorio prius eſt pronuntiandum, neque quoad inveſtituram & poſſeſſionem conſequendam opus eſt proceſſu formali.

De Succeſſione lineali ex effectu inveſtituræ ſimultaneæ.

Titulus requiritur, & titulata poſſeſſio eſt manutenenda.

Lib. II. Tit. XXXII.

*De Erectione Dominij ſeu boni Equeſtris in Comitatum Imperij, & de translatione collectarum.*

Refertur privilegium Ordinis Equeſtris in puncto collectarum, & an poſſit illi præjudicari, quod deducitur per varia argumenta.

Conſideratur ſuprema poteſtas Imperatoris, & præjudicia.

Privilegia non ſunt interpretanda contra concedentem.

Controverſia hæc eſt amicabiliter compoſita.

Lib. ij. Tit. xxxiij.

*De primogenituris & fideicommiſſis.*

Primogenituræ jura apud omnes gentes obſervantur, quod variis exemplis demonſtratur.

Primogenitura fundatur in jure Divino, Naturali, & Gentium.

Fratribus ſecundò genitis, qui vocantur Cadetti abgetheilte Herren / conſulitur per appanagium, habita ratione perſonarum & facultatum.

De Conſtitutione primogenituræ, & de differentia inter primogenituram, Maioratum, & fideicommiſſum.

De prælatione filiæ ultimi defuncti, excluſis tantiſper Agnatis, præſertim ſi utilitas publica id ſuadeat; Nam aliàs Agnati ſemper præferuntur, *prout etiam hoc in caſu eſt deciſum.*

Lib. ij. Tit. xxxiv.

*De Fideicommiſſis.*

Ubi latè tractatur quæſtio de filiarum excluſione in favorem ſubſtituti.

Lib. ij. Tit. xxxv.

*De ſucceſſionibus in fideicommiſſis nec non de crimine fractæ pacis, alienatione, & diſtinctione primogenituræ à Majoratu.*

Mandata cum vel ſine Clauſula in cauſis fractæ pacis, pro circumſtantiis facti, decernuntur, & nec Minorennibus in hoc crimine parcitur.

In crimine fractæ pacis fundata eſt jurisdictio Imperatoris, etiam contra mediatos, & citatio judicis ordinarij, quoad intereſſe privatum & Civile, non impedit perſecutionem publicam apud ſupremum Judicem.

Qui pro defenſione rerum ſuarum arripit arma, non committit crimen fractæ pacis.

Prorogationes terminorum quomodo concedendæ.

De originali & Exemplo.

Filius alienationem fideicommiſſi à patre factam revocare poteſt, ubi eliduntur argumenta contraria.

Repræſentatio in ſucceſſione fideicommiſſi vel Majoratus non habet locum.

Pri-

Digitized by Google

Primogenituræ & Majoratus ſigna & differentiæ.

## Lib. II. Tit. XXXVI.

### De diffidationibus & præſcriptionibus.

Cauſæ petitorij & poſſeſſorij ſunt connexæ, & ubi utraque debeat determinari.

Lis pro conteſtata habetur, ſi tractentur merita cauſæ, non attentâ proteſtatione.

Lis debet determinari, ſi de injuſtitia actoris conſtet, non attento eo quod reus petit.

Antiquitatis effectus & admiſſio leviorum probationum.

Poſteriores inveſtituræ probant, ſi prima non reperiatur.

Contra Agnatos feudum non præſcribitur, ſi illud ipſis nondum ſit acquiſitum, & illorum præſentia in contractu ipſis non nocet, ſi doloſè non tacuerunt, vel celebrarunt actum conſenſum inferentem.

Non ultimo poſſeſſori ſed primo acquirenti in feudis ſucceditur.

Mille annorum præſcriptio cum mala fide non procedit.

Hiſtoricis in rebus arduis & in præjudicium tertij non creditur *vid. tamen n. 58.*

Tranſactio non præbet novum titulum, nec mutat præcedentem titulum vitioſum.

Examinantur Tranſactionis requiſita, *& vid. ſupra tit. 19.*

Spoliatus, & non priùs reſtitutus, non tenetur reſpondere oppoſitis exceptionibus.

De diffidationibus jam olim prohibitis & de arcibus prædatoriis, quæ diu non potuerunt abrogari, *& vid. ſuprà lib. I. tit. I. part. 1. & in Epitome R. I. verbo Diffidatio fol. 188.*

Ex conſtitutione R. I. de anno 1495. nulla poteſt moveri ampliùs lis de diffidationibus præteritis.

Principes tenentur territorium ſuum purgare malis hominibus, aliàs deprædatis tenentur ad reſarciendum damnum.

Tranſigere Vaſallo licet etiam in præjudicium Agnatorum, *& vid. ſupra tit. 27.*

Metus per ſententiam Amicorum excluditur, & non ex omni metu datur reſtitutio, *& vid ſupra tit. 21.*

Proteſtatio præſertim ſecreta quid operetur.

## Lib. II. Tit. XXXVII.

### De fracta pace.

Hoc crimen immediatè fundat Juriſdictionem Imperatoris contra mediatos & immediatos, *prout deductum modo ſuprà tit. 35.*

Læſus per crimen fractæ pacis poteſt ſe ipſum defendere, & res ablatas armata manu recuperare.

Pacifragus, pro arbitrio Actoris, poteſt vel coram ſuo ordinario, vel coram Imperatore immediatè conveniri, nec ulla exceptio fori, nec privilegium poteſt opponi.

Si in cauſa Mandati fertur ſententia, cauſa principalis remittitur ad ordinarium.

Actor poteſt vel ad pœnam & damnum ſimul, vel ad reſtitutionem damni tantùm principaliter agere.

Lite in Camera cœpta non poteſt actor ad ablata civiliter agere coram ordinario.

Fiſco apud ordinarium criminaliter agente, poteſt tamen læſus ad reſtitutionem ablatorum coram Imperatore pacifragum convenire.

Abſoluto pacifrago à Citatione nihilominùs in cauſa mandati proceditur.

De vi publica & ejus requiſitis, atque ſpeciebus, Statt / Burg und Hauß-Frid-Bruch.

Occupans rem ſibi debitam propria autoritate illam amittit, licet aliqui hanc diſpoſitionem abolitam eſſe dicant.

## Lib. II. Tit. XXXVIII.

### De Interdictis.

Interdictorum ratio veriſimilis eſt cum proceſſu hodierno mandatorum.

Diviſio poſſeſſorij in ordinarium & Summariſſimum.

Diviſio Interdictorum.

Quæſtio proprietatis poſſeſſionem abſorbet, ſed non è contrà.

Cui inter duos litigantes in poſſeſſorio retinendæ adjudicanda poſſeſſio.

Nullitates inſanabiles intra 30. annos poſſunt proponi, & Judex ex officio nullitatem debet attendere.

Injuſtitia notoria ſinè appellatione devolvit cauſam ad Superiorem, qui non tàm deſertionis, quàm iniquitatis debet habere rationem.

## Lib. II. Tit. XXXIX.

### De Societate, Compromiſſo in Arbitros, Laudo & ejus impugnatione.

Diſtinguitur inter Arbitrum & Arbitratorem.

Partes aliquando poſſunt cogi ad compromiſſum.

Non poteſt peti reductio à laudo niſi in caſu enormiſſimæ læſionis, aut doli vel ſordium, præſertim ſi compromiſſum ſit pœnale.

Pœna ſemper à contraveniente eſt perſolvenda.

Si arbitri diſſentiant eligendus eſt tertius.

Uno Socio mortuo diſſolvitur Societas, nec præſumitur continuata, & finitur etiam variis aliis modis inter viventes.

Tutor tenetur ad dolum, latam & levem culpam, in Nominibus à ſe contractis, ſed in Exactione nominum paternorum tantùm de lata.

Negligentia in non exigendo, ab allegante probari debet.

Tutor non tenetur emere prædia ex pecuniis pupillaribus, ſed poteſt illas credere ſivè mutuò dare & ſufficit talis diligentia, qualem rebus ſuis bonus paterfamilias exhibet.

Tutor qui adminiſtravit, primò excutiendus eſt.

Advocato prævaricatori, tanquàm infami, non creditur, nec confeſſio morientis vel judicis vel Advocati tertio præjudicat.

*Continuatio Materiæ de Societate & actione Creditorum contra Socios.*

Querela nullitatis contra ſententias ſupremorum Tribunalium non admittitur, & nullitates primæ inſtantiæ non attenduntur, ubi conſtat de meritis cauſæ.

De Cumulatione querelæ nullitatis & Reſtitutionis in integrum.

Contumax omni beneficio nullitatis, reſtitutionis, & reviſionis privatur.

Nullitas non impedit executionem, niſi ſit notoria.

Non eſt neceſſarium, ut Societas diſſolvatur per publica proclamata, vel ſignum illius tollatur, ſed poteſt etiam fieri aliis modis.

Societas iniri poteſt, ut alterius Capitale ſemper ſit ſalvum, & ipſe certum intereſſe percipiat.

Alter ex Sociis non obligatur ex contractu alterius, vel etiam Inſtitoris, ſi forma & Conditiones ſocietatis non ſint obſervatæ.

Socius contrahens nomine proprio non obligat conſocium, etiam ſtante Societate.

De literis oblatoriis & Circularibus in contractu Societatis.

Creditor Conditiones Societatis & modum præpoſitionis debet indagare.

Socius qui adminiſtravit, priùs debet conveniri & excuti.

## *Lib. II. Tit. XL.*

### *De re judicata.*

De effectu rei judicatæ, & inveſtitura abuſiva & ſimultanea.

Sententia ex falſis inſtrumentis vel præſuppoſitis lata, eſt ipſo jure nulla, nec habet effectum rei judicatæ, ſi notoriè ſit injuſta.

Æquius eſt adhærere illi ſententiæ, quæ melioribus fulcitur rationibus.

Dominus in præjudicium Vaſalli abuſivè vel ſimultaneè inveſtiti non poteſt feudum onerare, & abuſivè inveſtito competit Dominium & rei vindicatio.

Imploratio judicis officij ſupplet actionem.

# F I N I S.

Ad

*Ad Majorem DEI Gloriam!*

# JURISPRUDENTIÆ qua Publicæ quà privatæ

## *Liber I. Tituli I. Pars I.* De *JUSTITIA ET JURE.*

SUMMARIA.

1. Fundamenta Regnorum Religio & Juſtitia, & de Juſtitia Autor orditur.
2. Quos effectus poſt ſe trahat neglecta Juſtitiæ adminiſtratio, & quid Juſtitia operetur.
3. Diffidatio, quid? & quàm olim ea frequens.
4. Quæ ejus rei cauſa?
5. Recenſentur diffidationis conſuetudines variorum locorum, & leges.
6. Quid Imperator Fridericus II. circa eam ſtatuerit.
7. Aperitur conſonantia Juris communis circa hanc cum Receſſibus Imp.
8. Quid Juris circa lites ſummorum Principum & Rerumpublicarum, quæ ſuperiorem non cognoſcunt?
9. Definitio Juriſprudentiæ, Juris, Juſtitiæ.
10 Qualis Juſtitia hic definiatur? & ejus objectum.
11. Juriſprudentia eſt habitus practicus.
12. Dividitur in legulatoriam, deliberativam & judiciariam, ad quam ferè ſolam jus noſtrum dirigatur.
13. Dividitur juſtitia in Divinam & humanam, hæc iterum in univerſalem & particularem.
14. De Univerſali hic agitur.
15. Particularis ſubdividitur in commutativam & diſtributivam, & explicatur ratio diſtributivæ.
16. Status Juſtitiæ commutativæ.
17. Obligatio ad reſtitutionem quando oriatur?
18. Ratio differentiæ inter utramque aperitur.
19. Illuſtratur præjudicio ruſtici occidentis militem.
20. Inter duos actores alterius juſtiori petitioni deferendum.
21. Jus noſtrum, an rectè dicatur ars, & an ſit Juſtitiâ prius?
22. Jus aliud publicum, aliud privatum, & quodnam illud? & an docendum in Academiis?
23. Jus Sacrum, ſive Religio, an pertineat ad ſummum Imperium?
24. De exemptione Clericorum.
25. De Jure naturali & an detur Jus beſtiale.
26. Jus gentium primævum & ſecundarium.
27. Jus civile, & ejus ratio.
28. Jus naturale quatenus immutabile?
29. Seipſum occidens, quid mereatur.
30. An liceat alterum occidere pro defenſione bonorum vel pudicitiæ.
31. Homo reus nec juſſu Judicis ſeipſum occidere poteſt.

1 DVo ſunt Reipublicæ columina, quibus tanquam Atlantibus certa ejuſdẽ tranquillitas innititur, *Religio* & *Juſtitia*. Hæc fundamenta ſunt regnorum. Ideóque Imperator Iuſtinianus Codicis Titulum primum ſtatim de Religione exorditur, quæ videlicet Baſis eſt Iuſtitiæ. Nos inpræſentiarum priùs de Iuſtitiâ videbimus, ut tamen de Religione etiam quædam dicere non negligamus. Quod igitur in *Receſſu Imperii de anno 1567.* §. Wiewol wir nun nach ſolcher. 60. diſponitur, die heilige Iuſtitz iſt das höchſte Kleinod des Reichs/ &c. in *Receſſ. de* an-



Digitized by Google

*anno 1500. in pr.* Wann aber außwendiger Krieg gantz unvermöglich vnd unverfänglich/ wo nicht vorhin redlich gut Regiment/ Gericht/ Recht vnd Handhabung wäre/ auff denen/ als Grundveſten alle Reich vnd Gewalt ruhen/ id præter conſentientes omnium ſententias, experientiâ ſæculorum comprobatur.

2 Sic enim ex defectu Iuſtitiæ, teſte *Ord. Cam. Wormatiens. de anno 1521. in pr.* Empörung vnd Widerwärtigkeit/ Fehd vnd Straſſenrauberey/ vnd andere unziemliche Eingriff vnd Händel geübt vnd gebraucht werden: Ita legitima Iuſtitiæ adminiſtratio humanam coërcet audaciam, tutam reddit inter improbos innocentiam,& in ipſis impiis formidato ſupplicio refrænat nocendi facultatem, *c. 1. diſt.4.* Non ſuffecit tamen huic rei jus noſtrum civile privatum, opus erat etiam iure publico reprimere malorum inſolentiam. Vnde factum, quòd ſtatim in primo Imperii Receſſu (inter eos qui typis publicati ſunt) ſub Imperatore Friderico II. anno 1442 cùm pravitas morum illius ſæculi penitùs tolli non poſſet, certis tamen limitibus coarctaretur.

3 Invaluerant nimirum eo tempore diffidationes, das Fauſt vnd Kolbenrecht/ Fehd vnd Abſagung/ da einer dem andern dorffte abſagen/ oder jhme Feindſchafft zuſchreiben/ vnd jhme mit Raub/ Brand/ Mord/ zubeſchädigen/ betrohen vnd befehden/ *Bocer. in Tr. de diffidat. c. 1.* Sic enim ait Imp. Fridericus *in pr. d. Rec.* Wann wir nun in Anbegin vnſers Regiments/ wie auch jetzo nach vnſerer Königlicher Crönung mannigfaltig vernommen/ daß in dem Römiſchen Reich/ vnd ſonderlich in Teutſchen Landen/ viel Unraths/ Vergwaltigung/ auch anderer unziemlicher vnd unehrlicher Angriff vnd Beſchädigung geſchehen ſind/ vnd noch täglich geſchehen/ mit Raub/ Mord/ Brand/ dadurch das H. Reich/ deß wir ein Mehrer genannt ſeynd/ gar ſchädlich gemindert/ vnd viel des Reichs vnd unſer Getrewe/ Geiſtlich vnd Weltliche Perſonen/ groß Noth/ Verderbnuß vnd Schaden täglich leiden/ alsdann leider groſſe Klag durch die Land gehet/ dardurch gemeiner Nutz geſchwächt vnd vndertrucket wird. Nam diffidatio nihil aliud eſt, quàm denuntiatio inimicitiarum capitalium & extremæ perſecutionis ad bona, vitam, & ſanguinem, Mindan. *de Proceſſ. extrah. lib. 1. c. 25.* Deventum eò eſt ex defectu adminiſtrationis bonæ iuſtitiæ, atque ita invaluit peſſima judicandi ratio, qua quiſque ſibiipſi ius diceret, propriâ authoritate, ut longo tempore nullis Principum Imperiis aut legibus potuerit aboleri, dum maluerunt, litis protractam deciſionem, aut deciſæ retardatam executionem armatâ manu, quærere, quàm tædioſi proceſſûs ſumptuoſam terminationem Pronepotibus expectandam relinquere. Ita ferè de origine & cauſa des Fauſt-Rechts diſcurrit *Dn. Caſpar. à Lerch in diſcurſ. de ord. Equeſt. German. in 2. fundam. n. 94.*

Atque hoc ius ita receptum erat apud 4
Veteres, ut lites magis armis quàm iuris diſceptatione finirentur, *Gilman. tom. 2. p. 1. vot. 15. n. 9.* quod tum temporis fuit expedientiſſimum litium abbreviandarum remedium, quippè cùm diffidationes ita eſſent frequentes, ut qui alterum pro quâvis inimicitiâ privatâ taliter læderet, quaſi iure legitimo expertus videretur. Ita 5
in Moſcovia lites armis finire adhuc hodiè uſitatum eſſe, *Bodin. de Republ. lib. 4. c. ult. Schönborn. lib. 6. Polit. c. 36.* referunt. Angliæ conſuetudine tribus potiſſimum modis finem litibus imponi, ſcil. in Comitiis parlamentariis, in certamine ſingulari, & in juridicis conventibus, narrat *Thom. Schmith. lib. 2. de Republ. Anglor. c. 6. & 8.* In Daniâ Regem Frontonem legem tuliſſe, ut omnes controverſiæ duello finiantur, teſtatur *Saxo Grammatic. lib. 14. hiſt. Danic.* & ex eo noviſſimè *Günth. Frizius in Synopſ. ad Rec. Imp. Exerc. 2. ſect. 1. §. 1.* Das Kampff-Recht iſt *anno 1450.* im Hoffgericht zu Rothweil gerichtlich erkannt/ *Goldaſt. tom. 1. conſtit. Imp. pag. 315.* ubi etiam *pag. 237.* ordinationem des Kampff-Rechts habet. Iure Saxonico veteri actor probationibus deſtitutus ad probationem per duellum admittebatur, *art. 63. lib. 1.* Nec Imperator Fridericus II. 6
ſiſtere in totum potuit hanc barbariem, qui in *d. Receſſu.* ſaltem id ſtatuit, ut ante diffidationem & guerram inferendam, is priùs debeat judicio ſiſti, cum quo nobis res ſit, antequam modo in *A. B. tit. 17.* præſcripto invadatur. Sed tandem per conſtitutionem pacis publicæ potentius remedium huic rei allatum, de quo plura ſuo loco.

Be-

Digitized by Google

7 Benè convenit Conſtitutionibus Receſſuum Imperii cum jure noſtro Iuſtinianeo, quod & ipſum prohibet, propriâ authoritate in litibus ultionem ſumere, & immane delictum vocat gloſſa, Iudicis partes in cauſâ propriâ occupare, *in l. ff. de vi & vi armat.* Nam Magiſtratus Iudiciorumque authoritas violatur temeritate ſibi ipſis jus dicentium, *Tulden. in C. tit. unde vi.* Quia Magiſtratus officium eſt lites dirimere, *l. 21 in fin. ff. de reb. cred.* & providere ne partes ad arma veniant, ſed ſuâ Iurisdictione componantur, *l. 13. §. 3. ff. de uſufr.* Optimum ait eſſe ICtus, *in l. 13. ff. quod met. caus.* ut quas quiſque habere ſe putaverit petitiones, actionibus experiatur. Quid enim à bellicâ confuſione tranquilla pax diſtabit, ſi per vim & arma terminentur litigia? Quod verò ad

8 eos attinet, qui ſuperiorem non recognoſcunt, quia nondum illi conſtituerunt talem ſocietatem, in quâ Iudiciis res peragi poſſint: Ideò ſæpiùs cauſa juſtiſſima fortunæ committenda, bellumque contra jus denegatum ſuſcipiendum. Et quamvis juſtitia cauſæ magnum ſæpè habeat in bellis momentum, non tamen magis lites inter Reges bellis quàm Iudiciis finiendæ. Deus enim rationem dedit hominibus, quâ adhibitâ juſtum longè commodiori via conſequi poſſint, quàm ſi ferarum in modum concurrant, & controverſias dubio Marte dirimant. *Joh. à Felden in not. ad Hug. Grot. & jure pac. & bell. ad prolegom.* Nam cùm bella Iuris remedium naturale non ſint, ſatiùs eſſet judiciis abſolvere controverſias: Sed cùm alteruter litigantium ſæpiùs aliud remedium non admittat, hinc fit, ut ſicut in particularibus Rebuſpubl. per judicia, ita in univerſali Gentium Republ. per bella, quæ quodammodò videntur eſſe gentium judicia, lites terminentur, ut Divinam opem ſæpè juſtitiæ cauſæ ſubvenire mirum non ſit.

9 Itaque rectè ab *Ulpiano* definitur, *Jurisprudentia*, quòd ſit, *divinarum, humanarumq; rerum ſcientia, juſti atque injuſti notitia, l. 10. §. 2. h. t.* & à Celſo *Jus*, quod in præſenti ſignificatu Iurisprudentiæ æquipollet, *ars æqui & boni, l. 1. §. 1. h. t. Objectum* Iurisprudentiæ, *formale* attributionis, itemque finis proximus eſt *Juſtitia*, quæ definitur, *conſtans & perpetua voluntas jus ſuum cuique tribuendi, l. 10. in pr. h. t.* Quia verò Iuſtitia eſt virtus, hinc proprium ipſius genus eſt habitus, pro quo per metonymiam effectûs pro cauſâ voluntas hîc eſt poſita, non quòd habitus ſit cauſa voluntatis, quatenus hæc eſt potentia naturalis, & ſic prior habitu, tanquam qualitate adventitiâ, ſed quatenus voluntas informatur ad conſtanter & perpetuò juſtè agendum.

Cætera quoque Iuſtitiæ prædicata, quòd ſit conſtans & perpetua, non præcisè referenda ſunt ad Iuſtitiam Divinam, aut Ethnicorum Deam Iovis Filiam, cum *Accurſ.* & *Hottom.* quaſi illa hîc definiretur, quod ſubjecta materia non admittit ſed potiùs eſt intelligenda conſtantia talis qualis in hominem cadere poteſt, cùm omnis habitus ſit qualitas ægrè mobilis è ſubjecto. Sicut enim in habitu vitii non poteſt non malè agere, qui vitioſum habitum contraxit, *Ariſtot. Ethic. 3. c. 7.* Sic etiam ex habitu virtutis juſtè & firmiter agitur, *idem 2. c. 3.* Iurisprudenitæ itaque noſtræ *objectum materiale* ſunt res Divinæ & humanæ, non quatenus Theologus aut Phyſicus eas conſiderat, ſed quatenus juſtitia circa eas adminiſtrari poteſt: formale verò objectum itemque finis eſt Iuſtitia, in objectum materiale introducenda, ſicque diverſo modo Theologus, ICtus, & Phyſicus in idem objectum tendunt. 10

Eſt porrò Iurisprudentia *Habitus Practicus*, quia præter cognitionem pro fine habet actus practicos, ut non ſolùm ſciat videlicet, quid iuſtum, quid Iniuſtum, quid dominium, quid contractus ſit, ſed iudicet, & ad præcavenda mala ſuperiùs notata, iuſtitiam realiter adminiſtret. Hæc eſt vera non ſimulata Philoſophia, ut loquitur Vlpianus *in lib. 1. §. 1. h. t.* cujus cultores non barbâ tantùm & pallio gloriantur, nec inani ſpeculatione acquieſcunt: ſed ea promovent, quæ ad vitam honeſtè tuendam ordinandamq; pertinent. 11

Dividitur prudentia in *legiſlatoriam, deliberativam*, & *judiciariam*. Priores duæ ſpecies ad politicam pertinent, in quibus omnia ad civilem beatitudinem & Reipubl. utilitatem aut ordinantur, aut conſultantur; ſola judiciaria huius loci eſſe videtur, quâ de actionibus moralibus & civilibus, quid de iis, ſecundùm iura ſtatuendum 12



Digitized by Google

endum decernitur. Quippe ex iudiciariæ prudentiæ habitu iudicatur de actionibus ſive ad publicum ſtatum pertinentibus, ſive privatis, quid de iis ſecundùm leges ſtatuendum, cùm utique Ius publicum ſit pars noſtri Iuris, §. *huius ſtudii Inſt. h. t.* ut ICtus perfectus, & præſertim Conſiliarius, qui ad deliberationes Reipubl. gubernandæ adhibetur eſſe nequeat, nec muneris ſui partes implere poſſit, niſi qui utroque iure eſt inſtructus. Vnde non deſunt, qui Iurisprudentiam partem eſſe politices aſſerunt, *Suthold. Diſſert. 1. §. 43 Bachov. ad §. Inſtit. 2. h. t.* cùm tamen ea verſetur circa iuſtitiam huic vel illi ſubiecto applicandam, Politica verò occupetur circa univerſalia. Et differentias inter Politicum, ICtum & Legumlatorem adfert Brandes, *de verâ & ſimulat. ICtor. Philoſ. c. 5. p. 195.*

13 Alia eſt Iuſtitiæ diviſio in *Divinam*, de quâ hîc nulla tractatio, & *humanam*: quæ eſt huius loci. Humana iterum vel eſt *Universalis* vel *Particularis*. Circa illam ius noſtrum occupari verius eſt. *Weſenbec.*
14 *in parat. hic. Bachov. Hunn. in Tr. h. t.* Iuſtitia enim particularis tota ſpectat ad alium: aſt primum præceptum iuris noſtri, *honeſtè* ſcilicet *vivere*, quod ſimul eſt fons & origo omnium virtutum, tantùm ſpectat ad nos, ſuumq; cuivis tribuere oportet, ſecundùm virtutes omnes & leges, ex quo conſequitur, hoc præceptum ad ſolam particularem Iuſtitiam non pertinere. Hinc iuxta Poëtam:

*Juſtitia in ſeſe virtutes continet omnes.*

Quatenus nimirum illæ neceſſariæ ſunt & conducunt ad perfectionem civilis ſocietatis, ut ne quid admittatur contra honeſtatem temperantiam, fortitudinem, quod non admitti vel publicè vel privatim interſit. Et ſi quid valet Autoritas Iuſtiniani, ipſe in *Nov. 69. in pr.* disertè ait: *Juſtitiam illam, quæ ſingulis virtutibus aſſiſtit, easq; ad debitum finem perducit, eſſe finem legum prudentiæ;* Hæc diſponit partes ad bonum totius, quia per eam concordat homo legi ordinanti actus omnium virtutum ad bonum commune. Nam licet *ſuum cuique tribuere* frequentiùs ad contractus referatur, in quo etiam præcipuè ſe fundat *Zæſ. h. t. n. 17.* tamen exinde etiam derivari ad omnia circa quæ poteſt eſſe Iuſtitia, notat *D. Thomas 2da 2dæ. q. 58. art. 11.*

Particularis Iuſtitia ſubdividitur in *commutativam*, verſantem circa contractus proportione Arithmeticâ; & *diſtributivam*, præmia & pœnas, ſecundùm merita ſtatumque perſonarum, nec non munera & opera pro Reipubl. ſalute ferenda, proportione comparatâ ſeu Geometricâ diſtribuentem. Aliter enim liberi & in dignitate poſiti, aliter ſervi & humiliores coërcentur, cuius rei confirmatio paſſim in iure noſtro occurrit, & præſertim in *l. 2. C. ut int. cert. temp. crim quæſt. termin. Si perſona vilior fuerit, cui damnum famæ non ſit injuria, pœnam patiatur exilii*, & in *l. 1. l. 9. § 11. l. 16. §. 3. l. 28. §. ult. l. 38. §. 2. de pœn. Bodin. de Republ. c. 6. Beſold. in Synopſ. polit. lib. 2. c. 3. n. 20.* Si enim Nobilis & Ruſticus in eodem delicto æqualiter punirentur, ille graviori pœnâ afficeretur, quia famam & dignitatem, quâ alter caret, ſimul amittit. 15

Scilicet eſt diverſitas pœnarum in diverſis perſonis, ſi nudè & in abſtracto illud ipſum quod ſuſtinetur ſpectes; Sed eſt eadem pœna ratione æſtimationis, in quam in concreto venit conſideratio conditionis huius perſonæ. Cæterùm tradita rectiſſimè limitantur ut procedant in pœnis arbitrariis, & haud uniformibus, quæ ex perſonarum qualitate à Iudice ſunt diſtinguendæ. Secus verò in pœnis à lege vel ſtatuto præciſè conſtitutis, tradente *Carpzov. prax. crim. p. 2. q. 62. n. 13. per l. 30. C. de Epiſcop. aud.* in quâ ius ff. corrigi videtur.

Commutativa Iuſtitia circa contractus, ſeclusâ conditione perſonæ, ſaltem rei ad rem conſiderat porportionem; Quia tamen in contractibus etiam delinquitur, neceſſarium eſt pœnas etiam irrogari ex juſtitia commutativâ. Ideò monet *Molin. Tr. 1. diſp. 12. & Leſſ. lib. 2. c. 1. dub. 4. de Juſt. & Jur.* actus utriuſque Iuſtitiæ quodammodò eſſe mixtos, ut aliquando circa Iuſtitiam commutativam concurrat ratio diſtributivæ & viciſſim, *Card. Lugo de Juſt. & Jur. diſp. 1. ſect. 3. per tot.* Qui autem ſolam Iuſtitiam diſtributivam violat, non obligatur ad reſtitutionem, quia obligatio ad reſtituendum tunc ſolùm oritur, cùm quis re ſuâ privatur. 16 17

Ratio verò cur æqualitas in contractibus obſervanda, in præmijs & pœnis inæqualitas 18

litas admittatur, eſt hæc: quòd magna ſit inter perſonas differentia, & in muneribus idonei promoveri, doctique indoctis præferri debeant, *l. honor. 14. . 3. ff. de muner. & honor.* Deinde in pœnis circumſtantiæ Perſonæ loci, temporis, damni attendendæ; Quin & infantia, ſenectus, nobilitas, benè merita, juſtus dolor, &c. rationem præbeant ad pœnam mitigan-
19 dam. Ita ruſticis, qui milites, à quibus anteà erant ſpoliati, interfecerunt, pœnam ſaltem relegationis aut fuſtigationis dictatam eſſe, refert *Phil. Richter. deciſ. 1. n. 5.* quia milites plerumque ruſticos omnibus fortunis exutos inſuper ut bruta tractant, ut juſtus poſteà dolor non poſſit compeſci. Videatur etiam *Carpzov. prax. crim. p. 2. q. 91. n. 43. & ſeqq.*

20 Ampliùs in commutativâ Iuſtitiâ jus quidem ſuum cuique tribuendum, ſed ita tamen ut juſtiori alterius petitioni non detrahatur, ſicque ſpolia mihi ablata, & apud te depoſita, reddere non debes deponenti, ſed mihi, quia juſtior mea petitio eſt, *l. bona fides. 31. 1. ff. depoſiti.*

21 Ius noſtrum à Celſo definitur eſſe *ars.* Nam licet artium finis communiter eſſe exiſtimetur productio alicujus operis in ſenſus incurrens: Laxiùs hic ſumitur artis vocabulum, ut habitus operativos etiam complectatur. Inſuper jus hic in concreto pro Iuriſprudentiâ accipitur, ſeu pro artificiosè digeſtâ præceptorum compoſitione, quâ ratione jus eſt juſtitiâ poſterius; quia hæc eſt illius objectum, quod ſemper eſt prius, *l. 1. h. t.* jus verò in abſtracto conſideratum, pro omni eo, quod naturâ æquum & bonum eſt, Iuſtitiâ, quæ eſt habitus voluntatis, eſt prius.

22 Dividitur jus noſtrum in *publicum* & *privatum*; illud propriè ita dicitur ab objecto & fine, quod ad utilitatem totius populi univerſim & conjunctim principaliter pertineat, ad ſingulos verò privatos non niſi per conſequentiam & ſecundariò ſpectet. Et variis modis videtur poſſe conſiderari Ius publicum. 1. Pro perpetuâ & naturali prudentiâ, quæ conſiſtit in fœderibus, pactionibus, conditionibus populorum, exterarumque nationum, in omni denique jure pacis & belli. 2. Pro jure publico veteri Romano, quod maximam partem continetur in tribus poſterioribus libris Codicis. 3. Pro eo jure publico, quod quælibet perfecta Reſpubl. ratione ſui ſtatûs introduxit. Sic aliud eſt jus publicum in Galliâ, aliud in Angliâ, aliud in Sueciâ, &c. 4. Pro jure publico Romano-Germanico, quod conſiſtit in Religione, *arg. tt. C. de Summâ Trinitate, Fide Catholicâ, Sacroſanctis Eccleſiis & ſeqq.* Principum enim proprium eſt tueri Sacra; *Beſold. in diſſert. de Majeſt. in genere, ſect. 2. Tulden. ad Cod. libr. 1. t. 1. n. 2. Nov. 123. & l. 4. C. de Summ. Trin.* In Aur. Bullâ, Receſſibus Imperii, Capitulatione Cæſareâ, Tranſactione Paſſavienſi; & Inſtrumento Pacis Oſnabrugo-Monaſterienſis, in quo verti ajunt tempora & jura Germaniæ deſolatæ & reſtauratæ, *Schnobel. in Harmon. ad Struv. diſp. 1. lib. 1. th. 5. §. hauriendum.* Aliàs etiam à formâ ſeu causâ efficiente dicitur jus publicum, quod publicè ſive publicâ autoritate ſancitum & receptum eſt, ut in *l. 15. ff. de tutel. l. 29. de teſtament. tutel.* & retentio Falcidiæ jure publico competere, *l. 18. §. 1. ff. de damno infect.* & teſtamenti factio juris publici eſſe dicitur *l. 18. §. 1. ff. qui teſtam. facere poſſ.* quæ tamen ſignificatio non eſt huius loci, ſed ſaltem pertinet ad differentiam eius juris, quod cuique privatim ex conventionibus acquiritur. *Ius* verò *publicum an in Academiis docendum diſcendumq́ ſit,* multi dubitant, quaſi ſtudioſi ad eius penetralia non admittendi, nec profananda eſſent hæc myſteria: Sed profectò ſeriùs talia in aulis & perculosè diſci videntur, ubi exempla occurrunt non præcepta, adeoque tardiùs foditur puteus, ubi ſitis jam fauces tenet, *Carpzov. Iuriſpr. Conſiſtor. defin. 407.*

Illud quæri poteſt, quæ Sacra intelligat Vlpianus in *l. 1. §. 2. ff. de I. & I.* dum ait, *jus publicum in Sacris, Sacerdotibus, & Magiſtratibus conſiſtere?* an hoc etiam moderno juri publico ſit conveniens? Scil. juris publici eminentiſſima pars eſt jus ſacrum, cuius primum & ſummum caput eſt præſcriptio Religionis eiuſque veræ & Chriſtianæ potiſſimùm inſigne eſt, rectus ſenſus de Deo in perſonarum Trinitate, ſed naturæ unitate & paritate Majeſtatis venerando, *l. 1. 2. 3. C. de Summâ Trinit. & fid. Cathol.* Nec mirum videri debere ait *Tulden. ad dict. modò tit. C. n. 2.* quòd Impp. Catholici etiam de Religione tulerint leges: neque enim id eo modo feciſ- 23



Digitized by Google

ſe, quò hodiè innovatæ Religionis Principes, ſed ex prævia Sacrorum Conciliorum definitione & approbatione, ut apparet ex *Nov. 123. & l. 4. C. d. t.* præcipueque ex *l. 8. eod.* Quam ideò Orthodoxæ Religionis innovatores ſuppoſititiam eſſe contendunt, ne agnoſcant Pontificem eſſe controverſiarum fidei arbitrum, tanquam Principem paſtorem & caput Eccleſiæ. Et profectò jus rerum ſacrarum ad ſummum Imperium ſive ſuperioritatem territorialem pertinere multi tradunt, hancque curam tam Principis eſſe propriam Veteres ſtatuerunt, ut plerique habuerint Sacerdotii & regni munera conjunctim, *Greg. Tholoſan. 8. de Republ. c. 2. n. 6.* hocque jus nonnulli, qui à Romano Pontifice diſceſſerunt, adeò ad Majeſtatem ſpectare ajunt, ut negent eos ſupremos Principes vocandos eſſe, qui in re Divinâ, & in causâ Religionis conſtituendâ ſuperiorem ſibi Ponificem tenent, *Warem. ab Ehrenberg. Alberic. Gentilis. Balduin.* Sed reverà Ecceſiaſticum jus ſeparatum quid eſt à Majeſtate, nec definitio Religionis, ſed defenſio Regibus, Principibusque competit, quod Divina oracula aſſerunt, *Iſa. c. 49. & 60. Auguſt. tract. 2. in Johann. Lipſ. lib. 4. Pol. c. 2.* quibus conſentire videntur *verba Capit. Cæſareæ §. 1. Quod toto Regiminis noſtri tempore, Chriſtianitatem ac ſedem Romanam, Summum Pontificem & Chriſtianam Eccleſiam, tanquam ejusdem Advocatus, in bonâ ac fideli protectione & tutelâ conſervabimus.* Sicque Magiſtratus civilis tanquam Cuſtos Decalogi, vitia contra primam ejus tabulam commiſſa, puta blaſphemiam, Magiam, Atheiſmum, perjurium prohibet ac punit.

Vel enim *Sacra* vocantur eo ſenſu, quatenus ad Verbi Divini Miniſtros pertinent, atque ad poteſtatem eorum internam, & tunc dubitare non licet de Sacris à poteſtate politicâ & ICtorum pomœriis excludendis: Vel *Sacra* vocantur *jura de Sacris conſtituta*, & hoc ſenſu modò ſuprà dictum eſt, quatenus Impp. Chriſtiani plurimas de Sacris leges tulerint, maximè Iuſtinianus noſter, qui inſuper librum Canonum veteris Eccleſiæ univerſæ publicavit, nobiliſſimam Codicis ſui partem *Nov. 131. c. 1.* cùm enim ſine fide & Religione nulla ſocietas ſalva eſſe queat, eâque tanquam fundamento unicè nitatur Civilis communio, Reipubl. quoque plurimùm intereſt, ut cultus Divinus rectè ſe habeat. Huc pertinent tituli Cod. *de Summa Trinit. & Fid. Cathol. de Sacroſanct. Eccleſ. de Epiſc. & Cler. de Epiſc. audient. de Hæret. & Manichæ. &c.* nec non *Novell. 123. de ſanctiſſ. Epiſcop. Nov. 131. de Eccleſiaſt. 132. Nov. de interd. Colleg. Hæret. & Nov. 133. quomodo oporteat Monach. vivere.* De cætero verò diſponit *c. 10. extrà de conſtitut.* quod Laicis ſuper Eccleſiis & perſonis Eccleſiaſticis nulla ſit attributa facultas. Quæ conſtitutio totius ferè orbis conſenſu ex antiquo recepta eſt.

Refert de Numâ *Liv. lib. 1. Omnia publica privataq; Sacra Pontificis ſcitis ſubjecit, ut eſſet quò conſultum plebs veniret: ne quid divini juris, negligendo patrios ritus peregrinosq; aſciſcendo turbaretur. Nec cæleſtes modò ceremonias, ſed juſta quoque funebria, placandosq; manes, ut idem Pontifex edoceret.* Quod ſi enim omnibus, qui ſuperioritatem habent, Imperium in Eccleſias concederemus, quid dicendum de Democratiâ, ubi multi Regali jure gaudent? Quid de Principe Ethnico & Hæretico: Sicque Catholicis ridiculum eſt, fœminam, Eliſabetham Reginam, caput Eccleſiæ fuiſſe. Ipſa enim cùm in Gratiam cuiusdam Regis Galliæ Legati ſaltâſſet, interrogatus ille, quid de ſaltatione ſentiret, nil aliud reſpondiſſe fertur, quàm: *En veritè le cheyf de l' Eggliſe Angloiſe danſe bien.* Et ſi dependeret Religio à Summo Imperio, tenerentur 1. Subditi obedire reformationi (non loquor de reformatione, quatenus ea competit ex Inſtrumento Pacis, & ſubditis datur emigrandi beneficium) ſemperque religio mutabilis eſſet. 2. Inſuper diſſenſio à Religione non hæreſis aut ſchiſma, ſed crimen eſſet Læſæ Majeſtatis. 3. Salvator noſter haud voluerit mundani Imperii ſubſidio regnum ſuum ſpirituale inſtituere, quis enim ex Primoribus & Phariſæis credidit in eum? Sed 4. vim legis Eccleſiaſticæ habuerunt decreta prima Concilii *Actor. c. 15.* antequam ulla Summi Imperii confirmatio accederet, quæ omnia latè proſequitur *Beſold. diſſertat. de Majeſt. in genere, ſect. 2. de ſtat. Eccleſ. c. 2. & 3.* ubi etiam inſequenti *c. 4.* tractat, an & quatenus vocatio Miniſtro-

Digitized by Google

niſtrorum ſpectet ad Magiſtratum ſecularem.

24 Quod ad exemptionem Clericorum attinet, illam alii referunt ad jus Divinum, alii ad humanum. Quos *Covaruv. pr. q. 6. 31.* ita conciliat, ut hi in rebus & cauſis civilibus obtineant, illi in Sacris; cum utique procuratio Sacrorum & Religionis, adminiſtratio Sacramentorum, Divino jure ſeparata ſit ab Imperio Civili, cui congruenter exemptio Clericorum utilitati Eccleſiæ inducta, ut liberiùs Divinis vacare poſſint. Quæ verò in contrarium obiiciuntur, quod tot ſubditi Principibus ſubtrahantur, quot Clerici fiunt, quod Clerici patriam & Rempublicam conſtituant peculiarem, quod exemptio Clericorum repleat Rempubl. hominibus peregrinis, qui civibus præripiant fructus, trahat homines & pecunias Romam, cavillationes ſunt, quibus à multis ſatisfactum.

Quomodo verò ſe res habeat cum Archiepiſcopis, & Epiſcopis, utrùm Regalia ipſis concedi poſſint nondum confirmatis à Papâ, id certa *Friderici Tertij Imper.* cum *Nicolao Pontifice* inita pacta, quæ vulgò *Concordata Germaniæ* vocant, demonſtrant. Et quotidie ſupplicantibus, & de ritè factâ electione docentibus Epiſcopis, etiam nondum obtentâ confirmatione Pontificis, indultum adminiſtrandi regalia conceditur.

Syſtema Iuris noſtri partim deſumptum eſt ex propriis Reipublicæ inſtitutis, ut Spartæ & Athenarum, vel communibus aliarum Gentium, ut eſt jus naturale & Gentium; atque hoc ſenſu jus civile comprehendit jus naturale & Gentium, ſicut & civile in ſpecie dictum. Imò jus Canonicum quoque partem eſſe Iuriſprudentiæ civilis multi affirmant, *Fab. in Juriſpr. Papin. t. 1. pr. illat. & in Rational. ad l. 10. §. 2. ff. de juſt. & jur.* Vnde provenisse videtur, quod paſſim Doctores utriusque juris creantur. Atque jus Canonicum ſervatur in cauſis conſcientiam concernentibus non ſaltem in foro Eccleſiaſtico, ſed etiam Civili.

25 *Jus naturale*, deſcribente Vlpiano, *eſt, quod natura omnia animalia docuit, l. 1. §. 3. h. t.* & hoc ius aiunt abuſivè & materialiter accipi pro iure ſenſus & inſtinctus naturalis, cùm utique animalia, id quod utile & iucundum ipſis eſt, naturali ſuâ inclinatione appetant, & ſecundùm hunc appetitum ſenſitivum agant; inde mas & fœmina iunguntur, proles educatur, &c. atque poſſunt hi actus communes eſſe hominibus cum brutis conſiderando eos phyſicè & naturaliter: Sed non moraliter, quatenus ſcilicet de malitiâ, vel bonitate, iuſtitiâ & iniuſtitiâ eorum quæritur, quia ſoli homines ſecundùm rationem honeſtum à turpi, licitum ab illicito diſcernere ac benè vel malè agere poſſunt.

Poteram in iſtis ſubſiſtere. Sed quia memini me olim in Vniverſitate Herbipolenſi, & Medullâ meâ juris Iuſtinianei defendiſſe, jus naturale etiam propriè competere & tribui animantibus, pauca addam. Et primò quis reprehendet Iuſtinianum, qui dixit: *Jus naturale eſſe, quod natura omnia animantia docuit, d. l. 1. §. 3. & in pr. Inſt. de jur. N. G. & Civ. feras etiam hujus juris peritia cenſeri.* Debet ergò jus iſtud quadrare ad feras propriè. Nec tam conſideranda qualitas & modus ineſſendi, quàm cauſa efficiens, nimirum natura, quæ tanquam Legiſlatrix omnia animalia velut ſuos ſubditos docuit. Nimirum natura & ratio diverſos habent ſubditos: Hi examinent actus ſecundùm dictamen rationis, illi in genere naturæ diſtinguunt bona à malis, & hic inſtinctus, quo quædam negligunt, ipſiſſimi juris naturæ effectus eſt. Quia bruta naturâ communi juſtè agere dicuntur ſi notitiis & principiis æqui & boni convenienter agant, ſi obediant inſtinctui naturæ, & ita declinent mala, ita eligant bona, ac ſi hæc ipſis profutura, illa nocitura ratione diſcernerent.

Quaſi verò illa ſola operatio mereretur juris nomen, quæ fit ratione naturali, non illa, quæ naturali inclinatione? Vnde ergò bruta inter ſe iniuriam propulſare dicuntur in *l. 1. §. 11. ff. Si quadrup. paup. fec. dic.* ubi ſi arietes inter ſe commiſerint & unus perierit, quæraturque an hoc nomine actio detur, diſtinguit ICtus, an perierit provocans, an provocatus, quaſi hic ſit innocens, & naturali remedio defenſionis vim illatam propulſaverit. Videatur *Hugo de Roy in tr. de eo quod æquum & bonum eſt.* Neque in terminis juris naturalis homo à bruto diſtinguitur, quia hîc non jus naturæ humanæ, ſed naturæ generalis

Digitized by Google

neralis conſideratur, cujus juris peritia bruta æſtimatur, & edere, bibere, prolem gignere, alienum ſexum non appetere, ſunt actus à naturâ brutis æquè ac hominibus præſcripti ac implantati. Sed de his plus ſatis, vid. *Joach. Schnobel. in harmon. ad Struv. th. 6. Johan. Volck. Bechman. ad ff. h. t. §. jus naturale eſt. 3.*

26 *Jus gentium* primævum eſt, quo gentes humanæ utuntur, *l. 1. §. ult. h. t.* ſive quod recta ratio cuilibet homini à Deo indita vel agendum vel omittendum eſſe dictitat, vide *Bonacinam in Theol. moral. tr. de legib. diſp. 1. q. 1. p. 2. n. 7.* ubi ait, legem naturalem eſſe convenientiam cum rectâ ratione, & huc pertinent notiones ab ipſâ naturâ homini inditæ, & â ſimplici ratione profluentes, quales enarrantur in *l. 2. h. t.* atque hoc Ius propriè loquendo eſt Ius naturale, ſoli homini proprium, quod plerumque cum altero confunditur.

*Jus gentium ſecundarium* eſt, quod communiter homines ex ratione, propter communem neceſſitatem ac utilitatem amplectuntur, unde fluit diſtinctio dominiorum, obligationes & contractus, libera commercia & tranſitus per terras, ſecuritas Legatorum, denique bella, occupationes rerum & captivitates perſonarum: Sicque hoc Ius vel ſe accommodat ſimplici neceſſitati humanæ, vel ex hypotheſi humanæ malitiæ, vid. *l. 4. & 5. h. t.* Non differt autem ſpecie Ius gentium ſecundarium à primævo, ſed ſaltem ſecundùm diverſum naſcendi modum. Nam ab initio propter defectum obiecti non habebant locum converſandi leges; antequam gentes exiſterent, nec de pace ſervandâ, iure ſuo armis tuendo, fœderibus iungendis, aut bello gerendo conſilia aut cogitationes ſuſcipi poterant. Itaque ratio naturalis in principio domibus, mox familiis & deinde Civitatibus præcepta dedit, ſicque jus gentium ſurrexit.

In eo tamen differt jus naturæ à jure gentium, quod illud ex ſe juſtum eſt, & ea, quæ hoc jure prohibentur, habent malitiam formalem. Ius autem gentium abſolutè & per ſe juſtum non eſt, ſed ſaltem reſpectu ſtatus & ſocietatis hominum. 2. Ius naturale ſtatim ab initio obligavit homines, & ejus præcepta inferunt præciſam neceſſitatem, quæ per neceſſariam concluſionem ex principiis deducuntur: Sed Ius gentium obligat ſucceſſivo gentium uſu, & eius præcepta per conſequentiam ſaltem probabilem colliguntur. 3. Ius naturæ Deum habet autorem, & directio obligat in conſcientia: Ius gentium provenit ab hominibus, qui quaſi communi orbis decreto hoc ſtatuerunt, & conſcientiam non niſi indirectè devincit. 4. Ius naturale eſt immutabile, quia conſenſus omnium hominum non poteſt efficere, ut hoc vel illud non ſit Iuris naturalis: aliud tamen eſt in jure gentium, cujus veritas dependet à ſubjecto, ſcilicet univerſo orbe aliter ſtatuente.

27 *Jus civile* eſt, quod Majeſtas peculiariter ad Reipublicæ, cui præeſt, commodum & ſalutem conſtituit, *l. 9. h. t.* hoc enim Ius reſpicit peculiarem utilitatem cuiusvis Reipublicæ, & vel magis adſtringit cives ad ſervanda Iuris gentium præcepta, vel determinat non definita, & actibus certam formam ſolennitatemque præſcribit, in contractibus & ultimis voluntatibus; vel detrahendo juri naturæ ex ratione politicâ, ut nimirum filiusfam. poſſit uti exceptione SC. Macedoniani, Mulier Velleiani; & quod ex pacto nudo non detur actio civilis; vel aliquid permittendo, ut læſionem ultrà dimidium iuſti pretii, circumſcriptionem libertatis ſive ſervitutem. Sic quoque jus gentium aliquando reſtringitur ab Imperatore, & in ſpecie, ne quis certa loca præternavigét, ſed merces ſuas ibi venum exponere cogatur, inhiberi poteſt, quod vulgò Ius ſtapulæ appellant, die Staffel-Gerechtigkeit oder Niderlag / *Theſ. Baſil. vol. 3. diſp. de jure vectigal. th. 56.* vide fusè *Marquard. Freher. de jur. mercat. & commercior.*

Hæc ut ita ſe habeant, non conſtat tamen Ius civile ſolo iure poſitivo, ſed collectum eſt ex præceptis naturalibus, gentium, & civilibus, *l. 1. §. 2. h. t.* unde ob eius præſtantiam non ſolùm in Imperio Romano viget, ſed & in aliis Europæ terris receptum eſt, & ubique gentium magnam habet autoritatem. In tantum, ut, ubicunque vel in Conſtitutionibus Regnorum, vel iuribus provinciarum reſolutio caſus dubii deficit, ad Ius civile, tanquam commune elementum recurratur.

28 *Jus* igitur *naturale*, quod divinâ providentiâ

Digitized by Google

dentiâ & naturali ratione conſtitutum inter homines peræquè obſervatur, eſt *immutabile*, ut fruſtrà quarundam gentium mali mores, furta, latrocinia, adulteria permittentium opponantur, cùm illæ gentes perverſæ habeant quidem prima naturæ; & ipſum lumen intellectuale, ſed careant actu ſecundo, ſeu actuali cognitione & judicio, quod babara ipſarum educatio & converſatio excludit. Deinde quia exceſſus unius vel alterius civis non labefactat juris firmitatem, aut ejus univerſitatem, ſed potiùs locum relinquit alteri legum effectui, qui eſt de coërcendo & puniendo, ut ſubditi per contraventiones non tam derogent juri, quàm illius contra ſe provocent vindictam. Atque etiamſi jus civile aliquando à jure naturæ recedat, illique vel addat vel detrahat, *l. 6. h. t.* id tamen non fit in cauſis intrinſecis, materiâ vel formâ: Sed ſolùm ut vel novarum virium communicatione ei aſſiſtat, vel illud deſerat. Sic jus civile liberos legitimâ contentos eſſe; natura illos theſauros quærere jubet. Natura vult ut promiſſa ſerventur; jus civile certos modos ſuperadidit, quibus non ſervatis nudæ naturali conventioni vim agendi detraxit. Vnde manet firma propoſitio, jus naturale eſſe immutabile, quatenus intelliguntur notiones animis hominum divinitùs impreſſæ, vel quatenus jus naturale decretivè aliquid conſtituit, non verò negativè vel permiſſivè ſe tantùm habet.

29 Quod verò ſecundùm juris noſtri præceptum dictat, *alterum non lædere*, ex eo concluditur, quòd multò magis ſe ipſum lædere vel occidere non liceat, *l. 6. §. qui ſe vulneraverit. ff. de re milit. l. ſi quis 38 §. miles. ult. ff. de pœn.* eſt enim iſte actus contra juſtitiam, quia homo diſponit de re non ſuâ, abſque conſenſu Domini, qui eſt Deus, unde qui ſe ex propoſito, vel metu criminis perpetrati vulnerat, capite punitur, *d. §.* Si planè ſe occidit, bona ejus confiſcantur, *l. fin. ff. & l. 1. C. qui ſibi mort. conſciv.* Si modò crimen, propter quod ſe occidit, tale fuit, ut propterea confiſcatio locum habeat; *Auth. bona damn. C. de bon. damn.* & negatâ Chriſtianâ ſepulturâ in campo per carnificem ſepelitur. Si quis morbo, furore, impatientia doloris ſibi mortem conſciſcit, extra pœnam eſt.

Nec movere debet *l. Sed ſi. 9. §. Si ipſe 7. ff. de pecul.* in verbis *licet enim ſervis naturaliter in ſuum corpus ſævire.* Quia ſenſus verborum talis eſt, quòd, licet magna ſit poteſtas dominorum in ſervos, attamen eos ita conſtringere non poſſint, ne in corpora ſua ſæviant. Et nulla ſpecialitatis ratio adferri poteſt, quòd liceat paganis, non autem militibus ſe occidere, quia citati textus de militibus loquuntur. Atque ut propricida teſtamentum concedere poſſit, per *l. cum aliter, 1. §. ſi quis 23. de SCto. Syll. l. ſi quis. 6. §. ejus qui 7. de injuſt. nupt.* & illud etiam noſtris moribus ſubſiſtat, nemo tamen dixerit, propricidium apud nos eſſe de jure conceſſum, quia ICtus in *dd. loc.* tantùm remittit pœnam ſub certo modo, ſcil. confiſcationem bonorum, de qua ibi tractatur, unde ad propricidium abſolutè licitum inferri non poteſt. Illud notandum, quòd in caſu propricidii Carnifex ſibi arroget omnia, quæ loco necis perpetratæ gladio attingere poteſt, ſo weit er mit dem Schwert reichen kan. Et ita judicatum *per Scabin. Lipſ. anno 1638.* Tum verò condemnatus ad mortem, v. g. ſuſpendium ſi violentas ſibi ipſi inferret manus, ut effugiat publicam laquei pœnam, ipſius cadaver nihilominus debet ſupendi. Sicut iidem Scabin. Lipſ. reſponderunt anno 1613. referente *Volck. Bechman. in Comm. Pandect. lib. 1. exerc. 1. n. 88.*

Horribilis eſt hiſtoria, quam refert *Nicolaus Tulpius Amſtelredamenſis obſerv. medic. lib. 1. c. 43.* Septem Britanni, *inquit*, accinxerant ſe in *Inſulâ Chriſtophorianâ* unius ſolummodò noctis itineri, ultrà quam non extenderant commeatum; At interveniens tempeſtas abripuit imparatos longiùs in mare, quàm ut potuerint reverti ad portum ante diem decimum ſeptimum. Vndecim dies (nam in quintum diem ipſis ſuffecit cibus modicus) luctatum cum inedia eſt, quæ eò ipſis fuit gravior, quò ardentiùs id temporis æſtuârit Sol, & vehementiùs exſucca eorum guttura exareſecerit exhalans incaleſcentis maris ſalſedo; Cùm intricati erroris nullum finem promitteret ſpatioſum mare, ancipiti ſorti committebant, *cujus*



Digitized by Google

*carne urgentem famem, & quo ſanguine compeſcerent inexplebilem ſitim.* Iacta eſt alea, *quis eventum hunc non miretur? deſtinavit prima cædi, primum hujus laniena auctorem, qui libenter fortunæ ceſſit, & loco beneficij accepit, ſe poſt mortem amicis eſſe profuturum*, deindè ſorte alius reperiebatur, qui jugulum petiit, & vim volenti intulit. Naviculam deduxit tandem Deus ad Inſulam Martiniam, ubi vix attigerant terram, quin accuſarentur, protinus à Prætore *homicidii*, ſed dedit illis veniam Iudex, vid. *latiùs Tulp. d. cap. per tot.* Quid juris hîc ſtatuendum eſſe quis exiſtimaverit? quanta penuriæ & famis acerbitas ſit, multa præteriti temporis, dum Germania bellis undique involvebatur, exempla docent, fuſeque refert *Lanſius in orat. pro Gall. fol. m. 176.* famis neceſſitatem in obſidione *Sancerræ* ubi inter alia narrat: Puellam triennem ex fame mortuam & jam elatam, de conſilio vetulæ refoſſam, ipſis parentibus cibo fuiſſe, qui tamen re compertâ Magiſtratûs ſententiâ ad ignem damnati ſunt. Nimirum *quædam ſunt, ad quæ nulla neceſſitas debet compellere*, nec quiſquam eſt qui tam plenum jus habeat in vitam ſuam, ut naturæ præcepta violare, Rempublicam privare cive, aut ſuam vitam ſorti committere poſſit. Equidem neceſſitas famis, actum alioquin improbiſſimum, probabilem reddit. *Minſ. cent. 6. obſ. 30. n. 7.* quippè cùm neceſſitas legem non habeat. Hinc pœnam ſuſpendii non ſuſtinet, qui famis neceſſitate coactus furtum commiſit, *Ord. Crim. Carolin. art. 166.* cur enim non liceret vitam ſuam ob famis neceſſitatem periclitantem quacunque ratione redimere? *l. 1. in fin. ff. de bon. eor. qui ante ſent. ſibi mort. conſciv.* Vnde Patri famis neceſſitate coacto filios vendere prohibitum non eſt *l. 2. C. de patr. qui fil. d ſtr.* Et in Sacris paginis famis afflictio deſcribitur, *Deuteron. c. 28. verſ. 53. & 54. Et comedes fructum uteri tui, & carnes filiorum tuorum, & filiarum tuarum.* Cùm enim fames ita homines affligat, ur facilè in delirium vel melancholiam incidant, ſicque facinora eorum furore potiùs, quàm animo deliberato facta cenſeantur, quis ordinariæ pœnæ eos ſubiiciendos eſſe judicabit, aut afflictis addet afflictionem? Cæterùm ut pœnæ mitigationem iſtæ circumſtantiæ ſuadeant, pœnam tamen omnem non tollunt. Eripiendum ex oculis aliorum eſt ſcandalum, ideoque marito uxorem ſuam ſeptuagenariam mactanti, cum extremâ fame urgeretur, pœna gladii dictata, *Carpzov. l. 6. t. 9. reſponſ. 94.*

Cùm verò ad jus gentium primarium 30
referatur *defenſio*, ut alium corpus meum impetentem, cum periculo vitæ non aliter vitabili, occidere poſſim tanquam beſtiam periculum mihi intentantem, *Hug. Grot. de J. P. & B. lib. 2. c. 1.* §. *3.* Hinc quæritur, *utrùm pro defenſione rerum vel pudicitiæ alterum occidere liceat?* Plerique Theologi & ICti negant, quia non liceat bona hæc externa præponere vitæ proximi, animæque ejus ſaluti, cùm inter vitam & pudicitiam vel bona abſolutè nulla ſit comparatio; Neque tantùm in amiſſione pudicitiæ, quàm vitæ verſetur præiudicium, cùm vi oppreſſis ab omnibus ignoſcatur, & illibata virtus in animo ſervari poſſit, corpore quantumvis vitiato. Vnde eſt, quòd textus in *l. 1.* §. *pen. ff. ad l. Crn. de ſic.* ubi dicitur, *dimittendum eum, qui ſtuprum ſibi inferentem occidit*, de eo caſu accipiendus videatur, cùm vita ſimul petitur, & aggreſſio pudicitiæ, altero reſiſtente, in aggreſſionem corporis degenerat. Prout etiam altera ratio ex *l. 8.* §. *2. ff. quod met. cauſ. l. 9. ff. de man. vind.* quòd vita & fama pari paſſu ambulent, minus ſtringit, quia in vi oppreſſo fama non læditur, & aliàs etiam lata eſt inter vitam & famam differentia, ut patet ex *l. 28. ff. de pœnis:* planè in *l. 9. de manumiſſ. vind. & l. 8.* §. *2. quod. met. cauſ.* Comparatur tamen vita cum famâ, quoad inducendum metum, & ut edictum habeat locum, vel reſpectu certæ rei & electionis, quod viro honeſto pariter chara eſſe debeant, non verò reſpectu privationis, *Hunn. diſp. de Juriſd. diſp. 3. th. 9. Vinn. Inſt. 1. t. 28.* §. *6.*

Exindè facilè reſolvitur, quare propter *defenſionem rerum* alterum occidere non ſit permiſſum; quod ſcil. multò minor inter res & vitam hominis ſit proportio, niſi ſimul vitæ periculum immineat, prout etiam explicanda eſt *Conſtit. Cardin. art. 150. l. 52.* §. *1. ad l. Aquil. l. Cornel. de Sicar. t. 3. & c. 10. de homicid.* ideò in *l. 4. ad l. Aquil. C. ſi perfodiens. 2. de homicid.* furem diur-

Digitized by Google

diurnum occidere non permittitur, & in *l. 9. ad l. Corn.* tum demùm furem nocturnũ occidere licet, ſi occiſor ei ſine periculo parcere non potuit, *Covarr. in Clem. furioſus, de homicid. p. 3. S. Auguſt. de Auct. Eccleſ. Abulenſ. Panormitan.* res enim recuperari poſſunt, non vita, cujus gratia res comparantur, & quibus pretioſiſſimis illa tamen præfertur, *l. 21. in fin. C. de SS. Eccleſ. l. 44. in pr. de ædil. edict.* Non enim homines exſculpuntur è quercu, nec de publico ſuppetit, unde lucis uſura reparetur: Nullus hîc Prætoriæ in integrum reſtitutioni locus, nec interdicta recuperandæ poſſeſſionis occiſo prodeſſe poſſunt, ut ait *Baud. in orat. ad Studioſ. tumult. Lugd.* Hinc non rarò pecuniariâ vel carceris, relegationis aut fuſtigationis, quin etiam ordinariâ pœnâ plectuntur, qui aggreſſores bonorum occiderunt, *Richterus deciſ. 1. n. 5. Carpzov. pr. cr. q. 32. n. 28.*

Verùm communis ſententia eſt in contrarium, teſte *Cardin. Lugo. diſp. 10. ſ. 10. Carpzov. in pr. crim. p. 1. q. 32. n. 22.* quia ſi conſideraretur diſproportio, nullus fur poſſet ſuſpendi. Et ſi vitam corporalem propriam poſſum defendere cum diſpendio ſalutis æternæ iniuſti aggreſſoris, etiam potero defendere facultates cum diſpendio vitæ eius corporalis. 2. Quia præceptum generale eſt, vim vi repellere. 3. Quòd verba: *te tuaque, in c. 2. de homicid.* disiunctivè ſint accipienda. Altera verò ſententia tunc demùm obtinet, ſi invaſor non ſit ignotus, ſi convinci & & res judicialiter ab eo recuperari poſſit; Si iterum fugerit, nihilque abſtulerit; ſi ſponte res reſtituerit; ſi capi eiuſque vitæ parci potuerit; forſan enim Magiſtratus delicti complices ab eo expiſcari potuiſſet: Si jactura rei non magni momenti fuerit; & quæ alia prudens Iudex ponderaverit, vid. *Dn. Struv. Tr. de vind. priv. cap. VI. Fachin. lib. 1. controv. cap. 31. Carpzov. alleg. Qu. 32. n. 14 ſeqq.* Idemque de pudicitiâ judicium, quamvis enim vi oppreſſæ honor non lædatur; niſi tamen reſtiterit fœmina, ſuſpicionem complacentiæ incurrit, exiſtimationi ſuæ vim illatura: cùm enim diſplicentia pariter in animo conſiſtat, quem non videmus, nec facilè credimus, manifeſtiùs à ſe omnem ſuſpicionem amovere non poteſt, quàm ad internecionem uſque reſiſtendo, ut de honore & exiſtimatione conſervandâ magis, quàm de corporis integritate ſalvandâ tractetur. Ex *Ordin.* autem *Criminal. Carol. IV. art. 140. verb.* **Ehr /** & verb. **guten Leymuths /** clarum eſt, quòd liceat honorem & famam occiſione lædentis tueri, licet linguâ non tantoperè noceatur, quàm actuali pudicitiæ attentatione.

Propricidium illicitum deteſtandumque ſuprà demonſtravimus. Aſt quæritur, *an non homo juſſu Judicis ſeipſum occidere licitè poſſit?* Prout in Lituaniâ à tempore *Witoldi* Principis hunc morem ſervari tradit *Surius Carthuſ. in Hiſtor. fol. m. 35.* 31
Videtur poſſe, quia ceſſat hîc ratio, quod *homo non ſit dominus vitæ ſuæ*, agit enim ut miniſter Iudicis, qui habet jus ipſum vitâ privandi ſicut Deus, & ipſi committitur executio ſententiæ. Sed vera & communis ſententia eſt contraria, quia quando Deus homini præcipit occiſionem, illa eſt mera & ſimplex, profecta à vero vitæ Domino, quæ idcircò auffert omnem malitiam: Sed quando Iudex præcipit, non eſt mera ſed actus Iuſtitiæ vindicativæ, quem non poteſt reus exercere & punire ſeipſum, quia Iuſtitia eſſentialiter reſpicit alium, quam nemo poteſt exercere in ſeipſum. Eâdem ex ratione *reus damnatus non poteſt accipere venenum ex præcepto Judicis*, ut moriatur, *Leſſius de juſt. & jur. c. 19. dub. 6. n. 26.* quia idem omninò eſt ferrum aut venenum in corpus immittere, cùm etiam gladio ſe interimens non immediatè ſe occidat, ſed mediante ferro. Sed quid dicendum de *condemnato ad famè moriendum*, an poterit abſtinere cibo ſibi clanculum oblato, ut juſtæ ſententiæ ſe conformet? Videtur enim abſtinendo non ſe interimere; ſolùm non conſervare vitam, & permittere ut calore naturali interno abſumatur: Nec enim tenetur mediis ad vitam conſervandam uti, ſi ſaltem ſit mortis quædam dilatio, ſi modus nullus ſit vitam clanculum ſuſtentandi, & mortem penitùs evadendi, ſed breves ſolùm induciæ, quia nimirum Iudex vult & poteſt ipſum paulò poſt interimere. Quinimò videtur per non acceptum cibum ſe tantùm debilitare, ut accedente novâ fame poſteà faciliùs & citiùs moriatur. Vid. *Card. Lugo de juſt. & jur. diſp. 10.*



Digitized by Google

*ſect. 1. n. 27. & ſeqq.* Sed quicquid ſit, circumſtantiæ omnes ponderandæ, ne poſſit imputari reo, quod præceptum non ſe occidendi obliget, etiam ad non reſpuendum cibum neceſſarium ad vitam conſervandam, & quòd per hanc abſtinentiam in ſeipſum exequatur ſententiam mortis.

# *Liber I. Tituli I. Pars II.*
## De
## *RELIGIONE.*

SUMMARIA.

1. *PRimum & præcipium Reipubl. fundamentum eſt Religio.*
2. *Præcipuè ſi Princeps & populus unam eandemque profiteantur, quia innovatio Religionis ſeditionem facilè pariat, n. 3.*
4. *Effectus concordiæ & quietis publicæ Catholicæ Religioni attribuuntur, ubi Tuldeni ſententia refertur.*
5. *Quomodo Autor tractationem de Religione hic inſtituat.*
6. *Prima in Receſſibus Imp. contra diviſionem Religionis cautio.*
7. *Caroli V. Imper. Edictum Wormatienſe.*
8. *Optimus Religionis componendæ modus Concilium Univerſale.*
9. *Ejus locus Tridenti determinatus, & quare?*
10. *Promiſſus A. C. Statibus Salvus conductus.*
11. *Adferuntur & examinantur cauſæ, quare ibidem comparere, & Concilii definitioni ſe ſubjicere recuſaverint.*
12. *Longiorem Concilii Tridentini dilationem Imperatori malè imputari, ut & illud, quaſi verbum DEI, ſeu Evangelium à Catholicis ſupprimeretur.*
13. *Refertur porrò Impp. circa Religionem ſolicitudo, & quid interim, uſque ad definitionem Concilii fieri debeat.*
14. *Offertur Imp. Carolo V. Confeſſio Auguſtana, & alia peculiaris 4. Civitatum.*
15. *Quid porrò pro Religione Catholicâ in Com. Aug. an. 1530. ſancitum.*
16. *Media alia conciliandæ Religionis.*
17. *Pax Religioſa, & ejus contenta, Pacisq; illius repetitæ confirmationes.*
18. *Pax Monaſterienſis, ejusq; compendium verſibus comprehenſum.*
19. *Si Status alterum, aut Magiſtratus ſubditos in Religione, aut propter eam turbet, quomodo turbato ſuccurrendum?*
20. *Poſt diſſolutam Deputationem Francofurtenſem, in cauſa turbatæ Religionis, quis Judex, quódve judicium?*
21. *An cum Reipubl. quiete exercitium diverſarum Religionum conſiſtere poſſit?*
22. *Referuntur argumenta Theologorum & JCtorum, qui pacem Religioſam licitam vel illicitam dixerunt.*

ALterum Reipublicæ & quidem primarium fundamentum eſt *Religio, metus, reverentia, cultus Dei.* Hoc principium Ethnicis quoque non fuit incognitum, qui primò Sacra, poſteà verò reliquam Reipubl. ordinationem conſtituerunt. Sacraverunt illi Numinibus ſuis *lucos*, locos ſcilicet arboribus conſitos, ut rara eò lux ob arborum denſitatem poſſet penetrare, cùm non liceret inde propter Religionem arborem cædere, *Varro lib. 5. de ling. latin.* Nec Senatus conſilium, vel curiam habere poterat, niſi in loco inaugurato, *Greg. Tholoſan. de Republ. lib. 12. c. 21. n. 3.* Hinc *Ariſtoteli. 7. Pol. 8.* dicitur *primum eſſe & præcipuum, cura circa Divina.* 1

Nimirum vinculum Religio in ſocietate humanâ & maximum, præſertim cùm Princeps & populus ſimilem, eandemq; amplectuntur. Sed hoc de Religione verâ & Catholicâ intelligendum eſt, & proindè unâ: quæ ſcilicet cauſa eſt unionis animorum & concordiæ, *l. 8. in verbo, Pax Eccleſiæ, Religionis unitas. C. de Summ. Trinit.* cuius legis verba aureis digna literis. Nam innovatio Religionis ſemper ad ſeditionem, & ferè ad laxandam vitiorum licentiam tendit, decretisque ſæpè ſuis Reipublicæ ſimul & Iurisprudentiæ fundamenta evertit, *Flor. lib. 3. c. 19. Joſeph. de bell. Judaic. lib. 2. c. 12.* Luce clariùs teſtimonium redditur in *Receſſu Imp. Auguſtano de an. 1548. §. 3. verſ.* In Anſehung/ daß ſolcher Zweyſpalt der Religion eine gewiſſe Wurtzel und Haupt-urſach iſt alles Ubels/ Unfalls / und Unglücks Teutſcher Nation/ darauß nicht allein vil Un- 2 3

richtig-

Digitized by Google

richtigkeit / ſondern auch alles Mißtrauen / Unfreundſchafft und Unwill zwiſchen gemeinen Ständen erfolgt iſt / zu endlicher Zerrüttung beſtändigen Fridens und Rechtens / auch ehrbarer Policey / und des gemeinen Nutzens diſer löblichen Nation.

Id verò Germania noſtra ferro, flammisque vaſtata ſatis lamentabiliter experta eſt, & adhuc circumfert vulnerum ci-
4 catrices. Tales autem effectus Religioni Catholicæ imputari nequaquam poſſunt. Hæc enim concordiæ baſis eſt, & ea ſolùm continet, quæ Eccleſia ab Apoſtolis, Apoſtoli à Chriſto; Chriſtus à Deo accepit, *l. 1. in pr. C. de Summ. Trin. Tertull. lib. 1. de præſcript. adverſ. hæret. Tulden. in Cod. ad tit. Summ. Trinit. n. 4.* Quæque, ut nomen indicat, conſtat Vniverſitate, ubique terrarum diffuſâ, item conſenſione doctrinæ Patrum, & denique antiquitate, per continuam Pontificum ſucceſſionem retrò ad Apoſtolos pertinens, *l. 8. verſ. neque eod. Vincent. Lirinenſis lib. contra Hæret. cap. 3.* Quæ tria nulli reformatarum Religionum competunt. Etenim ut pulchrè *Tertullianus d. l. de præſcript.* Principalitas veritatis, & poſteritas mendacitatis ex illius quoque parabolæ patrocinio monſtratur, quæ bonum ſemen frumenti à Domino ſeminatum primò conſtituit, avenarum autem & ſterilis fœni adulterium ab inimico Diabolo poſteà ſuperducit. Namque ubi terrarum nunc hæreſis lolium pullulavit, primò ſata fuit & floruit Religio Catholica, eiusque non memoria tantùm, ſed ubique adhuc monumenta manent, templa nimirum Catholicorum olim pietate exſtructa. Hæreſis enim nupera & recens. Nam neque ab Apoſtolis & ſanctis Patribus originem atque auctoritatem repetere poteſt, cùm illorum ſcriptis per omnia quaſi præſago conſenſu refutetur: neque etiam per hæreticos, qui quidem omni ferè ſeculo aliqui exſtiterunt, deducere ortum ſucceſſionemque ſuam poteſt, quia non eadem cum illis per omnia ſentit. Et hâc tertiâ nota arguitur, quòd ſcilicet & olim & hodie inter hæreticos longum divortium dogmatum, infinita varietas & diſſenſio. Nimirum congruere invicem falſa nequeunt. Catholici verò conſentiunt; quia veritas una eſt. Quod apud multos unum invenitur, non eſt erratum, ſed traditum, ait Tertullianus, *hucusque Tulden. in Cod. ad Tit. 1. de Summ. Trin. n. 4.*

Non aſſumam hoc loco partes Theo- 5
logi, nec controverſias fidei tractabo, ſed ſaltem ex jure noſtro, & Receſſibus Imperii eruam, quid in iis de negotio Religionis conſtitutum.

Nusquam muneri Imperatorio hâc in parte defuerunt Auguſtiſſimi Imperatores. Et quidem Invictiſſimus Imperator *Maximilianus anno 1512.* pro conſervatione ſanctæ fidei Catholicæ, ſacræ Romanæ Eccleſiæ, Sedis Apoſtolicæ, & Romano-Germanicæ Nationis Comitia Coloniam indixit, ac velut jam tum ex altiſſimâ quaſi ſpeculâ prævideret futura mala Piiſſimus Imperator, in Receſſu i- 6
bidem publicato, §. 1. ſancivit: Ob jemands / wer / der oder die wären / oder ſeyn würden / der oder die unſern allerheiligſten Vatter den Pabſt / und die H. Römiſche Kirchen / wider ihre Freyheit / Recht und Gerechtigkeit / beſchädigen / vergewältigen / oder verdrucken wolten / oder ein Theilung oder Schiſma in der heiligen Chriſtlichen Kirchen machen / daß wir alsdann denenſelben / ihren Helffern / oder Helffershelffern / nicht ſollen / noch wollen / Hülff / Raht / Fürſchub / oder Beyſtand thun / ſondern darwider rahten / und gethreulich fördern / wie man das je zu Zeiten / nach Gelegenheit der Sachen / Zeit und Handlung / bey uns ſelbſt im Raht erfinden und ermeſſen / abwenden und verhindern mögen. Verùm Maximiliano Imperatore *anno 1519.* piè defuncto, cùm jam inſolentiùs novæ doctrinæ ſemina ſpargerentur, Auguſtiſſimus Imperator *Carolus V.* graviſſimum edictum Religionis in *Comitiis Worma-* 7
*tienſibus anno 1521.* contra omnes Religionis orthodoxæ & Catholicæ Novatores publicavit, cuius tenorem pro parte exhibet, *Surius in Comment. rer. in Orbe geſt. fol. mihi 113.* ubi perſtringit, Sleidanum aſſerentem quaſi Decretum illud non communi ordinum Conſilio factum, ſed ſaltem à paucis eſſet conflatum. Cùm verò illi Edicto mos non gereretur, Imperator in *Comitiis Norimbergenſibus an. 1524. §. 28. & 29.* diſponit: Wir hätten uns verſehen / die Stände des H. Reichs / als Schützer und Schirmer des Glaubens / ſolten unſeren zu Worms mit Bewilligung



Digitized by Google

Churfürſten / Prælaten / Grafen und aller Stände außgangenem Mandat gehorſamblich gelebt und nachkommen ſeyn / darzu daſſelbe gehandhabet haben / und aber ſolches nicht geſchehen / davon gemeiner Chriſten Teutſcher Nation nicht kleine Beſchwernus erfolgt : auch derohalben unſer Anſinnen und Begehren abermals geſtellt / daß ein jeder Churfürſt / Fürſt / Prælat / Graf und Stadt / für ſich ſelbſt / auch bey ſeinen Unterthanen / daran und ob ſeyn wolt / damit ſolchem unſerem zu Worms außgangenem Mandat nachmals gehorſamlich gelebt werde. Demnach auff ſolch unſer Geſinnen und Begehren / haben ſich unſer und des H. Reichs Churfürſten / Fürſten / Prælaten / Grafen und gemeine Stände / als gehorſame Glider des H. Reichs / vereinigt / und beſchloſſen / demſelben unſerm Mandat gehorſamlich / wie ſie ſich des ſchuldig erkönnen / ſo vil ihnen möglich zu leben / gemäß zu halten / und nachzukommen.

Varia indè tentata Religionis conciliandæ media, inter quæ primum obtinere locum videtur *Concilium Generale Liberum*, de quo in *Receß. Spirenſi anno*
8 *1526.* Hæc : Daß kein fruchtbarer / beſſer angenehm- nnd geſchicklicher Mittel zu erfinden / einhelligen / gleichmäſſigen Verſtand in dem Chriſtlichen Glauben zu machen / auch Frid und Einigkeit Teutſcher Nation zwiſchen allen Ständen zu pflantzen / und zu erhalten / dann ein frey General-Concilium, oder auffs wenigſt National-Verſamblung / welche in einem Jahr oder anderthalb auffs längſt in Teutſchen Landen fürgenommen werden ſoll. Sed modò de loco, modò de directione & aliis incidebant quæſtiones & controverſiæ, quæ negotium tam ſalutare remorabantur. *Anno 1529. in Cam. Spirenſ.* denominatæ à Statibus pro rei gerendæ loco Civitates, Metz / Cöllen / Maintz / Straßburg / aut alius commodus in Germaniâ locus. Sed ex *Rec. Spirenſi an. 1542. §. 128.*
9 patet, daß Ihro Kayſerl. Majeſt. ſambt den Catholiſchen Ständen / die Stadt Trient zu haltung des Concilii Generalis beliebt / die Stänð der A. C. aber ihre proteſtation dagegen eingericht. Ratio porrò electi huius loci refertur in Comitiis Auguſtanis de *anno 1548. §. 7.* daß diſer Orth der Teutſchen Nation in mehr weg nicht unbequem noch ungelegen / promiſſusque Statibus A. C. Salvus Conductus in *eod. Rec.*
*§. 6.* daß ſie dazu / darinn / und davon biß 10
wider an ihr gewahrſam geſichert nnd vergleitet werden ſollen. Quod repetitum in *Comitiis Auguſtanis anno 1551. §. 3. & ſeqq.* Cæterùm commoveri his omnibus non potuerunt, ut à proteſtatione diſcederent, quam in Cancellariâ Imperiali aſſervari teſtatur *d. Rec. Imp. anno 1542. §. 129.* cauſas proteſtationis videtur repræſentare *Carpzov. ad leg Reg. c. 3. ſect. 7. n. 8.*
*& ſeq.* Quod etſi antiquiſſima de- 11
clarandi articulos fidei & hæreſes damnandi ratio ſit, Autoritas Conciliorum; Eandem tamen hoc tempore ceſſare, quia Papa liberos in Conciliis cenſores non admittat, imò maior Conciliorum Decretis haberi velit. Imperatorii muneris eſſe convocare Concilia, non Pontificii. Concilium Francofurtanum & Moguntinum à Carolo M. uti & alia à Ludovico & Lothario Impp. convocata, teſte Hiſtoriâ. In Concilio Tridentino cuncta geſta eſſe ex Pontificis nutu & arbitrio, Præſides illius fuiſſe eius Legatos, judicâſſe eius mancipia, & quidem propriâ in cauſâ, quin & locum non fuiſſe tutum, ſitum in Italiâ, quo Proteſtantes Germani trahi non debuerint. Ideò nunquam executionem Concilii Tridentini ab Impp. impetrari potuiſſe, ſed potiùs pacem Religioſam in Receſſibus Imperii & Capitulationibus Cæſareis eſſe confirmatam.

His ſtantibus, quem aut qualem controverſiarum fidei Iudicem admittemus? poterant iisdem argumentis uti, quotquot olim in Conciliis Generalibus ſunt condemnati, & libertatis, & loci non tuti, & Iudicis ſuſpecti exceptionem prætexere. Iam *anno 1524. in Comit. Norimbergenſibus*, ubi prima concilii convocandi ad conciliandam Religionem facta mentio, nullus convocationis alius affertur modus, quàm, ut habent formalia *d. Rec. §. 28.* daß ein Gemein / frey / Vniverſal-Concilium der Chriſtenheit / durch Päbſtliche Heiligkeit / mit unſer Bewilligung / auffs allerförderlichſt / ſo ſolches immer müglich beſchehen kan / an gelegene Wahlſtatt in Teutſcher Nation / wie ſichs gebührt / verkündet und außgeſchriben werde. In *Receſſu Spirenſi de anno 1529. §. 1.* hæc habentur: Daß Ihro Kayſ. Majeſt.

nicht

Digitized by Google

nicht allein gefällig das Concilium vorzunemmen / ſondern auch zu fürdern / damit ſolches durch Päbſtliche Heiligkeit / neben Ihrer Kayſ. Mayeſt. außgeſchriben werde. Quod repetitur in *Rec. Ratisbonenſi de anno 1532. art. 1.* Nimirum Concilium non poſſe congregari ſine autoritate Pontificis, tradit *Gregor. Tholoſan. in Syntagm. jur. lib. 15. c. 3. n. 6.* qui ſolus in Eccleſiaſticos Antiſtites habeat Imperium. Et de convocatione primorum Conciliorum Generalium videri poteſt *Laur. Beyerlink. in Theatr. vit. human. tom. 2. verbo Concilium pag. 332.* ubi multa, quatenus illa Concilia autoritate Pontificum, petentibus & faventibus Imperatoribus ſint convocata. Obiectionem de loco diluit *Receſs. Spirenſ. de anno 1542.* §. alsdann auch. *128.* ubi habetur, quòd quidem Pontifex Concilium in Italiâ, Mantuæ, Ferraræ, Bononiæ vel Placentiæ indicere voluerit, nihilominus tandem conſenſerit, das Concilium gen Trient / oder Camerich zu legen / welche Städte beyde in Teutſcher Nation gelegen. Quòd ſi portò reflectamus ad Salvum Conductum, Statibus A. C. addictum, tam ſancta fuit apud Invictiſſimum Imp. Carolum V. felicis. record. promiſſorum fides, ut excuſationem in hoc genere omnem excludat.

12 Anni tamen elapſi ſunt, antequam congregaretur Concilium Tridentinum, cuius prima fuerunt initia anno 1545. finis *anno 1563.* Moram hanc Imperatoris non fuiſſe teſtatur *R. I. de anno 1544.* §. *78.* ubi refertur Imperatoris opera & diligentia, cui imputari minimè poſſit Concilii hucusque dilata convocatio: monitumque jam *anno 1530.* §. *55. in Comit. Auguſt.* Daß ſie ſich der Nachred müſſigen ſollen / daß man das Evangelium und GOttes Wort unterdrucken und vertilgen wolle / welches doch unſer und gemeiner Stände Meinung nie geweſen.

13 Nunquam quievit intereà ſollicitudo Impp. & cura pro Religione, Deique gloria, *in R. I. anno 1524.* prohibitæ editiones novorum de Religione librorum, libelli famoſi, vetitæque imagines, obſcœnæ & infames, quod ſub pœnâ capitis repetitum in *Rec. Imp. Auguſtano, anno 1530.* §. *58.* Moniti Status ut provideant, quo Evangelium, ſecundùm verum intellectum & interpretationem receptorum in Eccleſiâ SS. Patrum ſine ſeditione & ſcandalo doceatur. Quod unicum votum, mandatum, ſtudiumque Impp. fuiſſe, *Rec. Imp. anno 1525.* §. *1. & 5. & Rec. Imp. anno 1529.* §. *8. & 9.* evidenter demonſtrant. Itaque conventum in *Rec. Imp. Spirenſi de anno 1526.* §. *4.* biß zur Zeit des Concilii oder National-Verſamlung / in Sachen / ſo das Edict durch Kayſ. Mayeſt. auff dem Reichs-Tag zu Worms außgangen / betreffen / für ſich und mit ihren Unterthanen alſo zu leben / zu regieren / und zu halten / wie ein jeder ſolches gegen GOtt / und der Röm. Kayſ. Mayeſt. getrauet zu verantworten. *In Comit. Spirenſ. anno 1529.* §. *3.* eadem repetuntur, & §. *4.* Weilen diſer Articul bey vilen in groſſen Mißverſtand / und zu Entſchuldigung allerhand erſchröcklichen neuen Lehren und Secten ſeithero gezogen worden; ſtatuitur iterum, quid interim, uſque ad tempus Concilii obſervari fierique debeat.

His ita conſtitutis oblata eſt Imperatori Carolo V. in *Comit. Auguſtan. anno 1530 Auguſtana Confeſſio* à Iohanne Electore Saxoniæ, Georgio Brandenburgico, Erneſto, & Franciſco Fratribus & Ducibus Brunſvvicenſibus, Philippo Haſſiæ Landgravio, & VVolffgango, Principe Anhaltino: nec non ſex Civitatibus, Norimbergâ, Reutlingâ, Campidonâ, Heilbrunnâ, VVinsheimio, & VVeiſſenburgo in Nortgaviâ, quæ quomodo publicè lecta, poſteaque à Præſtantiſſimis Theologis confutata, & qualis reſolutio Imperatoris ſubſecuta ſit, litera huius Receſſus edocet. 14

Nec ſola fuit hæc Aug. Confeſſionis exhibito, mox aliæ quatuor Civitates, Argentina, Conſtantia, Memminga, & Lindavium, peculiarem ſuæ fidei confeſſionem præſentârunt, §. *8.* quæ denuò confutata eſt; Tum varia circa Religionis Catholicæ capita, & abolitionem novorum dogmatum decreta, quæ per totum huius Rec. tractum videre licet. Imprimis Imperator, §. *10.* cum Ordinibus ſtatuit; bey dem alten / wahren / langhergebrachten Chriſtlichen Glauben und Religion / auch deſſelben ehrlichen löblichen Ceremonien und Gebräuchen / in gemeiner Kirchen biß anhero geübt / feſtiglich zu bleiben / auch vor Entſcheidung des General- 15

Digitized by Google

neral-Concilii kein Aenderung thun zu⸗laſſen.

16 Alia conciliandæ Religionis ratio allata in *Comit. Spirenſ. de anno 1544. §. 79. & ſeqq.* Daß mittler Weil durch gelehrte / gute / Ehr⸗und Fridliebende Perſonen eine Chriſtliche Reformation verfaßt werde / desgleichen können die Ständ auch thun / und alsdann auff Chriſtliche Vergleichung handlen. Tertius rei componendæ modus proponitur in *Comit. Wormat. anno 1545.* nimirum *Colloquium*, de cuius Præſide, Colloquentibus & Auditoribus pluribus illic agitur.

Sed cùm maximè circa id laboraretur, quid *interim*, uſque ad Concilii definitionem obſervari cuſtodirique debeat, *R. I. Auguſt. anno 1551. §. 3. uſque 12.* atque interim armorum ſtrepitus non ceſſaret; Tandem hæc omnia ſubſecuta eſt *Pax Re-*

17 *ligioſa anno 1552.* Paſſavii inita, & *anno 1555.* in Comitiis Auguſtanis confirmata, quæ ad octodecim articulos ſequentes redigi poſſe videtur:

I. Nullus Status Imperii propter Auguſtanam Confeſſionem invadatur, lædatur opprimatur, neque invitus ab illa, eiusque fide, ritibus, ordinationibus, quas vel inſtituerunt proteſtantes, vel inſtituturi ſunt, in ſuis Principatibus ac Dominiis repellatur, gravetur, aut contemnatur.

II. Viciſſim Status Auguſtanæ Confeſſionis contra Catholicos nihil attentent.

III. Controverſa Religio aliter quàm Chriſtianis, amicis, ac pacificis viis & mediis non componatur.

IV. Qui alterutri harum Religionum addicti non ſunt, hâc pace non comprehendantur.

V. Si Archiepiſcopus, Epiſcopus, Prælatus, aliúsve quiſpiam Ordinis Eccleſiaſtici à Catholicâ Religione receſſerit, Eccleſias & beneficia cum fructibus absque morâ quidem, ſed ſine detrimento honoris ſui relinquat.

VI. Bona Eccleſiaſtica, ante Transactionem Paſſavienſem occupata, quæ ad immediatos Imperii non pertin ent, neque intra, neque extra judicium repetantur.

VII. Eccleſiaſtica jurisdictio adverſus Auguſtanam Confeſſionem, eiusque Miniſtros, ritus, ordinationes, quas inſtituerunt, aut inſtituent, quieſcere atque ſuſpenſa eſſe & manere debet.

VIII. Catholicis, Reditus, Cenſus, Penſiones ſalvæ maneant, ſalvis Iuribus ſæcularibus eius Statûs, in cuius territorio iſthæc ſita ſunt. Eccleſiarum quoque Miniſteriis, Parochiis, Scholis, Eleemoſynis, Hoſpitalibus, ex iis bonis provideatur, unde priùs providebatur, non attento Religionis diſcrimine.

IX. Si ſuper his præſtationibus lites oriantur, per arbitros componantur.

X. Nullus Status alium, eiusque ſubditos ad ſuam Religionem compellat, nec eos arte aliquâ ad ſe attrahat, aut contra Magiſtratum ſuum in tutelam ſuſcipiat, aut ullatenus defendat.

XI. Si aliqui Religionis ergò ex Statuum ſeu Catholicorum ſeu Proteſtantium Provinciis aliò migrare velint, emigratio bonorumque diſtractio conſueto emigrantium tributo, &, ſi mancipia fuerint, lytro perſoluto, absque impedimento, & honoris obligationumque præjudicio, concedatur.

XII. Si compoſitio Religionis in Concilio Generali, aut Nationali, aut tractatione Imperiali Comitiorum non ſequatur, nihilominus Pax iſta ſecundùm omnes ſuprà dictos articulos vigorem obtineat, usque ad finalem Religionis compoſitionem. Atque ita modo jam dicto, & aliàs undequaque conſtans, abſoluta, ſive inconditionata & perpetua Pax conſtituta & decreta ſit ac maneat.

XIII. In hâc Pace libera quoque Nobilitas Cæſari immediatè ſubiecta comprehendatur.

XIV. In Civitatibus Imperii utraque Religio, ubi aliquamdiu viguit, etiam impoſterum ita permaneat. Et neutra pars alterius Religionem & ritus abroget, vel ad eam deſerendam alios compellat, ſed utraque pacificè & quietè cohabitet.

XV. Conſtitutiones Imperii vel aliæ ordinationes contrariæ nihil huic Paci derogent, neque declaratio in contrarium dari, impetrari, acceptari poſſit, data verò, impetrata, acceptata nullius ſit roboris, ſive in judicio, ſive extra.

XVI. Hos articulos Cæſar, Rex, eorumque Succeſſores inviolatè obſervabunt, nec contra, ſeu ex poteſtatis plenitudine

Digitized by Google

nitudine, ſeu alio prætextu agent, neque ſuo nomine agi permittent. Idem præſtabunt Principes, Prælati, Comites, & Civitates Imperii, eorúmque Succeſſores & hæredes, ſub obligatione Cæſareæ, Regiæ, & Principalis dignitatis, fidei, & fidelitatis in verbo veritatis, omni dolo ſecluſo.

XVII. Ex utrâque parte nec Cæſar, nec ullus Status alterum quocunque modo per ſe, vel per alios gravet, opprimat, lædat. Si quis adverſus hanc Pacem alteri vim, aut moleſtiam intulerit, Cæſar, aliique Status, id facienti non ſolùm conſilium, auxilium patrocinium nullum præſtabunt, ſed contra alteram partem auxilio & patrocinio juvabunt.

XVIII. Cameræ Imperialis Præſes & Aſſeſſores ſecundùm hanc Pacem, non attentâ Religione, partibus jus dicant. Neque contra hæc proceſſum, aut mandatum decernant, vel alio modo agant.

*Anno 1557. in Comitiis Ratisbonenſibus* confirmatur denuò tractatus Paſſavienſis, uſque dum negotium Religionis plenè definiatur, & quia quatuor componendæ Religionis modi allati ſunt in medium nempe *Generalis* vel *Nationalis Concilii*, *Colloquii* vel *Comitiorum*; ex quibus via inter omnes expeditiſſima, Concilii nimirum Generalis propter bella Regum Chriſtianorum modò difficulter in effectum traduci poſſit, hinc Colloquium VVormatiæ celebrandum ſtatibus placuit, §. *12.* cuius modi & conditiones §. §. *ſeqq.* explicantur.

*Anno 1559. in Comitiis Auguſtanis*; poſt reſignationem Imperatoris Caroli V. Ferdinandus Imperii adminiſtrationem aſſumens, quia per Colloquium VVormatienſe concordia Religionis obtineri non potuit, denuò Paſſavienſem Tractatum confirmavit, §. *3. 4. 5.* Quem & alius *anno 1635.* eodem in loco Rec. Imp. inſequutus eſt, & tandem *Tractatus Pacis Oſnabrugo-Monaſterienſis* cruentis tot annorum bellis & certaminibus finem impoſuit.

Compendium *Pacis Germano-Suecicæ* & *Germano-Gallicæ* quidam paucis carminibus complecti conati ſunt, quæ ex *Caramuel. Lobkowiz. in Pac. S. Rom. Imp. lic. demonſtr. art. 6. in fine* huc apponere placuit, ſuntque ſequentia:

*Articulis ſeptem & denis pax Suecica conſtat.*
*Primus amicitiæ conjungit fœdere partes.*
*Præteriti immemores vult læſos eſſe ſecundus.*
*Priſtina reſtituit ternus ſua jura cuique.*
*Enumerat quartus ſpeciales reſtituendos.*
*In ſacris quintus conflâta gravamina ſolvit.*
*Helvetiis Sextus dat libertatis honorem.*
*Septimus in fœdus Calvinum pacis adoptat.*
*Jura Politiæ Statibus bis quartus adumbrat;*
*Flori reſtituit veteri commercia nonus.*
*Bellorum decimus partitur præmia Suecis.*
*Brandenburgiaco Undecimus Pomerana reſarcit.*
*Mechlenburgiacis bis ſenus adempta rependit.*
*Braunſvvigum decimi demulcent muneta terni.*
*Dat Brandenburgo decimus cœnobia quartus.*
*Haſſum ter quino placant, & Clerus & Haſſus.*
*Arma bis octonus ſiſtit pacemq; reducit.*
*Septimus hanc firmat decimus, redditq; perennem.*

Propoſitiones omnes & Articlilos Pacis Germano-Gallicæ idem ad hos paucos verſus reduxit.

*Articulis quatuor minor eſt pax Gallica Suecâ;*
*Nonnihil in rebus varians, ut & ordine rerum.*
*In quatuor primis (niſi quod removetur Iberus)*
*Vix eſt diſparitas in re; neque diſcrepat ordo.*
*Quintus ineſt quinto Gallorum & ſeptimus uni.*
*In ſexto ſociis Gallus dat præmia Cattis.*
*Helvetiis quod ſextus ibi, dat ſeptimus iſthîc.*
*Nonus & Octavus ſimiles ſunt prorſus utrisque.*
*At decimus Gallum plumis aquilaribus ornat.*
*Undecimo in partes Galli Pax Itala tranſit:*
*Ultimus bis; illisq; ferè & penultimus idem eſt.*

Hæ proindè Pacificationes videntur eſſe *Palladium Germaniæ*, quod ſine totali eius convulſione tolli non poſſit.

Quid verò ſi unus Status alterum pro- 19
pter Religionem aut Magiſtratus ſubditos violenter invadat, aut turbet? Proſpectum huic rei eſt; *in Comit. Spirenſ. anno 1529.* §. *10.* ubi contra cuiusque violentiam & offenſionem ſequentia ſtatuuntur. Daß keiner von Geiſtlich- oder Weltlichen Stand den andern Glaubens halben vergewältigen / dringen / oder überziehen / noch auch ſeiner Rent / Zins / Zehend / und Güter entwehren / auch keiner des andern Underthanen / und Verwandten / des Glaubens und andern Urſach halben in Schutz und Schirm wider ihre Obrikeit nemmen ſollen noch wollen ſub pœnâ des Landfridens zu Worms / welcher alles ſeines Inhalts gehalten und vollzogen werden ſolle / und dafern wider alles obgemeldt ein Stand den andern mit Heerskrafft oder ſonſt gewaltiglich überziehen wolt / diſponitur §. *11.* alsdann das Kayſerlich Cammergericht auff Anſuchung des oder deren ſo ſich Überzugs

 beſorgen

beſorgen / und ſich gebührlich Rechtens erboten / völligen Befelch / Gewalt und Macht haben / denen / ſo in Gewerben und Rüſtung ſtunden / bey der Pœn und Straff der Acht von ſolchem ſeinem gewaltigem / thätlichen Fürnehmnn und Uberzug abzuſtehen / und ſich gebührlichen Rechtens benügen zu laſſen / zu gebieten. §. *12.* ordinatur, quomodo fiſcalis Cæſareus contra contumacem & inobedientem ad declarationem pœnæ mandato inſertæ procedere, & ipſa demùm declaratio fieri debeat. Quodque nihilominùs contra omnes auxiliatores armatos mandata dehortatoria ſub pœnâ banni publicari debeat. Desgleichen die andere anſtoſſende gelegene Reichſtänd / auch alsbald bey berührter Pœn der Recht zu Handhabung alles / wie obſtehet / erfordern / und ermahnen / dem Vergewaltigten mit ſtattlicher Hülff zuzuziehen / und Rettung zu thun.

Und ſolle ex præſcripto §. *13.* der Vergewaltiger jhren auffgewandten Kriegskoſten abzutragen / und zu erſtatten ſchuldig ſeyn / und in der Helffer willen ſtehen / den Vergewaltiger alsbald mit der That zu Ablegung des Koſtens zu vermögen / oder auff Mäſſigung des Cammergericht alſo fürderlich ungeweigert verholffen ſeyn ſoll.

Idem repetitur *in Comit. Auguſtan. anno 1530. à §. 66. uſque 69.* & confirmatur in *Inſtrumento Pacis Cæſar. Suec. art. 17.* §. Qui verò huic Tranſactioni vel Paci publicæ, conſilio vel ope contravenerit, vel executioni aut reſtitutioni repugnaverit, vel etiam legitimo modo ſuprà convento, & ſine exceſſu factâ reſtitutione, ſine legitimâ cauſæ cognitione, & ordinariâ Iuris executione reſtitutum de novo gravare tentaverit, ſive Clericus ſive Laicus fuerit, pœnam fractæ Pacis ipſo Iure & facto incurrat, contraque eum juxta Conſtitutiones Imperii reſtitutio & præſtatio cum pleno effectu decernatur & demandetur. Item in §. *Veruntamen verſ.* Et nulli omninò Statuum Imperii liceat Ius ſuum armis perſequi, ſed ſi quid controverſiæ ſive jam exortum ſit, ſive poſthac inciderit, unuſquiſque jure experiatur, ſecùs faciens reus ſit fractæ Pacis.

Atque cùm in *Comit. Ratisbonenſ. de anno 1654.* §. den zweyten Puncten. *191.* caſus reſtituendorum ex capite Amneſtiæ & gravaminum ad ordinariam Deputationem Francofurtenſem remitterentur: Tamen §. *ſequenti 193* ſi attentata interim fiant, vel aliquis in poſſeſſione ſuâ turbetur, ſancitum, wir ſetzen und ordnen auch / daß kein Stand gegen den anderen / oder deſſen Land und Leuth / oder auch gegen ſeine eigene Unterthanen und Burger / in Religions-Sachen / wider den Fridenſchluß mit Gewalt und eigenmächtiger Beginnung das geringſte nicht attentiren oder vornemmen / ſondern ein jeder das jenige / was er vermeint / daß jhme gebühre mit behörigem Weg Rechtens ſuchen / und denen / ſo darwider beſchwert würden / auff begehren mandata inhibitoria gehöriger Orthen ertheilt / und vollzogen werden ſollen. Quâ Conſtitu- 20
tione noviſſimâ meritò violentiam paſſis ſuccurritur: Quia enim Deputatio Francofurtenſis evanuit, aut contra omnia jura oppreſſionem patienter ferre deberet ab altero iniquè læſus, & poſſeſſione ſuâ deſtitutus, donec aut alia Deputatio vel Comitia Imperii convocarentur: vel proſpiciendum ipſi fuit de judicio & Iudice, qui ipſum remedio quodam proviſionali contra vim & injuriam tueretur.

Quod eò magis admittendum, quia turbanti præjudicium irreparabile, ſi alter in poſſeſſorio ſumariiſſimo manuteneatur, non infertur, utpote cùm illud in poſſeſſorio ordinario vel petitorio ſtatim reparare poſſit, adeoque ſententia in ſummariiſſimo lata, non definitiva ſed tantùm interlocutoria ſit. Hinc ſi circa decernendos Proceſſus in caſu turbatæ Religionis, inter Conſiliarios utriusque Religionis in Summis Imperii Tribunalibus diſſidia oriantur, non eſt coarctanda Imperatoris Iurisdictio, quaſi cauſa *ex §. Viſitati autem. Conſilii Aulici, &c. art. 5. Inſtrum. Pacis*, ad Comitia remittenda foret, quia hîc non, uti ſunt verba, *d. §. in dijudicandis cauſis*, ſed ſaltem circa decernendos Proceſſus verſamur, ubi Conſtitutio Noviſſima *Rec. de anno 54.* Imperatoriam Iurisdictionem intra Cancellos anguſtos non conſtringit. Nec ferri poſſet barbaries, ut læſus vel turbatus ſine omni Iure & Iudice alterius oppreſſionem pati teneretur. Quid enim abſurdiùs, ait Referens apud *Gilman. Tom. 1. Part. 1. Vot. n. 6.* dici aut excogitari poteſt, quàm in levioribus cauſis, concurrentibus qualitatibus *O. C. tit. 28. part. 2.*

ſine

Digitized by Google

ſine clauſula mandari poſſe: in causâ Religionis, ſi eædem qualitates concurrant, non poſſe. Quaſi verò turbatio contra Pacem Religionis non ſit delictum, aut quod minuat, & non aggravet potiùs delictum. Quinimò in tali caſu turbatæ Religionis, etiamſi ſubditi contra Magiſtratum conquerantur, opus non eſſe moleſtanti priùs umb Bericht zu ſchreiben/ ſi de narratis ſufficienter conſtet, *idem* aſſerit *n. 11.* quia mandata contra Magiſtratum ex *Rec. I. anno 54.* §. benebens ſollen. *99.* ſubditis non denegari, ſed tantùm *non facilè* ſine præviis literis informatoriis, decerni jubentur. Et in *Capit. Cæſar.* §. *18.* id ſaltem ſtatuit, ut in cauſis Supremæ Territorialis Iurisdictionis & Regalium, in ſpecie juris collectarum, ſequelæ, ac ſimilium, diverſimodè, *ad nudam inſtantiam ſubditorum*, antequam Electores, Principes, ac Status deſuper debitè audiantur, mandata cum & ſine clauſulâ non decernantur. Vnde conſequitur, quòd ſi factum non ſit dubium, ſed aliqualiter, etlicher maſſen / ſecundùm *R. I. anno 54.* §. alle Supplicanten / *79.* probatum, proceſſus decerni debeant; Quâ de causâ apud *Gilman. d. l.* Aſſeſſores tertiò mutati, aliique deputati ſunt, donec de Proceſſibus decernendis convenirent.

Videbatur multis Theologis Politicisque res impoſſibilis, ut duarum Religionum publicum exercitium cum pace Reipublicæ conſiſteret, *Theſ. Baſil. Vol. 1. diſp. de confratern. th. 56.* Quantas enim turbas, civiliumque tumultuum tempeſtates excitavit hactenus de Religione inter Imperatorem & Ordines, inter Principes & Subditos contentio? Galliam Hugonottæ, Belgium Geuſii bellis accerrimis dilacerârunt. Nihil namque violentiùs eſt, quàm ubi rebus gerendis Divinum Numen prætenditur, cùm uti corpus non niſi una animâ, ita regnum non niſi unâ Religione poſſit informari. Si Rex uni faveat, inimicam habiturum alteram, Eccleſiaſticum Magiſtratum in alteram partem nil poſſe diſponere, fieri poſſe, ut multi ad caſtra diverſæ Religionis tranſeant; In Imperio quidem Turcico tolerari Græcos, Schiſmaticos, Iudæos, Chriſtianos, ut & Perſicæ Religioni, quæ Turcis deteſtabilis eſt hæreſis, addictos, ſine ullâ Pacis publicæ perturbatione. Hos tamen omnes miſeram ſervire ſervitutem, Rempublicam non tractare, à militiâ & honoribus excludi, graviſſimis vectigalibus exhauriri, Turcarum denique libidini, mancipiorum inſtar, ſubjacere, non abſimili ratione, quâ in plerisque locis Iudæi à Chriſtianis Principibus tolerantur, permittunturque non ſolùm in ſuâ perfidiâ permanere, ſed etiam Synagogas, & ut ipſi loquuntur, ſcholas ædificare, & in iis exercitii Iudaici aliquam umbram celebrare, idque ſine periculo perturbandæ quietis publicæ, defectu potentiæ, quâ miſera illa orbis ejectamenta ac vilia capita penitùs carent. Et quamvis in aliquibus Religionibus cuilibet conſcientiæ relinquatur libertas, eò quòd ibi veriſſimum videatur, quod Theodoricus Imperator olim ad Senatum Romanum ſcripſit: *Reges Religionem imperare non poſſe*, quia nemo cogitur ut credat invitus: tamen diverſarum Religionum publica exercitia non judicant eſſe toleranda, quæ & alia argumenta latè perſequitur *R. P. Carol. de Grobendoncq. tr. de ortu & progreſſ. Spir. Polit. lib. 10. c. 17. §. 1. & 2.*

Et profectò negari non poteſt, unitatem Religionis quàm maximè conducere ad Reipubl. tranquillitatem, ut inde etiam illi, qui Religionis libertatem urgent, ubi tamen Imperio prævalere poſſunt, ſuam tantummodò Religionem admittant.

Sed cùm Imperium noſtrum, nullis Cæſarum curis aut laboribus, eò felicitatis aſſurgere hactenus potuerit, id ſaltem nobis ſolatio eſſe poteſt, quòd Iuris publici Sanctionibus ita proſpectum ſit Imperii ſaluti, ut à conditâ pace nullis bellorum procellis hæc Religionis diſſidia eam involuerint. Nec tamen ſpes omnes ad Religionis concordiam decollavit, quod ipſum Inſtrumentum Pacis oſtendit in verbis: *Donec de Religionis controverſiis conveniatur.* Interim Peritum licet imitari navarchum, qui cùm videt ob vim tempeſtatis adverſæ, curſum ſe directum in mari tenere non poſſe, obliquo aut indirecto utitur, vel planè tempeſtati cedit, ne navis in extremum periculum deducatur.

Non minoribus animis à Theologis Politicisque utriusque Religionis acriter diſputatum, an Pax Religioſa de an. 1555.

 & Mona-

Digitized by Google

& Monaſterienſis de anno 1648. ſit licita? Teſtantur id ſcripta & judicia Theologica paſſim typis evulgata. Plerique Theologi Catholici aſſerebant, Pacem hanc cooperari hæreſi, injuriam inferre veræ Religioni, eſſe cauſam perditionis animarum, uſurpationem poteſtatis non competentis, repugnare officio & juramento Cæſaris, Statuumque Catholicorum, maximè Epiſcoporum, eſſe fruſtratoriam ipſoque bello pericuſoſiorem, Eccleſiæ Dei, Summorum Pontificum, SS. Patrum & Veterum DD. ſuffragio deſtitui ac damnari, quæ omnia fuſè perſecutus eſt *Erneſt. de Euſebiis in Judic. Theolog.* quod ſcriptū multos ad huius materiæ tractationem excitavit. Quid enim non petitum, quid non per has pacificationes conceſſum eſt? teſtantur id tot Epiſcopatus, tot alia bona Eccleſiaſtica A. Conf. Principibus ceſſa. Et tamen Pacem hanc licitam bonamque eſſe defendit *Caramuel Lobkowitz in Pac. S. R. Imp. licitâ demonſtr. per tot.* Pacem non continere tot malitias quibus inuritur, quæ iniri debuerit pro Eccleſiæ & Imperii Romani conſervatione. Si enim è duobus malis unum tantum poſſit evitari, minus permitti debere, cùm Deus nec impoſſibilia præcipiat, nec inhibeat neceſſaria. Quod ſi verò ita feliciter res fluxiſſent, ut certum fuiſſet, Pacem, ſi differretur, melioribus olim articulis ineundam, bellumque ſi maneret, Orbi Chriſtiano utilius futurum, hoc quidem caſu pacem iniri non potuiſſe. Sed ſi res ita ſit in arduo poſita, ut omnia deteriora timeri debeant, ut inevitabilis permittendi neceſſitas adſit, ut nulla diligentia ad obtinendam ſit ſufficiens, pacem iniri poſſe, non cooperatione morali, ſed merâ permiſſione interveniente. Ita Iuſtin. Cæſarem inſtante Theodorico Italorum Rege, ne maius malum cogeretur permittere, Arrianos expulſos ſuis Eccleſiis & muniis reſtituiſſe, prout latè deducit *ſuprà cit. Caramuel. art. 8. per tot.* ſcilicet nec colloquio Ratiſbonenſi anno 1541. ubi *Johannes Eckius* inter Catholicos primas Antagoniſtam habuit Martinum Bucerum: nec Colloquio Auguſtano de Anno 1548. aliquid effectum, niſi quod in hoc *libellus interimiſticus* publicatus eſt. Ex ſimilibus argumentis Pacem Saxonicam anno 1635. Pacem Hungaricam anno 1646. Hiſpano-Hollandicam anno 1648. eſſe concluſam. Iuſtificari omnia ex eo, ſi minoris mali electio & maioris neceſſariò imminentis ſit evaſio. Quidquid de ſuſpenſione jurisdictionis Eccleſiaſticæ reſolutum, id ab Epiſcopis, Antiſtitibus & Theologis eſſe reſolutum. Plura dicere ſuperſedeo, & lectorem cupidum ad ſuprà allegatam *demonſtrationem Caramuelis Lobkowitz Pacem S. Rom. licitam eſſe* remitto.

---

# Liber I. Tituli II. Pars II.
## De
## ORIGINE JURIS.

SUMMARIA.

1. *Quare ſine præcognitâ Juris origine nemo feliciter progredi poſſit?*
2. *Pomponius JCtus quis, quo tempore, & cum quibus floruerit?*
3. *Solus ſtatum publicum rei Romanæ depingit.*
4. *Arguitur ab Interpp. errorum.*
5. *Recenſentur Principia Juris Romani.*
6. *Horum cognitionem exigere hiſtoriam.*
7. *Quare Juris Publici in Corpore Juris non major ratio?*
8. *Multa præclara ſcripta periiſſe incendio Romæ & Conſtantinopoli.*
9. *Ars Typographica quando & à quo inventa?*
10. *An Romulus fundator Romæ, an ſolùm amplificator fuerit?*
11. *Deſcribitur hiſtoria Romuli & Remi.*
12. *Unde ſic dicti fuerint Romulus & Remus?*
13. *Diſſidium inter fratres & mors Remi.*
14. *An initio Civitatis ſine legibus vixerit populus?*
15. *Vixiſſe ſecundùm lumen rationis & jus naturæ.*
16. *Romuli Regimen, ſeu poteſtas Regia.*
17. *Succeſſio Numæ Pompilij, qui annum determinat.*
18. *Calendarium Julij Cæſaris.*
19. *Calendarium Gregorianum, & quare A. C. Status id*

Digitized by Google

*tus id non admittant ?*

20. *Annorum varietas, & de ætate noſtrorum Patrum nec non in V. T. recenſio reliquorum Regum Romanorum.*
21. *Leges Curiatæ, & delatus in iis mulieribus honor prioris loci.*
22. *De incerto jure poſt Reges exactos.*
23. *Leges XII. Tabb. quando, & à quibus allatæ ?*
24. *Quando pro Roſtris propoſitæ, & quid ſint roſtra.*
25. *Reſponſa Prudentum.*
26. *Hoc jus hodiè habere Doctores in Academiis legitimè promotos, & quando id inceperit ?*
27. *Referuntur Doctorum Encomia, Nobilitas, privilegia.*
28. *Officia Doctorum paria cum Nobilibus & Illuſtribus.*
29. *Invectiva Franciſ. de Amaya in contemptores Doctorum.*
30. *In malos & indoctos redundare debere convitia.*
31. *Illuſtres Perſonas olim aſſumpſiſſe gradum Doctoratus.*
32. *Imp. aliquando immediatè Doctorem renuntiare, aliquando Comit. Palatinis hanc poteſtatem concedere.*
33. *An Doctores Bullati paribus privilegiis gaudeant ?*
34. *Hodiè non tam ad gradum quàm ad Doctrinam reſpici.*
35. *Recenſentur qualitates in Conſiliariis Imp. Aul. & Aſſeſſ. Cameræ requiſitæ.*
36. *Quàm hodiè habeant autoritatem reſponſa Doctorum & Facultatum, & quid de præjudiciis ?*
37. *Diſcurritur de reliquis partibus juris ſuprà n. 5. recenſitis.*

1 PRimordia ſucceſſumque Iuris publici Romani, & quàm neceſſarium ſit ICto originem juris cognoſcere, melius Pomponio ICto *in l. 2. h. t.* explicuit nemo; Sic enim ille orditur: *Facturus legum vetuſtarum interpretationem, neceſſariò priùs ab Urbis initiis repetendum exiſtimavi, non quia velim verboſos Commentarios facere, ſed quod in omnibus rebus animadverto, id perfectum eſſe, quod omnibus ſuis partibus conſtaret. Et certè cujusque rei potiſſima pars principium eſt. Deinde ſi in foro verſantibus nefas videtur eſſe, nullâ præfatione factâ Judici rem proponere: quantò magis interpretationem promittentibus inconveniens erit, omiſſis initiis, atque origine non repetitâ, illotis quaſi manibus*
2 *protinus materiam tractare ?* Floruit Pomponius Alexandri Severi Imp. temporibus, qui fuit XXX. Imperator Ethnicus, circa annum Christi Salvatoris 232. Imperio præfectus, à cujus conſiliis illum fuiſſe Lampridius refert, unà cum aliis ICtis eminentiſſimis: Fabio Sabino, Sabini inſignis viri filio, Domitio Vlpiano, Ælio Gordiano: Iulio Paulo, Claudio Venantio, Catilio Severo, Imperatoris cognato, & aliis. Solus profectò Pomponius capita juris publici Romani inter 3
alios omnes, nobis commonſtrat, & Romani Regiminis Statum depingit. Objiciuntur 4
tamen paſſim Pomponio errores quaſi leges Regias non Sextus Papyrius, ſed C. Papyrius congeſſerit: Illas poſt Regifugium non eſſe abrogatas à L. Tribunitia; Romanos poſt exactos Reges non vixiſſe abſque legibus, & quæ ſunt alia; quæ impræſentiarum omitto.

Rem aggredior & *d. l. 2.* in quâ Pom- 5
ponius diverſa jura recenſet, 1. Abitrium Principis ſive manum Regiam. 2. Leges curiatas. 3. Incertum jus, quod poſt Regifugium arbitrio Magiſtratus conſtituebatur. 4. Leges 12. Tabularum. 5. ICtorum in eas interpretationes, ſeu Ius civile in ſpecie ſic dictum. 6. Legis actiones, ſeu ſolennes agendi formulas. 7. Plebiscita. 8. SCta. 9. Magiſtratuum Edicta. 10. Conſtitutiones Principum. Hæc jura 6
maximè deſiderant Hiſtoriam, & pro eorum indagandâ origine neceſsè eſſet provocare cum ſuâ novâ urbe Romulum, Numam cum legibus, Dictatores, Cenſores, Decemviros, Pontifices, Tribunos, & alia antiqui Romani Imperii fulcra. Sed nimirum Imperator Iuſtinianus non tam publica, quàm privata jura tractare animum induxit. Inde factum, 7
quòd Veterum Iuris Conſultorum adeò parcum fuerit Iuris publici ſtudium, ut licet ſui temporis jura publica optimè calluerint, pauca tamen literis conſignârint. Etſi quæ fortè ſcripta extiterunt, dubitandum minimè eſt ea, aut Vrbe Româ à Gallis captâ, quod contigit Anno V. C. 366. igne abſumpta eſſe, cum monumentis aliis publicis & privatis, aut in univerſali illo incendio, Conſtantinopoli ſcil. à Mahomete A. C. 1354. captâ, & con- 8
crematis ccc. mille libris periiſſe; & ſi quæ fortè remansêre ſcripta, poſteà ex incuriâ ſuppreſſa, & deperdita eſſe, ut ſubverenda rerum omnium extrema barbaries fuiſſet, ſi Deus nos artis typographicæ diutiùs voluiſſet eſſe expertes.

9 Hæc inventa eſt, uti communiter tradunt circa *annum Chriſti 1440. 2. Januarij à Johanne Guttenbergio* Moguntino Germano, quamvis alii aliis gentibus hunc honorem tribuere cōnentur, ut Iovius Chinenſibus, Pomponius Lætus Italis, Hadrianus Iunius civi cuidam Harlemenſi, Iohannes Rhauu Batavis. Germanis tamen hanc inventionem egregiè vindicat *Caſp. Klock. de Ærar. lib. 1. c. 19. n. 29. & ſeqq.* ubi contrarias ſententias diluit.

Sed ad rem, Pomponius, *d. l. 2. §. 1. Initio Civitatis populus ſine certo jure, ſineq; certâ lege primùm agere inſtituit,*
10 *omniaq; manu Regiâ gubernabantur.* Hoc initium Civitatis Romæ aliqui Romulo non tam fundatori, quàm amplificatori de veritate hiſtorica tribuendum eſſe aſſerunt. *Plutarchus* quippe *in Romul. Saluſt. hiſtor. de coniur. Catilin.* & quidam alii hoc agunt, non à Romulo, ſed alio fundationem primam factam fuiſſe, & octingentis ferè ante Romulum annis Romam Oppidum extitiſſe, ſic appellatum ſive à Româ Æneæ aut Vlyſſis filio, ſive Româ, filiâ quâdam Trojanâ, forte Aſcanii, poſt adventum Æneæ, & gentis Iliacæ in Italiam, extructum. Sive quod Evander, relictâ Arcadiâ in monte Palatino, qui Romæ pars eſt, ſedem figens, & oppidulum ibi inventum, Valentiam ædificiis additis, Romam nuncupaverit: Romulus verò, ut dixi, octingentis ferè annis pòſt in eo loco, ubi penes Tyberim cum fratre Remo expoſitus erat & educatus, monte Palatino incluſo Regiam Tetrap olim formaverit, & integrum ſpatium, quo Vrbs eſſet amplificanda, aratro cinxerit, cui loco Vrbs omnium ſplendidiſſima, eſt ſuperinſtructa.

11 De Romuli Parentibus diverſa ſcribuntur. Sed quia tædioſi verboſitatis anfractus ICto abeſſe debent, *l. 1. h. t.* placent relata Plutarchi: Regem Albanorum Procam, Numitori & Amulio filiis ſuis Regnum annuis vicibus habendum reliquiſſe, ut alternis imperarent annis, Amulium verò fratri non reddidiſſe, ſed res Albanas bifariam fuiſſe partitum, in Regnum ſcilicet & Theſaurum, quem ex Troja Majores devexerant, ut utram partem vellet, Numitor deligeret, qui Regnum ſibi potiùs elegit. Sed Amulius ob auri magnitudinem factus potentior, fratrem adortus, ſedem Regiam facilè occupavit. Privato igitur Regiâ Majeſtate Numitore, veritus Amulius, ne pœnas aliquando daret, Numitoris filium interficit: Filiam nubilem Sacerdotem Veſtæ deſignat, ne viro tradita pareret ultores generis. Huic tamen eunti in ſacrum Lucum Martis, aquæ puræ ferendæ gratiâ, quâ debebat uti ad ſacra, vim quidam attulit. Sive ſecundùm quosdam, procus ille fuerit puellæ amore usque à teneris captus, ſive Amulius ipſe, ſive Genius, cuius lucus erat, ut variæ diverſis allubeſcunt argutiæ.

Amulius certè, ſive conſcientiâ perpetratorum, ſive ſuſpicione veriſimilium motus, mulierem gravidam confeſtim obſervari juſſit, ne clam pareret. Edidit tandem geminos miræ magnitudinis & formæ, ſed Antho Regis filia precibus apud Patrem effecit, ne in puerperam ſæviret. Exportantur infantes, projiciuntur in fluvium, alveus infantes ejicit, ejectis vagientibus picus volucris Martia alimenta ſubminiſtrat, & lupa paulò antè fœta, turgentibus lacte uberibus, ad ora vagientium illa ſubmittit. Reperta à Paſtoribus, à Fauſtulo Subulcorum primario in arte paſtoritiâ educantur, à quo etiam dicuntur ideò vocati Rumulus & Rumus, quia Rumas, hoc eſt, lupæ mammas emungere ſunt 12
comperti.

Adderem plura de indole, quæ in ipſis ad quævis alta eminebat, quomodo ipſos Avus cognoverit Numitor, quâ ratione ei Regnum Albanorum, obtruncato Amulio, reſtituerint: Nec id foret contra propoſitum, quia juri privato publicum admiſcere animus eſt, ſed ne nimium diffuſus ſim, his ſuperſedeo. Videri plura poſſunt apud *Dionyſ. Halicarnaſſ. Liv. lib. 1. Macrob. Saturnal. lib. 1. 15. pag. 321.*

Inter Fratres Romulum & Remum 13
mox æmulatio cœpit, ex quâ nata ſeditio, quæ peperit parricidium, commiſſoque à Fratribus, & utriusque aſſeclis, ingenti & acri prælio, Romulus miſerrimam victoriam ex fratris nece adeptus eſt. Optimè *Cyprianus in lib. de idol. vanit.* Romanos geminos unum non cepit regnum, quos unum uteri cepit hoſpitium. Scilicet nulla eſt major æmulatio, quàm quæ inter cohæredes Imperiorum ſempiternâ quaſi flammâ alitur.

Vtut

14 Vtut ergò ſine legibus in iſto initio, ſiheque certo jure civitatem fuiſſe Pomponius in *l. 2.* aſſerat, ſine moribus tamen honeſtis vixiſſe nemo dixerit. Moribus enim & arbitrio Regum ex lumine naturæ reliquiis imaginis Divinæ irradiato gubernatus eſt populus; æquitate ſcilicet ac honeſtate naturali, quæ hominibus congenita, nunquam ſinit eos eſſe tam efferos &
15 effrenes, ut imaginis Divinæ particulis planè exutis, inſtar belluarum rationis omnem ductum negligant, quicquid de Thyrrenis, Æthiopibus, Gindanis, Maſſagetis aliisque barbaris populis rumor ſpargat, *vid. ſuprà tit. 1. pag. 1. num.*

16 Illud certum eſt, Romulum primo ſtatim & ſequente Regiminis anno, Leges, Religionem & Statum publicum concernentes condidiſſe, aſſumptis apparitoribus, apertis aſylis, & Senatu ex centum Patribus lecto, *Liv. lib. 1. decad. 1.* nec tamen regnâſſe violenter, ſed populum cauſas detuliſſe ad Regum arbitrium; ſcilicet, ut *Juſtin. lib. 1. Hiſt. in pr.* ait: *Initio rerum, gentium, nationumq; Imperium penes Reges erat, quos ad faſtigium hujus Majeſtatis non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio provehebat*, cùm manu & poteſtate Regiâ gubernarent, jus naturale & gentium ſecuti. Illud admitti poſſit, quòd circa commercia & diſceptationes privatas leges certæ mox conſtitutæ non fuerint, ſed nec illæ diu defuêre, & extant legum à Romulo conditarum hæc fragmenta teſte Plutarcho & Plinio Nepote: *Ne mulier divortium pateretur, neve à Marito propelleretur, niſi veneficii in filios, adulterationis aut negligentia clavium, ſtuprive convinceretur; mulierem nuptam pecuniarum omnium ſacrorumq; viro eſſe ſociam. Patri per omne tempus filii vita, ſive verberibus eum coërcere, ſive vinctum ruſtico opere detinere: ſive & alienare, vendere, aut occidere jus & fas eſſe.* Plures videri poſſunt apud citatos Autores. Nec dubium eſt plures Romulum condidiſſe & Reges ſequentes, ſecundùm quas populus judicia ſubiret; Regnavit Romulus XXXVII. annis, poſteà vel à Superis vivus ſubreptus (ſi credere fas eſt) vel à Patribus occiſus.

17 Succeſſit *Numa Pompilius* per XLIII. annos Rex. Centum Patres Romuleanis addidit: Religionem auxit: nummos primùm cudi fecit, boum oviumque imagine impreſsâ. Cùm Romuli tempore *annus* decem duntaxat menſes & initium à Martio habuiſſet, is verò numerus, nec Solis curſui, nec Lunæ rationibus conveniret, ipſe duos addidit menſes Ianuarium & Februarium, ut integer annus 18 conſtaret 354 diebus. Sed cùm Solis curſus perficiat 365. dies, & quadrantem, ſive ſex horas, demùm *Julius Cæſar* anno Numæ adjecit decem dies.

Succeſſit tandem Anno 1582. *Calendarium Gregorianum*; ut hodierno die Calendarium in novum & vetus diſtinguatur, quorum priori Catholici, poſteriori maior pars A.C. addictorum utitur. Cauſas, quare Status Proteſtantes novum Calendarium non admittant, recenſet *Dn. Speidel. in ſpecul. obſ. verb.* Calender. Quarum potiſſima eò recurrit, quòd cùm præſens anni forma à Iulio Cæſare primùm fuerit inſtituta, & à Carolo Magno Imperii Germanici Conditore Teutonibus data, novam Pontifici juriſdictionem per receptionẽ Calendarii ab ipſo præſcripti, tribui nec poſſe, nec debere. Sed irrevalentiam harũ exceptionum manifeſtam reddit Edictum *Imp. Rudolphi II. de dato 4. Septemb. 1583.* hoc Calendarium cum præſcitu ſuæ Majeſtatis eſſe factum, & à præcipuis Mathematicis Statuum Imperii conſtructum, ut non niſi mero Pontificis odio recuſetur. 19

*Laur. Beyrlinck in Theatr. vit. human. lit. C. verbo Calendarium*, ait: Hoc Pontificis Gregorii XIII. factum Orbis Chriſtianus obſtupuit, exceptis nonnullis, qui magis odio Pontificis, quàm quòd factum culparent, emendationem illam hactenus non ſuſceperunt. Certè Academia Bononienſis civi ſuo hoc Memnoſynon poſuit

GREGORIO XIII. PONT. MAX.
Annuarum Revolutionum feliciſs. Reſtauratori.

*Tempora qui ſervs Phœbi referentia gyros,*
*Toto Sancte Senex orbe venire facis.*
*Scilicet ut redeat nunquam revocabilis annus;*
*Atq; ſuum teneant feſta ſacrata diem.*
*Ne tu Cœlicolis gratum, atque perutile nobis,*
*Immortale Tibi conficis Autor opus.*

Quanta ex duplicis uſu Calendarii ſuboriantur incommoda, experientia quotidiana demonſtrat, ideò deliberatio de utroque Calendario concordando in Comitiis

mitiis anno 1654. quidem propoſita, ſed ad proximam Viſitationem Cameræ, & ſequentia Comitia reiecta eſt. §. ob auch wol. *158. de. Rec.*

20 Anni apud diverſas gentes fuêre varii. *Perſæ* trecentis ſexaginta quinque diebus annum præfinierunt, *Græci* plerique ſingulis quatuor menſibus annum ſtatuére, *Arcades* interdum uno, nonnunquam tribus menſibus annum metiti ſunt. Alii æſtate unum, hyeme alterum commenti fuêre. Tandem verò poſt omnes *Ægyptii* variatis temporibus, verum annum repetêre, obſervatâ ratione ad Solis curſum, & duodecim menſibus anno aſſignatis. Illud ſilentio involvendum non eſt, quosdam ex hac annorum varietate deducere voluiſſe, id quod de longævitate noſtrorum Patrum ſacra volumina Veteris Teſtamenti habent, eos ad aliquot centum annos ætatis aſcendiſſe, non de annis duodecim menſiũ conſtantibus, ſed de minori temporis intervallo intelligendum eſſe; Verùm error illorum apertè patet. Si enim fingunt annos illos fuiſſe paulò plus quàm menſtruos, hoc eſt 36. dierum, efficeretur, Henoch, cùm eſſet ſex annorum cum dimidio, genuiſſe filios; genuiſſe enim cùm eſſet 65. annorum tradit Scriptura. Quid reſpondebimus quando eadem affirmat, Abrahamum plenum & ſaturum dierum in bonâ ſenectute obiiſſe, natum annos 145? Minuitur ex ſententia illorum Gratia Divina Patribus conceſſa, quorum tamen recens & integra natura, ſalubrior cibus, continentia; cognitio perfectior herbarum fructuumq; debebat eos in contrariam permovere ſententiam.

Tertius inter Reges Romanos fuit *Tullus Hoſtilius.* Quartus *Ancus Martius.* Quintus *L. Tarquinius Priſcus*, qui cùm Romulus murum Vrbis ligneum ſaltem conſtruxiſſet, *Halicarnaſſ. lib. 1.* ipſe primus muro ex lapide ſecto & ad regulam compoſito urbem cinxit. Sextus *Servius Tullius.* Septimus *L. Tarquinius*, in quo ob filii S. Tarquinii ſtuprum Lucretiæ Collatini Vxori illatum, nomen Regium, Romæ ignominiosè deſiit & ejuratum eſt. Tantum de Regibus & legibus Regiis.

21 Non minùs *Leges Curiatæ* referendæ ſunt ad Conſtitutiones Regias; Poſt receptionem namque Sabinorum Romulus populum in Curias & Tribus diviſit, ut leges ſuffragio Curiarum promulgarentur. Tum verò diſcrevit homines, illuſtres genere, pecuniisque & familiæ ſplendore divites: & ignobiles egenosque. Hos vocavit plebejos, illos verò Patres, ex quibus, qui nati erant, Patritii dicebantur, qui verò Patribus cooptarentur, Patres conſcripti appellati ſunt. Ex his omnibus centumviros Romulus elegit, cum quibus ſeria perageret, quorum numerum poſteà Numa Pompilius, & Tarquinius ita auxerunt, ut aliqui ultra 400. excreviſſe putent. Vnde frequenter in jure noſtro legimus, D. Marcum, aliosque Impp. Orationes ad Senatum habuiſſe, ut ei, quod rogarent more majorum Autoritas accederet, *l. 2. ff. de transact. l. Divus. de fugitiv. l. pen. ad SC. Tertyll.* Sic, teſte Plutarcho, Romulus ancipiti Sabinorum bello amore & prudentiâ raptarum mulierum reſtincto, in earum honorem lege Curiatâ ad populum detulit, *ut in deambulationibus prior eis à viro locus concederetur.* Ex his etiam patet Monarchiam eius temporis non fuiſſe puram, Ariſtocratico temperamento mixtam. Ipſe tamen Romulus, præter Equites & Pedites, quibus exercitus eius conſtaret, XII. inſuper lictoribus, & 300. juvenibus, quos Celeres vocabant, pro Majeſtate ſuâ demonſtrandâ, ſtipatus erat, *Liv. de bell. civil. lib. 1.*

Quod de *incerto jure* dicitur, quo poſt 23
regifugium Magiſtratûs arbitrio populus ſit uſus, id non ita accipiendum eſt, quaſi leges nullæ extiterint, ſed quia paucæ, quibus Rei Romanæ plenè non fuerit proſpectum. Et quis porrò dubitat, naturali & gentium jure, honeſtisque moribus eos interim vixiſſe?

Sed cùm plebs Romana variis ſeditionibus involveretur, tandem L. Terentiâ placuit leges extraneas accerſiri, inſtructisque ex publico triremibus miſſi ſunt Athenas, Spurius Poſthumius Albus, Publius 23
Sulpitius Camerinus, & Aulus Nanlius, *C. fuerunt ult. diſt.* ut Græcarum Civitatum leges deſcriberent; Græcia namque olim omni diſciplinarum genere excultiſſima quà famam, quà gloriam, quà doctrinam, quà publicas artes, bellicamque virtutem laudi non impar fuit, *Cic. pro Flacc. & Tuſ-*

*& Tuſcul.* Itaque Legati tertio redeuntes anno leges collectas afferunt, convocatur populus ad concionem, prælegunturleges X. propoſitis Tabulis, quibus poſteà duæ ſunt additæ, tanquam ſupplementa, à Faliſcis & Cretenſibus mutuata. Atque hæ ſunt illæ *XII. Tabularum Leges*, *quas Liv. l. 3.* dicit eſſe fontem omnis publici privatique Iuris. Præſcriptæ ſunt hæ leges à Decemviris, inſculptæ Tabulis eboreis, & pro Roſtris poſitæ à Conſulibus, *Liv. lib. 3.* Roſtra verò fuerunt proræ navium pretioſarum, ex Antiatibus devictarum, ex quibus ſuggeſtum aut pulpitum aliquod fuit extructum in foro ante Curiam Hoſtiliam ſito, quod ex indè dicebatur Roſtrum, & quæ in hoc foro ſolenni fiebant, pro roſtris fieri dicebantur, *Liv. lib. 8. Minſ. & DD. ad §. Lex eſt. 3. Inſt. de I. N. & Civ.*

Fuſius nimis eſſem, ſi omnium Magiſtratuum Romanorum ſucceſſionem & ordinem hîc examinare vellem. Præſtitit hoc eleganter *Joh. à Felden in Element. Jur. lib. 4. c. 1. memb. 1. art. 1. & ſeqq.* Videtur tamen poſt Reges poteſtas fuiſſe penes populum & plebem, ideoque non ſtatim ſucceſſere Decemviri, & LL. XII. Tabularum, ſed *Plebiſcita*, quæ etiam ſub Horatio Conſule in tantum confirmata fuerunt, ut à lege non quoad effectum, ſed cauſam efficientem & modum ferendi differrent. De plebiſcitis eorumque cauſâ plura infrà dicemus in tit. de Sena-
25 tor. *Legum XII. Tabularum interpretatio commiſſa eſt JCtis & Pontificum Collegio*, quia non omnium paſſim interpretationes juris vim obtinebant, niſi quibus ob perſpectam & probatam eruditionem hoc eſſet ſpecialiter ab Impp. conceſſum, vel quorum ſcripta & reſponſa poſteà, ut Corpori Iuris infererentur, digna viſa fuère. Maximam verò reſponſorum fuiſſe autoritatem ex eo patet, quòd Iudici ab eâ ICtorum opinione recedere non licebat, *§. 9. Inſtit. de I. N. G. & Civil.* Quorum igitur reſponſa in Corpus Iuris ſunt redacta, vi legis pollent, non quidem per ſe, ſed quatenus Imperator hæc omnia approbando & jubendo ſua fecit, præſertim ſi certa, nec diſſonantiæ querelam fovent. Hinc dicuntur ICti authores Iuris *l. 1. in pr. C. de comm. ſerv. manum. l. nulla C. de procur.* Sacerdotes Iuſtitiæ, *l. 1. §. 1 ff. de J. & J.*

Hoc jus hodiè tam in docendo, quàm 2
reſpondendo, diſputando, & conſulendo, cum ſolenni ritu confertur in Academiis, à Pontificibus & Impp. Romanis hoc Privilegium habentibus, ut publicè Doctores in utroque jure creare poſſint, præviis duobus tribúsve examinibus, & diſputationibus inſuper publicis pro cuiusque Univerſitatis Statutis, quibus ſuam cum applauſu comprobent eruditionem. Hocque jus creandorum Doctorum ſub Imperatore Lothario vel paulò poſt cœpiſſe vulgò creditur.

Conſtantinus Imperator *in l. Magiſtros. C. de Profeſſ. & Medic.* ait: *Quisquis docere vult, nec temerè nec repentè proſiliat ad hoc munus, ſed judicio Ordinis probatus decretum mereatur Curialium, optimorum conſpirante conſenſu.* Hi Doctores taliter 27
promoti Nobiles ſunt, & vocantur, in *l. 2. §. fin. ff. de excuſ. tut.* Nobiliſſimi in *l. diximus 4. §. 1. in fin. ff. eod. l. providendum. 7. C. de poſtul.* Egregii & Illuſtres, *l. 2. §. fin. ff. qui pet. tut. l. 2. §. 9. C. de vet. jur. enucl. Tholoſ. lib. 18. de republ. c. 4. n. 10.* Quia Doctoratûs Nobilis & egregia eſt dignitas, *Tholoſan. d. l. n. 14. Guido Papa deciſ. 88. n. 3.* & per conſequens Doctor Nobilis & egregia perſona, *Rol. Cavagnol. deciſ. 38. num. 16. lib. 1. Menoch. de A. I. Q. lib. 2. cent. 1. caſ. 70. num. 9.*

Quod ſi res ex effectu definienda eſt, iiſdem Doctores cum Nobilibus gaudent privilegiis, & ſine ſpeciali Impp. permiſſu portant inſignia Nobilium, Wapen mit offenem Helm / *Caſſan. in Catalog. glor. mund. p. 1. conſid. 38. Comman. de jur. Majeſt. diſp. 3. num. 64. Beſold. in Theſaur. pr. verbo* Wapen. Veſtes & catenas aureas geſtant unà cum Nobilibus in genere, *O. P. de anno 1557. tit. 11. & 12.* & de *anno 30. §.* Und ſo einer. *Georg. Becht. de ſalv. conduct. claſſ. 3. n. 226.* quæ reperitur inter *Theſ. Baſil. vol. 2.* ubi ait, ita pro Doctoris cujuſdam uxore, contra C. & S. Civitatis A. in Camerâ Imp. pronunciatum eſſe, quia Statuta veſtiaria Civitatis non derogent privilegiis in Corpore Iuris & Conſtitut. Imperii contentis, *Coler. p. 2. c. 3. n. 171. & ſeqq.* imò die von Adel ſo keine Ritter noch Doctores ſeynd / ſollen kein Gold / noch Perlein offentlich tragen / *Rec. Imp. anno 1500. tit.* von Uberflüſſigkeit der Kleider.

Propter hanc Doctorum dignitatem & privi-

& privilegia conſequitur, ut injuria Doctori illata atrox dicatur, *Menoch. de arb. Jud caſ. 262. n. 17. & ſeqq.* nec manus debeat in eos injici, *Matth Coler p. 203. n. 157.* quod quidam eò extendunt, ut ne quidem in causâ criminali capi vel torqueri poſſint, *Coler. d. cap. 3. n. 173.* ubi tamen parùm in hoc fidendum eſſe monet. Nam ſicut Doctores, Perſonæve Illuſtres aliis præferri gaudent, ita majori ſtudio à criminibus abſtinere, bonamque fidem agnoſcere tenentur, aliàs aſſertio multorum, quaſi ob debita vel delicta carcerari non deberent, potiùs adulatio eſt, & iiſdem cum aliis pœnis erunt ſubjiciendi, prout approbatum factum cuiusdam Civitatis memini in *C. I. A. 15. Mart. anno 1668.* alii addunt, quòd à militaribus perſonis provocando inquietari Doctores non debeant, nec provocati comparere teneantur: cùm armiger Doctorem ad duellum provocans æquè ſit abſurdus, ac ſi hic illum ad diſputationem provocaret, *Paris de Puteo de re milit. lib. 9. q. 5. & ſeqq.* quam traditionem non traho ad illos, qui æquè ac milites in tractandis armis ſunt exercitati.

28 Si Officia conſideramus, Doctores in Iudicio Imp. Aul. & Camerâ paribus cum Nobilibus fruuntur ſtipendiis, *Ord. Cam. p. 1. t. 43. R. I. de anno 70.* §. **demnach.** *R. I. de anno 54* §. **dieweil auch. 11.** Et acceptantur loco Nobilium, maximè ſi Nobiles non ſunt idonei, *O. C. pag. 1. t. 13.* §. *2 in fin. R. I. de anno 57.* §. **weiter nachdem. 18.** *Denaiſ. in jur. Cam. tit. 13.* §. *3.* In Receſſu Imperii Auguſtano de anno 1500. tit. **Was den Reichs-Rähten zu Sold geben werden ſoll.** Conſtitutum eſt, ut Conſiliarii Regimenti Imperialis pro honore & Autoritate Imperatoris & Imperii, **ein Graf oder Herr ſechs Pferd/ ein** Prælat, **Edelmann/** Doctor **oder** Licentiat **vier gerüſter Pferd halten ſoll** Externum namque cultum & civilitatem negligere minimè decet, quia ſordes, ſi non tollunt, ſaltem diminuunt virum, hinc in. *Ord. Cam. t. 8.* ſancitum, **mit zierlich und ehrlicher Kleidung/ auch ſonſten in allem Weſen und Wandel vor anderen ſtattlich/ ehrbarlich und tapfferlich halten und erzeigen/ damit die Kayſ. Maj. und Ständen des Reichs zu Ehren/ gegen männiglich im äuſſerlichen Schein darfür angeſehen/ wie billich geacht und gehalten werden/ wie ſich auch ihrem Stand nach wohl ziemet/ und gebühret.** Vnde in publicum progredientes, ſuos pediſſequos habere debent, *Denaiſ. lib. 3. t. 15. Stypman. de Referendar. c. 3. n. 50. & ſeqq.* Iuris item Doctores cum Nobilibus in Capitulares Eccleſiarum Cathedralium eliguntur, & Coloniæ Agrippinæ Octo Theologiæ vel Iuris Doctores recipiuntur.

Tacitè nimirum quoque nobilitat Princeps, ſi quem lateri ſuo adhærere ſinit, *l. ult. C. de excuſ. tut. Georg. de Cabed. pr. Obſ. pag. 2. deciſ. 73. n. 4. Menoch. de A. I. Q. caſ. 68. n. 35.* Si tanquam Cancellarium aſſumit ſui palatii, *l. 8. ff. de Senator. l. omnium, in pr. C. de Teſtamentis. l. 2. in pr. C. de LL.* Et tales eſſe qui præſunt Conſilio Imp. Aulico, aut Cameræ, electos videlicet in locum antiquorum Patrum conſcriptorum, tradit *Schneidw. ad* §. *filiusf n. 2. Inſt. quibus mod. jus Patr. poteſt. ſolv.* Sunt enim perpetui & togati Senatores, *Viſit. Memorial. de anno 70.* §. **dann obwol.** Concept **der verneuerten Cammerg. Ordn.** *t. 9. in pr. Roding. Pandect. Cam. lib. 4. tit. 3.*

Hinc patere, ait *Stypman. d. c. 3. n. 17.* quanto in honore Doctorum Iuris Status ab Impp. & omnibus Imperii Ordinibus fuerit habitus, ut mirari liceat inveniri hodiè homines, qui omnes ingenii vires intendant, ut aliquid contemptim in hunc ordinem dicere poſſint. Vnde ſequentem in modum in Doctorum contemptores invehitur *Franciſc. de Amaya in Cod.* 29
*lib. 10. tit. 53. n. 32. Et cùm hoc ita honorificum ſit, ut nihil in Republicâ honorificentius excogitari poſſit, quis meritò non ſuccenſeat, cùm viderit omnes literarum gradus ita vilipendi tanquam dedecore plenas, & cùm iras concitant ſi Profeſſores aut literatos vocamus Doctores, aut Licentiatos, imò, quod magis dolendum eſt, vel potiùs ridendum cùm ignominiæ vel contemptûs causâ Licentiati dicuntur literati. O tempora! O mores! ita ſolet temporibus, quæ vim habent maximam, evenire, ut honeſtas cum turpitudine certet, & dignitas cum vilitate, & honor laus, fides, juſtitia, omnisq; virtus irrideantur, quæ omnes literis imbibuntur, ſine quibus Reſpublicæ felices eſſe non poſſunt.*

Nec aliquid ſolidi inventum, quare Dd. 30
ſperni mereantur. Si enim ſuperficiariæ doctrinæ Canditatis iſta ſæpiùs inſignia conſe-

conferuntur, ſi auri argentique corruptela indignorum & imperitorum capita his laureis coronat, ſi plures hodiè Doctores quàm docti numerantur, ſi à quibusdam Iuſtitia non promovetur, ſed differtur & opprimitur, hæc vitia & abuſus rem cætera præclaram & laudabilem in odium trahere non debent. Narrat *Stypman. ſæpiùs cit. c. 5. n. 26.* in Pomerania, Nobiles antequam ad munus Aſſeſſorum vel Referendariorum ſublimarentur, in patriâ Academiâ per aliquot annos docere debuiſſe, ut iſtâ ratione verum penetrarent legum ſenſum, & conferendo cum Veteribus ICtis ſuper Actis, quæ ex variis locis ſæpiùs ad Facultatis Collegium mittebantur, prima proceſsûs initia imbiberent, ne poſteà ignari rerum in Aulâ negotia præcipitarent. Hiſtoriæ nos docent, Principes, Comites, & Nobiles laudi & gloriæ ſibi duxiſſe, ſi publicè Laureis Doctoralibus coronarentur. Quamvis enim maior dignitas attendenda, & ab eâ denominanda ſit perſona, dignitas tamen dignitati juncta eam non abo-
31 let, ſed auget & illuſtriorē efficit. Ita *Johannes* cognomento *Theologus, Venetorum & Mediolanenſium Princeps*, non ob hoc Princeps eſſe deſiit, quòd in Pariſienſi Academiâ literas & Theologiam didicit, gradumque Doctoris conſecutus eſt: nec *Hermanus Haſſiæ Landgravius*, qui Magiſterii inſignibus eſt condecoratus.

Privilegia nimirum non competunt, niſi Doctoribus legitimè examinatis, approbatis & promotis, qui non prenſatione nec precibus, neque muneribus & largitione, ſed propter præclaram utriusque juris ſcientiam Doctoralibus inſulis ſunt exornati. Quia enim privilegia hæc favore ſcientiæ & ſtudiorum, unde in publicum utilitas emanat, conceduntur, meritò iis gaudere non debent ignavi umbratilesque, quorum promiſcuis promotionibus evileſcit nobilis titulus Doctoris, & Reſpublica otioſis hominibus repletur, in quorum caput redundare debet, quicquid in doctos à maleſanis evomitur convitiorum. Doctor ſiquidem indoctus, quem legum dolorem, ſilentiarium, & ſecretarium appellat *Hippol. de Marſil. tr. de bannit. verbo Commiſſario. n. 58.* frui privilegiis Doctorum & Nobilium non debet, etiamſi in Academia promotus ſit, *Tholoſan. de Republic. l. 18. c. 9. n. 9.* ſicut nec illi, qui metas ſuæ vocationis egrediuntur, & mercantias aut cambia exercent, *Coler. d. 263. num. 165.*

Solet etiam aliquando Imperator im- 32
mediatè Doctorem renuntiare, quia ipſe eſt fons perennis omnium dignitatum, ſicque Rudolphus II. Imp. Auguſtiſſimæ memoriæ, Dn. Barthol. Bezium, Oratorem primùm & Legatum Cæſareum ad Portam Ottomanicam, poſt Conſilii bellici in Aulâ Pragenſi Supremum Præfectum, antequam operâ eius tam illuſtri uteretur, majoris dignitatis & reputationis gratiâ ſolenni Diplomate Doctorem Iuris renunciavit. Eandem poteſtatem, creandi Doctores, Licentiatos, Magiſtros, aliquando Imperator concedere ſolet Comitibus Palatinis, ſed rarò & plerunque limitatè, cum conditione prævii examinis rigoroſi, ad quod æquè ac in Academiis Doctores aliquot eximii de profeſſione creandi adhiberi ſolent; ut *legi 7. C. de Profeſſ. & Med.* ſatisfiat. Ideò memini anno præterito, cuidam Lauream Doctoralem in Medicinâ petenti, Imperatorem Diploma non conceſſiſſe, donec à peritis Medicinæ Doctoribus ſe examinatum approbatumque doceret.

Quæſtio tamen movetur *Bullatis Docto-* 33
*ribus*, num paribus privilegiis frui debeant cum iis qui in Academiis promoti ſunt? Cùm facilè conniventia in ipſorum promotione propter examen privatum intercurrere poſſit, & adeò ipſi taliter promoti ſtudiorum ſuorum fiduciam habere non videantur, dum publicæ Vniverſitatis cenſuræ ſe ſubducendo in privatis ædibus Comitis Palatini jura & privilegia Doctoratûs quærunt, niſi forſan obſtet res anguſta domi, quæ ob nimios ſumptus præclariſſima ſæpè ingenia à publicis laureis deterret, aut alia juſta cauſa id ſuadeat. Quia tamen paritas poteſtatis & autoritatis Cæſareæ in utroque caſu intervenit, ſive ab Imperatore aut Comite Palatino, ſive ab Vniverſitate Doctor aliquis promoveatur, pares quoque utrosque dignitate & privilegiis eſſe haud abſurdè ſtatuitur, licet *Becht. de Salv. cond. loc. ſuprà cit. cl. 3. th. 227.* tradat, tales non reputari Nobiles, nec in numerum Aſſeſſorum Cameræ recipi, per *O. C. p. 1. t. 3. §. 1. ibi:* in Vniverſitäten / welche wenigſtens

von den Röm. Kayſern und Königen confirmiret / adeoque ſemper Doctoribus in Academiâ promotis poſtponi.

34 Hodiè certè circa Officia, quæ ICtis conferri ſolent, non tam ad gradum, quàm ad doctrinam reſpicitur, licet publicum Vniverſitatis teſtimonium magnam eruditionis opinionem cuivis conciliet, *l. 7. C. de Profeſſ.* cùm nemo debeat petere honores, quos non meruit, nemo judicare meritos niſi approbatos ab aliis, quod Iudicio Facultatum in Vniverſitatibus eſt relictum, quæ ideò inſtitutæ, ut his honoribus, quaſi præmiis ſtudioſi ad maiorem diligentiam accenderentur, & his quaſi notis ſuos in ſtudiis demonſtrarent progreſſus, ſicque ad Reipubl. officia admitterentur. Idcircò quinquennium in ſtudio juris & approbatis Germaniæ Vniverſitatibus transactum anteà requirebatur, ut quis in Aſſeſſorem Cameræ Imperialis cooptari poſſet, quod tamen in ultimo *R. I. de anno 54.* §. ſintemal aber *25.* mutatum,
35 daß nicht ſo ſtarck auff das ſtudium Iuridicum quinquennale auff teutſchen Vniverſitäten / ſondern auff die qualitäten / experientz / Geſchicklichkeit geſehen werden ſolle. Idemque ſancitum *in Ordin. Conſil. Imp. Aul. tit. 1. in pr.* ibi. Graven oder Herrn / Rittermäſſigen / Graduirten / oder ſonſten gelehrten / wolerfahrnen / frommen / und geſchickten Perſonen. Quia enim ſuperficiariæ doctrinæ Canditatis ſæpiùs teſtimonia & Laureæ conferuntur, hinc aliis quoque mediis experimenta eruditionis capienda eſſe Conſtitutiones Imperii præſcribunt, præſertim cùm in officiis maioribus non ſolius juris privati, ſed etiam publici notitia, Conſtitutionumque Imperii ſcientia requiratur, adeò *in Ord. Conſ. Imp. Aul. tit. 1.* §. alle diſe 18. Perſonen. in fine ſtatutum. Es ſollen auch alle diſe Räht / der Reichs und anderen Sachen / ſo vor ſie kommen müſſen / ſo wol auch zum Theil der Nationen und Sprachen / ſo an unſerem Kayſ. Hof. Recht ſuchen / ſo vil müglich / kündig / in den Rechten wol fundirt / gelehrt / geübt / und ins Gemein alleſamt dermaſſen beſchaffen ſeyn / daß ſie von Rechtshandlungen / deßgleichen anderen Sachen unſererſ Kayſerthums / und demſelben anhangenden reputation, Würde / Hochheit / Recht / und Gerechtigkeit betreffend / ſo offt es vonnöthen / wiſſen Bericht zu thun / fürzutragen / zu tractiren / und zu handlen / damit ſie nicht allein in unſerem Kayſer. Reichs-Hof Raht / ſondern auch auff Reichstägen / und andern zutragenden Gelegenheiten / mit Ruhm und Nutz mögen gebraucht werden / zu welchem Ende die jenige / ſo vorhero in des H. Röm. Reichs Chur-Fürſten und Stände vornehmen Dienſten nicht geweſen / bey ihrer Annemmung dem examini unterworffen ſeyn / und einen definitivè geſchloſſenen proceſs oder acta ſelbſten / ohne Hülff oder zuthun eines anderen / Vermög ihrer bey dem examine leiſtender Pflichten / referiren ſollen. Hæc de ICtis fuſiùs diſſeruimus, quia Viri in Germaniâ Magni ab initio iniquiores fuerunt Doctoribus, ut teſtari inprimis poteſt Reformatio Friderici III. Imp. quam exhibet Goldaſt. in den Reichshandlungen. Sed aliter ſentiunt moderati cenſores aliudque docuit experientia ſeculorum. Reſponſis Prudentum antiquorum *communes Dd. opiniones* vulgò comparantur: ſed latiſſima inter hæc duo eſt differentia, cùm Reſponſa Prudentum, veluti Lex, ſemper debeant attendi, & obſervari, communis verò opinio non ſemper, quippe quæ rationibus & & legibus non ſuffulta non præiudicat, Finckelthauß *Obſ. 1. n. 11. & 12. & Obſ. 32. n. 23.* nam Doctorum dicta eatenus attendenda, quatenus legibus conſentanea, *Mynſ. 5. Obſ. 61. n. 6.* pulchrè *Carpzov. deciſ. 33. n. 15.*

Hodiè Dd. autoritas probabilis tantùm 36
eſt, non neceſſaria, *Suarez. in theſ. comm. opin. lit. d. n. 104.* adeoq; id ſaltem operatur Doctiſſimi ICti reſponſum, ut qui illud pro ſe habet, juſtam cauſam litigandi habuiſſe videatur, & in expenſas non poſſit condemnari, *Mynſ. ad* §. *1. verſ. hæc autem. Inſt. de pœn. tem. litig.* Nota ſunt reſponſa Facultatum Iuridicarum, quæ partes litigantes crebrò judicialiter ad acta producere ſolent, de quibus tamen noviſſimus, *R. I. de anno 54.* §. zu dermaliger. *86.* ſtatuit, daß ſolche weder in referendo noch votando Ziel oder Maß geben / noch ſo vil das factum belangt / einigerley weiß attendiret werden ſollen. Iudex profectò communem ſequi non debet, ſi caſus in jure communi ſit deciſus, quia lex ſcripta præponderat traditioni Doctorum, ad quam deſcendere non licet, niſi jure deficiente,

Digitized by Google

ficiente, aut adeò obſcuro, ut interpretationem Prudentum, ex quâ communis opinio reſultat, deſideret, tunc enim ſequi debet illam opinionem, quæ majori æquitate & ratione nititur, vel in praxi obſervatur, *Zaſ. ff. de judic. n. 34.* Sed quod ad præiudicia Imperialis Cameræ attinet, quamvis aliàs Iudicis ſententia jus tantùm faciat inter partes, ſi tamen Imperator judicat, inferiora Tribunalia meritò præjudicia Cameræ ſequi debere tradit *Manz. deciſ. Palat. q. 33. n. 11.*

73. Cæteroquin, ut ad originem juris redeamus, illa dici poteſt *Divina*, *Naturalis*, *Gentium*, *Civilis*, *& Romanorum propria*, cùm magna pars juris dependeat à ſacris literis, & aliis ſcriptis, unde deducta eſt, ut patet ex *13. titulis lib. 1. Cod. & variis Novell. ſupra tit. 1. citatis.* Atque in ſummâ notandum eſt, jus civile à *triplicis* potiſſimùm *generis legislatoribus* eſſe exortum. *Primarij* fuere illi, penes quos ſumma fuit in Republicâ poteſtas, quales vel unus Rex aut Princeps, unde apud Quirites Placita, Reſcripta, Orationes, Conſtitutiones, & ſimiles, quæ regalis Generis ſunt, manârunt, *§. 6. Inſt. de I. N. G. & C. tot. tit. de Conſtit. Princ.* Vel ſunt Optimates, unde Senatus Conſulta, ut Macedonianum, Vellejanum, Tertullianum, Orphicianum, &c. *l. 9. ff. de LL.* Vel Plebs in Democratiâ, unde Plebiscita, *§. 4. verſ. Plebiscitum Inſt. de I. N. G. & C.* Vel univerſus populus in mixtâ Republicâ, unde proficiſcitur Lex in ſpecie dicta, *eod. §. 4. in pr.* & conſuetudo in ſtatu populari obtenta, *§. 9. d. t. l. 32. ff. d. LL.* *Alterum* genus Legiſlatorum *ſecundariorum* eſt, qui à prioribus originem ducunt, & rebus judicandis præſunt, cujuſmodi leges ſunt Romanis Edicta Prætorum, & Ædilium, quibus ſæpè opus ad leges primarias executioni mandandas, juvandas, corrigendas, vel temperandas, *l. 7. §. 1. ff. de j. & j. §. 7. Inſt. de I. N. G. & C.* nam cùm primarius Legislator omnia complecti nequeat, permitti debebat, ut ſecundario concederetur poteſtas ſupplendi, ad ſimilia procedendi, atque ita jus dicendi, *l. 11. 12. 13. ff. de LL.* quia ubi æquitas ſuadet, ſubveniendum eſt juri civili, *l. 8. Cod. de Judic. l. 18. ff. d. LL.* *Tertium genus Legislatorum* conſiſtit in iis, qui legibus interpretandis ſunt præpoſiti, de quibus etiam ſuprà. Omnis quippe lex civilis rationi innititur, nec benè decreta foret, niſi naturalis rationis lumine Legislator Philoſophando eam tuliſſet. Atque ſicut ex legibus 12. Tabb. & interpretationibus ICtorum *ſolennes* quædam *formulæ* Actionum conceptæ ſunt, ſecundùm quas litigatores in Iudiciis experiri debebant, ita ut ſi quis ſyllabâ erraret, causâ caderet. Eodem modo adhuc hodiè pro obtinendis proceſſibus ſuper Conſtitutione Fractæ Pacis, Pignorationis, Arreſtorum, &c. requiſita accuratè exprimenda ſunt, aliiſque in actionibus libellus aptè formandus, non quidem eo effectu, ut ſupplicans illa omittens causâ cadat, ſed ne ex Conſtitutione *Rec. Spirenſ. de anno 1570. §.* **und auß ſondern erwogenen Urſachen. 80.** hoc pro exſpectatâ favorabili reſolutione, decretum reportet: **wie gebeten abgeſchlagen.**

# *Liber I. Tituli III. Pars II.*
# De
# *LEGIBUS.*

SUMMARIA.

1. *QUæ fine leges latæ?*
2. *Legis variæ ſignificationes, & diviſiones.*
3. *Quid potiſſimum in ferendis legibus attendendum?*
4. *Leges multa permittere, non tamen approbare.*
5. *Quid in hoc titulo tractetur?*
6. *Legis deſcriptio.*
7. *An Princeps legibus ſolutus ſit?*
8. *Ad quas leges hæc quæſtio pertineat?*
9. *De civilibus poſitivis eam propriè inſtitui.*

 *10. Vis*

Digitized by Google

*10. Vis legum coactiva an cadat in Principem?*
*11. An poſſit à Subditis judicari?*
*12. Quatenus Princeps legibus ſuis poſitivis ſit ſolutus.*
*13. Refertur Franzkii reſolutio circa hanc quæſtionem.*
*14. Prima cura Principis eſſe debet ſalus publica.*
*15. Cauſas etiam Principis dijudicari ſecundùm leges.*
*16. Principes de ſuo jure & exemptione remittere.*
*17. Hodiè Principes jurare in leges Regni.*
*18. An Princeps anteceſſoris ſui privilegia poſſit revocare?*
*19. An Auguſtiſſimus Romanorum Imperator hodiè, & quibus legibus ſit ſolutus?*
*20. Gaudet adhuc plenitudine poteſtatis.*
*21. Recenſentur exempla poteſtatis Imperatoriæ contra jus poſitivum.*
*22. Imperator non tenetur ad ordinem judiciarium, præſertim in cauſis arduis.*
*23. Tranquillitatis publicæ cauſâ negligitur ordo juris.*
*24. Princeps poteſt derogare juri communi, quod etiam ex confraternitatibus oſtenditur.*
*25. An & quomodo Imp. obligent Receſſus Imperii?*
*26. Legibus fundamentalibus omnes Imperantes teneri.*
*27. Recenſentur ſigna Imperatoriæ ſublimitatis.*
*28. An etiam Auguſta legibus ſit ſoluta?*
*29. Quæ ſint jura Statuum Imperii, & an quisque tantum poſſit in ſuo territorio, quantum Imperator in Imperio?*
*30. Leges univerſales publicantur ſolâ autoritate & nomine Imperatoris.*
*31. Leges generales obligant in territorio etiam advenas.*
*32. Ad legis eſſentiam non requiritur Scriptura.*
*33. Quando lex lata vel promulgata obliget?*
*34. An lex civilis obliget in conſcientiâ?*
*35. An ſit à merâ opinione Legiſlatoris?*
*36. Legem nullam eſſe ſine ratione.*
*37. Adjiciuntur Pauca ad dicta ſuprà tit. præced. de promotione Doctorum.*
*38. Leges debent executioni mandari.*
*39. Legem coërcere etiam involuntaria delicta.*
*40. Leges ferri caſibus futuris non præteritis, quod tamen limitatur.*
*41. Conſuetudo, quid, quomodo differat à lege?*
*42. Quomodo probetur?*
*43. Conſuetudo tollit legem & lex conſuetudinem.*
*44. Nec conſuetudinem nec legem civilem Clericos ligare.*
*45. An ſecundùm malam conſuetudinem peccans excuſetur?*
*46. Etiam municipia & Collegia licitè conſuetudinem introducere poſſe.*

1 LEges ideò latæ ſunt, ut cives vel *præmiorum expectatione*, vel *formidine pœna* in officio contineantur. Ligant itaque leges civem Reipubl. duplici vinculo. Primò quidem, ut in virtutis amore non tam Magiſtratum quàm Deum reſpiciat, eique antè omnia ſe probet in omnibus iis, quæ munus & officium ſubditi requirit: Deinde formidine pœnæ, ut ſi virtutis amor retrahere à vitiis non poſſit, ſaltem metus pœnæ in officio contumacem teneat.

Vocabulum Legis, eines Geſetzes / generale eſt, & accipitur pro omni jure, 2 ſive id in Corpore Iuris, ſive in Receſſibus Imperii, aliisque Conſtitutionibus publicis conſiſtat. Adeoque lex *Generaliter* accepta, eſt ſententia vel norma actionibus ab aliquo principio præſcripta, prohibens turpia, & præcipiens honeſta, *l. 1. & 2. ff. h. t.* eſtque vel *Naturalis*, *Gentium* vel *Civilis*. Et poteſt legis vocabulum commodè tripliciter accipi. *1. Latiſſimè*, pro ordine, quo tota rerum univerſitas ab eius conditore & conſervatore regitur, quique etiam res inanimatas concernit, quo ſenſu accipit, *Cic. lib. 2. de leg. Lex eſt æternum quoddam, quod univerſum mundum regit, imperandi prohibendiq; Sapientiâ. 2. Latè* pro regula juſti. *3. Strictiſſimè*, quatenus lex contradiſtinguitur Prætorum Edictis, SCtis, Plebiscitis, & aliis ſpeciebus Iuris Romani.

In ferendis autem legibus ſummam 3 prudentiam adhibendam eſſe, nemo inficias ibit, ita, ut ſicut Equorum domitor priùs animalis naturam & peculiares dotes explorat, antequam determinare poſſit, quæ freni ſpecies alicui equo apta ſit: ita Princeps leges dare nequeat, niſi priùs naturam & affectus, qui in populis prævalent, ſpeciatim cognoverit. Qui enim Aſiaticos diverſis legibus, quàm quibus Turcæ reguntur, domare vellet, imperium ſine dubio mox interiturum fundaret, quoniam in iis terrarum ſpatiis cælum aut educatio, ſive potiùs utrumque tam ſervilis naturæ populum producit, quem tali tractare modo maximoperè neceſſarium eſt. Si quis verò eaſdem leges aliis Europæ partibus vellet dictare, Principatus eius longo tempore non ſubſiſteret. Alij enim ſub alio cælo ſunt impetus motusque animorum, uti eleganter deducit *Barclajus in Icone animorum per totum.* Itaque legum Sanctioni non eſt præ-

Digitized by Google

eſt præficiendus alius, quàm qui optimâ polleat ratione, ut leges non illas excogitet, quas ſummè juſtas, rationabiles, & æquas, ſed potiùs Reipubl. commodas eſſe perſpicit, pro cuius conditione multa ſæpè permittenda, quæ, ſi alius eſſet rerum ſtatus, nunquam in mentem veni-
4 rent. Ita in jure noſtro concubinatus, lupanaria, aliaque permittuntur, non quia leges talia probent, ſed quia non puniant, ad vitanda ſcilicet maiora mala, quemadmodum Deus ipſe permiſit Iudæis uxores dimittere, ne graviori ſcelere eas tollerent, *Zaſ. in ff. h. t. n. 7.* Sic jus vitæ & necis in liberos, paternum ſupplicium in perduellium proles, denegationem alimentorum ex damnato coitu natis, detentionem cadaveris ſuſpenſi rotâve fracti ſub dio ex conſuetudine Germaniæ; ſuaſiſſe videtur exquiſita apud Romanos diſciplina militaris, & quia, ut *Tacitus* ait, omne magnum exemplum, omnis magna Reſpublica ſemper habet aliquid iniqui, quod utilitate publicâ rependitur.

5 De Legibus, SCtis, & jure non ſcripto agitur *hoc tit.* cùm iſta jura etiam in ſtatu populari obtinuerint. Licet enim ævo Iuſtiniani Imp. non conveniat definitio legis, quatenus ea traditur in *l. 1. h. t.* & in *§. lex eſt. 4. Inſt. de jure N. G. & C.* reſpectu ſtatûs tunc temporis popularis: attendendum tamen eſt, Pandectas & Inſtitutiones ex illius temporis ſcriptis collectas eſſe, atque adeò inter initia Monarchiæ Romanæ iſtum quoque morem adhuc aliquamdiu eſſe obſervatum.

6 Cæterùm Lex poſitiva fertur à ſummâ poteſtate viventibus in Republ. cui ipſa præeſt, *l. 3. C. h. t.* ſeu eſt jus publicâ autoritate ſancitum, ab habente poteſtatem ordinatum. Vnde gravis & multis retrò ſeculorum decurſibus agitata, innumeraque opinionum varietate diſceptata quæ-
7 ſtio occurrit, *an Princeps legibus ſolutus ſit?* ſecundùm *text. in l. Princeps 31. h. t. l. 26. C. de donat. inter vir. & uxor.* Alii enim Principem, ut *Græci*, pœnariis legibus tantùm ſolutum eſſe: alii, ut *Coraſ. 2. miſcell. 25. Vaſq. 1. controv. 26. n. 15. Donell. 1. comm. 17.* ſolemnibus legis: alii videri legibus ſolutum, non eſſe Principem, ut *Gothofr. ad Nov. 15.* alii aliter ſentiunt, quos more ſuo prolixè adduxit *Hunn. in tr. de jur. auct.* & ſtrictim refutat *Bachov. ad Treutler. volum. 1. diſput. 1. theſ. 6. lit. D.* alii cum *Fachin. 1. controv. 2. & Dd. comm.* inter vim coactivam & directivam diſtinguunt.

Vt diſtinctè procedatur ad quæſtio- 8
nis reſolutionem; illa aut formatur de *divinis*, aut *humanis legibus.* Quod Divina Decreta attinet, iis Principem teneri nemo ſanæ mentis negabit; cùm Deum Superiorem, velut eius Subditus & Vicarius agnoſcat. Impia enim & famoſo ſcorto, quàm Auguſtâ dignior eſt vox Iuliæ ad Privignum Anton. Caracallam: *Si libet, licet. An neſcis Imperatoris eſſe leges dare, non accipere?* Deteſtanda ſententia Iudicum ad Cambyſen: *Nullam ſe invenire legem, quæ ſinat fratri nubere ſororem, ſed aliam, quâ Regi Perſarum liceat facere quidquid libet.* Quamvis ad has leges quæſtio non pertinere videatur, ſed ad ſolas *civiles, ſeu poſitivas*, niſi quatenus difficile eſt Principem ad harum quoque Legum obſervationem cogi, cùm Iuſtinian. *in Novell. 23. c. 2.* dicat: *Quis tantæ Majeſtatis eſt, ut nolentem Principem poſſit coarctare?*

Humanæ *leges* vel ſunt *naturales*, vel *civiles* & illæ vel naturales in ſpecie vel gentium. Ius naturæ ipſo principatu & Imperio potentius eſt, proindè Princeps eô tenetur, qui decerta naturæ mutare, & Neronis in matrem & uxorem parricidia, Caracallæ, & Tiberii fratricidia, Auguſti, Tiberii, Vitellii, Veſpaſiani Sodomiam approbare, & per conſequens ex illicitis licita facere non poteſt. Ex *jure gentium*, pactis & conventionibus non minùs obligatur; cùm nihil naturæ aut eius dignitati magis ſit conſentaneum, quàm ea, quæ placuerunt ſervare.

Quod ad *leges civiles* attinet, de qui-
bus propriè hæc controverſia movetur, 6
in his Princeps conſiderari poteſt 1. ut Legis Author, quatenus ſuſtinet perſonam myſticam totius Reipublicæ: Deinde quatenus Princeps, ut pars civitatis conſideratur. 2. Diſtinguendum inter obligationem directam, & reflexivam, ſeu officium Principis, quatenus nimirum obligatur ad conſervationem ſocietatis, & vult fungi officio boni Principis. 3. Inter leges univerſales, quæ ſunt com-

communes

Digitized by Google

munes ipſi Principi cum ſubditis, ut ſunt leges ad commercia & contractus pertinentes, itemque ad taxationem civium. 4. Inter abſolutam Principis poteſtatem, & inter bonum Principis officium. Quibus benè conſideratis Princeps ſeu Monarcha, quà talis, ſolutus eſt legibus omnibus poſitivis particularibus, tam quoad vim coactivam, quàm directivam. Quia cùm legis vis conſiſtat in imperando & cogendo, *l. 7. de legatis*, quis Principem coget, vel ei imperabit? Nam par in parem non habet imperium, nedum inferior in ſuperiorem, *l. 4. ff. de Receptator.* Præterea cùm Principis ſit imperare; civium verò obſequi, confundetur hic ordo, ſi Princeps quoque legibus abſolutè ſubjiceretur. Altiùs itaque conſideranda Principis perſona, eique præter poteſtatem ordinariam attribuenda poteſtas extraordinaria, tunc exercenda, cùm uſus & neceſſitas poſcit, *Beſold. in delib. jur. lib. 1. q. 10.* Sic de Ageſilao Rege ſcribit *Valer. lib. 7. c. 2. exemp. 12.* quòd cùm nocte conſpirationem ortam compeiſſet, in eam tantùm noctem, Leges Lycurgi continuò abrogârit, quæ de indemnatis ſupplicium ſumi vetabant. Atque ita oppreſſit conjuratos, qui alioquin inter moras judicii ſuos exequi potuiſſent conatus, & Rempublicam unà cum le-
10 gibus evertere. Quòd ſi verò Princeps à naturæ & rationis præſcripto nonnunquam deflectat, pœnas quidem humanas non metuit, cùm à nullo Iudice, aut Magiſtratu cogi queat, vindictam tamen Divinam eò graviùs experitur, quò graviùs peccat. Nam licet Leges ſeparatæ à vi coactivâ, non leges, ſed tantùm placita ſint dirigendæ vitæ, qualia Philoſophi literis prodiderunt, *l. 7. ff. h. t.* ita vis coactiva pertinet hactenus ad Principem, ut leges violando non tantùm moderationem & honeſtatem, ſed ipſam quoque Iuſtitiam violare intelligatur: non tamen ut ab illo Iudice vel Magiſtratu coërceri poſſit. Planè Nero & alii, qui fas omne & nefas in perniciem populi confudêre, rectè à Senatu populum repræſentante, redacti in ordinem fuêre, ſicque vis etiam coactiva juris non ſemper à Principibus abhorruit, ut tradit *Tulden. in Cod. h. t. n. 5. in fine.*

11 An Summus Princeps à ſubditis judicari poſſit? noviſſimè tractat *Erneſt. Gockel de Europæ. Regib. c. 4. n. 24.* ubi ait, *Anglicanos Cromvelliſtas* in exceſſu laborâſſe Regem ſuum ad ſecurim condemnantes. Anglos per 12. annos & ſtylo & ferro propugnâſſe, Regem judicari poſſe, & in hanc ſententiam *Milthonum* coloratas undique conquiſiviſſe rationes, quod penes populos omnes & nationes arbitrium ſemper fuerit, utendi Reipubl. formâ, quæ ipſis placeret, vel hanc in aliam mutandi, & quod Regem oporteat ſervare leges, ſi ſecùs fecerit eâdem pœnâ, quâ cæteri, afficiendum, exceptiones nullas reperiri. Sed his & ſimilibus reſpondiſſe *Salmaſium.* 1. Quod Principis poteſtas ſit abſoluta. 2. Par in parem non habeat imperium, multò minus inferior in ſuperiorem: 3. Princeps ſit legibus ſolutus. 4. A Deo. 5. Maior populo. 6: Antiquata lex Aureæ Bullæ, vigore cuius olim Imperator ſe ſiſtebat coram Palatino. 7. Populus ſit inſtar filii, qui non judicat de Patre. 8. Populus ſit pars, ergò non ſimul Iudex & actor eſſe poſſit. 9. Populus ſit hoſtis, hinc iterum ad judicandum minimè aptus, & 10. Si Prætor aut Conſul, vel quicunque alius Magiſtratus in jus vocari nequeat, multò minus Summus Princeps. Quas ſententias diſtinctione componere nititur *Gockel. d. loc.* An Summus Princeps abſolutus, an pactionatus ſit, ut ille ſolum Deum habeat judicem: hic verò ex lege contractûs vel capitulationis judicetur. 12

Quatenus ergò Princeps Legibus ſolutus ſit, diſtinctiones ſuprà poſitæ omnem facilè dubitationem tollere poſſunt. Nimirum cùm Principi incumbat tutela ſalutis publicæ, illa conſervari aliquando inclinatione temporum non poteſt, niſi ordo juris negligatur. Atque etiam indignum eſſet, Majeſtatis negotia adſtricta eſſe *ſolennitatibus juris*, cùm earum defectum etiam in actibus aliorum ipſius præſentia ſuppleat. Ludovic. *Luc. deciſ. 17. n. 8. & ſeqq. Oſaſc. Conſil. 1. n. 27.* adeoque confirmare poteſt actum vitio formæ vel defectu ſolennitatis invalidum, *Cephal. Conſ. 704. n. 31.* niſi id vergat in detrimentum tertii, *idem Conſil. 583. n. 17.* poſt. *Afflict. Deciſ. 286.* quos citat *Tulden. in C. h. t. n. 5.* Princeps ſcilicet ſimul ſuperior & obligans, ſimulque inferior & obli-

Digitized by Google

obligatus eſſe non poteſt, cùm leges non ſibi ſed ſubditis præſcribat. Nam cùm materia legis civilis in ſe, extra hanc diſpoſitionem, ſit indifferens, non poteſt dici peccare Princeps, qui ſecùs agit ac leges civiles, quas nemo ipſi præſcribere poteſt, jubent, niſi facto illo lædantur ſubditi, vel detrimentum capiat Reſpublica, tunc enim Princeps peccat contra jus naturæ & officium boni Principis, tenetúrque ad omittendum, non ex vi ſuæ legis, ſed ex jure naturæ, quo ſpectat *l. ex imperfecto. C. de teſtam l. 7. C. qui teſtament. fac. poſſ. l. digna. 4. C. h. t.* Omnes penè juris Canonici Interpretes tradunt, Principem ſuis legibus ex ſolâ æquitate & honeſtate rationis obligari, adeoque Legislatorem obſervare ſuam debere legem, aut Anteceſſoris, eâ ſaltem ratione, ne diſſonet toti corpori, non qui legi tanquam inferior parere debeat, quò verſus Claudiani pertinere videntur.

*In commune jubes ſi quid cenſesq; tenendum,*
*Primus juſſa ſubi: tunc obſervantior æqui*
*Fit populus, nec ferre vetat, cùm viderit ipſum*
*Cenſorem patere ſibi. Componitur orbis*
*Regis ad exemplum: nec ſic inflectere ſenſus*
*Humanos edicta valent, quam vita regentis,*
*Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus.*

13 *Georg. Frantzk. exercit. 1. quæſt. 8.* quæſtionem hanc ita reſolvit, quod ex Politicorum veriori ſententia ſubditi originaliter priores ſint Magiſtratu, quem tanquam caput ſocietatis civilis ad ſuam elegerint utilitatem, poteſtatemque eatenus ipſi conceſſerint, quatenus illam ad ſalutem & utilitatem publicam eſſet exerciturus. Quo ipſo pateat, Principem ſimpliciter obligari ad conſervationem ſocietatis ex ſuâ conſtitutione, populum ſub conditione eidem ſe ſubiicere, atque ſi obligationes, quæ inter Principem & Subditos ultrò conſurgunt, expreſsè promulgentur, vocari jura Regni, ſeu leges fundamentales, ad quas Princeps obligatus ſit ex contractu; legibus ſolum civilibus particularibus ſolutum eſſe, quia ſtatus illius ſupra vulgarem conditionem eum meritò extollat.

14 Et profectò nihil magis ad Principem pertinet, quàm ea omnia, quæ ad Rempubl. conſervandam pertinent, ſummâ curâ & diligentiâ conſervare. Idcircò ipſi Impp. *in l. 4. h. t.* reſcripſerunt: *de autoritate juris noſtra dependet autoritas:* quaſi dicant, cùm nullius magis interſit, quàm Principis, legibus conſtare autoritatem, is eam augere debet exemplo obſequii ſui. Etenim & poteſtas & ordo regendi conſtat autoritate juris, quâ ſublatâ ſumma imis miſcerentur. 15

Hinc ipſius etiam Principis cauſæ ſecundùm leges judicari debent; *Ant. Fab. in Cod. ad l. digna vox h. t.* & ſic aliquoties obſervatum fuiſſe in Supremo Conſilio tradit *Chriſtin. vol. 2, deciſ. 53. n. 1.* atque quotidiè videmus contra Principem & eius Fiſcum judicia exerceri; & ſic contra Principem datur actio, eo tantùm fine, ut jus Creditoris declaretur, non ut ſequatur coactio. Nimirum hæc phraſis, *Principem legibus ſolutum eſſe* non pertinet ad licentiam, quâ Princeps legum præcepta eludat, ſed perfectioni Regiæ Summæque Maieſtatis ſplendori attributum eſt, ut publicam utilitatem promovendi liberam habeat facultatem, *§. ſed & quod Principi, & ibi Dd. Inſt. de I. N. G.* & C. quò pertinere videtur doctrina de Dominio eminenti, quam perſequitur *Hug. Grot. de I. P. & B. lib. 1. c. 1.* & in eum noviſſimè *Henr. Bæckler. eod.* de quo infrà plura. Quod enim Principi placuit, legis habet vigorem, ſi tanquam viro bono placeat, & Iuſtitiæ regulis conſentaneum ſit, ait *Creſp. de Valdaurâ obſ. 60. q. 4. n. 68.*

Ex his intelligi etiam poteſt, quod quidam dicunt, nihil æquius eſſe, quàm ut *eorum quiſque utatur jure, quod in alterum ſtatuerit.* Quis enim aſpernabitur, idem jus ſibi dici, quod in alios tulerit? quibus congruit ſacer *Canon c. 6. extr. de Conſtitut.* & dictum Sapientis: *patere legem, quam ipſe tuleris.* Certè *Plato lib. 4. de legib.* dixit, *interitum video paratum illi civitati, in quâ non lex Magiſtratibus, ſed Magiſtratus legibus dominantur.* Quis enim dubitat, quòd libentiùs ſubditi obediant legi, ſi vident Principem in ſuis cauſis eas obſervare. 16

Elegans locus eſt *in §. ult. Inſt. quib. mod. teſt. infirm.* ubi Imperator dicit; non admiſſurum ſe hæreditatem eius, qui litis causâ Principem reliquerit hæredem: neque tabulas non legitimè factas, in quibus ipſe ob cauſam hæres inſtitutus erat, probaturum: neque ex nudâ voce hæredis nomen admiſſu-

miſſurum, neque ex ullâ ſcripturâ, cui nomen juris deſit, aliquid accepturum. Hæ namque propriè ſunt leges poſitivæ, quæ ab omni neceſſitate, & probabilitate rationis naturalis ſejunctæ ſunt, aut cùm ex temporum ſpatiis actus legitimos vel metimur vel decidimus: aut cùm leges de ſolennibus teſtamentorum, quoad 7. Teſtes, ſigna & ſubſcriptiones feruntur. In his namque autoritas Principis & Legiſlatoris pro ratione eſt, *arg. l. puto, juncta l. §. initium. ff. de poſtul.* ubi juſta ætas definitur 17. annorum, quò etiam facit R. A. zu Nürnberg *de anno 1524.* §. und ſoll das perſönlich ſitzen / *ibid.* Auch 13. Wochen für ein viertel Jahr gerechnet werden / quia in his ſufficit, ſi ſtatuentes dicant, hoc juſtum eſſe arbitramur. Nihilominus Divi Severus & Antoninus ſæpiſſimè reſcripſerunt: *Licet legibus ſoluti ſimus, attamen legibus vivimus, d. §. ult. & l. 3. C. de Teſtament.* nempe quòd noluerint uti hâc poteſtate in detrimentum & incommodum ſubditorum. Vide *Carpzov. ad L. Reg. c. 12. ſect. 1. n. 42.*

Eodem ſenſu huc pertinet *l. 4. C. ad l. falcid.* ubi in Legatis Principi datis falcidia obtinet, *l. 8. §. 2. ff. de inoffic. teſtam.* ubi ipſo hærede inſtituto teſtamentum nihilominus inofficioſum dicitur, *l. 3. C. de teſtament. & 23. ff. de legat. 3.* ubi ex teſtamento imperfecto hæreditatem ſibi vindicare nequit, *l. 43. in pr. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* ubi homini ſanæ mentis adimere teſtamenti factionem non poteſt, *l. 1. C. de prædiis & oneribus rer. nov.* ubi domus Imperialis debitas etiam functiones agnoſcit, & centum alia, in quibus ipſemet Princeps à ſuâ exemptione abſtinet, legem à ſe conditam factis & vitâ comprobat, recteque facere ſubditos illuſtri exemplo docet, quæ tamen omnia nullam in Principe legis obſervandæ neceſſitatem, ſed debitum honeſtatis important. Nam licet leges omnes ex rectâ ratione proficiſcantur, ſicque etiam Princeps ex inſtinctu rationis ad earum obſervantiam teneri videatur: attendendum tamen eſt, eas non tam ex ratione, quàm ex ſanctione poteſtatem hanc habentis proficiſci, *l. 1. ff. de ll.* neque omnes in ratione naturali, ſed politicâ & civili, eâque pro ratione temporis & circumſtantiarum mutabili fundari.

17 Hæc ita ferè in genere dicta ſunt, de Principe legibus ſoluto, etiam ſecundùm anteriora tempora. Hodiè cùm Principes in inauguratione ſuâ jurare ſoleant obſervantiam inſtitutorum privilegiorumque Patriæ, ex iſtâ jurisjurandi ſolennitate totam hanc quæſtionem diremptam eſſe putat *Cujac. ad l. 5. verſ. hodiè. ff. de juſt. & jur.* 18 Quod enim ad privilegia attinet, ea, ſi in vim contractus conceſſa ſunt, velut acceptâ pecuniâ, vel in remunerationem ſingularis operæ, Princeps ſolvere vel revocare nequit, ne quidem ex poteſtate abſolutâ, *c. 1. de probat. Zaſ. lib. 2. conſ. 10. Vivius deciſ. 206. Oſaſc. conſ. 79. n. 4.* niſi ob contumaciam vel rebellionem, vid. *Roland. conſil. 66. lib. 22. Schurff. cent. 2. conſ. 72.* Licet aliàs & extra terminos contractus vel remunerationis, Principe mortuo privilegia vim & robur ſuum perdant, niſi ſucceſſorum authoritate vel expreſsè vel tacitè confirmentur. Hinc Impp. & Reges privilegia corporibus & Collegiis conceſſa renovare conſueverunt, quia Anteceſſorum conceſſio nullum poſteris creat præjudicium. In contractibus autem prærogativa Principis ſilet, cùm ii proportione arithmeticâ cenſeantur. Adeòque nec emptio nec venditio Principis ſine certo pretio, nec locatio mercede non expreſſâ, nec emphyteuſis ſine ſcripturâ valet, quia Regii ſed privati actus Regis ſunt, in quos non tantùm jus commune, ſed etiam leges Civitatis influunt, quam Princeps incolit, niſi ex circumſtantiis appareat, quòd ab iis exemptos eſſe ſuos actus Rex voluerit, *Vaſq. lib. 2. Illuſtr. c. 51. n. 34. Tulden. in C. h. t. n. 5.*

19 Ex præmiſſis judicium fieri poteſt, quatenus *Auguſtiſſimus Romanorum Imperator* hodiè ſit legibus ſolutus, utpote qui Majeſtatis & Iuriſdictionis ſuæ actus in toto Imperio Romano exercet, cui Principes univerſi Orbis Chriſtiani primas omni jure lubenter cedunt, *Novell. 30. in pr. cap. 2. à pr. de re jud. in 6.* quem proindè Guntherus *in ſuo Ligurino lib. 1.* his verſibus ſalutat:

*Suſcipe cunctorum Regnator maxime Regum,*
*Suſcipe Lux mundi, cui nullum parve priùsve*
*Spirat in orbe caput: te gaudet Principe mundus:*
*Te populi, te Regna timent: te Solis ab ortu*
*Solis ad occaſum, ſubmiſſo vertice, cuncti*
*Suſpiciunt, dominumq; ſimul Regemq; fatentur.*

Et

Digitized by Google

Et quidem omnia ſuperiùs dicta etiam moderno ſtatui applicari poſſunt, cùm effatum *legis Princeps. ff. de LL.* nullâ aliâ lege ſit ſublatum, & quia de poteſtate Principis diſputare ſacrilegii inſtar eſt, *l. diſputare C. de crim. ſacril.* Leges *Divinas* Imperatorem æquè ac Subditos obligare vix quiſquam negaverit. Quod ad auream Bullam, conditioneſque Imperatori in Capitulatione propoſitas attinet, iis tanquam *legibus Imperii fundamentalibus*, Imperator ex propriâ conventione obligatur. Nam ab initio, cùm ab Ordinibus tales conſcribuntur leges, liberum quidem eſt, conſentire vel diſſentire: Sed conſenſu ſemel dato, nihil magis congruit humanæ fidei, quàm pacta ſervare, *l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de conſtit. pec.* Vnde conſequitur, quòd quoad leges Divinas, Naturales, & fudamentales, nulla inter jus civile antiquum & modernum Imperii

20 Statum ſit differentia. De *Legibus Civilibus* merè poſitivis paria quoque ſtatuuntur, quæ ſuprà dicta ſunt, cùm pari poteſtatis plenitudine gaudeat moderni Imperatoris Majeſtas, *Gail. 2. obſ. 56. A. B. in præfat. circa fin. tit. 13. in fin. & tit. 16. R. I. de anno 1495. de pace publica, rubr.* von Sachen / ſo ſich vor diſem Landfriden begeben haben / in verb. von Römiſcher Königlicher Macht / Vollkommenheit / und rechtem wiſſen / *& de anno 1544* §. Als wir aber / ibid. Auß unſerer Kayſerl. Macht und Vollkommenheit / *& de anno 1555.* §. ſol-

21 ches alles und jedes. Quis enim aſſerat, in teſtando ad teſtamentarias, in judicando ad judiciarias ſolennitates Imperatorem adſtringi, *Gail. 1. 42.* cùm quod coram Principe fit, toto jure teſte fieri dicatur, *l. omnium 19. C. de teſtam.* Hinc Princeps ordinem judicarium de jure poſitivo introductum obſervare non tenetur, ſed neglecto juris ordine ex æquo & bono procedit, & poteſt de plenitudine poteſtatis ratum habere proceſſum aliàs nullum & injuſtum ex defectu ordinis & modi procedendi, ſaltem cauſæ merita ſint juſta, *Meiſner. tom. 3. deciſ. 33. Reincking. de Regim. ſec. & Eccleſ. lib. 1. claſſ. 3. c. 12. n. 36.* Exinde Principem circa ordinem Proceſſûs poſſe ſtatuere, ut ſpoliatus ante omnia non reſtituatur, ſed priùs cognoſcatur petitorio, tradit & affirmat, *Theſaur. deciſ. 15.*

Ipſa ratio publicæ utilitatis expoſcit, 22
ut Imperator ad ordinem judiciarium, in cauſis præſertim arduis, non adſtringatur, cùm Imperii tranquillitatem rigori ſolennitatibusque juris longè præferre debeat, ut motus & turbæ evitentur, R. A. *de anno 1548. in pr.* & paſſim Ideoque dubitare nefas eſt, quin ſæpè lapſis & purificatis jam terminorum præiudiciis, novi termini, alterâ licet parte reclamante, concedi poſſint & debeant; præſertim in cauſis gravibus inter perſonas Illuſtres vertentibus. Multa enim pro pa- 23
ce & tranquillitate Reipubl. conſervandâ contra juris ordinem recepta eſſe, conſtat ex *l. hoc modo 64. §. fin. ff. de condit. & demonſtr. l. 3. C. de princip.* cùm tantus ſit publicæ utilitatis favor, ut ea, quæ publicè utilia ſunt, non includantur in his, quæ de lege prohibentur, *Jaſon. in l. cætera. §. Sed & ſi quis. ff. de legat.* Vnde Imperator omnia jura, ſtatuta, & fœdera, pacta & privilegia, quæ contra utilitatem publicam ſunt, de plenitudine poteſtatis tollit, R. A. zu Wormß / *de anno 1521. ſub tit.* Ordnung des Landfridens / §. wir ſetzen auch hindan alle und jegliche Gnad / Privilegia, Freyheit / Herkommen / Bündnis / auß Römiſcher Kayſerlicher Macht und Vollkommenheit / ꝛc. R. A. zu Augſpurg / *de anno 1530.* §. Und nach dem wir in unſerem / & §. und meinen / ſetzen und wollen / ibid. unangeſehen aller anderer Abſchid / und in §. nach dem auch / ibid. meinen wir aus Kayſerlicher Macht und Vollkommenheit / daß alle und jede Ordnung / Statut / Satzung / ꝛc. todt / krafftlos und nichtig ſeyn ſollen / R. A. zu Augſpurg *de anno 1551.* und nach dem neuen / ibid. ſo wollen wir alle Ordnungen / Gebreüche / Gewonheiten / ꝛc. ſo diſer Ordnung zuwider / auß Röm. Kayſ. Macht und Vollkommenheit / rechtem wiſſen und eigener Bewegnus hiermit auffheben / abthun / caſſiren / und vernichten. Hinc reſcripta contraria utilitati publicæ irrita pronuntiantur, in *l. C. 6. ſi contra jus vel util. publ.* ut ſemper Salus populi ſuprema Lex ſit.

Quis enim dubitaverit, Principem re- 24
ſcriptis ſuis juri communi poſitivo ex certâ ſcientiâ poſſe derogare, legiſque gratiam facere? *Gail. 1. obſ. 14. n. 6.* & citra traditionem rerum dominia transferre, *idem Gail. 2. obſ. 55. in pr. & n. 6. l. 20. C. de pact.*



Digitized by Google

de pact. l. 15. C. de R. V. tempus ad conficiendum inventarium lege præſcriptum ultra annum prorogare, l. ult. §. 3. & 11. C. de jur. delib. adoleſcenti ſeptendecim annorum ætatis veniam dare, l. 2. in pr. §. ult. C. his qui ven. ætat. impetr. reo criminis pœnam à lege indictam non ſolùm mitigare, ſed & in totum remittere, l. 1. §. 4. ff. ad SC. Turpill. junct. l. 9. §. 11. ff. de pœnis. Suò reſcripto liberos naturales, quantumvis legitimi liberi ex juſtis nuptiis procreati extent, legitimare, Nov. 89. §. 11. n. 1. concedere & confirmare privilegia Ducibus, Principibus & aliis, iiſque dare poteſtatem exercendi Principis jura quoad ſubditos in ſuo territorio, A. B. t. 8. & t. 11. l. 1. §. fin. l. 3. ff. de Conſtit. Princ. Pactis ſucceſſionis de jure civili invalidis, robur addere, l. 15. C. de pact. Exempla in promptu ſunt in pactis & confraternitatibus illuſtrium perſonarum & familiarum, quæ Imperator pro obtinendâ pace & concordiâ, nec non conſervandis familiis tuetur, & confirmat; formulam confirmationis exhibet Reinking. lib. 1. claſſ. 3. c. 12. n. 46. in pacto confraternitatis Illuſtr. S. DD. & LL. A. quæ ita habet, und darauf / daß ſolche mit Erbſchafft / Gemeinſchafft / Sammungen / ewiger Bruderſchafft und Leihungen / ewiglichen / ſtet / veſt / und unzubrochen bleiben / in allermaſſen / als davor begriffen iſt: So ſetzen / erkennen / und leutern wir / mit gutem Vorrath / rechtem wiſſen / mit Käyſerl. Geſetze / daß ewiglich taugen ſoll / und auch von Käyſerlicher Macht Vollkommenheit / daß alle und jegliche unſere Vorfahren an dem Römiſchen Reich / Römiſche Käyſer / und Könige / beſchribene und unbeſchribene Rechte / Geſetze / Behaltungen / Ubung und Gewonheit der Landen / und alles was bey den vorigen Parthe yen oder ihren Mannes-Leibs-Lehens-Erben / Erbens-Erben / und Nachkommen / beſamt oder beſonder / ewiglichen / als darvor begriffen iſt / durch Gewohnheit / Behaltunge / oder Sitten ihr beyder Fürſtenthumen / und Landen / oder ſonſten dahin weiſen / an allen oder jeglichen der vorgeſchribenen Articuln und Puncten / nun und hernach in ewigen zukünfftigen Zeiten / einigerley Hinderung / Irrſal oder Schaden bringen möchten / als ferne ſie ſolche obgeſchribene Sachen und Stücken ewiglich anrühren mögen / untüglichen / unkräfftig / und unmächtig ſeyn / und bleiben ſollen / und obgenannten Parthe yen / und deren Erben / und Erbes-Erben ewiglich keinen Schaden bringen ſollen oder mögen in keine weiſe.

Atque hæc omnia demonſtrare Imperatorem Legibus ſolutum eſſe, & omnia, quæ Principi de jure communi olim peragere licitum fuit, etiamſi hodiè licere, nullus dubitationi ſupereſt locus, & infinitis autoritatibus poſſet comprobari, vid. Gail. 2. obſ. 142. n. 7. & 8. Roſenth de feud. c. 7. concl. 19. n. 25.

Quòd ſi de Receßibus Imperij, qui in 25
Comitiis publicis conſenſu & autoritate omnium Statuum publicantur, quæſtio incidit, iis Imperatoriam Maieſtatem ſolutam eſſe nemo Politicorum affirmabit, ceſſante nimirum, ut aiunt, ratione, quæ ab obſervantiâ legum Principem olim eximebat, nempe quòd ipſemet ſolus leges condere dicebatur, l. 1. §. 1. ff. de Conſtit. Prin. §. Sed & quod Principi placuit. Inſt. de I. N. G. & C. Leges verò iſtæ univerſales non à ſolo Imperatore, ſed cum conſilio & aſſenſu Statuum feruntur, R. I. de anno 1497. 1526. 1548. 1551. 1555. Sicut ergò Imperii Ordines, quorum autoritas ad has leges ferendas acceſſit, ab iis exempti non ſunt, ita Imperatoria Maieſtas ex hâc potiſſimùm ratione ab iis ſoluta non manet, quia proprio pacto & conventione ſe ad illas adſtrinxit, quod ipſa Conſtitutionum verba luculenter innuunt, R. I. de anno 1500. §. Und hierauf gereden und verſprechen wir König Maximilian / bey unſern Königl. Würden und Worten für uns und unſere Nachkommen / Römiſche Käyſer und König / und auch unſere Erben / und Nachkommen / Ertzhertzogen zu Oeſterreich / ꝛc. Diſe obgeſchribene Ordnung / Satzung / und Articul getreulich und feſtiglich / ſo vil uns / als Römiſchen König / und Ertzhertzog zu Oeſterreich / ꝛc. berührt und berühren mag / zu halten / zu vollziehen / und zu handhaben / darwider auch nicht zu ſeyn / zu thun / noch zu ſchaffen gethan werden / in keine weiß / ſonder Gefährde. Des zu Urkund / haben wir unſer Königlich Inſigel an diſen Abſchid thun hangen.

Et §. 3. Und wir Churfürſten / Fürſten / Prælaten / Herrn / und des H. Reichs Frey-

und

und Reichs-Städt Bottſchafften und Ge-
walthaber / hernach mit Namen eigentlich
beſtimmt : Bekennen und thun kund aller-
männiglich / daß obgenandter unſer aller-
gnädigſter Herr / der Römiſche König / die
obgeſchribene Ordnung / Satzung / und Ar-
ticul / mit unſerm Raht / Willen / Zugeben /
und Annehmen / fürgenommen / geordnet /
geſetzt / und gemacht / und ſich auch dero
mit uns / und wir mit ſeinen Königlichen
Gnaden / in Contractsweis verpflicht und
verſchriben haben / und thun das alles hie-
mit / in Krafft deß Brieffs / bey unſern
Fürſtlichen Ehren / Würden / guten / wah-
ren Treuen und Glauben / an Eydesſtatt
feſtiglich : & alibi paſſim.

26 Leges enim fundamentales ſeu Statûs
Imperator obſervat, quia ſunt velut Ada-
mantinum Reipubl. vinculum, quibus
quaſi columnis Imperii ſalus ſuſtinetur.
Sic etiam Reges Galliæ Lege Salicâ à
primo Rege Pharamundo latâ, ne fœ-
minæ ſint Regni hæredes, de trium Sta-
tuum conventu, & de non alienandis re-
gni partibus, tenentur. Romulus ipſe
primus Rex Romanorum, & Imp. Iuſti-
nianus, utique legem univerſalem po-
tuit condere, ut ſatis apparet ex *l. ult. C.
de ll.* qui tamen aſſenſum & conſilium
Procerum non neglexit, ſed id potiùs ad
gloriam ſuam pertinere exiſtimavit & lau-
dem, *l. 8. C. eodem.* Capitulationis con-
ditiones Imperatorem volentem accipe-
re quis neſcit? quibus licet poſteà con-
ſtringatur, eaſque obſervet, id tamen,
conſiderato liberæ voluntatis principio,
ſemper voluntariè facit, *Hug. Grot. de I.
P. & B. lib. 2. c. 17. n. 18.* Atque uti fru-
ſtrà ſunt illi, qui negant Principi liberta-
tem, dum Divinas, naturales, & Gen-
tium Leges obſervat: ſic operam per-
dunt, qui ex eo depreſſam eſſe Maieſta-
tem contendunt, ſi certis legibus ipſamet
ſe ſubmittat. Sicut igitur perfrictæ fron-
tis eſſet, qui de Ordinum Imperii auto-
ritate & privilegiis, aliter quàm par eſt
ſentiret: ita Imperatorem, qui quò ma-
gis Imperii Proceres inſignes reddit, eò
illuſtrior ipſe eſt, debito honore & ob-
ſequio defraudat, qui Maieſtatem eius
imminutam cenſet.

27 Reſidet penes Imperatorem Summa
Maieſtas, quam in omnes Imperii Status
exercet, qui omnes homagium illi præ-
ſtant, & inveſtituram ab illo accipiunt,
quod eſt apertiſſimum ſubjectionis ſignum.
Exercet Imperator reſervata ſua liberè
abſque ullo Ordinum præſcitu aut con-
ſenſu, & concluſum Ordinum appro-
bandi vel reprobandi liberum habet ar-
bitrium, quod fieri non poteſt niſi vi
Maieſtatis. Huc pertinet clauſula in Re-
ceſſibus Imperii de plenitudine poteſta-
tis Cæſareæ, de qua ſuprà. Creatio Re-
gum, Principum, Ducum, Comitum,
cognitio de feudis majoribus, extrema ap-
pellatio, famæ, honoris, natalium re-
ſtitutio, directio ſeſſionis in Comitiis,
conceſſio privilegiorum, jus precum pri-
marium, Sceptrum, Corona, Pomum
Orbis figuram repræſentans; quæ omnia
Summam Maieſtatem, poteſtatem, &
præeminentiam Imperatori conciliant,
*Arum. diſcurſ. jur. publ. 1.* Quòd ſi
enim quis Imperium penitùs abſolutum
& nullis planè legibus conſtrictum conſi-
derare velit, id in totius mundi theatro,
niſi apud Tyrannos, Turcas, barbaros
vix inveniet, atque inficiari non licet,
etiam Hiſpaniæ, Galliæque & alios Re-
ges in leges Regni ſui jurare. Nec ſolius
Principis legibus ſoluti meminit ſæpè ci- 28
tata *lex 31. h. t.* Sed etiam *Auguſtæ*,
quòd ſcilicet Princeps illam Legibus exi-
mat, quodque ipſe vi & autoritate pro-
priâ poſſidet, eidem per privilegium tri-
buat, *l. 6. §. 1. ff. de Jure Fiſc.*

Quod de Imperatore dictum eſt, id
per *Analogiam* quandam ad Principes
Imperii applicari poſſe, tradit *Dn. Georg.
Adam. Struv. in Syntagm. jur. h. t. n. 10.*
quantum quidem concernat Conſtitutio-
nes illas, quas in ſuis Provinciis ſubditis
ſuis præſcribunt. Atque huc pertinere
videtur vulgata *Theorica*; quemlibet Prin- 29
cipem, Comitem, Baronem, Civita-
tem Imperii tantum poſſe in ſuo territo-
rio, quantum Imperator in Vniverſo po-
teſt mperio, quam exemplis illuſtrat
*Theodor. Reinking. de regim. ſecul. & Ec-
cleſiaſt. lib. 1. claſſ. 5. c. 6.* quod poſſint le-
ges & jura Provincialia condere, & jura
communia abrogare, militem cogere n
propriam & aliorum ſalutem, R. A. zu
Speyer *anno 1526.* §. darauff. & paſſim. *in
Receſſ. de anno 1548. 1555. 1564. 1666. 1570.*
delectum agere, muſtern / R. A. *de anno
1564.* §. ferner dieweil / ibid. und ſoll noch-



Digitized by Google

mals ein jeder Stand die ſeine ſelbſt muſtern/ habeant jus Armandiæ, & armamentaria, Zeug- und Rüſthäuſer/ arces muniendi, & extruendi fortalitia, Feſtungen und Paſteyen zu bauen/ jus ſequelæ, Folg und Reis/ jus fœderis, publicæ pacis & ſecuritatis causâ, *A. B. t. 15. ibi:* Jedoch Gelübd und Verbündnus/ ſo die Fürſten/ Städt/ und andere/ wegen gemeines Landfridens auffgericht/ außgenommen/ exerceant die hohe Landsherzliche Gerechtigkeit/ utantur formulâ, Wir von Gottes Gnaden/ & quæ alia *cit. autor allegato loco* recenſet, qui tamen *n. 44.* aſſertionem illam periculi pleniſſimam eſſe aſſerit, cùm Imperator ſolus in Imperio utatur Majeſtatis appellatione & ſit Imperii caput, Proceres verò capitis membra, eingeleibte Glider der Kayſerl. Mayeſtät/ R. A. *de anno 1540. in pr.* quorum præſidio dextera Imperialis potentiæ roboratur, *A. B. t. 5.* quique non jure proprio, ſed ab Imperatore per inveſtituras & conceſſiones jura Superioritatis poſſident, id quod Fridericus II. Imp. in privilegio Ducibus Auſtriæ conceſſo eleganter expreſſit, inquiens: De fulgore Throni Cæſarei, velut ex Sole radii, ſic cæteræ prodeunt dignitates, ut primæ lucis integritas memorati luminis non ſentiat detrimenta, tantoque magis Imperiale ſceptrum extollitur, curaque regiminis & ſolicitudinis relevatur, quantò Tribunal ipſius digniores in circuitu reſpicit regiones. Atque ipſi profectò Proceres Imperii Imperatoris ſui Majeſtatem libenter decenti honore venerantur, ſeque non ſocios Imperii, ſed Vaſallos agnoſcunt, dum ſe ſubiectiſſimos, der Römiſchen Kayſerlichen Majeſtät allerunterthänigſt-gehorſamſte/ in literis & ſupplicationibus ſubſcribunt & profitentur, ut ſuprà poſita Theorica ſaltem quoad jura territorialia, non quoad Imperialia, quoad Iurisdictionem ordinariam, non quoad abſolutam, quoad ſimilitudinem, non quoad paritatem procedat. Hinc quando Proceres Imperii aliquid contra juris autoritatem agere intendunt, Imperatoriæ Majeſtatis culmen adeunt, & ex poteſtatis plenitudine, contra juris communis regulas actus illos ſuſtineri, humiliter devotéque petunt, prout modò ſuprà demonſtratum in confraternitatibus. Nec ullus ferè actus aut transactio inter Status Imperii aut alios celebratur, cuius non confirmatio ab Imperatore deſideretur. Atque ſic quidem *quilibet dicitur Rex in ſuâ domo*, poteſtque facere quod Imperator in ſuâ, quoad adminiſtrationem, diſciplinam, & poteſtatem œconomicam, non verò quoad Majeſtatem & Iurisdictionem Supremam, quæ ad publicum regni ſtatum pertinet. Ita ſtatus in ultimis Elogiis ſuis ſolennitates adhibere tenentur teſtamentarias, & judiciarias in judiciis, niſi actus illos ab Imperatore vel Supremo eius Dicaſterio nullos pronunciari velint, quâ de re tamen videri poteſt *Beſold. in diſcurſ. de Statu Reipubl. ſubaltern. c. 8.* atque plura dicentur infrà. Pariter ut antè legitimam ætatem ad inveſtituram & adminiſtrationem ſuorum aut Epiſcopatuum aut Principatuum accedere poſſint, ab Imperatore indultum veniæ ætatis petere tenentur, Exemplum de Carolo Lotharingiæ Duce poſtulato in Epiſcopum Metenſem refert *Reinking. lib. 1. claſſ. 3. cap. 12. num. 51.* quod experientia quotidiana confirmat.

Ad leges ut revertamur illæ vel ſunt 30
univerſales, vel ſpeciales. Illæ cum Procerum conſilio & ſuffragio concipiuntur, ſed Imperialis culminis autoritate promulgantur, quod omnium ferè Receſſuum formulæ demonſtrant; Nach dem wir uns mit den Ständen/ und ſie widerumb mit uns verglichen/ ſo ſetzen demnach/ ordnen/ und wollen wir/ auß Römiſcher Kayſerlicher Macht und Vollkommenheit. Textus ad hanc rem notabilis eſt, in *l. humanum. C. de LL.* ibi: *Et cùm omnes conſenſerint, tunc demùm in Sacro Nominis noſtri Conſiſtorio recitari, ut univerſorum conſenſus Noſtræ Serenitatis autoritate fir-*
*metur, l. fin. C. eod. tit.* Lex itaque ge- 31
neralis obligat omnes Legiſlatoris Subditos, etiam hoſpites, & advenas, cùm etiam illi, quamdiu in loco commorantur, quâdam ratione Domino eius loci ſubſint, *c. quæ contra diſt. 8. cap. illa diſt. 12.* quia lex toti fertur territorio, & aliàs publica tranquillitas conſervari non poſſet, ſi advenæ non cogerentur ſe legibus conformare.

Ius noſtrum dividitur in *ſcriptum, & non ſcriptum.* Ius verò ſcriptum non omni juri non ſcripto opponitur, ſed tantùm illi, quod

Digitized by Google

illi quod moribus & conſuetudine eſt introductum, quia aliàs etiam jus naturale & gentium eſt jus non ſcriptum, & reſponſa prudentum, dicuntur Ius, quod ſine ſcripto venit, *l. 2. §. 5. de origine juris.* nimirum oppoſitivè ad Ius quod ſcripto fieri ſolebat, ut protinus in tabb. ſcriberetur, & publicè proponeretur: cæteroquin oppoſitivè ad conſuetudinem reſponſa prudentum inter Ius ſcriptum referuntur, *§ 3. Inſt. I. N.G. & Civ.* Nam & aliàs diviſio Iuris in ſcriptũ & non ſcriptum non â differentiâ ſpecificâ, ſed ab accidente ſumpta eſt, & forma legis in expreſsâ ſanctione eius, penes quem ſumma eſt in Republ. poteſtas, non verò in ſcripturâ conſiſtit. Sola enim Principis voluntas conſtituit eſſentiam legis, *l. 1. ff. de conſtit. Princ.* aliàs ſequeretur conſuetudinem à privato ſcriptam fieri legem, quia poſitâ differentiâ ſpecificâ ponitur ſpecies, & ſublatâ ſcripturâ legem eſſe deſinere, quod utrumq; ſapit abſurditatem. Nunquid enim lex erat in Republ. Rom. cùm rogante Magiſtratu, *velitis, jubeatis, Quirites?* populus reſpondiſſet *uti rogas?* & nunquid Lacedæmonii, qui legibus ſcriptis uſi non ſunt, legibus tamen uſi ſunt? Ius ergò ſcriptum eſſentialiter diſtinguitur à non ſcripto, quod hoc introducitur ſaltem per tacitum conſenſum, illud expreſſam ſanctionem & promulgationem requirit.

Partes Iuris ſcripti enumerantur in *l. 7. h. t. §. 3. Inſt. de I. N.G. & C.*

33 De lege quæritur, *an ſtatim ut lata eſt, obliget, an demùm poſt promulgationem?* Reſpondeo ſtatim obligare quoad eſſentiam, ſed quoad exiſtentiam, ut transgreſſores puniri poſſint, demùm poſt promulgationem, ut tradit *Bach. in not. ad Weſenb. t. de ll.* debet enim quoad illum effectum priùs eſſe cognita per publicationem, unde infert *Zæſ. ff. h. t. n. 10.* quòd ſciens aliquis legem eſſe conceptam, tamen nondum obligetur ad eius obſervantiam, quoad pœnam, ex ratione, quia lex ſit commune Præceptum, *l. 1. 2. ff. de ll.* quod unum præ altero obligare non poſſit, & hæc privata ſcientia non poſſit ei dare vigorem. Publicatio enim eſt legis neceſſarium adiunctum, ſine quo ad ultimatam perfectionem pervenire non poteſt. Imò ut ignorantiæ & aliis cavillationibus occurratur in *Nov. 66.* Spatium bimeſtre determinatum eſt, intra quod militat ignorantiæ præſumptio, poſt huius autem lapſum allegantes ignorantiam eandem probare & ſcientiæ præſumptionem elidere tenentur, *l. fin. ff. de Decret. ab. ord. fac.* 34

Hoc autem à Theologis & ICtis quæritur, an & quatenus leges civiles in conſcientiâ obligent? Negativa exinde probabilis videtur, quod poteſtas temporalis non poteſt ligare conſcientiam, quia finis legum civilium tantùm eſt ſalus politica, & non intendunt ligare ſub peccato, quia Magiſtratui nullum in conſcientias competit imperium, cùm is demùm in conſcientiâ poſſit obligare, qui poteſt pœnam æternam infligere, & non ſolùm temporalem. Contrarium tamen defendit *S. Thom. Aquin. q. 94. Art. 4. Greg. Tholoſan. 8. de republ. c. 2. Menoch. de præſ. n. 8.* quia violatio ſpecialis præcepti neceſſariò ſecum trahit violationem præcepti generalis de obedientiâ Magiſtratûs, cujus transgreſſione ſemper læditur conſcientiâ, quæ reſpicit leges civiles non ut atles, ſed ut latæ ſunt à Miniſtr oDei.

Etſi autem jus Civile, ſeu poſitivum ex mero placito Legiſlatoris, atque *opinione* æſtimetur, ut hinc in quæſtionem deducatur, *an Jus Civile ſit ex opinione hominum? Franzk. Exercit. 1. q. 7.* nihil tamen detrahitur autoritati Iuri Civili debitæ, ſi ab opinione Legiſlatoris profectum eſſe dicimus, probabilem ſcilicet intelligentes rationem, quâ is, quantum homini poſſibile eſt, accuratiſſimè ponderavit, quid Reipubl. ſuæ proſit. Sic actus per ſe honeſti prohiberi tamen poſſunt, & fieri mali ratione prohibitionis, uti donatio liberalis de ſe bona eſt, juſtâ tamen de causâ prohiberi poteſt, ut donatio inter Virum & Vxorem, *t. t. ff. de donat. int. Vir. & Uxor.* inter patrem & filium, *l. placet. 79. ff. de acq. vel amitt. hered. l. 11. C. de donat. l. 21. C. de donat. int. Vir. & Ux.* ut nec juramento confirmari poſſit, *l. 5. C. de LL.* quia tamen hæc malitia totalis eſt ex opinione Legiſlatoris, hinc eâ non obſtante, donatio convalidatur jure Canonico ſi, juramentum acceſſerit, *c.*

*cùm*

Digitized by Google

*cùm contingat. 10. de jurejur. & cap. quamvis de pact. in 6. Gail. 2. obſ. 40. per tot.* Unde Molina *tract. 1. de juſt. & jur. diſp. 4.* ait: Iuris naturæ obligatio oritur à natura obiecti, & ſeſe diffundit in præceptum: Iuris Civilis à præcepto orta derivatur poſteà in obiectum. Quamvis autem, ut traditur in *l. 20. ff. h. t.* non omnium, quæ à maioribus conſtituta ſunt, ratio reddi poſſit, ut ad hanc legem plerique pro paupertate ingenii, tanquam
36 ad aſylum ignorantiæ recurrant. Certum tamen eſt, nullam in ſe legem eſſe absque ratione, utut nobis non ſemper integrum ſit eam penetrare, quin nec ſemper tutum, perſpici à ſubditis rationem, plerunque inter arcana Statûs natam. Imò multa contra communem Legis rationem, ob ſingularem æquitatem, humanitatem, aut commiſerationem admittuntur, quæ ex communi ratione ad unum modum examinari non poſſunt.

Pars Iuris ſcripti ſunt *reſponſa prudentum*, de quibus *tit. præcedenti n. 25. ſuprà.* Atque in horum Veterum prudentum locum noſtri temporis Doctores ſucceſſiſſe tradit, *Carpzov. in Juriſpr. p. 2. conſt. 10. def. 4. n. 10. Dn. Speidel. in Spec. ob-*
37 *ſerv. verbo Doctor & verbo* Juriſt. Addidi quoque citato modò *tit. præcedenti* aliqua de Doctoribus Bullatis, quod in Academiis promoti iis meritò præferantur, ne Comites Palatini, alienâ fide Doctores renunciantes, ſæpiùs indignos & imperitos Reipubl. obtrudant, quibus addo, quæ *Dn. Lanſius in diſcurſ. de Academiis fol. 92.* ita ſcribit: *Deus bone!* quæ hodiè paſſim Doctorificûm & Poëtificûm Palatinorum Comitum graſſatur in literarios honores poteſtas? penè eò res rediit, ut Comites ad morem Circulatorum, qui vicatim pharmaca venditant, pro quavis pecuniolâ Laureas venundent, & verboſo è turbâ Theoſophiæ pauperi concionatori *Theologi*, rabulæ latratori & dupondio è foro *Jureconſulti*, unguentario è circulis, *Medici* Doctorales titulos, pannoſo autem verſifici pro offâ, & quovis crudo & incompoſito verſu, *Poëta* nomen & inſignia cum omnibus privilegiis conferant.

38 Illud verò maximoperè curandum eſt Principi, ut legum præſcripta executioni mandentur, quia Solonis ſtudium Anacharſis circa componendas Leges ideò irriſit, quòd ridiculum eſſe putaret, velle injurias civium ac cupiditates literis coërcere, quæ nihil ab aranearum telis differrent, quæque ſicut illæ parvas, & non magnas muſcas, ſic iſtæ debiles tantùm & imbecilles detinerent, à potentioribus autem & locupletioribus rumperentur, *Gregor. Tholoſan. in Syntagm. jur. lib. 21. c. 2. n. 8.* niſi enim diſciplina legum ſine ullo reſpectu conſervetur, & transgreſſores pro merito coërceantur, Ordo Reipubl. in peſſimam confuſionem convertatur neceſſe eſt. Quapropter tam ſan- 39
cta eſt lex, & ſuorum ſalutis tam ſollicita, ut etiam involuntaria delicta, hoc eſt per ignorantiam vel culpam commiſſa, coërceat, *l. 2. ff. h. t.* quia ſcilicet nos nec malos, nec in præjudicium aliorum oſcitantes eſſe deceat, ſed ſecuros à damno eſſe cives, quâcunque ratione illud inferatur. Sic enim evitandi damni & percipiendæ ſecuritatis cauſa in civitates coimus, ac Principis tutelæ nos committimus, qui inſtar Patrisfamiliâs curioſis pro nobis oculis vigilat, omne damnum amoliturus. Nec quicquam movet, quod ubi nullus dolus, ibi etiam nullum delictum ſit, cùm delictum ex affectu & intentione doloſâ æſtimetur: nam quod ex ignorantiâ vel culpâ committitur, verum quidem delictum non eſt, ſed quaſi, nec per modum pœnæ propriè dictæ, ſed coërcitionis in id animadvertitur, dum per impoſitam damni reſarcitionem rediguntur cives in ordinem, ne proximo ſuo noceant.

Leges porrò ſolùm feruntur caſibus fu-
turis, ad præteritos non porriguntur, 40
*Gail. 2. obſ. 9. Richter. dec. 4. n. 19.* niſi declarando, *Nov. 19. in pr.* vel annullando, *l. fin. C. de pact. l. pen. C. de inceſt. nupt.* vel ſi jus futurum pendeat à præſenti *l. 1. C. de Sent. quæ ſine cert. quant. profer. Gail. 2. obſ. 24. Sandè lib. 1. t. 4. deciſ. Friſic. def. 3.* Sicque in hoc Legislatoris & Iudicis, Legum ac Iudiciorum continetur diſcrimen. Ille futuros prævidet caſus, moderatur & determinat, hic jam exercitos examinat & dijudicat. Hinc ſuper jure futuro judicium haud fundatur, *l. 11. §. fin. ff. de recept. arb. l. 31. ff. de Jud. Carpzov. Proceſſ. tit. 2. art. 4. n. 9. & ſeqq. l. Si contendat. 28. ff. de fidejuſſ.*

Digitized by Google

*deinſſ.* cui regulæ plures cauſarum deciſiones ſuperſtruuntur. Niſi lex aliquando expreſsè caveat, ut etiam ad præterita, adhuc tamen pendentia trahatur, *c. fin. de Conſtit. l. 21. §. 1. C. de Sacro S. Eccleſ. Novell. 78. c. 2. & 3. l. 9. C. de pact. pign. Richter. deciſ. 4. num. 19. Gaudelin. de jur. noviſſ. lib. 4. cap. 14. & lib. 5. cap. 2.*

## De Consuetudine.

41 Ius non ſcriptum vocatur *conſuetudo*. Gewonheit / Gebrauch / alt Herkommen. Nam ſicut expreſſa ſanctio legem, ita tacita voluntas populi facit conſuetudinem, quæ non minùs quàm lex debet cuſtodiri, *l. 32. ff. h. t.* quod ita ſe habet in ſtatu populari cùm nemini dubium eſſe poſſit, populum nullius imperio ſubiectum conſuetudinem introducere. *Hodiè* conſuetudo eſt jus ſubditorum uſu introductum, tacitoque ſummæ poteſtatis conſenſu approbatum. Ad hoc introducendum requirunt communiter 1. Rationabilitatem. 2. Actuum frequentiam. 3. Diuturnitatem temporis, vid. *Gail. 2. obſ. 31. Petr. Salazar. de uſu & conſuet.*

42 Ad conſuetudinem probandam multum refert, ſi in judicio contradictorio fuerit confirmata, *l. 34. h. t.* quia facti eſt, & conſequenter ab allegante probanda, *l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. Gail. 1. obſ. 36. n. 16.* non tamen præciſè requiruntur actus judiciales, nec contradictio judicialis inducit, ſed inductam probat conſuetudinem, ut in *d. l. 34.* tantùm modus probationis firmior demonſtretur, cùm aliàs conſuetudo difficillimæ ſit probationis, *c. Meiſner. tom. 3. deciſ. 14. n. 42.* ubi vide plura de modo probandæ conſuetudinis, nec non *Carpzov. p. 3. Conſtit. 38. d. 9 n. 3. & p. 2. c. 16. d. 7. n. 11.* Quòd ſi Advocatus de ſtylo Curiæ, in quâ diu verſatus eſt, atteſtetur, firma præſumptio naſcetur, ſed non probatio, cùm nunquam unius teſtimonium ad plenam admittatur probationem.

43 Effectus conſuetudinis eſt, legem contrariam abrogare, vel jus novum conſtituere, *l. 32. ff. h. t.* cui contraria videtur *l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.* niſi eam de conſuetudine ſpeciali, vel quod non poſſit tollere legem Divinam aut naturalem, vel hodiè de Statu Monarchico accipiamus, quia ejus eſt tollere legem cujus eſt condere, ut legi à Principe latæ contrariâ conſuetudine derogari non poſſit *d. l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.* Eâdem ratione viciſſim lex conſuetudinem tollere poteſt, *l. 3. §. divus. ff. de ſepulch. viol.* Non obſtante *c. 1. c. 2. de feud. cognit.* ubi dicitur, *legum Romanarum non eſſe vilem auctoritatem, ſed non adeò vires ſuas extendere, ut uſum vincant, aut mores:* Quia iſta verba accipienda ſunt de lege civili generali, quæ licet aliter diſponat in materiâ communi, non habet tamen locum in feudali, in quâ diverſæ conſuetudines obſervantur. Quemadmodum etiam Lex generalis non tollit conſuetudinem loci ſpecialis, *c. 1. de Conſtit. in 6.* ubi redditur ratio, quòd Legiſlator præſumatur neſcire facta particularia, & conſequenter eâ non revocare. Cui non derogat *d. l. 3. §. divus ff. de ſepulch. viol.* Quia vel agit de conſuetudine, quam Princeps ſcivit, vel quam tollere expreſsè voluit.

Sicut autem lex non ligat Clericos, ita 44
nec conſuetudo, utpote à Laicorum Juriſdictione exempos. Ubi autem ceſſat Juriſdictio, ceſſat etiam imperandi, ligandíve poteſtas, *l. fin. ff. de juriſdict.* niſi leges Autoritate Pontificiâ ſint approbatæ, uti factum invenitur in *cap. 1. & 2. de cauſâ poſſeſſ. & propr.* Atque eadem ratio militat in illis legibus, quæ ponuntur toti communitati, ſuper materiâ communi Clericis & Laicis, uti ne extra Provinciam educantur equi, evehantur frumenta, & ſimilia, in quibus ſacri Canones juris Civilis leges ſequi non detrectant, *can. quoniam diſt. 10.* præſertim cùm id ſerviat ad tranquillitatem publicam & Juſtitiæ æquitatem. Sic leges Civiles quoad ordinem ſucceſſionis, Jus primogenituræ, excluſionem fœminarum à ſucceſſionibus, & alia ſimilia apud Clericos obſervari, quia Eccleſia vel tacitè vel expreſsè eas approbaverit, ejusque libertas per eas non offendatur, cùm directè & in ſpecie ſuper rebus & Perſonis Clericorum nil diſponant, *Zaſ. in ff. h. t. num. 23.*

Illud quæritur, an ſecundùm malam 45
conſuetudinem peccans à pœnâ excuſetur? videtur affirmativa eligenda, per *c. objiciuntur 32. qu. 4.* ubi conſuetudo ex illicito licitum facere dicitur: verùm diſtinguendum eſt, an aliquid ex ſe, & ſui na-



Digitized by Google

ſui naturâ ſit illicitum, ex lege ſcilicet naturali & divinâ prohibitum, quod nullâ lege poſitivâ poteſt fieri licitum & bonum, & ideò blaſphemans in loco ubi viget conſuetudo blaſphemandi ſemper puniri poteſt: Secùs verò, ſi aliquid lege poſitivâ & civili tantùm eſt illicitum, quod contrariâ conſuetudine licitum fieri poteſt.

46 Tandem etiam municipia, Collegia honeſta & approbata, conſuetudinem introducere poſſunt, ſcilicet pro ſe & quatenus eſt ipſis conceſſa Jurisdictio, quia omnes, qui ſtatuta condere, etiam conſuetudinem introducere poſſunt, irrequiſito Principis conſenſu, *Schneidw. h. l. n. 3. Vinn. n. 3. Tulden. in C. ad d. l. 2.* nequit inter requiſita conſuetudinis ſcientiam Principis numerant, *Gail. 2. obſ. 31.* aut *Mynſ. 6. obſ. 41.*

# *Liber I. Tituli IV. Pars II.*

## De *CONSTITUTIONIBUS PRINCIPUM.*

### Summaria.

1. *Principum Conſtitutiones, quando introducta, quomodo differant à lege?*
2. *Lex Regia an, & quando lata?*
3. *Legem Regiam latam eſſe aſſeritur & probatur.*
4. *Confirmatur SCto Veſpaſiani, quod Romæ adhuc aſſervatur, ejusq́ verba referuntur.*
5. *Summam exinde poteſtatem habuiſſe Impp. Romanos, licet juramentum præſtiterint Reipubl.*
6. *Populum privativè in Impp. contuliſſe poteſtatem.*
7. *Impp. aliquandiu Senatui multa indulſiſſe & quare?*
8. *Capitulatio Cæſarea hodierna unde & quo tempore orta.*
9. *Diviſio Conſtitutionum Principis in generales, & ſpeciales.*
10. *Decretum Principis an & quomodo habeat vigorem?*
11. *De materia præjudiciorum, an & quatenus illa ſequenda?*
12. *Privilegia quid ſint, quæ dividuntur in realia & perſonalia.*
13. *Unde poſſit cognoſci, reale an perſonale ſit privilegium?*
14. *Nullum privilegium valere contra utilitatem publicam.*
15. *An per privilegium poſſit concedi Monopolium, & derogari l. un. C. de Monop.*
16. *De privilegiis perſonalibus.*
17. *Referuntur aliæ privilegiorum diviſiones.*
18. *Concedi poſſunt privilegia ab eo, qui poteſt legem condere, idq́ fit, vel ad inſtantiam vel proprio motu.*
19. *De confirmatione privilegiorum, & an præcisè à ſucceſſoribus peti debeat?*
20. *De privilegij interpetatione.*
21. *Pertinet ad concedentem, & fundatur Juriſdictio Imperatoris, ſi de privilegij ab ipſo conceſſi ſubſtantiâ vel violatione quæratur?*
22. *Quibus modis privilegia amittantur?*
23. *Utrùm Princeps pro lubitu ſuo revocare privilegia poſſit?*
24. *Revocationem non habere locum, quando privilegium ex causâ onerosâ datum in contractum tranſit, niſi certis caſibus.*
25. *Magis convenire Principis dignitati privilegia conceſſa ſervare.*
26. *Si privilegium non Subdito detur, ad ejus obſervantiam Principem teneri.*
27. *An Succeſſor Principis anteceſſoris privilegia data obſervare debeat? diſtinctione expeditur, & obſervantia ſuadetur.*
28. *An ſucceſſor teneatur implere expectantiam,* Anwartung / *ab anteceſſore conceſſam?*
29. *Refertur forma & conditiones expectantiarum.*
30. *Expreſſo uno caſu expectantiæ, v. g. ſi ſine liberis, Dominum non teneri, ſi alio modo feudum aperiatur.*
31. *Reſolvitur quæſtio de obligatione Succeſſoris.*
32. *Mens Autoris additur.*
33. *De Juribus, quibus hodie in Imperio utimur, quæ dividuntur in communia & particularia.*
34. *De Juris Romani ortu, progreſſu, nec non receptione in Germania.*
35. *De receptione Juris Canonici, & de conſuetudine univerſali.*
36. *Quæ ſint jura Imperij particularia?*
37. *Diſcutitur quæſtio de Collegijs opificum utrùm in eorum præjudicium Cives alij proprios domi famulos alere poßint;*

Ut

1 UT in Statu populari, ſub populo libero, legibus ſua vis & Majeſtas erat, ita in Statu Monarchico *Principum placita* ſuum cœperunt habere vigorem. Nam cùm factiones invaleſcerent, quæ Reipubl. invadendæ præbent occaſionem, evenit ut Imperium penes unum eſſet, *l. 2. §. noviſſime. 11. ff. de orig. jur.* atque hinc ſumſit originem hæc pars juris, quæ vocatur *Conſtitutiones Principum*, cùm penes hos ſolos eſſet poteſtas, ut quod conſtituiſſent, jus, ratumque eſſet; Itaque, quod dicitur in *l. 1. h. t. quod Principi placuit legis habet vigorem*, intelligendum eſt, oppoſitivè ad legem ſtrictiſſimè ſumptam, quatenus id, quod populus Romanus conſtituebat, Lex, quod Princeps, Conſtitutio dicebatur. Hæc autem poteſtas *Lege Regiâ* in
2 Imperatores tranſlata eſt, *l. 1. h. t.* Quæ tamen famoſa Lex Regia utrùm ens, an non ens, aut quo tempore lata ſit, ex multorum ſententiâ adhuc ſub Judice lis eſt. Quod videlicet populus nunquam expreſſè ſuam in Cæſares tranſtulerit poteſtatem, ſed illi partim armis, partim aſtutiâ occupaverint Imperium. Cùm etiam tempore Auguſti, ſub quo lex iſta communiter lata eſſe fertur, nulla ferè, ut ex Hiſtoricis patet, populi poteſtas ampliùs fuerit, & adeò nullus Hiſtoricus de lege hâc faciat mentionem, cùm præſertim Regis titulus admodùm odioſus populo fuerit & inviſus.

His tamen non obſtantibus, certum eſſe videtur Legem Regiam reverà latam
3 eſſe. Et mirum quidem eſt, rem tanti momenti ab Hiſtoricis curioſè deſcriptam non eſſe, ſufficit tamen, quòd Imperator & JCti in Legibus hanc annotaverint *l. 1. h. t. §. ſed & quod Principi placuit. Inſt. de jur. N. G. & C. de vet. jur. enucl.* vide *Bened. Carpzov. ad Leg. Reg. Germ. c. 1. ſect. 8. per tot.* quorum autoritas tanta eſt, quanta vel Hiſtorici Romani. Et hanc legem tempore Auguſti conditam eſſe, Dio teſtatur his verbis: *Cumq; Auguſtus jam urbi appropinquare diceretur, ac pollicitus eſſet populo viritim centenos aureos, negaſſetq; ſe priùs id perſcripturum, quàm Senatus aſſenſiſſet, ab omni Legum neceſſitate eum Senatus liberavit, ut, veluti à me demonſtratum eſt, verè cum plenâ poteſtate perſectèq; ſui juris, legibusq; ſolutus agere, aut non agere omnia ſuo poſſet pro arbitrio. Hæc abſenti Cæſari decreta ſunt.*

Licet Auguſtus hanc legem non vocaverit Regiam, ſed fortè Senatus, qui eum legibus ſolvit, & ſic ſuam enixam voluntatem declaravit impoſterùm Regiam Reipubl. formam introducendi; nihilominùs Auguſtus & alii titulo Regis populo odioſi uſi non fuerunt, usque ad Juſtinianum. Habuit itaque adhuc populus tempore Auguſti Majeſtatem, quam in Auguſtum tranſtulit, qui cuncta diſcordiis civilibus feſſa ſub ſuum Imperium accepit. Hujus Legis Regiæ beneficio poteſtas in Cæſare Auguſto tanta fuit, ut quæcunque ex uſu Reipubl. Divinarum, humanarum, privatarumque rerum eſſe cenſebat, agere poſſet, *Sueton. in ejus vitâ.* Hancque Legem in ſingulos Principes, mox ut à militiâ Imperatores conſalutati eſſent, & à Senatu probati, renovatam eſſe, hiſtoricæ veritati videtur congruere, ſecundùm ea, quæ habet *Tacit. lib. 12. Annal. in fin.* ubi de Nerone conſalutato Imperatore agens, ſubjungit: *Et ſententiam militum ſecuta Patrum conſulta*, & *lib. 2. Hiſtor.* de Othone agens; *Accurrunt*, inquit, *Patres, decernitur Othoni Tribunitia poteſtas & nomen Auguſti, & omnes Principum honores.* Quæ omnia confirmant Senatûsconſultum de Imperio Veſpaſiani factum, cujus fragmentum aſſervari Romæ in æde Lateranenſi notat *Ant. Auguſtin. lib. de Legib.* cujus verba, ut ea referunt *Mar. Salam. lib. 6. de Principat. juſt. Eccard. in exempl. L. Reg.* hæc ſunt: *Fœdusvé cum quibus volet, facere liceat, ita, ut licuit Divo Aug. Tib. Julio Cæſari Aug. Tiberioq; Claudio, Cæſari Aug. Germanico. Utique ei Senatum habere, relationem facere, remittere Senatus Conſulta per relationem, diſceſſionemq; facere liceat, ita: ut licuit Divo Aug. Tib. Julio Cæſari Aug. Tiber. Claudio Cæſari Aug. Germanico. Utique cùm ex voluntate, auctoritatevé, juſſu mandatuvé ejus, præſentevé eo Senatus habebitur, omnium rerum jus perindè habeantur, ſervetur, ac ſi è Lege Senatûs edictum eſſet, haberetùrq;. Utique quos, Magiſtratum, poteſtatem, Imperium, curationemvé cujus rei petentes, Senatui populoq; Romano commendaverit, quibusvé ſuffragationem ſuam dederit, promiſerit,*



Digitized by Google

*eorum Comitiis quibuſque extra ordinem ratio habeatur. Utique ei fines pomerii proferre, promovere, cùm è Republicâ cenſebit eſſe, liceat ita, uti licuit Tib. Claudio Cæſari Aug. Germanico. Utique quæcunque ex uſu Reipubl. Majeſtate Divinarum, humanarum, publicarum, privatarumq́ rerum eſſe cenſebit, ea agere, facere jus poteſtasq́ ſit, ita uti Divo Aug. Tiberioq́, Julio Cæſari, Auguſto, Tiberioq́ Claudio Aug. Germanico fuit. Utique quibus Legibus, plebisvé ſcitis ſcriptum fuit, ne Divus Aug. Tiberiusvé Julius Cæſar. Auguſt. Tiberiusq́ Claudius Cæſar Aug. Germanicus tenerentur, iis legibus plebisq́ ſcitis Imp. Cæſar Veſpaſianus ſolutus ſit; quæque ex quâque lege, rogatione Divum Auguſt. Tiberium Julium Cæſarem Aug. Germanicum facere oportuit, ea omnia Imper. Cæſari Veſpaſiano Aug. facere liceat. Utique quæ ante hanc legem rogatam acta, geſta, decreta, imperata ab Imper. Cæſare Veſpaſiano Aug. juſſu mandatuvé ejus à quoque ſunt, ea perindè juſta rataq́ ſint, ac ſi populi plebisvé juſſu acta eſſent. SANCTIO. Si quis hujusce legis ergò adverſus leges, rogationes, plebiſcita Senatusvé Conſulta fecit, fecerit, ſive quòd eum ex lege, rogatione, plebisvé ſcito, ſenatusvé Conſulto facere oportebit, non fecerit, hujus legis ergò ei nil fraudi eſto, nevé quid ob eam rem populo dare debito, nevé cui de eâ re actionevé judicatio eſto, nevé quis de eâ re apud eum agi ſinito.*

Quod tamen monumentum, an contineat Legem Regiam, plena dubitationis res eſt, & potiùs videtur eſſe repetitio L. Regiæ, prout ea fuit temporibus Veſpaſiani. Quidquid ſit, certè Principes ſemel poſſeſſionem nacti, vel præſcriptione tuti eſſe poterunt, lege illâ quantumvis evictâ.

5 Summa itaque Imperatorum Romanorum in veteri Republ. non obſtante ullâ promiſſione, extitit poteſtas. *l. 1. ff. h. t.* Nam ut *Sueton. in vitâ Auguſti* refert, Cæſar Auguſtus quidem juramentum præſtitit, & Trajanus, domum ac caput ſuum, Deorum iræ conſecravit, ſi aliter faceret. Unde *Plinius. Vota*, inquit, *in quæ ſint verba ſuſcepta, operæ pretium eſt, annotare: Si benè Rempublicam & ex utilitate omnium rexeris, digna vota, quæ ſuſcipiantur, ſemperq́ ſolvantur. Egit cum Diis, ipſo te autore Cæſar, Reſpublica, ut te ſoſpitem incolumemq́ præſtarent, ſi tu cæteros præſtitiſſes. Si contrà illi quoque à cuſtodiâ tui corporis oculos dimoverent.* Verùm hæc jurata promiſſio non inducebat ſpecialem poteſtatis obligationem, ſed id tantùm facere jubebat. Quod Regiæ Majeſtatis & poteſtatis eſt proprium, ſalutem Reipubl. tueri. Nec enim promiſſio aliò reſpiciebat, quàm ut Impp. facerent, id, quod honeſtas & commodum publicum exigit, quod cùm negligeret Nero, omniaque pro libitu ageret, à Senatu hoſtis judicatus eſt, *Cuſpinian. in vitâ Neron.* quamvis aliàs ipſius poteſtas certis conditionibus limitata fuiſſe non legatur.

Et quidem populus omnem poteſtatem *privativè* transtulit in Principem, 6 quomodo accipienda ſunt verba *ei, & in eum §. 9. Inſt. de I. N. G. & C.* quòd populus ei, ſcilicet Principi, & in eum, ſcilicet, Principem, omnem poteſtatem transtulerit. Quæcunque ergò literæ quondam ad Senatum populumque Romanum dirigebantur, hodiè ad Principem dirigendæ: Et quæ olim ſub nomine Senatûs concipiebantur, hodiè ſub nomine Principis. Unde ſolus Princeps poſt legem Regiam potuit condere leges, *l. ſi imperialis ult. C. de ll.* & Senatus non niſi conſilii loco adhibebatur, *l. humanum C. eod.* Si itaque occurrunt aliqua, quæ etiam poſt Legem Regiam Statui Monarchico videntur repugnare, diſtinguendum eſt inter tempora prima, & remotiora poſt Legem Regiam, nec non inter Statum Reipublicæ Romanæ, & ejus adminiſtrationem, quæ diſtinctio fundamentum habet, *in 4. Polit. c. 4.* Nam 7 quamvis Reſpublica poſt Legem Regiam eſſet Monarchica, Imperatores tamen diſſimulabant potentiam, ſcilicet ne Brutus aliquis exoreretur, ſicque multa permittebant Senatui, quæ ad Majeſtatem Principis pertinebant. Toleraverunt aliquamdiu Principes Legislatoriam Senatus poteſtatem, *lib. 9. ff. de ll.* ne ſpoliatus omni jure, ex recordatione priſtinæ felicitatis, Imperatorum Statum adhuc recentem turbaret. Alii tamen Impp. talem adminiſtrationem tempore ſequenti immutârunt, ita ut ratione Statûs & adminiſtrationis Reſpublica fuerit Monarchica, quâ diſtinctione facilè,

Digitized by Google

cilè, diverſæ ſententiæ conciliari poſſunt.

8 Capitulationis autem hodiè uſitatæ origo à generalibus Impp. Romanorum promiſſionibus, licet juratis, peti non poteſt: Sed ut *Carpzov. d. loc. ad L. Reg. cap. 1. ſect. 8. n. 40.* videtur, recurrendum eſt ad tempus, quo ſtirpe Carolinâ potenti & victorioſâ in Ludovico Arnulphi filio extinctâ regni adminiſtratio jure gentium ad populum rediit, qui cùm negotia Reipublicæ tractare non poſſet, regni jus ad Optimates eductum eſt, cùm & ipſi tantæ civitati, niſi per unum conſuli non poſſe animadverterent, Principem crearunt, cui certis limitibus circumſcripta poteſtas, non perpetua & in hæredes tranſitoria, ſed ad vitam adminiſtranda commiſſa eſt. His initiis primùm natam Legem Germanorum Regiam, tractu deinde temporis magis magiſque adauctam eſſe.

9 Conſtitutiones autem Principis vel generales ſunt, vel particulares. *Generales* ratione modi diſtinguuntur ita, ut alia ſit *Reſcriptum*, quod eſt reſponſum Principis ad conſultationem, epiſtolam, vel relationem illorum, qui Principi ſupplicarunt, emiſſum, aut ſubſcriptum, vide *l. ult. & t. t. C. de reſcript.* ibique *Ant. Perez.* Alia *Decretum*, quod eſt ſententia, quâ Princeps inter dubias partes controvertentes causâ cognitâ pronunciat. Alia denique *Edictum*, quo Princeps proprio motu, non determinatè ad perſonas, aut certam cauſam aliquid conſtituit, & edicit, *l. 1. §. 1. h. t. l. 3. C. de ll. & conſtit.* vide Dn. Franzk. *in h. t. n. 25. & ſeqq.* ubi explicat *l. 1. §. 1. h. t. & l. 2. C. eod.* quia enim Principes olim ipſi ſolebant jura reddere, & de iis cauſis, quas ſuâ cognitione dignas exiſtimabant, pronunciare, hinc Principum judicia, dicebantur, cognitiones extraordinariæ, reliquæ verò juris ordinarii, *l. 3. ff. de his quæ in teſtam. delent.* interdum verò Principes extra locum judicij, quaſi aliud agentes decernere ſolebant, quæ cognitiones interlocutiones dicuntur *l. 1. §. 1.*

10 *h. t.* Quòd ſi igitur Decretum Principis de ſententiâ definitivâ accipiatur, dubium non eſt, quin habeat vim legis generalis, etſi in causâ particulari ſit latum, quia Sententia Principis eſt regula, ad quam omnes inferiores Judices ſe tenentur conformare, *l. ſi Imperialis. 12. C. de ll. Manz. deciſ. Palat. q. 33. n. 11.* niſi decretum vel per ſub-& obreptionem latum eſſe doceri poſſit *l. fin. C. de ll.* vel per modum privilegij in gratiam certæ perſonæ emanârit, *l. 2. C. d. t. Zaſ. h. t. n. 5. & 6.* Eadem vis interlocutoriæ Principis attribuitur, in *l. 1. §. 1. h. t.* in verbis: *vel de plano interlocutus*. cui ne contradicat *l. 3. C. de ll.* diſtinguendum fortè eſt, an Princeps ferat interlocutoriam animo condendæ Legis, an verò non, ita ut *l. 1. §. 3.* agat de Principis poteſtate, lex autem *3. C. de ll.* de voluntate: vel potiùs quod in *l. 3.* tantùm agatur de interlocutionibus ſpecialibus, quæ ad caſus ſimiles produci nequeunt, & proindè leges generales, ob defectum objecti fieri non poſſunt. Nam aliàs ſententiæ definitivæ & interlocutoriæ par eſt efficacia, quoad id, quod Princeps per eam proximè ſtatuit, & declarat, ex cujus voluntate procedit utriuſque ſententiæ effectus, & in legiſlativâ Juriſdictione ſupremâ fundatur. Idem effectus, ſententiæ attribui quoque poteſt Principibus Superiorem recognoſcentibus, quatenus illis ex conceſſione licet leges ferre, ita tamen ut ſemper lex ſuperioris & jus commune maneat ſalvum. Quia verò ſententia per ſe non eſt conſtitutiva juris, idcircò attendendum eſt, utrùm ex verbis ejus conſtare poſſit de voluntate Principis, quòd voluerit per eam certum jus ſtatuere: vel an ſententia tali ratione propoſita & publicata ſit, tanquam communis Regula decidendi ſimiles controverſias. Extrà omne verò dubium eſt, ſententiæ principali adeſſe vim legis, ſi corpori juris fuerit inſerta, *l. 1. §. penult. in fin. de nov. Cod. faciendo.*

Quod ad præjudicia attinet, utut illa in ſimilibus caſibus ſequenda ſint, *Klock. relat. Cam. 103. n. 9.* 11
cùm non ſit recedendum ab eo jure, quod interpretationem certam ſemper habuit, *l. minimè. 23. ff. de ll.* quod diu æquum viſum fuit, *l. 2. ff. h. t.* quod contradictorio judicio firmatum, *l. cum de conſuetudine. ff. de ll.* quod rerum perpetuò judicatarum autoritate fulcitum eſt, *l. ſed & ea 35. l. nam imperat. 38. ff. de ll.* periculoſum tamen

 men

Digitized by Google

men eſt, abſque inſpectione actorum eadem ſequi, cùm levis circumſtantia vel defectus juris aut facti judicem ad ita pronuntiandum movere potuerit, quo non præſente fortè aliter pronuntiâſſet, *idem Klock. relat. 5. n. 435.* idcircò ex præjudicio malè applicato nihil infertur, *Klock. tom. 3. conſ. 145. n. 91.* & præjudicia Cameræ ſi variant ob caſuum diverſitatem non relevant, *Gilman. tom. 2. p. 2. vot. 30. n. 4.* ut non ſine periculo juſtitiæ, præjudicata hodiè pro lege habeantur, nullâ prorſus habitâ circumſtantiarum ratione, quas uti in facto, ita etiam in juris applicatione variare, & alia atque alia præjudicia generare certum eſt, *l. aut facta. ff. de pœn.* Etſi enim præjudicia Supremorum Tribunalium non facilè ſint repudianda, ſed conſideranda attentè; Temerè tamen quoque pro lege vel oraculo Delphico non ſunt habenda cùm ſint res inter alios actæ, atque de actis, ſuper quibus concepta & pronunciata ſunt, conſtet, ut veriſſimè dici poſſit, præjudicia ſe habere inſtar alicujus referentis, quæ nihil certi probent, niſi de relato conſtat, vide *Gail. 1. obſ. 82. n. 26.* Ut taceam, quod à Gailio & Minſingero contraria ſæpè adferantur præjudicia, & Dnn. Aſſeſſores Camerales non innitantur deciſionibus illorum, ſed ex ipſis legum fontibus cauſas decidant, ut ex *Fichardo conſ. 58. vol. 2. n. 9.* tradit *Erneſtus Cothman. vol. 1. reſp. 13. n. 125. & vol. 3. reſp. 25. n. 35.* Ipſi tamen Aſſeſſores in *R. I. de anno 54. §.* So vil aber. *136.* in caſibus ſimilibus eandem deciſionem adhibere, & contraria præjudicia evitare monentur. In verbis d. §. So vil aber bey diſen Puncten von den Aſſeſſoren ſelbſten in ihrem anno 1643. nacher Franckfurt den deputirten überſchickten bedencken berührte contrarietäten und præjudicia cameralia anbelanget / welche ſich theils auff die Advocaten und Sachenwalter nicht unbillich ziehen laſſen / ſollen die Aſſeſſores ſolche gegeneinander lauffende præjudicia in allweg verhüten helffen / und da ſich dergleichen Fäll begeben würden / fürderlichſt in pleno ſich eines gewiſſen vereinbaren.

*Præjudicium* verò *allegare*, eſt Judici oſtendere, hunc vel illum caſum judicando ante hac ita deciſum eſſe, quocircà etiam præſentem caſum, qui caſui priùs deciſo *per omnia* ſimilis, ſic decidi oportere. Cùm verò vix centeſimus caſus alteri per omnia ſit ſimilis, fruſtraneum eſſe videtur, magnam præjudiciorum farraginem ad fundandam intentionem allegare, quorum tamen rationes decidendi ſint ignotæ. Quòd ſi nihilominùs contraria præjudicia præcavenda ſunt, cùm præjudicia dent cauſam conſuetudini, *Coler p. 1. deciſ. 59. n. 11.* præſertim quando in jure & æquitate fundantur, *Pruckman. vol. 1. conſ. 42. n. 16.* imitanda ſunt exempla ac pronuntiationes aliorum in ſimili planè caſu, *arg. l. Titius 54. ibid.* verùm exemplo quoque motus, *ff. ad SC. Trebell. l. filius. 14. in fin. pr. ibid.* Sic enim inveni Senatum cenſuiſſe, *ff. ad. L. Cornel. de falſ. l. un. in fin. pr. ibid.* hinc crebrior apud Veteres opinio eſt, *ff. de off. quæſt.* quia ad ſententias uſu receptas ſæpiſſimè nos remittunt JCti, *l. quæſitum eſt 12. §. 27. ibid.* quam ſententiam quotidiè increſcere & invaleſcere videmus, *ff. de fund. inſtruct. vel inſtrum. legat.* & paſſim exclamant DD. apprimè tutum & laudabile eſſe, præclari Doctoris deciſionem in terminis habere, Finckelthauß *obſ. 70. n. 12. & ſeqq.* præſertim ſi textus expreſſus, ſi bona ratio, ſi aſſenſus plurium Doctorum concurrat: Quis enim non ſecuriore conſcientiâ in horum concedat ſententiam, quam ſuam unius opinionem in dijudicando ſequatur?

Quorſum enim aliàs ſervirent judicata & decreta per *Cameram Spirenſem*, quæ curâ celeberrimorum JCtorum in lucem prodierunt? Quorſum deciſiones *Rotæ Romanæ*, quæ per Achillem Cæſaremque de Graſſis, Guil. Caſſadorum, Jac. Puteum, Marcel. Creſcentium, Verallum, Seraphinum, Olivarium, Farinacium, alioſque Scriptores compoſitæ ſunt atque congeſtæ? Quorſum judicata *Regni Siciliæ* per Garſ. Maſtrillum, Franc. Milanenſem? Regni Neapolitani per Capycium, Math. de Afflictis, Grammaticum, Borellum, Vinc. de Franchis, Petr. Garſ. de Toleto; *Regni Corſicæ* per Hier. Marlianum expoſita? ut taceam Venetiarum, Senatus Pedemontani, Fori Fivizanenſis, Senatus Sabaudienſis, Mantuani, Rotæ Marchiæ, Bononienſis, Peruſinæ & Lucenſis aliarumque Curiarum Scriptores. Quorſum inquam horum

Digitized by Google

rum omnium labores ? niſi ut Reipublicæ, Juſtitiæ, Judicio, Judicibus, litigantibus, cauſarum Patronis prodeſſent. Poteſt nimirum ex his deciſionibus ea provenire utilitas, ut aliis per exemplum & imitationem idem jus dicatur, præſertim ſi Scriptores præjudiciorum circumſtantias facti adjungunt, ut applicatio ad præſentem caſum eò ſecuriùs fieri queat. Quis enim tum non aſſentiatur Viris graviſſimis, in tractandâ Jurisdictione, longo tempore, aſſiduo & indefeſſo labore exercitatis, ſi caſum ab iis cùm diligentiâ seriò, ex conſcientiâ ſincerè, ſine affectuum perturbatione dextrè, cum ratione conſideratè deciſum videt. Nemo certè ignarus eſt, quanti referat, inter tot de jure controverſias, tam involutos legum morumque receſſus & intellectus, tam diſcrepantes JCtorum opiniones, certum eſſe, quid poſt diligentem diſcuſſionem, eventilatasque circumſtantias, veritati, legi, rationi, praxi & uſibus populorum convenientius reputatum & pro jure habitum ſit. Cujuſque poſteà Judicis prudentiæ conſcientiæque expendendum relinquitur, an aliqua circumſtantia mutet caſum, ut deciſio eidem attemperari poſſit vel nequeat.

12 Alterum diviſionis membrum pertinet ad *Conſtitutiones ſingulares*, quæ circa cauſas & perſonas certas, contra vel præter jus commune ſingulare aliquid diſponunt, & vocantur *privilegia*, quæ vel realia ſunt vel perſonalia, *l. 68. l. 169. ff. de R. I. l. 12. C. qui pot. in pign.* Licet enim principaliter omne privilegium referatur ad perſonæ alicujus uſum & utilitatem, tamen non ſemper & immediatè datur perſonæ, ſed non raró ac primariò rei vel cauſæ, atque ejus tantùm intuitu perſonæ. Sunt itaque *privilegia realia*, quando ex ratione ſingulari cauſæ vel rei tribuitur, ut ob iſtam cauſam vel rem, perſona, ad quam pertinet, ſingulari jure utatur, v. g. quod loco, muneri, conditioni, uti Caſtro, oppido, Eccleſiæ, dignitati, officio, vel quod certo generi conceditur, ut SC: Vellejanum mulieribus, SC. Macedonianum filiisfamiliâs. Hæc privilegia cum perſonâ non extinguuntur, ſed ad quemlibet in illâ causâ vel re ſuccedentem tranſeunt, *d. l. 68. & l. 196. de R. I.* Sic ſi privilegium detur Petro, & ſucceſſoribus ejus, ſine dubio erit reale, competens Sedi. Si Epiſcopo alicujus loci detur facultas aliqua rationis eminentis ſcientiæ aut prudentiæ non reale (licet concedens nomine dignitatis uſus ſit) ſed perſonale privilegium erit, propter adjuncta, ut rectè tradit Abbas *in c. Mandata. 6. n. 1. extr. de præſumpt.* Si dubium fuerit, realéne an 13 perſonale ſit privilegium, videndum an ſit odioſum, contra jus commune, aut tendens in præjudicium tertij, & cenſendum perſonale, quia odia ſunt reſtringenda, ut ſcilicet non excedant perſonam; Si verò favorabile fuerit, continens beneficium, nullius jus lædens, habendum erit pro reali & permanenti, *Zaſ. h. t. n. 18.* nam privilegia in præjudicium tertij, nunquam quicquam operantur, *l. reſcripta. 7. C. de precib. Imp. offer. l. nec avus. 4. C. de emancipat. l. Carpzov. lib. 4. t. 10. reſp. 75. n. 11.* ubi tradit, privilegium à contributionibus militaribus, non liberare à collectis, extraordinarijs, pro avertendâ ruinâ patriæ contra impetus hoſtiles, cùm privilegium nunquam includat caſum publicæ utilitati contrarium aut extremæ neceſſitati, nec veroſimile ſit, quòd Princeps fovorem alicujus privati publicæ reliquorum omnium ſaluti præferre voluerit, *c. ſcias. cauſ. 7. q. 1. l. actionem. §. Labeo.* 14 *ff. pro ſoc. l. jubemus. C. de SS.* ubi nec privilegium pio loco conceſſum contra utilitatem publicam extenditur, quia privilegia omnia ſemper intelliguntur cum hâc clauſulâ, dummodò ex iis non lædatur utilitas publica, *Creſp. de Valdaur. tom. 2. obſ. 90. n. 6.* adeoque tempore belli ſilent omnes immunitates, *l. 1. C. de navib. non excuſand. l. 2. eod. & l. 2. C. de quib. mun. licet ſe excuſ. Minſing. 4. obſ. 70.* ut nec Clericis eo tempore immunitas proſit, *Caſ. Carem. reſ. 59. n. 48.* An autem Imperator *tit. Cod. de Monopol.* 15 per privilegium derogare poſſit, quæſtionis eſt ? quam *Bald. ad d. tit.* affirmativè reſolvit. Etſi enim de jure communi prohibitum ſit, ut aliquis ſolus mercem emat aut vendat, excluſis cæteris, *l. un. d. t. C. de Monopol.* & verba Capitulationis Cæſareæ, Auguſtiſſimi Imp. noſtri Leopoldi, §. 20. ſic habent: *Itaquoq. magnas Societates & Mercatores, alios-*

Digitized by Google

*alioſque, qui ſuis pecuniis pro libitu & cum uſuris, & illicitis anteemptionibus nec non Monopoliis multa incommoda S. Rom. Imperio ac ejus incolis & ſubditis notabilia damna, præjudicia & gravamina intulerunt, & adhuc indies inferunt: cum conſilio Electorum Principum ac Statuum, prout & ante hac qualiter iis obviam iri debeat conſultatum, ſed hucusque executioni datum non fuit, planè abrogabimus, nullique ulla Monopoliorum privilegia concedemus, ſed obtenta veluti conſtitutionibus Imperij contraria caſſabimus & revocabimus.* Id tamen eò ſaltem pertinet, ſi commodum unius, aut certorum mercatorum exindè tantùm promoveatur, non verò ſi in communem Reipubl. utilitatem id commercium redundet, tunc enim ex probatorum Politicorum opinione, non ſolùm Civitates vel ipſe Princeps, ſed & conſenſu Magiſtratûs pauci privati mercatores certarum mercium negotium ad ſe trahere, & Rempubl. laborantem juvare non prohibentur, vid. *Grot. de I. P. & B. lib. 2. c. 12. §. 16. Beſold. de arar. publ. c. 3. n. 6.* præprimis ſi juſta ſubſit cauſa, & certum conſtituatur pretium. Hinc aliqui diſtinguunt inter Monopolia privata ordinaria, & extraordinaria ſive publica, tempore neceſſitatis permiſſa, cùm etiam in R. I. de anno 1512. §. doch ſoll hierdurch. inter licitas & illicitas mercatorum ſodalitates diſtinguatur. Exempla non deſunt, quòd Civitates & regiones certarum mercium negotiationes ad ſe traxerint. Sic exercet Elector Bavariæ commercium Salis, ſic Principes officinas ac cupri, den Eiſenhammer / certis perſonis permittunt, ſic in Germaniâ uſitatum, daß den Saltzkauff die Stådt haben / und nicht die Dörffer / ſic in Civitate Lubecenſi jus Sachari & Salis coquendi certis perſonis privilegio conceſſum, ſic plurimæ Civitates provinciarum, ut Comitatuum Metropoles privilegium coquendi & diſtrahendi cerevisias habent, ut reliquis Civitatibus, præter uſum domeſticum, cerevisias coquere vel diſtrahere non liceat; Quæ omnia tamen vel jure communi, vel Capitulationibus Cæſareis non damnantur, licet cavendum ſeriò ſit, ut Monopolia intra communis neceſſitatis & utilitatis publicæ cancellos contineantur, uti eleganter deducit *Marquard. de jur. commerc. lib. 4. cap. 7. per. tot.*

Privilegia *perſonalia* ſunt, quæ immediatè dantur perſonæ ratione perſonæ. 16
Ubi notandum perſonam hîc non denotare eum, qui privilegio fruitur, aliàs enim omnia privilegia forent perſonalia, nulla realia, ſed ſubjectum, cui velut immediatè adhæret privilegii immunitas. Hæ perſonæ autem, vel ſunt ſingulæ, vel plures, univerſitatem aut ordinem conſtituentes. Et vel conceduntur privilegia toti ordini & omnibus perſonis ſimul ſumptis, ut non ad ſingulos, ſed ad univerſos ſpectent, tunc ad poſteros ſingulorum, qui ſunt ejusdem univerſitatis, transmittuntur, *l. 4. §. 3. ff. de cenſib.* Sic privilegia nobilitatis ſunt perſonalia, non obſtante *l. 196. de R. I.* ubi realia dicuntur, quæ ad hæredes tranſeunt, quia filius nobilis non jure hæreditario, ſed proprio habet, privilegium nobilitatis, adeoque vivo adhuc patre nobilis eſt; aliàs quivis ſuccedens nobili, nobilis eſſet, quod eſt abſurdum: vel conceduntur perſonis ſingulis illius ordinis, & adeò huic vel illi individuo, quo caſu cum perſonis extinguuntur, & ad ſucceſſores non tranſeunt. In omnibus cauſis, ut *Paulus* ait, id obſervandum, ut, ubi perſonæ conditio locum facit beneficio, eâ deficiente, beneficium quoque deficiat *lib. in omnibus. 68. de R. I.*

Aliud porrò privilegium eſt *gratioſum* aut *remuneratiuum*, quod vel gratis, vel 17
propter merita propria aut aliena conceditur, vel *conventionale* aut *purum*. Neque enim eſt de eſſentiâ privilegii ut ſemper gratioſè concedatur, ſed poteſt fieri cum aliquâ obligatione & compenſatione recipientis, vel eſt *perpetuum*, aut *temporale*, quod ad certum tempus, perſonam aut conditionem reſtrictum eſt, *l. quoties. C. de precib. Imp. offer. c. 7. de R. I. in 6. c. Si gratioſè de reſcript. in 6.*

Concedere privilegia poteſt legem 18
condens, illis, qui ſubditi, vel aliquo modo ſunt inferiores. Ad formam verò privilegiorum pertinet, quòd concedi ſolent, vel ad petitionem, & inſtantiam alicujus, vel proprio motu, auß eigener Bewegnus. Iſta enim verba, proprio motu, vel excludunt petitionem omninò,



Digitized by Google

vel ſaltem ut principalem cauſam à quâ dependerit conceſſio, quia nimirum Princeps conceſſurus erat, etiam petitione non factâ.

19 Ad formam pariter referri poteſt *privilegiorum confirmatio*, quæ vel fit in formâ ſimplici, & nullum jus novum confert, nec datur valor privilegio ſi anteà erat invalidum, *c. quia diverſitatis. de conceſſ. prabend.* vel fit ex certâ ſcientiâ, & vim habet novæ conceſſionis. Citatio partis, niſi graviter lædatur jus tertii, non requiritur, *Chriſtin. vol. 2. deciſ. 63. n. 7.* Confirmatio autem privilegiorum, ut non facilè omittenda, ſub præciſâ tamen neceſſitate à ſucceſſoribus peti non debet, quaſi eâ omiſsâ privilegium non valeret; quamvis tutius & conſultius ſit, adeoque devotioni & reverentiæ conveniat, confirmationem à ſucceſſore petere, quæ non ſolùm majorem privilegiis tribuit autoritatem, ſed & varias exceptiones ſubmovet, *Acac. Eveneck. de privileg. lib. 3. c. 20. n. 2. 5. 7. Gail. 2. obſ. 1. per. tot. Marquard. de mercatur. libr. 1. cap. 6. num. 59. & ſeqq.*

20 *Interpretatio* privilegii ſtrictè facienda eſt, ut ſoli illi perſonæ vel cauſæ competat, cui conceſſum, & ne quidem ex identitate rationis ad alias perſonas aut cauſas poſſit extendi, cùm non identitas rationis, ſed Impp. & Principum conſtitutiones privilegium inducant. Nec obſtat, *l. beneficium. 3. h. t.* quæ dicit: *Beneficia Principum pleniſſimè eſſe interpretanda;* & regula, quæ docet, *favores eſſe ampliandos;* quia nemo contradicit, ſi privilegium ſpectet ad purum beneficium, ſi non derogetur juri communi, ſi nullum involvatur Tertii præjudicium; Tunc enim convenit autoritati & liberalitati Principum, ut latiſſimâ interpretatione privilegia eorum illuſtrentur, ita ut etiam derogetur juri communi, ſi a-
21 liàs privilegii utilitas nulla eſſe poſſit. Sed hæc privilegiorum interpretatio, ſicut ipſa conceſſio ad Principem pertinet, ita ut ſi de eorum ſubſtantiâ, validitate vel invaliditate incidat quæſtio, ea coram ſolo Imperatore ventilari debeat, Roding. *in Pand. Cam. l. 1. t. 15. per tot.* cùm ejus ſit interpretari, cujus eſt condere, *l. omni innovatione. C. de SS. Eccleſ.* Quamvis aliàs de cauſis privilegiorum, haud ſecùs uti quivis ordinarius, cùm de privilegii ſubſtantiâ non diſputatur, & quatenus privilegium non jus Principis ſed alterius concernit, Camera cognoſcere poſſit, *Gail. 1. obſ. n. 7. & 13.*

Hæc verò ita procedunt, donec inte- 22
grum eſt privilegium & non amiſſum. Amittitur autem privilegium perſonale extinctâ perſonâ ejus, cuj conceſſum: reale, ſublatâ re aut causâ. Quòd ſi enim locus privilegiatus fuerit deſtructus ex propoſito, per habentem poteſtatem, ſublatâ ſpe reſtitutionis, ſalvum eſſe nequit privilegium, utpote ſublato ejus fundamento. Si verò hoſtili manu deſtruatur fundus, aut caſu corruat, ſpes reſtitutionis privilegium ſalvum præſtat, *l. ade ſacrâ ff. de contrahend. emp.* Extinguitur privilegium lapſu temporis, ad quod reſtrictum, deficiente adjectâ conditione, renuntiatione expreſsâ, ſive tacitâ, quæ intelligitur ex non uſu voluntario, aut uſu contrario, vid. *Marquard. de mercat. lib. 4. c. 2. per tot.* per abuſum enim privilegium meretur amittere, qui conceſsâ ſibi poteſtate abutitur, *can. privilegium. 11. q. 3.* ſicut etiam qui ſuum alteri derogat, *cap. dilecti filii. de privileg.*

Denique amittitur privilegium per re- 23
vocationem ejus, qui conceſſit. Quia revocare poſſe Principem privilegia ex juſtâ, & gravi causâ, extra dubium eſt. Si privilegiatus fiat rebellis, ſi privilegium ipſum concedentem lædat, quo caſu, ſi non tollendum, ſaltem ad juſtam moderationem reducendum eſt, *Marq. d. l. lib. 1. c. 6. n. 45. Caſ. Carena reſol. 59. n. 25.* ubi exempla refert, de Alphonſo V. & Iohanne I. Regibus Portugalliæ, adeoque ait, tali caſu revocationem & limitationem potiùs declarationis nomen mereri. Quæ revocatio longè facilior eſt, cùm privilegium gratis eſt conceſſum, & quidem ſubdito, cùm iſta conceſſio à mera concedentis dependeat voluntate: Quando autem privilegium 24
tranſiit in contractum, utpote dato pretio conceſſum vel in remunerationem meritorum obligatur Princeps ex ſuo contractu, & non poteſt auferre jus ſubdito vel alteri quæſitum, eleganter *Carpzov. deciſ. 87. per tot.* niſi ex causâ publicæ utilitatis, pro bono pacis, aut vitandi ſcan-



Digitized by Google

ſcandali cauſâ, *Creſp. de Valdaurâ, obſ. 101. n. 23.* ubi omninò vide, *Caſ. Caren. d. reſ. 59. n. 22. & 29.* per textum *in l. 2. C. de privil. Scholarium*, ubi dicitur, quòd privilegia quæcunque taliter moderatè ſint accipienda, ne ſub prætextu conceſſi privilegij flagitiorum creſcat autoritas, vel publica utilitas vacillet.

25 Quia etiam verecundius & Majeſtate Principis dignius eſt, privilegia ex liberalitate conceſſa ſine cauſâ temerè non revocare. Cùm enim privilegia, præſertim immunitatis, non niſi benè meritis & re probè deliberatâ ſolent concedi, durum exiſtimamus, id quod purè & in perpetuum datum eſt, ſine cauſâ adimi. Quòd ſi propriæ indigentiæ, belli, vel utilitatis publicæ prætextu ademptio fiat, æquum videtur, ut beneficiarius ex gratitudine tantiſper cedat, ita tamen, ut ceſſante cauſâ privilegium recuperet, ne levitatis, inconſtantiæ, avaritiæ aut ſordium reus arguatur Princeps. Rumelin. *A. B. diſſert. 8. th. 12.* Sanè ſi privilegium fuerit datum ſub expreſsâ clauſulâ de revocando eo quoties concedenti placuerit, minus dubium eſt, quin Princeps pro ſuo lubitu id revocare queat.

26 Si Princeps non-ſubdito privilegium conferat, ad ejus obſervantiam præciſè tenetur, ut id revocare non poſſit, propterea quòd revocatio privilegiorum dependeat à Juriſdictione, quam in non-ſubditum Princeps exercere non poteſt, *c. 2. extr. d. Conſtit. Carpz. d. deciſ. 87. n. 2.* vide *Marquard. de jure Mercat. l. 1. c. 6. n. 45. & lib. 4. c. 3. n. 28. & ſeqq.* cùm intuitu extraneorum Princeps non ut Princeps, ſed ut alius privatus, honoratior tamen, conſideretur; Atque ſicut alteri extraneo Principi, ita & exteris non ſubditis ad obſervationem contractuum & privilegiorum teneatur. Quâ de cauſâ Societas Hanſeatica apud Magnæ Britanniæ Regem adverſus edictum anno 1660. in ſuorum privilegiorum præjudicium publicatum conqueſta eſt.

27 Similiter adſtringitur quoque ſucceſſor, ut privilegia ab Anteceſſore indulta ſervet. Diſtingui tamen ſolet, an ſuccedatur in locum anteceſſoris *jure hæreditario*, in provincijs & ditionibus hæreditarijs, in feudo hæreditario, in Erb-lehen / quo caſu cùm ex perſonâ defuncti veniat ſucceſſor, ejus quoque factum præſtare tenetur, *l. 14. C. de R.* vid. *Gail. 2. obſ. 154.* An verò *jure proprio.* v. g. electionis, ex lege vel etiam particulari titulo dotis emptionis, ex feudo pactionato (quod præſumitur *Minſ. 4. obſ. 2.*) ſuccedat, quo caſu non tenetur ad conventiones Anteceſſoris, ex quibus jus ſaltem perſonale ad rem naſcitur, aut quæ tendunt in perniciem publicam & præjudicium dignitatis: niſi obligatio pro regiminis neceſſitate & incremento, ad uſum Principatûs publicum ſit contracta, Reinking. *de R. S. & E. 1. cl. 3. c. 10. n. 4. Mantic. de tac. & ambig. convent. lib. 27. t. 5.* Sed ſepoſitâ etiam hâc diſtinctione, atque extra Reipubl. damnum, Principis maximoperè intereſſe videtur, acta prædeceſſorum indiſtinctè ſervari. Majorum enim facta non approbans, pernitioſo exemplo docet, ſibi quoque id fieri debere, quod eleganter exprimitur in *c. juſtitiæ. 25. q. 1.* Becker. *de jure publ. lib. 2. c. 4. §. 3. fin.* Hinc ſolent Principes leges latas Prædeceſſorum bonas & Reipubl. ſalutares confirmare & retinere, collapſaſque reſtituere, atque ſic ſuas efficere, *l. 2. §. omnia. C. de vet. jur. enucl. c. ſi Apoſtolicæ. de præbend. in 6. Grot. de jur. pac. & bell. lib. 2. c. 14. n. 12.* quia aliàs miſerrima eſſet Principum conditio, ſi omnia cum metu futuræ reſciſſionis peragerent.

Sic frequentiſſimum inveſtituræ genus eſt de caducitate feudi poſt mortem alterius, vulgò Expectanten oder Gnaden-Lehen; de quo quæritur, an ſucceſſor beneficiarium præciſè inveſtire teneatur? plerique iterum diſtinguunt, utrùm negotium ſubſiſtat, in puris terminis promiſſionis, an verò actus aliquis inveſtituræ acceſſerit, ut illo caſu promittens præſtando liberetur; hoc inveſtitus licentiam habeat, vacantem feudi poſſeſſionem propriâ authoritate apprehendendi, *Vult. de feud. lib. 1. c. 10. n. 8. Myler. in Nomolog. Ordin. Imper. c. 15. n. 5. Mynſ. 4. obſ. 61. Marta in Dig. noviſſ. tom. 41. verbo. Inveſtitura. c. 1.* Alij expectativas has in feudis Imperij majoribus, à tempore Caroli V. penitùs ſublatas eſſe aſſerunt, quòd talia bona referri debeant, ad publicum Imperij patrimonium, biß ſo lang das Reich wider zu Weſen und Auff-nehmen 28

nehmen kommt./ cùm nulla Imperio æquior viſa ſit ratio, quam per hæc media adaugendi reditus Imperii, & cenſus Cæſari conſtituendi, *Carpz. ad. L. Regiam. c. 7. ſect. 3. n. 11.* Nihilominus tamen Imp. Carolum V. & Rudolph. II. expectantias dediſſe, & feuda conceſſiſſe vacantia, tradit *Rumelin. ad A. B. diſſ. 7. art. 11.* atque Limnæus *in Capitulat. Imperat.* & ſpecialiter in Capit. Imp. Ferdinandi II. ait: articulum de expectativis non dandis in eâ eſſe novum, cùm quæ anteà datæ, vel ab Electoribus confirmatæ, ſive ſimplices ſint ſive pacto confraternitatis reciproco veſtiantur, adhuc firmo ſtent talo, vide etiam *Theſ. Baſil. vol. 1. diſp. 16. th. 8. lit. M.* Verba Capitul. Cæſareæ Auguſtiſſimi Imp. noſtri Leopoldi, §. 4. hæc ſunt, *Si etiam feuda Imperio & nobis tempore regiminis, per obitum, aut delictum, caduca fuerint, quæ notabilis momenti ſint, uti Principatus, Comitatus, Civitates ac ſimilia, itidem abſque conſenſu 7. Electorũ nemini ulterius conferemus, aut ullã expectativam deſuper concedemus, ſed pro ſuſtentatione Imperii, noſtra, ac Succeſſorum Cæſarum, Regumq́; Romanorum retinebimus, & incorporabimus, nobis tamen ratione noſtrarum hæreditariarum Provinciarum ac cuilibet in earum Juribus & Privilegiis ſine præjudicio.*

29 Confertur autem expectativa per conditionalem inveſtituram ſeu de ſucceſſionis caducitate in caſum mortis, *2. feud. 26. §. 2.* & potiùs eſt promiſſio de inveſtiendo, quàm vera inveſtitura. Nam licet fortè aliqua interveniat inveſtitura, illa tamen caſum reſpicit futurum, & nihil aliud eſt, quàm conditionalis juris ſuccedendi conceſſio, unde etiam literis expectativarum inſeri ſolet, ut ſolennis inveſtitura exiſtente demùm conditione petatur, atque interim literæ manu ſigillovè Domini corroboratæ ſufficiunt, *Roſenthal. de feud. c. 6. concl. 6. n. 4.* Hartm. Piſtor. *p. 2. q. 30. n. 6.* Debet itaque eſſe promiſſio conditionalis; ſi feudum revertatur ad Dominum, quia purè facta non valet, *2. feud. 35. 1. feud. 9.* niſi alia mens promittentis & accipientis promiſſionem appareat, quòd caſum reſpexerint futurum, quo feudum aperitur. Conditio autem, ſub quâ expectativa conceditur, vel continet feudum certum & nominatum, **Anwartung eines benannten Lehen** / vel incertum, quod nimirum inter plura quæ Dominus habet, primùm aperietur. Deinde obſervandum eſt, an certus caſus 30
exprimatur: e. g. *ſi vaſallus poſſeſſor ſine liberis deceſſerit*, tunc etenim, ſi alio modo feudum ad Dominum revertatur, v. g. propter feloniam aut refutationem, Dominus non tenetur, etiamſi vaſallus ſine liberis poſteà moriatur, quia conditio ſpecialis adjecta debet in formâ ſpecificâ adimpleri, & conditio non reſpicit ſimpliciter vaſalli mortem, ſed ut propter illam mortem, feudum Domino aperiatur, Schrader. *de feud. part. 3. c. 2. n. 50.* Hartm. Piſtor. *p. 2. q. 25. n. 37.* Carpzov. *p. 2. c. 25. d. 3.* Dn. Ad. Struv. *in Syntagm. Jur. feud. aphor. 5.* ubi contraria diluit.

Ex hac itaque promiſſione conditionali oritur jus ad rem & actio perſonalis, quâ Dominus ita obligatur, ut ſi facultatem rei tradendæ habeat, præciſè ad feudum tradendum teneatur, nec liberetur præſtando intereſſe, H. Piſtor. *d. p. 2. q. 25. n. 22.* præſertim ſi abuſiva inveſtitura intervenerit, *2. feud. 26. §. ſi factã.* Minſ. *4. obſ. 61. n. 5.* nec ſolum illi cui promiſit, ſed & hæredibus ejus ad promiſſionẽ adimplendam Dominus obſtringitur, *1. feud. 9.* Simili ratione etiam hæredes Domini, jure hæreditario ſuccedentes, expectativam ſervare tenentur, modò non expreſſa adjiciatur reſtrictio, ad ſolam perſonam promittentis, ut ſi dicatur, *ſi me vivo feudum aperiatur.* **wann es bey mei-** 31
**nem Leben erledigt wird** / Roſenthal. *cap. 6. concl. 15. n. 2.* Quod ſi verò Princeps Succeſſor *jure proprio* veniat, per electionem ſimilemvè modum Imperio, Ducatu, Dignitate aut officio ſuccedens, ſive ad feudum ex pacto & providentiâ primi acquirentis ratione ſanguinis vocetur, talis ad implendam expectativam ab anteceſſore conceſſam non tenetur, niſi ſub initium ſuſceptæ adminiſtrationis conceſſionem confirmaverit, vel ea ex juſtâ causâ, neceſſitate veluti, vel utilitate exigente. Item ob benè merita inveſtiti, vel ſub nomine dignitatis ab anteceſſore conceſſa ſit, vel etiam ſi commodum



Digitized by Google

Reipubl. iſtâ conceſſione magis adjuvetur, quàm eadem lædatur, Tib. Decian. *Reſp. 25. n. 47. 59. & 68.* ubi plures cauſas adducit, quibus moveri ſucceſſor debeat ad anteceſſorum conceſſiones implendas, Klock. *de contrib. c. 8. num. 78. & ſeqq. & tom. 3. Conſ. 154 n. 27. & 35.* Cacheran. *deciſ. 139. n. 11* Tabor. *tract. de obligat. ſucceſſ. c. 5. n. 18. & 19.* ubi etiam in fine reſponſum cujusdam Facultatis annectit.. Pari ratione ſucceſſor Prælati aut Epiſcopi inveſtituram de caducitate feudi in bonis Eccleſiæ factam adimplere non tenetur, niſi conſenſu totius Capituli facta fuerit, quia Capituli obligatio perſeverat, Epiſcopo licet mortuo. Quò referri etiam poteſt caſus, ſi neceſſitate & utilitate Eccleſiæ exigente, vel in remunerationem meritorum Eccleſiæ exhibitorum anteceſſor feudum promiſerit, Carpzov. *part. 2. Conſtit. 21. defin. 21.* Tuſc.
32 *concl. lit. 5. concl. 879.* Ego huc repeto, *pract.* quæ modò ſuprà *h. t. n. 27.* in fine deduxi, ut niſi ſalus publica obſtet, vel graviſſima cauſa, ſemper maximoperè Principis interſit, acta præceſſorum indiſtinctè ſervare. Quam etenim concipere ſpem de ſuis geſtis placitisque poteſt, ut à ſucceſſoribus non evertantur, ſi ipſe prædeceſſorum geſtis nullam obſervationem præſtat, ſuprà cit. *c. juſtitia. 25. q. 1.* quod cùm cauti Principes animadverterent, etiam Tyrannorum acta vim ſuam retinere voluerunt, ita Gellius *lib. 18. Sic bona ſententia manſit, turpis autor mutatus eſt.* Nerva quoque & Trajanus, Domitiani indomitæ libidinis Tyranni beneficia haud revocarunt, VVilh. Becker. *d. l.* videatur etiam Joh. à Felde *in not. ad H. Grot. de j. p. & b. lib. 2. cap. 14. in fin.* ubi tum demùm reſcindi acta tradit, ſi prædeceſſor aliquid ex non ſanâ mente aut contra rationem egiſſet. Quæ ſententia gloriæ & magnitudini Principum, quâ ſupra reliquos mortales eminent, nec non quotidianis laudatiſſimorum Impp. Regum & aliorum exemplis convenientior eſt & favorabilior.

Atque tantùm de partibus juris noſtri Civilis dixiſſe ſufficiat. Adjungere breviter placet, quo potiſſimùm jure in Im-
33 perio hodiè utamur. Illa vel ſunt *communia*, quæ in toto Imperio expreſsè ſancita, vel uſu recepta communiter vigent: vel *particularia*, quæ in particularibus Imperii Provinciis & Territoriis conſtituta & introducta ſunt, & appellantur, **die Lands-Ordnungen / Statuten / redliche Gewonheiten der Fürſtenthum- und Herrſchafften** / *O. C. part. 1. tit. 13. §. 1. Rec. Imp. Spir. de anno 1529. §. item,* **als bißhero.** Inter jura communia refertur. 1. Jus Cæſareum, **das gemeine Kayſerliche Recht /** nec non Receſſus & Conſtitutiones Imperii, inter quas, præter Auream Bullam Caroli IV. & Conſtitutiones Imp. Frider. III. de anno 1442. usque ad tempora Imperatoris Maximiliani paucæ ſunt editæ, quamvis aliorum etiam Impp. Conſtitutiones exhibeat Melch. Goldaſt. nec non Conring. *de orig. jur. Germ. c. 26. & 27.* Et qui- 34
dem juris Romani autoritas poſt Juſtiniani tempora in Occidente imminuta, creſcere rurſum cœpit in Italiâ tempore Lotharii Imperatoris, cùm in explicationem ejus magno ſtudio incumberet Irnerius, ac porrò Bononiæ ſcholâ publicâ inſtitutâ leges Juſtinianeæ ab eodem Irnerio, & poſt, Friderici I. tempore, à Bulgario, Martino, Jacobo, Hugone explicarentur, unde Treutler. *diſp. 1. theſ. 5.* augmentum & amplitudinem Imperii Romani juri noſtro aſcribit, manificâ commendatione. Sed cùm Romani populos invitos armis ſubjecerint, & ab initio ſubjectos proprio jure uti permiſerint, jusque Romanum intra fines tantùm Italiæ concluſum, inclinante tandem Imperio per JCtorum interpretationem fuerit conſtitutum, vix eſt, ut tota Imperii amplitudo huic juri aſcribi poſſit, quamvis æquiſſima ejus præcepta, utpote quorum remedio etiam hodiè Reipubl. tranquillitas conſervatur, & boni præmiis coronantur, mali pœnis afficiuntur, aliquid contuliſſe negari non poſſit. Cùm expulſo Rege Tarquinio, & Conſul. Conſtitutis Romani adeò ſe virtutibus dederint, ut teſte Aug. *lib. 5. de civ. Dei. cap. 12.* Deus Ter Opt. Max. propter leges juſtas eorum auxerit Imperium, & juſtam ei dederit amplitudinem, *Theſ. Baſil. vol. 5. fol. 293.*

Succeſſu poſteà temporis translatum quoque jus Juſtinianeum in Germaniam, cùm conderentur Academiæ, illæque ad exemplum Italicarum accerſitis ex Italiâ Doctoribus & Profeſſoribus erigerentur,

Digitized by Google

tur, quâ occaſione jus Romanorum in ſcholas Germaniæ atque exindè in fora & judicia receptum & admiſſum eſt, vide Dn. Speidel. *in ſpec. obſ. verbo: Academia.* Atque poſteà regnante Maximiliano Imperatore anno 1495. Aſſeſſoribus Judicij Cameralis expreſsè injunctum, ut ſecundùm jus commune judicent, idque repetitum eſt in O. C. de anno 15. §. Ordnen / ſetzen / ibi: nach laut gemeiner beſchribener Käyſerlichen Rechten. Nec non in Conſtit. Maximil. von unterrichter Notarien anno 1512. §. und nach deme von gemeinen Rechten & alibi paſſim.

35 Ad jura Imperij communia referri etiam poteſt *jus Canonicum*, quod ſicut initium ſumpſit ab illis regulis, quæ in Eccleſiâ, ut omnia decenter & ordine fiant præſcriptæ, quò etiam pertinent Canones SS. Appoſtolorum, Corpori Juris Civilis & Canonici annexi: ita pariter uſus ejus in Germaniâ invaluit, ita ut etiam illi, qui à Catholicâ Religione ſeceſſionem fecerunt, eodem jure utantur, propter ſingularem præ jure civili æquitatem, quâ in cauſis matrimonialibus, bonis eccleſiaſticis, pactis & emphyteuſi, cauſis piis, præſcriptionibus, juramentis, quibuſdam ad teſtamenta, fidei commiſſa, & detractionem quartarum ſpectantibus, nec non in iis, quæ ad ordinem judiciarium pertinent, præ jure civili eminet. Denique ad jus commune Imperij referri poſſunt *conſuetudines* in Imperio vigentes, quia plurima uſu obſervantur, quæ in jure communi deſcripta non habentur.

36 Particularia Imperij jura conſiſtunt in Conſtitutionibus Provincialibus vi ſuperioritatis territorialis latis, nec non conſuetudinibus ſingularibus hujus vel illius loci. Quò etiam referri poſſunt ſtatuta, quæ à Civitate Provinciali, aliâve Univerſitate, ex conceſsâ ſibi à Superioribus licentiâ conduntur, de quibus videri poteſt Mæv. *ad jus Lubec. quæſt. prælim. 2. n. 43.* Similiter aliæ quoque Univerſitates ordinare poſſunt, quæ ad Univerſitatem ſpectant, ut prætereà ipſi Sodales per modum conventionis ad aliqua ſervanda ſe obligare queant, *l. ult. ff. de colleg. & corporib.* Verùm ejuſmodi ſtatuta vim nullam habent, niſi à Superiore confirmentur. Unde ſtatuta Opificum hodiè abſque confirmatione Principis non valent, Carpzov. *lib. 1. reſp. 48.* Richter. *deciſ. 80. n. ult.*

Hàc occaſione placet adjungere, quæ in materiâ Collegiorum antehac à me deducta & diſcuſſa quæſtio, *utrùm contra Collegij alicujus, publicâ autoritate confirmati ſtatuta, liceat Civibus proprios domi famulos illius opificij alere in præjudicium magiſtrorum?* Quo fine præmitto, Collegia quævis ſive ſcholarium, ſive artificum de jure prohibitorum cenſeri, donec ea jure inſtituta, vel inſtitui poſſe probetur, *l. 1. ff. de Collegiis & Corpor. c. 1. ex. de Religioſ. domib. in 6.* Cothman. *reſp. 64. n. 4.* & tum demùm licita efficiuntur, cùm eorum poſſeſſio vel quaſi probatur ex literis fundationis vel privilegijs à Magiſtratu conceſſis, vel alijs ex ſignis, de quibus Beſold. *in Theſaur. pract. verb.* Zunfft. Hodiè enim inſtitutio Collegiorum ad jura Superioritatis videtur referri, ut cuilibet Magiſtratui Jurisdictionem habenti poteſtas ſit erigendi Collegium, & eidem leges præſcribendi, Mæv. *ad jus. Lub. lib. 4 t. 13. art. 3. n. 5.* Hahn. *in obſ. ad Weſenb. par. tit. de leg. n. 3.* Wehner. *in obſ. verb.* Zunfft / Richter. *deciſ. 3. n. 4.* Et quia uſus Collegiorum Reipubl. ſemper viſus eſt neceſſarius, hinc omnia artificia licita Collegij jure donata ſunt, in quibus Rector & regentes quidam conſtituuntur, qui ea quæ ad officium & uſum ejus artis ſpectant, ritè ordinent, atque diſponant, *l. un. C. de privileg. corp.* Beſold. *de jure Colleg. c. 1. n. 2.* Et quia Collegij confirmatio publicæ Autoritati relicta, nulla ſupereſt dubitatio, quin hoc Collegium quæſtionis, Vietorum H. à Magiſtratu ibidem & poſt à S. Cæſ. Majeſt. ſine requiſito civium conſenſu, ritè & validè inſtitutum & confirmatum ſit: Cùm opificium der Faßbinder in toto Imperio pro licito & neceſſario habeatur, & ideò paſſim Collegij jure donatum ſit. Ut obſtare nequeant Receſſus & Statuta H. quæ in contrarium rei allegant.

Sicut enim Magiſtratus ex Juribus adductis & communi obſervantiâ fundatam intentionem pro ſe habet, ita calumnioſè diſputare videntur rei, ceu Magiſtratus hoc privilegium confirmando poteſtate



Digitized by Google

ſuâ abuſus eſſet: quaſi verò ejus Autoritas à 7. mercatorum contradictione poſſet labefactari, cùm ex civibus reliquis nec unicus ſe opponat, ſed gratam habeant hanc Majeſtatis Cæſ. & Magiſtratûs confirmationem. Et ſi verba allegati Receſſus examinentur, cuivis patere exiſtimo, iis non ademptam aut limitatam, ſed traditam & corroboratam eſſe Magiſtratui poteſtatem erigendi & confirmandi tales ſodalitates, per formalia **biß ein anders von einem Erbaren Raht verordnet / oder durch die gemeine Burger und Inwohner ein anderes vortragen wird / ꝛc.** ut non niſi per calumniam diſputatio de Magiſtratus circa hæc poteſtate ſuſcipi videatur, cùm & ipſi rei tandem rotundè fateantur, quòd inſtitutio & confirmatio talium privilegiorum à Magiſtratu cujusvis loci dependeat, & ſaltem eam clauſulam addant, ſi fiat ſine præjudicio tertij. Quinimò etiamſi Civitates Imperiales particularia poſſint erigere ſtatuta, iis tamen Univerſalibus Imperij Conſtitutionibus & Ordinationibus Politicis præjudicare nequeunt, Klock. *tom. 1. Conſ. 20. n. 132.* ubi præjudicium allegat. Sicut enim ſe habent Statuta Civitatum municipalium ad Superiorum ſuorum ordinationes, quibus ſe ſubjicere tenentur, *c. 2. de majorit. & obed.* ita ſe habent Statuta Principum, Comitúmve & Civitatum ad Conſtitutiones Imperatoris, idem Klock. *d. l. n. 130. & ſeqq.* qualia ideò particularia Statuta in Receſs. Imperij expreſsè caſſantur, ut ex infrà dicendis apparebit.

Altera reorum exceptio eſt, impetrantium petita eſſe contra communem Civitatis utilitatem; impetrantes intendere monopolium, **wollen den Weinhandel allein zu ſich ziehen / taxieren ihre Arbeit zu hoch / der Wein werde dardurch vertheuret / ꝛc.** Quòd ſi autem privilegia civitati, civibusque noxia & oneroſa ſint, ea omninò tollenda eſſe, quia major Reipubl. habenda ratio, quàm ſingulorum. At verò taxam illi habent in ordinatione ſeu Rollâ art. 8. à Magiſtratu præſcriptam, ultrà quam aliquid ab ipſis exigi nec ipſi rei aſſerunt. Nec intentioni eorum prodeſt, quod ajunt, minoribus expenſis operas iſtas à ſuis famulis habere poſſe. Contradicunt enim 1. ſibiipſis in duplicâ ſuâ fol. 8. ubi cùm ipſis ab impetrantibus objectum eſſet, **daß die Weinhändler ſich der Meiſtere und ihrer Knechte bedienet**: his formalibus reſpondent; **ſie hätten damals den Handel nicht ſo ſtarck geführt / und dahero die Arbeit durch die Meiſter gegen Bezahlung Taglohns wol verrichten laſſen können / weilen ſie nicht eben darauff eigene Knecht gehalten / und ſo groſſe Koſten thun wollen.** Hanc confeſſionem poſteà rurſum evertere conantur, quaſi majores impenſas opificibus quàm ſervis propriis facere tenerentur. 2. Offerunt ſe Opifices Ordinis, quòd eâdem pro mercede ipſis laborare velint, quâ poſſunt à ſervis iſtis habere. Itaque habent rei intentum, nec amplius ratione impenſarum, aut læſione boni publici querimonia ſupereſſe poteſt. Quin potiùs regulam æquitatis obſervare deberent, & illud actoribus concedere, quod reis non nocet, impetrantibus maximè prodeſt, & utriusque utilitati ſervit; fruſtrà allegant, quaſi impetrantes promiſſa non ſint obſervaturi. Eſt enim Imperator, eſt Magiſtratus, qui ipſos in ordinem redigere, qui ad rollæ obſervantiam cogere, qui privilegiis omnibus exuere poteſt, ſi iis abutantur: Cùm non deceat privilegia Collegii eousque valere, ut ea in detrimentum Reipubl. convertat; vim amittunt quatenus nocent, eveniente noxâ exſpirant, & ſuperior ea tollere, aut limitare poteſt, *l. ex facto. ff. de cond. & demonſt. Cabedo deciſ. 19. n. 7.* & abuſus juſta privationis cauſa eſt, *§. fin. Inſt. de his qui ſunt ſui vel. al. jur. l. 1. & 2. ff. eod.* Mæv. *d. loco.* Hoc ſuppoſito, nulla eſt, niſi vel calumniæ vel invidiæ cauſa, quod rei commoda lucrandi opificibus eripere, & ſuis ſervis attribuere malint, cùm tamen his omni jure debeantur, & omnibus rollis ſeu Ordinationibus illud perpetuò cautum, ut nemo opificium exerceat, niſi ſolenniter in Collegium receptus ſit, unde etiam vocatur **ein beſchloſſen Ambt** / & qui non recepti ibidem clam artes exercent, vocantur **Böhnhaſen / und Störer** / Mæv. *d. loc.* adeoque etiam in hâc rollâ ab Imperatore & Magiſtratu H. confirmatâ art. 13. diſpoſitum, **daß kein Geſell noch Taglöhner bey einem Meiſter ſoll arbeiten / der nicht das Faßbinden**

binden ebener maſſen an einem zünfftigen Platz / bey einem ehrlichen Meiſter redlich gelernet / bey Straff 10. Reichsth.

37 Nam cùm opifices iſti publica & neceſſaria omnibus officia præſtent, cives ſint, ſteuras & collectas perſolvant, & onera perſonalia quoque in excubiis & & vigiliis ſubeant, cur peregrinis potiùs famulis concederemus iſta commoda, qui pecunias civium exhauriunt, & in aliena transferunt loca, nullo minimo ærarii civitatis commodo, ut tradit *Tholoſan. de republ. lib. 4. c. 9. n. 4.* Quid quòd ſi famuli iſti liberè concedantur, fruſtrà eſt omnis collegii ratio, utilitas vel diſciplina. Ratio omnis collegii eſt, ut nemo opificium exerceat niſi in id legitimè receptus, utilitas, ut illis lucrandi commoda obveniant, diſciplina, ut benè diſcantur, & exerceantur artes Mechanicæ, & perſonæ in officio contineantur; quæ omnia ceſſant, ſi liberum cuivis eſt famulos domi ſuæ alere.

Nec monopolii ſpeciem habet hæc ſocietas, quaſi pauci iſta compendia ad ſe ſolos derivare vellent, quia certus Collegarum numerus hic non determinatus, ſed omnes admittendi, quicunque capaces, & de facto 80. Magiſtri in eâ reperiuntur, quibus quæſtum quotidianum, jure debitum, ordinatione conceſſum, propter paucorum mercatorum invidiam ſubtrahere difficile fuerit.

Iſtam quidem commoditatem deprædicant rei, quòd famulos iſtos perpetuò domi ſuæ habeant, quorum operâ in occurrentiis, ſi fortè damnum immineat, ſtatim uti poſſint, nec neceſſè habeant, opifices accerſere, & illorum adventum expectando, perditionem vinorum interim ſuſtinere. Suave quidem argumentum, ſed quod ſi attenderetur, omnia ſimul collegia everteret. Omnes in reliquis Civitatibus Imperii mercatores vinarii, vel qui vina ex propriis vineis colligunt, eàdem ratione uti poſſunt, novi ego homines, qui centena vini plauſtra in cellis poſſident, nec tamen de propriis famulis alendis cogitant, tanquam re illicitâ & Conſtitutionibus Imperii improbatâ. Nec meliorem hos mercatores deſiderare puto poſſe conditionem, quàm quali omnes reliquæ Imperii Civitates, imò & extra Imperium utantur. Quod ſi arbitrantur hos opifices vina Francica & Hiſpanica tractandi modum neſcire, quod tamen ipſi pro cavillatione & injuriâ accipiunt, utpote qui in illis partibus peregrinati artem quoque ſuam ibi exercuerunt: ſufficientes peritosque famulos ex illis partibus ſubſtituent. Punienda arrogantia reorum eſt, quòd ſe potiùs vel exceſſuros civitate ſeu jactitant ſeu minantur, quàm miniſterio vel operâ impetrantium uti velint, nec flecti juſtitia illis minis debet; cùm & in aliis Civitatibus, ubi majus vini commercium eſt, nulli tamen famuli domeſtici à mercatoribus ſuſtententur. Majus puto lucrum illos ſentire, quàm ut tam citò id relinquant, quod nec fieri poteſt, & ſi facerent, confeſtim adeſſent alii vel ex impetrantibus, qui locum illorum ſubintrarent, & civitati majora commoda, copiamque vinorum afferrent, & ſi aliò migrent, meliorem tamen conditionem alendi famulos proprios non reperient. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, nullam hîc rationem boni publici obſtare, quò minùs impetrantes apud Ordin. ſeu Rollam ſuam manu teneri, famuli reorum domeſtici tolli & paritio injungi debeat.

Tertium ſuæ exceptionis fundamentum ponunt rei in longævâ & antiquiſſimâ poſſeſſione alendi famulos proprios in ſuis ædibus. Id à tempore hominum memoriam excedente ita uſitatū eſſe, hoc libertatem commerciorum expoſcere, quæ ſine eâ ſtare non poſſit. Et ſi tantùm probarent rei, quantum deprædicant, jam indubia victoriæ ſpes penes ipſos eſſet. Sed nec unum teſtem producunt, nec unicum locum nominant, in quo ſimilis libertas exerceatur vel in uſu ſit, quòd verò Collegia ubivis vigeant, quòd nulli liceat opificium exercere, aut famulos alere, qui albo Collegii non eſt inſcriptus, id in omnibus civitatibus & terris, ubi vel vina creſcunt, vel commercium vinorum floret, receptum eſt, & notorium, & vix credibile, nec ullâ ratione probatum, quòd hæc ſola civitas, hoc ſolum Collegium, non poſſit aliorum jure & conditione cenſeri. 2. Fatentur ipſimet rei, quòd mercatores Vinarii antiquitùs opificum, non famulorum domeſticorum operâ ſint uſi, id ta-

id tamen tribuentes liberæ facultati, quòd in arbitrio ipſorum fuerit, aut horum aut illorum operâ uti. Ex quo tamen infertur, quòd ex actibus difformibus & diſſimilibus nulla legitima conſuetudo vel poſſeſſio introduci poſſit Mynſ. *cent. 6. obſ. 42. n. 2.* Et noviſſimi juris eſt id, quod non ratione introductum, ſed errore primùm, deinde conſuetudine obtentum, in aliis ſimilibus caſibus non obtineat, *l. quod non ratione. 29. ff. de ll.* 3. Impetrantes ſpecificè nominant primos mercatores & opifices commercium vinarium exercentes, qui non propriorum famulorum, ſed opificum miniſterio uſi, quod rei non contradicunt. 4. Poſitâ etiam conſuetudine ſeu poſſeſſione, qualem rei ſibi aſſerere conantur, tamen in Ordinationibus Politicis de anno 1548. tit. von Handwercks-Söhnen / Geſellen und Knechten. 37. anno 1577. tit. eod. §. wo aber jemands. 3. anno 1530. tit. eod. 39. R. A. anno 1551. §. weiters haben wir/ ꝛc. clarè diſpoſitum, daß die ankommende Geſellen ſich bey den Meiſtern des Handwercks anmelden / welche jhnen mit Fleiß nach Dienſt und umb einen Meiſter umbſehen ſollen. & eodem Receſſu de anno 1551. §. und nach dem etwan hin und wider cautum, daß alle den Ordnungen zuwiderlauffende Gebräuch / Gewonheiten / und Herkommen hiemit caſſirt und auffgehoben werden. Quod etiam repetitur in R. I. de anno 59. §. wo aber jemand von ſolchen. 77. Ex quibus iterum patet, quòd deprædicata reorum poſſeſſio, ſicut ne in minimo quidem probata, ita etiamſi demonſtrari poſſet, per Receſſus Imp. & Politicas Ordin. iterum caſſata & proſcripta eſſet, tanquam irrationalis, evertens omnes Collegiorum ſocietates, & commerciis damnoſa. Quando enim conſuetudo non tantùm legibus publicis adverſatur, ſed etiam invidiam & læſionem proximi continet, nequaquam obtinere debet, ſecundùm Gail. *2. obſ. 31. n. 12.* Præjudicare intendunt iſti rei omnibus in Imperio & extra illud artificum ſodalitiis, quorum omnium prima cura & fundamentum eſt, ut nullus opificium exerceat vel clam laboret, qui in Collegium receptus non eſt, id enim tanquam proprium ſemper omnibus Rollis ineſſe ait, Mæv. *d. loc.* hoc ſi tollitur jam ſubducto fundamentali fulcro, quod quaſi per omnium gentium conſenſum Collegia ſuſtinet, omnes ſocietates ſuâ ſponte collabentur. Non me quidem latet, poſt bellum Schmalcadicum, multas ſocietates ſeu tribus, ut Reipubl. perniciosas, ex Politicâ ratione abolitas fuiſſe, ſed illæ differunt, à Collegiis de quibus hic ſermo, quæ ſaltem opificii exercendi cauſa, non ad ſuffragia ferenda inſtituuntur. Propriam turpitudinem allegat M. H. dum ait, non ſe putâſſe impetrantes tam latè iſtam Ordinationem contra mercatores iſtos & eorum famulos eſſe extenſuros? Quomodo enim ignorantiam prætexere poſſunt, quam jus gentium, conſenſus omnium Civitatum, obſervantia omnium Collegiorum confutat, quam Receſſus & Ord. Imp. confirmant; Conqueri nequeunt rei, quaſi per erectionem hujus Collegii ſublatum ſit ipſorum jus acquiſitum, tanquam tertiorum & nunquam auditorum, & quòd in poſſeſſione immemoriali turbentur. Nullum jus ſub prætextu falſo jactatæ utilitatis publicæ, nullam poſſeſſionem unquam acquiſivere, ut ſuprà demonſtratum, nec acquirere potuerunt, legibus Imperii obſtantibus, & omnia talia Collegiis contraria caſſantibus, & irrita reddentibus.

Nulla ergò adeſt caſſationis aut limitationis cauſa, quæ licet reſervata, ſine ratione tamen fieri, nec debet, nec poteſt. Quocircà etiam in ultimo Imperii Receſſu de anno 54. §. wie nun ſolches. 106. tum demùm iſtæ cauſæ Politiam concernentes ad Magiſtratum loci remitti jubentur, & eidem ſtatuta revocandi vel mutandi poteſtas conceditur, ſi circumſtantiis benè conſideratis, cauſa opificiorum legibus, rationi, & Imperiali Conſtitutioni conformibus adverſetur, ut Magiſtrorum & famulorum diffamationes injuriæque evitentur: ſo fern dieſelbe Sach wider ſelbigen Orts hergebrachte vernünfftige / und den Reichs-Conſtitutionen nicht ungemäſſe / Handwercks und andere hergebrachte rechtmäſſige Ordnung lauffet; Quo caſu ſi appellantes nullum juſtum gravamen oſtendunt, ſi appellatio præſcriptis Collegii regulis, rationi & legibus Imperii repugnat, ſi à Judice vel Magiſtratu loci prius informatio petita, omnibus-

nibusque diſcuſſis ratio boni publici id efflagitare videtur, cauſa ad Judicem loci remittenda eſt. Noſtri impetrantes nil, quod rationi, articulis Collegii aut Conſtitutionibus Imperii, repugnet, deſiderant. Petunt manutentionem Rollæ à Magiſtratu & Imperatore confirmatæ. Rogant ut ipſis non ſubtrahatur quæſtus quotidianus, ut non evertatur articulus Rollæ fundamentalis, ut relinquantur beneficia, quæ Rolla ipſis tribuit, quæ Conſtitutiones Imperii confirmant, quibus alia Collegia omnia in omnibus Imperii Civitatibus perfruuntur.

# Liber I. Tituli V. Pars I.

## De STATU HOMINUM ET JURE PERSONARUM.

### Summaria.

1. *An ſint tria Juris objecta, an verò unum ſolùm?*
2. *Quare à perſonis fiat initium?*
3. *Status perſonæ quid ſit, & quotupliciter accipiatur verbum Status? ubi etiam agitur de hermaphrodito.*
4. *Refertur diviſio hominum in Adamicos & non Adamicos, ex doctrinâ Paracelſi, cum exemplis.*
5. *Virorum præ mulieribus melior conditio, quamvis Imp. Juſtin. multis eas ornaverit privilegiis.*
6. *An Fœminæ Imperii & regni ſint capaces? ubi heroinarum exempla recenſentur.*
7. *Reginæ Viduæ tutorio nomine filiorum Regum impuberum gubernant.*
8. *Viris tamen potiùs Imperium competere concluditur.*
9. *Refertur diviſio hominum in vitâ Civili ſeu Politicâ.*
10. *De Pontifice & ejus eminentiâ.*
11. *Quis fuerit honor & poteſtas Pontificis in Veteri Teſtamento.*
12. *Nullam eſſe rationem, quare in novo Teſtamento minor hodiè Pontificis vel autoritas vel poteſtas eſſe debeat.*
13. *Examinatur cauſa flagrantis in Pontificem odii, ab illis, qui à Religione Catholicâ ſeceſſerunt.*
24. *Reſpondetur ad objectiones.*
15. *De primatu S. Petri.*
16. *Memorabile eſſe, quod nullus ex tot Pontificibus attigerit annos S. Petri, qui recenſentur.*
17. *De electione Pontificis, qui olim ſine conſenſu Imp. non potuit conſecrari, quod declaratur n. ſeq.*
18. *Poſteà Pontificis electio delata ad Cardinales.*
19. *Refertur Decretum Gregorii XV. ſuper electione Pontificis.*
20. *Quid ſentiendum de Pontifice illegitimè electo?*
21. *Origo officiorum ſeu munerum Eccleſiaſticorum.*
22. *Origo Cardinalium, & eorum præeminentia, habitusq; & differentia.*
23. *Epiſcopi olim Cardinalibus ſuperiores.*
24. *Ordo ſeu prærogativa inter ipſos Cardinales.*
25. *Quot Cardinales eſſe debeant?*
26. *An Patriarchæ Cardinalibus præferendi?*
27. *Quot ſint in Eccleſiâ Patriarchæ?*
28. *Primatis qui & quot ſint?*
29. *De Archiepiſcopis, eorumque electione, jurisdictione & poteſtate.*
30. *Quot ſint, aut fuerint in Germaniâ Archiepiſcopi? & quinam eorum ſuffraganei?*
31. *Epiſcopatus liberi, quinam? Et hodiè plures dari.*
32. *Celebratur effectus Hierarchiæ Eccleſiaſticæ.*

Quia Juſtitia adminiſtratur perſonis, ſuper & de rebus, per remedia actionum, hinc ut jus ad diſciplinam revocatur, ac quatenus vox objecti capitur in practicis, equidem ſolæ res ſunt objectum Jurisprudentiæ, ut ex unitate objecti etiam unitas diſciplinæ æſtimetur. Res enim veniunt hic non modò ut de iis jus redditur, & quatenus dividuntur, ſed & quatenus circa eas jus acquiritur vel habetur: Judicia medium ſunt, per quod quisque jure ſuo potitur, ſicque hactenus rationem objecti non habent. Perſonæ quibus jus redditur, ſubjectum potiùs ſunt quàm objectum. Communiter dici ſolet, tria eſſe Juris objecta, *perſonas, res & actiones*, quia nimirum ſunt ſumma Juris capita ſeu partes, in quas objectum Juris facile reſolvitur, & quia nihil eſt in toto jure, quod ad hæc tria referri non poſſit. Commodius dici videtur,



Digitized by Google

perſonas, res & actiones non eſſe tria Juris objecta, ſed eſſe unum objectum juris, quod circa illa tria, perſonas, res & actiones verſetur: hoc eſt, ut uno verbo dicam, objectum formale circa materiale.

2 A perſonis meritò fit exordium, quæ ſunt pars nobiliſſima, quarum gratiâ omne jus eſt conſtitutum, *l. 2. h. t.* & propter quas omnes fructus natura produxit, *l. 28. ff. de uſur.* Perſonæ autem ſecundùm Statum hîc diſtinguuntur. Sed verbum *Status* variè accipitur, 1. pro perfectâ & firmâ ætate 25. annorum, *l. 13. ff. de probat. l. pen. C. quand. dies leg.* 2. *latè & generaliter* pro Statu Reipubl. *§. fin. Inſt. de j. & j.* dignitatis, *l. 5. ff. de duob. reis l. 108. ff. de V. O. l. 124. eod.* de

3 ſtatu publico & privato, 3. accipitur *generaliter* pro conditione hominis quacunque, v. g. naturali, quam quis à naturâ habet, utpote quæ ratione ſexus eſt maris vel fœminæ, *l. 9. l. 10. h. t.* & ſemper ad alterutrum refertur Hermaphroditus, prout ſexus vel virilis vel fœmineus in ipſo prævaluerit, *d. l. 10. h.* ſub quâ diſtinctione etiam ad teſtimonium in Teſtamento vel admittitur vel repellitur, *l. 15. ff. de teſt. l. 6. §. fin. ff. de lib. & poſth.* eademque in ſucceſſione feudali obſervantur, *lib. 1. feud. t. 41.* 4. *Strictius* accipitur vocabulum Status, *pro Statu hominis civili* ſeu politico, qui in ſocietate civili viventibus perſpicuam Juris diverſitatem inducit, ſecundùm quam iis diverſimodè jus redditur. Lege enim cujusque hominis hæc eſt conditio, ut ipſi tale jus attribuatur, quatenus eſt vel liber vel ſervus, aut civis vel peregrinus, in familiâ vel extra familiam. In his enim conſiſtit Status hominis triplex, inquit Paulus in *l. ult. ff. de cap. minut.* à Statu hominum deſcendit etiam *jus perſonarum*, quod eſt vel ex *generatione*, ut poteſtas patria, vel *conſociatione*, ut jus maritale, vel *ſubjectione*, aut voluntariâ, ut in civibus, aut ex bello, ut ſervus.

4 Aliam ex Jure naturæ hominum diviſionem docuit Theophraſtus Paracelſus *in Philoſoph. magnâ tr. 1. lib. de homunculis*, diſtribuens homines in Adamicos, animâ & corpore conſtantes: & non Adamicos, qui ſcilicet per propagationem non ſit ab Adamo, nec veri homines, licet tales illos eſſe nos exiſtimemus, qui quidem habeant hominis figuram & ſimilitudinem, ſed quorum natura ſic putrefiat & corrumpatur, ut nec animam ſuperſtitem relinquant. Tales in aquis eſſe *Nymphas*, in terrâ *Pygmaeos*, in igne *Salmandras* vel *Vulcanios*, in aëre *Sylveſtres*, in montibus *Gromos*. Quod ſi verò tales figuræ reperiuntur, homines nimirum marini vel ſylveſtres, illi propriè homines non ſunt, ſed vel monſtra, vel animalia bruta, omni ex parte mortalia, qualia quidem ſæpiùs apparuiſſe & comprehenſa eſſe hiſtoriæ negantem convincunt. Multa etiam hîc tribui poſſunt impoſturis dæmonum, & quod aliquando etiam manes ex Dei voluntate appareant, tradente Greg. Tholoſ. *in Syntagm. jur. lib. 7. c. 3. per tot.* ubi exemplum recenſet de Menâ Ægypti Præfecto, qui ex Nili fluminis alveo viderit prodeuntem virum vel animal vultu giganteo, aſpectu gravi, capillo ſubplano, & canis reſperſo, pectore ingenti, dorſo & brachiis Heroicum quid præ ſe ferentem, qui adjuratus, ut ſi homo eſſet, diutius ſe oſtenderet, diutius apparuerit. Triduo poſt aliud animal muliebri formâ ex undis emerſiſſe, idque pectore tenus apparentibus mamillis. Plura de Tritonibus & Nereidibus Plinius refert *lib. 9. Hiſtor. natur. c. 5.* Hominem marinum apud Batavos multis annis detentum fuiſſe narrat Ludov. Vives, qui etiam fari cœperit. Satyrum D. Antonio Eremitæ in ſylvis apparuiſſe, teſtis eſt Hieronymus in *vitâ Pauli Eremitæ*, homunculum inquam, aduncis naribus, fronte cornibus aſperatâ, cujus extrema pars corporis in caprarum pedes deſinebat, eumque cum Antonio loquutum fuiſſe, & interrogatum dixiſſe: *Mortalis ſum ego, & unus ex accolis eremi, quos vario errore deluſa gentilitas Faunos Satyrosq; & Incubos vocans colit: precamur, ut communem Deum pro nobis depreceris.* Eidem etiam Antonio hippocentaurum apparuiſſe, mediâ anteriori parte hominem, poſteriore equum, d. Hieronymus refert. Et talem ſe vidiſſe ſub Claudii Cæſaris Principatu, in melle conditum, ex Ægypto delatum teſta-

teſtatur Plinius *lib. 7. c. 3.* Sed nos ab his monſtris vel hominum vel animalium, aut ſpectris dæmonum revertamur de quibus qui plura deſiderat, videat Tholoſan. *ſuprà cit. loc.*

5 Jure naturæ par videtur eſſe ratio & viri & fœminæ, niſi quod Deus, quoad Imperium œconomicum, viro fœminam ſubjecit, & ipſa natura præſtantioribus dotibus maſculos ornavit, ut major ſemper ſit dignitas in ſexu virili, *l. 1. ff. de Senator.* & mulier communi naturæ lege ſerviat viro, *c. 15. cauſ. 33. q. 5.* hinc etiam in *l. 9. h. t.* dicitur: ***in multis juris noſtri articulis deterior eſt conditio fœminarum quàm maſculorum***, quamvis Imperator Juſtinianus non uno loco jura & privilegia mulierum auxerit, ut patet ex *l. cum multa. 20. C. de donat. ante nupt. l. Imperialis 23. de nupt. l. ubi adhuc 29. l. in rebus. 30. de jur. dot. l. un. de R. Ux. act. l. maximum vitium. 4. de lib. præter. l. aſſiduis. 12. qui pot. in pign. hab.*

6 Ab officiis tamen civilibus fœminæ ubivis removentur, præſertim verò ab Imperio. Non dicimus fœminas omnes ad regimen ineptas eſſe, nam ut Plato *lib. 5. de republ.* ait: ***multa ſunt mulieres multis viris ad multa præſtantiores***, & in ſacris paginis laudantur Jahel, Debora, Judith, Eſther, Abigail. Apud Hiſtoricos etiam multæ Heroinæ celebrantur, quæ in populorum ſibi ſubjectorum regimine magnâ fortitudinis & generoſitatis, etiam bellicæ dederunt argumenta. Sic *Semiramis* ſolertiâ & fortitudine Babylonem auxit. *Tomyris* Cyrum occiſum ſanguine exſatiavit, imperiique ſui fines latè propagavit. *Rhodogune* auditâ ſuorum defectione cùm lavaret, non abſterſis capillis contra rebelles profecta, etiam jurejurando ſe obſtrinxit, non loturam capillos, niſi obtentâ victoriâ, quam glorioſiſſimam eſt conſecuta, & patriam vindicavit. Sic *Margarita* Angliæ Regina Henricum Sextum Maritum à conjuratis captum, bello in libertatem reſtituit, ipſamet ter ejecta regno, ter illud infracto animo claſſe repetivit. Sic *Venta* Poloniæ Regina de Marcomannis glorioſè triumphavit. Vide Theſ. Baſili *vol 2. diſp. de re monetar. th. 6. in fin.* Sic *Britanni* fœminas non regno ſolùm, ſed etiam bello præfecerunt, teſte *Tacito*, quod Germaniæ populi *fœminus ineſſe aliquid ſanctum providumque putarent.* Sic Innocentius III. in *cap. dilect. de arbitr.* fœminis heroicis & præcellentibus ordinariam in ſubditos juriſdictionem conceſſit, nimirum, prout textus innuit, quando fœminæ jus ad regnum ſunt conſecutæ, quod ſæpe contigit in Hiſpaniâ, Luſitaniâ, Siciliâ, Neapoli, Angliâ, in quibus Provinciis fœminæ ad Principatum admittuntur; ſicut etiam in Scotiâ, & regno Hieroſolymitano, in quibus ſexus in Imperio diſcerni non ſolet. Ut proindè pateat, nec divinâ, nec naturæ lege fœminas omninò ſceptri incapaces eſſe, niſi lex aut mos Patriæ aliud jubeant; ideoque eis deferendum eſt Imperium, quando ſecundùm leges regni illius ſunt hæredes. Hac de causâ in illis etiam 7
regnis, quæ aliàs fœminas regni hæredes eſſe non ſinunt, multò minus ad regni gubernacula evehunt, tamen Reginæ viduæ, ad tutelam, impuberis Principis, cum præcipuâ autoritate educandi & gubernandi filii admittuntur. Sicque regnavit Medicæa pro Luodvico XIII. & Catharina pro Franciſco I. & Carolo IX. hodièque Sereniſſima Hiſpaniæ Regina nomine Filii Regis Caroli II. regnum gubernavit.

De cætero tamen Imperium viris potiùs quàm fœminis competit; Unde vi 8
legum Romanis mulieribus, quamvis adultis, imò & viduis, tutor & curator dabatur, ut Romanæ Eloquentiæ Princeps in ſuis orationibus frequenter inculcat *pro Flacco, pro Aulo Cecinnâ, pro Lucio Murenâ.* Legibus Cæſareis cautum eſt, ne unquam militaria feuda fœminis concedantur, quia ad bella fœminei cordis trepidatio minus eſt idonea, cùm circa colum & fuſum expeditio earum verſetur, & lanificariam exerceat diſciplinam, non lanceam & inſtrumenta bellica, & ut *Honorius* & *Theodoſius Impp.* loquuntur, fœminarum conſilium plerumque adverſus propria commoda laborat, *l. 4. C. de ſponſalib.* Idcircò ſi quæ fuerunt inſignes viragines, fortitudinis tamen laudem plerumque corruperunt vitiis, ut paucæ à virtutibus commendatæ non potuerint ſexus ſui maculam eluere, quin plurimos populos ſem-

per puduerit muliebri imperio ſubjacere. Ita Thraciæ Rex Oroles, Dacos, ab hoſtibus ignaviter victos, ad ſempiternam ignominiam & contumeliam mulieribus parere compulit, Juſtin. *lib. 32.* Si enim turpe videtur fœminam veſte virili amiciri, virum autem ſtolâ muliebri indutum prodire in publicum, ſanè etiam abſurdum erit, ſi mulier occupet habenas imperii, viri autem muliebri dominationi ſubjiciantur. Hinc *Lex Salica* in Franciæ Regno, etiam deficientibus maſculis à ſceptro fœminas omnes excludit. Ad Sceptrum Polonicum hodiè omnis aditus fœminis ſingulari ſtatuto præcluſus eſt. Ex quibus apparet, veriſſimum eſſe textum ſuprà citatæ *legis 9. h. t.* quòd mulierum conditio in multis articulis ob ſexus imbeciltatem ſit deterior, atque à civilibus officiis reliquiſque actibus ſolennibus regulariter arceantur.

9 Redeo nunc ad diviſionem perſonarum ſeu hominum, qui in vitâ civili dividi poſſunt in Eccleſiaſticos & ſæculares, & utrique in imperantes,& obedientes. Illi vel ſunt *ſummi* & Majeſtate præditi, ut Pontifex & Imperator Romanus, Reges Hiſpaniarum, Galliarum, Sueciæ, Angliæ, Daniæ; vel *ſubalterni*, qui alium ſublimiorem, recognoſcunt, cui ſubjecti ſunt, ut Cardinales, Epiſcopi, Electores, & Principes, Duces, Liberæque Civitates Imperii, nec non Nobiles Imperii immediati. Utrique perveniunt ad Imperium & regimen vel *divino modo*, quando Deus ipſe Heroes excitat, & heroicis virtutibus, feliciqúe rerum ſucceſſu exornat: Vel *humano*, id eſt, per *electionem*, quæ aut fit á toto populo expreſsè, cùm ſinguli ſuis ſuffragiis Magiſtratum deſignant, aut tacitè, cùm Proceres & Optimates nomine totius Populi eligunt, quibus lege Imperii fundamentali, vel conſuetudine, vel quâdam delegatione has partes populus commiſit. Sic hodiè Cardinales ſummum Pontificem, Electores Principes, Romanum Imperatorem, totius vel Eccleſiæ vel Imperii nomine eligunt: Vel per *hæreditariam ſucceſſionem*, eamque aut naturalem, ex jure ſanguinis deſcendentem, aut civilem, ex jure adoptionis aut connubiorum provenientem: Vel denique per *Tyrannidem*, quando poteſtas dominandi in invitos & repugnantes arripitur. Perſonæ imperantes *ſubalternæ* vel ſubordinatæ ſunt vel majores, qui immediatè ſummæ poteſtati ſubſunt, ut Electores, Duces, Principes, vel minores & mediati, qui majoribus ſubjiciuntur, ut quidam Comites, Barones, Academiæ, municipia, Nobiles. Perſonæ *obedientes* ſeu ſubditi, aut ſunt tales, ratione originis, aut ſolùm ratione domicilii, utrique vel ſunt medii, qui reſpectivè ſaltem ſunt ſubditi, ut intermedii Magiſtratus, qui Juris actionem habent, vel infimi, qui ſemper parent, nunquam imperant, iique vel liberi vel ſervi. Atque talis ordo perſonarum imperantium & obedientium, eſt ſecundùm ipſam naturæ conditionem, adeoque inter Angelos in cælis & dæmones in ſtyge ſubjectio reperitur. Dn.Speidel. *in obſerv. verb.* Teuffel.

Inter Eccleſiaſticas perſonas eminet 10 *Pontifex*, qui eſt *Magiſtratus Sacer*, ut inquit Scævola, ſive Princeps Sacrorum & Religionis juxta *Cic. ad. Attic.* qui etiam appellatur Papa, quod ſit communis Eccleſiæ Pater, Apoſtolicus Pontifex, unde etiam Romana Sedes ſemper Apoſtolica dicta fuit. Dicitur quoque Sanctiſſimus & Beatiſſimus, quia Chriſti eſt Vicarius, quæ & alia ipſi tribuuntur elogia ad demonſtrandam non perſonæ qualitatem, ſed Pontificiæ dignitatis prærogativam. Quòd ſi enim olim in V. T. primum Sacrorum Præſidem, Summum Sacerdotem & Pontificem vocârunt, & venerati ſunt, quando omnia imagine & figurâ continebantur; cur non hodiè meliori jure Supremum Eccleſiæ Præſidem Summum Pontificem vocaremus & veneraremur? Et ſi in Eccleſiâ veteri, unus tantùm erat Sacerdos Summus, qui omnibus præerat, quæ ad legem & Religionem pertinebant, uſque ad tempus Chriſti: cur in Eccleſiâ Novi Teſtamenti, quæ eſt etiam corpus myſticum, cujus inviſibile caput & principale fundamentum Chriſtus eſt, unus quoque non ſit Rector, Paſtor & Sacrorum Præſes, ut figura eò aptiùs ſuo figurato reſpondeat? Hinc mirari licet, quo odio in Pontificem exardeſcant à Catholicâ Religione alieni, cùm tamen Rex *Joas* Pontificem *Jojadan* reveritus ſit ut Parentem,



Digitized by Google

eóque vivente nihil fecerit, niſi ex illius dicto aut præſcripto, *lib. 4. Reg. c. 12.* Similiter *Seleucus* Rex Aſiæ, quamvis Gentilis *Oniam*, Pontificem ita ſuſpexerit, ut in gratiam illius, magnis muneribus cumulârit templum Hieroſolymitanum, *lib. 2. Machab. c. 3. Jaddoam* Pontificem referente *Joſeph. lib. 3. c. ult. Alexander* Magnus adoravit. Tanta nimirum erat Pontificis, ſive Summi Sacerdotis in V. T. autoritas, ut per Moyſen Deus pronuntiârit: Qui ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis, nempe Summi, ſive Pontificis Imperio, morte morietur, *Deut. c. 17.* In conſiliis majoribus, quæ conſtabant 70. Viris ſeu Senioribus, præſidebat Pontifex, ſicut Rex Joſaphat conſtituerat in Jeruſalem, & Judicibus populi ſui præceperat, dicens: Amarias Sacerdos & Pontifex veſter, in his quæ ad Deum pertinent, præſidebit, *lib. 2 par. c. 19.* atque ſi inferiores Judices non poterant convenire, aut controverſias ad ſe delatas in minoribus Conciliis, quæ XXIII. Viris conſtabant, dirimere, confugiebant Hieroſolymam ad ſuperiores Judices, quibus præerat Summus Pontifex, cujus ſententiæ ſub pœnâ mortis debebant acquieſcere, *Deut. c. 17.* vid. etiam ſuprà de Conciliis *tit. 1. p. 1.*

12 Nec minoris eſſe autoritatis hodiernos in Eccleſiâ Chriſti Pontifices exiſtimandum eſt, cùm Vetus Teſtamentum figura tantùm fuerit, in quâ ſimilitudo inſtituendi in novâ lege regiminis erat expreſſa. Quid enim poſt homines natos unquam fuit dignitatis & gloriæ, quod cum Papali poſſit poteſtate comparari? Diſputent invidioſè omnes, quotquot à ſpirituali ejus poteſtate ſe exemerunt, & pergant ei maledicere, qui benedicere non didicerunt, ſummam Sacerdotii dignitatem non convellent. Eſt in Eccleſiâ triumphante unus Dominus, cur non in Eccleſiâ militante unum agnoſceremus Pontificem, Vicarium Dei? Probro ſibi non duxit Carolus VIII. Galliæ Rex apud Alexandrum VI. Pontificem in S. Miſſæ Sacrificio implere Subdiaconi munus. Nec S. VVenceſlaus Bohemiæ Rex miniſterium id Sacerdotibus exhibere recuſavit, ſed propriis manibus frumentum pro ſacris hoſtiis & ſeminavit & meſſem poſteà collegit. Ipſe Hunnorum Rex Attila, qui ſe flagellum Dei vocabat, cùm univerſam Italiam bello vaſtâſſet, & jam Urbi Romanæ immineret, à Leone Pontifice, & precibus & minis victus eſt, ut à propoſito defleêteret, & copias aliò duceret ſuas, faſſus ſe duos Pontifici adſtantes ſtrictis gladiis vidiſſe, qui mortem minarentur, nî pareret, Platina *in Leone primo.* Quid Principes aut homines loquor (inquit *Juſt. Lipſ.* D. Hallenſis amplificator) ipſi aërei, terreni, inferi Spiritûs ſive genii, verentur & trepidant cœleſtem illam in terris poteſtatem. In ſanctæ hujus dignitatis recognitionem oſcula figi pedibus Pontificiis, tradit Marta *de Juriſd. p. 1. c. 46.* Hæc enim Eccleſiæ Majeſtas eſt, cui Principes ſerviunt, & Reges ſunt nutritii ejus, *Iſa. cap. 49.* Ita ſcilicet Pontificum dignitas in majus faſtigium excrevit, nec decebat cultum & purpuram Eccleſiæ ſemper deeſſe. E re fidei & Eccleſiæ eſt, ut Epiſcopi ſimul Principes ſint, & poſſideant terrena, quæ ab officio eorum neceſſariò ſeparata eſſe nulla ratio evincit. Ita placuit Deo Eccleſiæ dignitatem etiam hoc modo demonſtrare & ſtabilire. Nec novum hoc. Sic enim tribui Levi, quam pro ſervitio ſuo elegit Deus, etiam de reditibus proſpexit, & 48. Civitates cum ſuburbiis eidem aſſignavit, *Num. c. 35.* Levitis Sacerdotibus ac Pontifici decimas fructuum, pecorum, & jumentorum conceſſit, *Num. 28. v. 21.* Sacerdotibus & Pontifici primitias & primigenia aſſignavit, *Levit. c. 23. Num. cap. 18. Deut. cap. 26.* Quin etiam oblata Deo ſive ex voto, ſive ex liberâ devotione in Sacerdotum uſum cedebant, *Levit. 32. v. 23. Num. 15.* Unde colligitur, Tribum Levi præ aliis fuiſſe opulentiſſimam, & præſertim Pontificem ditiſſimum, cui vix comparari poſſit Pontifex & Sacerdotes Novi Teſtamenti, Laur. Beyerling. *ſuprà cit. loc.*

Ecquid ergò de donatione Conſtantinianâ, & externo ſplendore, opulentiâque contra Pontificem invidioſè diſputatur? Si poſſeſſio immemorialis jura poſſeſſoris demonſtrat; Pontifex cauſam evicit. Nec contra illum, ſed contra Eccleſiam & honorem Dei, cui hæc omnia Sacrata, inſtruitur hæc pugna. Antipapas ſcilicet Romani Pontifices plerique ha-

habuerunt, Cornelius Novatianum, Liberius Felicem, Bonifacius Eulalium, &c. quid mirum, ſi etiam hodie contradictores non deſint? Verùm, ajunt illi, nimiùm quantum per Canones & Canoniſtas Pontificiæ poteſtatis laxari repagula, Divinum illi honorem deferri per adulatores, in Papali ipſum miſsâ majori reverentiâ, quam ipſum Deum adorari, ex *lib. 2. Ceremon. ſect. 1. c. 14.* Reges ad frena & ſtapedes atque ad oſcula pe-
13 dum ſubmiſſos ipſum deſiderare. Hinc ſortitum eſſe nomen potentiſſimi Sacerdotis, qui nominare, denuntiare, & declarare poſſit Regem Romanorum. Cujus perſonam electam examinandi & promovendi ad Imperium Pontificii ſit muneris & auctoritatis, *c. Venerabilem de Election. Clem. I. §. nos. de jurejur.* Imperatores ex juſſu & voluntate Chriſti à Papâ accipere poteſtatem, *c. cum inter nonnullos, &c. ſeq. extravag. Johann. 22. de V. S.* Eoſdem & omnes Reges Sedis Pontificiæ Vaſallos, *Can. tibi Domino. diſt. 73. & d. Clem. I. de jurjur.* Hunc contradictionis ſcopum, hunc iræ fomitem eſſe, quòd Papa tantam ſibi præeminentiam inſolenter arroget. Quòd Pontifex à Deo ſuper regna & gentes conſtitutus legitur, *in c. omnes Principes X. de major. & obed. c. unam ſanctam extravag. comm. eod. tit.* tantumque præſtare Imperatori, quantum Sol Lunæ, aurum plumbo, anima corpori, *c. ſolitæ. X. de major. & obed. c. duo ſunt. cum ſeq. diſt. 96.* imperia & regna conferre, & transferre, *c. ad Apoſtolicæ. de ſent. & re jud. in 6. c. alius. q. 6.* qui cunctos judicaturus à nemine judicandus eſt, *c. ſi Papa. diſt. 40. c. nemini. 16. q. 4.* neque ab Auguſto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à populo; *c. nemo 9. q. 3.* qui ideò non puri hominis, ſed veri Dei vices in terris gerat, *quando. §. 1. &c. inter corporalia. in pr. verſ. non enim humana. X. de tranſlat. Epiſcop.* Hæc elogia liberè nimis in Pontificem congeri, & hunc pompæ arrogantiæque ſtrepitum æquis auribus haud excipi poſſe.

14 Affundamus frigidam animis iracundiâ calentibus. Ipſi Theologi Catholici Canoniſtarum locutiones non agnoſcunt, & Bellarmin. *lib. 5. de Pontif. per diſcurſ.* variis diſtinctionibus rei aſperitatem mitigat. Videtur multis querelis cauſam dediſſe majorum noſtrorum benignitas, & multa ſano ſenſu dicta ab adverſariorum ſiniſtrâ interpretatione corrumpi. Ipſi olim Reges atque Imperia, ſeu ſponte, ſeu neceſſitate, multa Pontificibus detulerunt, unde poteſtas Eccleſiaſtica ad imperium temporale terrarum pauliſper deducta. Quamvis alias Romanos Epiſcopos ex officii ſui naturâ (niſi quatenus tanquam ſimul Principes aut Duces, ipſi regionum ſunt Domini) Juriſdictione ſeculari carere, aſſerat Bodin. *3. de republ. cap. 3. n. 227.* Cum Eccleſiæ miniſtris alia poteſtas à Chriſto data non ſit, niſi ligandi, & abſolvendi, ut coarguere poſſint verbo delinquentes, & excommunicare contumaces. Omnis Eccleſiaſticorum poteſtas hoc fine circumſcripta eſt, ut ad vitam, æternam dirigamur obtinendam. Quæ huc non faciunt, ad Politicam referenda ſunt poteſtatem, cujus finis eſt, Reipublicæ ſalus! Et ſi imperium à ſolo Deo, conſpirante eligentium conſenſu venit, nullum Sedis Apoſtolicæ intervenit beneficium. Hinc Imperator à nemine, niſi à ſolo Deo, dependet, utiturque titulo, von Gottes Gnaden, jure proprio, reliqui verò Principes ſubalterni ex præſcriptione vel privilegio. Quamvis enim Principes Romani ſoliti olim fuerint à Pontificibus inungi, non tamen magis aliquam Superioritatis anſam inde arripi poſſe, quàm ſi Archi-Epiſcopo Hafnienſi aut Roſchildenſi, vel Pragenſi, hoc idem jus quis tribueret in Bohemiæ ac Daniæ Reges, tradit Buſius *diſp. polit. 1. th. 24.* Juramentum fidelitatis à Clemente V. authore Clementinarum in *clem. 1. de jurejur.* introductum, Cæſarum ferè nullus præſtitit, ut ipſe Æneas Sylvius *in Hiſtoriâ de Friderico III.* teſtatur. Quod ad ſolennem expeditionem Romanam, den Römerzug, attinet, poſt tempora Caroli V. nullus Impp. à Pontifice coronatus eſt. Prout etiam Impp. Pontifici concedere noluerunt, quod vel nominatio Eccleſiæ, vel perſonæ Imperatoris approbatio eſſet neceſſaria, *can. in ſynodo. 63.* Legatos tamen ſuos Imperatores aliquando Romam miſerunt, & aliquando exceſſu ſumptuum ablegationem excuſaverunt. Hinc cum olim Capitulationibus Cæſareis inſertum eſſet,

Digitized by Google

eſſet, das die Kayſer die Kayſerliche Crönung zu Rom empfangen und befürderen ſollen / *Limn. ad Jus publ.* id in noviſſimis Capitulationibus omiſſum. Difficultates ulteriores movente ſede Romanâ, ut non tantùm petat Orator Cæſareus, ut Pontifex Imperatorem velit ſuſcipere pro Sanctæ Matris Eccleſiæ, ſed etiam ſuo obedientiſſimo filio: id quod, ſalvis reliquis Imperatoriis juribus, aliquando factum, aliquando neglectum. Atque memini id quoque tentatum, ut pro parcendis ſumptibus, Pontifex admitteret Cardinalem Principem Imperii nomine Imperatoris, qui ex urbe egreſſus ſolenniter poſteà intraret tanquàm Legatus Imperatoris. Impedimenta tamen intervenerunt, dùm adhuc tractaretur de ceremoniis, de oratione publicâ & reſponſione ad eam prius communicandâ, de ritu introductionis ad audientiam, de obſervantia in ipſâ audientiâ, genuflexione & elevatione, ſcilicet, non obſtante Concilio Tridentino, ſuſpensâque vacatione in menſe Pontificis, quæ & alia, variæ deliberationes, morsque, finis rerum omnium, in perſonâ Pontificis & legati, nec non bellorum ingruens moles omnia interturbarunt, non ſinè difficultate ſæpiùs occurrente circà titulum Imperatoris, Electo Imperatori, vel electo in Imperatorem, circà preces primarias & alia.

Sed dùm occurrit diſcurſus de expeditione Romanâ, von Römerzug / ſciendum eſt, daß bey Lebzeiten Caroli Magni ut ſcribit Chriſtophorus Lehmann: in der Speyriſche Chronic *lib. 2. cap. 42. fol. 177.* §. Zum achten iſt der Brauch eingeführt worden das die Fränckiſche König / obwol ſie Italien / Franckreich und Teutſchland / nach jedes Königs Rechten / Geſatzen und Gerechtigkeit beherrſchet / jedoch die Kayſerl. Cron vom Biſchoff zu Rom / auß ſonderbahrer devotion und Andacht / in dem ſie diſe Hoheit von GOTT allein erkennt / mit ſtattlichen Cæremonien empfangen / und von ſolcher Crönung die Jahr der Kayſerl. Regierung zu ſchreiben angefangen. Solchen Actum und die Kayſerl. Crönung mit aller gezimmender Herzligkeit Pomp / und Prächtigem ſtattlichen Anſehen zu begehen / iſt von denen Ständen verabſchidet und übernommen worden / das die vornembſte Fürſten deß Reichs / mit ihren Lehenleuthen den König biß gegen Rom / und wider zuruck begleiten / und ein jeder Fürſt neben andern ſeinen Dienern einen Marſchalck / Truckſeß / Schencken und Cammerer halten und mit führen müſſen. Solcher Zug / zu Empfang der Kayſerl. Cron hat von alters her / der Römerzug oder expeditio Romana geheiſſen / darvon ſich kein Fürſt im Reich / noch andere Ständ / ſo deß Reichs-Lehen genoſſen / ohne ſondere Bewilligung / oder Verſtattung deß Königs / abſonderen können / oder im Fahl einer zuruck gebliben / und dem Reichs-Abſchid nicht nachgeſetzt / hat er hiemit deß Reichs Lehen verwürcket / und iſt deſſen offentlich verlurſtigt erkennt worden. Von ſolchem Römerzug iſt ein ſonderbahrer Abſchid Kayſer Caroli Craſſi im Jahr 890. zu Wormbs in groſſer Verſamblung der Reichs-Ständen auffgericht / quem receſſum idem *Lehmann. cap. 42.* inſeruit. De hac expeditione Romanâ vide quoque *Caſp. à Lerch. in diſcurſ. de ord. Equeſt. German. in 2. fundamento num. 59. fol. 139. & Goldaſtum de Regno Bohemiæ lib. 2. cap. 15. fol. 229.* Quod olim ita obtinuit, ſed poſt tempora Caroli V. nullus Imperatorum à Pontifice coronatus, itaque expeditio Romana omiſſa fuit, teſte *Carpzovio in tract. de capit. Cæſarea cap. 2. num. 22.*

Quò loci notandum, quòd in Imperio Romano olim duo modi collectandi fuerint uſitati, primus erat per communem denarium, vulgò durch den gemeinen Pfenning / alter modus erat ſecundùm Romanam expeditionem, nach dem Römerzug / Reichs-Abſchid *de anno 1544.* §. und damit nun ſolche Hilff ꝛc. quâ quondam ſtatus, pro obtinenda & ornanda coronatione Pontificia Imperatori in Italiam eunti ſecundùm Taxam cuique aſſignatam, ſubminiſtrabant. Reichs-Abſchid *de anno 1521.* §. auch haben uns Churfürſten / ꝛc. Solennis namque & præpotens comitatus decebat eum, qui in Monarcham & univerſi orbis Imperatorem inaugurandus & conſervandus ibat, ut quam poteſtatem in ſpiritualibus obtinet Pontifex Romanus, eandem Imperator in temporalibus conſequeretur, qui Aquis-Grani tantùm in Regem Germaniarum & Galliarum, Mediolani verò in

Re-

Regem Italiæ inungebatur, *c. ſolicitæ 6. extr. de majorit & obed.* Non modò ergò ad decus Imperii ſed & Principum Germaniæ ſpectabat, ut maximâ ſplendoris pompâ ingreſſus fieret in urbem Romam, feſtumque inaugurationis celebraretur. *Goldaſt. in Bohem lib. 2. cap. 15. in pr. D. Caſp. Klock. de ærario. lib. 2. cap. 53. Num. 16.* Etſi verò expeditio Romana poſt Carolum V. à ſubſequentibus Impp. omiſſa fuerit, nihilominus tamen manſit ſumma militum taxata à ſtatibus Imperii in cauſa neceſſitatis præſtanda. Non tamen ſemper deſtinatus peditum Equitumque numerus confertur, ſed ſi viſum fuerit Imperatori aut ſtatibus utiliùs pecuniâ quàm milite juvare, ut factum in Comitiis Spirenſibus anno 1544. quisque eam, quæ ad alendum numerum taxatum ſufficit, præſtare obſtrictus eſt, **R. A.** *anno 1544. & citato* §. **und damit.**

Ac licet ſubditi & ruſtici ſtatuum Imperii cauſam & originem expeditionis Romanæ **des Römerzugs** neſciant, effectum tamen ejus, quamvis nullus Imperatorum (uti poſt Carolum V. experientia docuit) coronationis ergò, profectus Romam, per hactenus collectandi modum **der Römer-Monath/** ſat ſuperque notum habent, **und ſeind die Römer-Monath** præteritis & nondum ceſſantibus annis, **ſo offt in manches Bauren Hauß kommen/** ut quidam haud ineptè dixerit, **er wöllte die Römer behielten ihre und lieſſen den Teutſchen ihre alte und gezeichnete zwölff Monathen/ dann die Römer Monathen wären ſo kurtz/ daß deren hundert und wol noch mehr auff ein Jahr giengen.** Mos autem oſculandi pedes & veſtigia Sanctorum Virorum, Epiſcoporum, Monachorum, olim communis erat, teſtibus *Hieron. Ambroſ. & Auguſtin.* De Monachis Chryſoſtomus dicit, honeſtius eſſe illorum tangere pedes, quàm aliorum caput, *hom. 59. ad pop. Antioch.* Quid ergò mirum aut novum, ſi Pontificis Romani pedes quis exoſculetur? Pœnitentibus ſolenne fuiſſe, ſcribit Tertull. *Apolog. c. 12.* lambere omnium qui aſtabant veſtigia, nec erit vituperio dignum, idem præſtare Paſtori œcumenico, qui Chriſti repræſentat perſonam? Carolus Magnus pedes Adriani Pontificis oſculatus eſt, referente Blondello, *Decad. 2. l. 1.* Juſtinianus II. Imp. Conſtantini Pontificis pedibus, omni inſpectante populo fixit oſculum Nicomediæ, *Platina in Vitâ Conſtantinop. Princ.* Henricus IV. Imp. ad pedes Paſchalis II. ſe provolvit, *Chron. Caſſinenſ. lib. 4. 41.* Plura non adjungo. Salva ſit Sedi Apoſtolicæ in Spiritualibus & Eccleſiaſticis eminens autoritas & Sancta poteſtas! Salva Auguſtiſſimo Imperatori in temporalibus Majeſtas & gloria, cui Deus pro Eccleſiâ & Imperio victorias & triumphos!

De Sancti Petri Primatu dubitatio nulla ſupereſſe poteſt, eumque Romanæ 15
Eccleſiæ fuiſſe Epiſcopum, & in eâ Cathedrâ Romanos Pontifices in hunc usque diem ipſi ſucedere, ex ipſius Sancti Petri *Epiſt. 1.* nec non *Irenæo, Euſebio, Arnobio, Paulo, Oroſio, S. Ambroſio & Hieronymo*, aliisque argumentis, egregiè demonſtrat Laurentius Beyrling, *in Theat. vit. hum. tom. 6. verbo Pontifex*, ut ridicula ſit eorum calumnia, qui aſſerere non dubitant, quòd, an Petrus Romæ fuerit, adhuc ſub judice lis ſit, qui etiam *leg. cunctos populos 1. C. de Summ. Trin.* per Theodoſium Imperatorem apertè confunduntur, ubi dicitur: *B. Petrum Apoſtolum Romanis tradidiſſe Chriſti Religionem.*

Hoc obſervatione dignum eſt, S. Petri dies à nullo Succeſſorum hactenus 16
adæquatos eſſe, licet ſederint ad nuper defunctum Clementem IX. p. m. & nunc regentem, nuper feliciſſimè Electum Clementem Decimum, 242. Summi Pontfices variarum Nationum. Nempe

Ex Galliâ

| | |
|---|---|
| Sylveſter II. | Joannes XXII. |
| Leo X. | Benedictus XII. |
| Stephanus IX. | Clemens VI. |
| Urbanus II. | Urbanus V. |
| Calixtus II. | Gregorius XI. |
| Martinus IV. | Innocentius V. |
| Clemens V. | |

Ex Germaniâ

| | |
|---|---|
| Gregorius V. Saxo. | Clemens II. Saxo. |
| Victor I. Suevus. | Damaſus II. Bavarus. |

Ex Hiſpaniâ

| | |
|---|---|
| Damaſus I. Luſitanus. | Caliſtus III. |
| Joannes XXI. ejusd: nat. | Alexander VI. Valentinus. |

Ex An-

Ex Angliâ

Adrianus IV.

Ex Flandriâ ſive Belgio.

Adrianus VI. Ultrajectinus.

Ex Græciâ.

| | |
|---|---|
| Anacletus. | Joannes VI. |
| Eleutherius. | Dionyſius. |
| Teleſphorus. | Euſebius. |
| Higinius. | Zozimus. |
| Anterus. | Joannes VII. |
| Xiſtus II. | Zacharias. |
| Joannes V. | Alexander V. |

Ex Syriâ.

| | |
|---|---|
| Evariſtus. | Gregorius III. |
| Anicetus. | Theodorus. |
| Siſinius. | Sergius I. |
| Conſtantinus. | |

Ex Africâ.

| | |
|---|---|
| Victor I. | Melchiades. |
| Gelaſius I | |

Ex Sardiniâ.

| | |
|---|---|
| Hilarius & | Symmachus. |

Natione Itali aut patriâ Romani fuêre cæteri omnes.

Ex his martyrio affecti 32. Confeſſores in Sanctorum Catalogum relati 37. Monachi aut Eremitæ 52. quorum tamen nullus annos Sancti Petri in Cathedra vidit.

17 Mortuo Pontifice olim jus eligendi Succeſſorem erat penes Clerum & populum Romanum, ſic ut petitio, ſeu nominatio eſſet populi, electio Cleri, conſecratio verò penes Epiſcopos. Accedere inſuper debebat conſenſus Imperatoris, ita ut Pontifex electus ſine eo conſecrari non poſſet, *C. Agatho. & C. Hadrianus. diſt. 63. C. in Synodo. eâd.* Sicque Imp. Henricus III. Papam Clementem II. Damaſum II. & Victorem II. Pontifices Romanos creavit, & Germanos quidem. vide das Bedencken deß Reichs Vice-Cantzlers D. Georg. Sigm. Selden / an Ihro Kayſerl. Majeſt. Ferdinand. Ob die durch die Churfürſten deß H. Römiſchen Reichs / ohne deß Papſts Bewilligung ordentlich beſchehene Wahl gültig ſeye? Nam omnes Clerici, Epiſcopatus & Prælaturæ dependebant ab Imperatore, *Innocent in c. 2. de Major. & obed. c. Literas. diſt. 63.* Et quamvis dicatur Ludovicum Imperatorem juri eligendi Pontificis renuntiâſſe, *per text. in c. ego Ludovicus ead. diſt. 63.* nihilominus tamen à ſubſequentibus Impp. electi Pontifices confirmari ſolebant, ſicut legimus Leonem Octavum ab Imp. Ottone fuiſſe approbatum, autore Platinâ *in vit. Leonis.* Hoc jus ajunt posteà abrogâſſe Gregor. VII. ut poſt illum plures Pontifices abſque conſenſu Imperatoris electi fuerint & conſecrati, donec tandem ad Cardinales, tanquam ad ſacrum Eccleſiæ Senatum tota electionis ratio delata. Nec enim aliter à Pontificibus hoc jus Imperatoribus anteà fuiſ- 18
ſe tributum, niſi compellente aliquando neceſſitate, vel ex causâ tollendi ſchiſmatis, vel ad ſedandos tumultus, & contentiones dirimendas. Itaque à tempore Nicolai II. Pontificis electio ad Cardinales delata eſt, idque jam ab annis penè quingentis obſervatur. Hac occaſione libuit *Decretum Gregorii XV. ſuper electione Romani Pontificis* hîc adjungere. Quod ipſe Pontifex Rom. & cum eo XLI. Cardinales, ſignaturæ ſuæ calculo & ſuffragio approbârunt.

Gregorius Epiſcopus, Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Æ- 19
terni Patris Filius, Magiſter, & Legiſlator noſter Chriſtus Dominus, cujus omnis actio noſtra eſt inſtructio, licet portaret omnia verbo virtutis ſuæ, nec eſſet quidquam abſconditum ab oculis ejus, tamen priusquam ad Apoſtolatûs munus duodecim Apoſtolos eligeret, & nominaret, quod aliàs unquam feciſſe in Scripturis non legimus, pernoctare voluit in oratione Dei: & antequam B. Petro ovium ſuarum curam committeret, tertium repetitâ interrogatione, trinam extare æterni amoris ejus profeſſionem: Nos ſcilicet erudiens, quantâ diligentiâ, cautione, & curâ in omnium Paſtorum electione adniti debeamus, ut boni eligantur & fideles, præſertim verò in B. Petri Succeſſores, qui Orbis eſt lumen, Doctor Gentium, & Paſtor Paſtorum.

Quapropter ſatis etiã admonemur nihil eorum, quæ ad electionis Romani Pontificis negotium cautiùs & meliùs tranſigendum conducunt, omitti debere: Salus enim non unius membri, ſed totius Corporis agitur cùm de capite conſulitur. Igitur etſi diverſis felicis recordationis Romanorũ Pontificũ Prædeceſſorũ noſtrorum, & San-

ctorum Patrum Decretis ſalubriter proviſum eſt, ut ejus electio ritè & rectè peragatur, & in eâ non caro & ſanguis, aut humana ſapientia, quæ ſtultitia eſt apud Deum, dominetur, ſed Spiritus Sancti gratiâ omnia dirigantur, & gubernentur: nihilominus, ut dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam, experientiâ compertum eſt, ſalubriori remedio locum non deeſſe. Nos igitur, quos poſuit Dominus, licet nullis ſuffragantibus meritis, regere Eccleſiam ſuam, ne in extremo die prætermiſſi officii, in re tanti momenti, à nobis ratio à diſtricto Judice exigatur, quod multorum etiam votis & poſtulationibus multùm expetitum eſt, Spiritus Sancti adſpirante gratiâ faciendum decrevimus.

Maturâ itaque cum Venerabilibus Fratribus noſtris, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, deliberatione habitâ, de eorundem Fratrum conſilio pariter & aſſenſu, hac noſtrâ perpetuò valiturâ conſtitutione ſtatuimus, decernimus, & declaramus, impoſterùm electionem Romani Pontificis fieri aliter non poſſe, quàm in conclavi, & eo clauſo, ac poſt celebratum in eo primâ die Sacroſanctum Miſſæ ſolitum ſacrificium, cui Cardinales intereſſe, & in eo communicare conſueverunt, ac per ſecreta ſchedularum ſuffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium, in Conclavi præſentium: præterquam ſi omnes, & ſinguli Cardinales ſimiliter in Conclavi præſentes, nemine diſſentiente, aliquibus ex eorundem Collegio Cardinalium committerent eligendi potestatem, ut vice omnium Eccleſiæ Catholicæ providerent de paſtore: aut niſi communiter ab omnibus & ſingulis Cardinalibus, qui itidem in Conclavi præſentes erunt, nemine pariter diſſentiente, quaſi per inſpirationem, nullo præcedente de perſonâ ſpeciali tractatu, per verbum eligo, intelligibili voce prolatum, aut ſcripto, ſi voce fieri non potuerit, expreſſum, fuerit celebrata.

Numerum autem ſuffragiorum duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi præſentium, ut electio per viam ſcrutinii, ſive ſcrutinii & acceſſus, valida ſit, decernimus, & declaramus, ita eſſe cenſendum, ut in duabus tertiis partibus ſuffragium electi non numeretur, nec quiſquam ſive ſcrutinii & acceſſus ſive compromiſſi viâ procedatur, ſeipſum eligere, ſeu ſuffragium ſibi dare ullatenus poſſit: electi tamen perſona, ſi in Conclavi ſit, debeat in numerum Cardinalium computari. Rurſus nemo per viam ſcrutinii, ſeu ſcrutinii & acceſſus, habeatur pro electo, niſi publicatis omnibus ſuffragiis, & electi, ſi numerum tantummodò duarum ex tribus partibus habuiſſe compertum ſit, etiam ſchedulis apertis. Ac ſi contingat plures in ſchedulis nominatos duos tertias partes ſuffragiorum tuliſſe, in ſuffragiorum paritate neuter ſit electus, in imparitate verò qui numero ſuffragiorum ſuperior erit, dummodò duas tertias partes etiam in uno ſuffragio, excedat, electus cenſeatur.

Inſuper in unoquoque ſcrutinio, antequam ſchedula in calicem mittatur, à quolibet Cardinale juramentum altâ & intelligibili voce fiat, his verbis: Teſtor Chriſtum Dominum, qui me judicaturus eſt, me eligere, quem ſecundùm Deum judico eligi debere, & quod idem in acceſſu præſtabo. Et hoc juramentum à nullo omittatur. Suffragiorum autem ſchedulæ hujuſmodi tam ſcrutinii, quàm acceſsûs, ubi fieri potuerit, impreſſæ omninò eſſe debeant; ubi non potuerit, unius tantùm manu ſcriptæ ſint; ita videlicet, ut tam impreſſæ, quàm ita ſcriptæ ea omnia, quæ in ſchedulis hujuſmodi, exprimi ſolent, contineant, præter ſola nomina ſeu denominationes eligentis, & electi, & infrà ſcripta ſigna, quæ omnia manu ejuſdem eligentis ſcribantur, & nomen quidem eligentis in primâ parte ſchedulæ, electi verò in ſequenti, & rurſus electi, quantum fieri poterit charactere alterato, ita ut cognoſci non poſſit: eaque ſchedulæ pars, in quâ erit eligentis nomen, claudatur, ac ſigillo ad hoc parato, ac ſecretè habito, non autem eo, quo quiſque uti ſolet, obſignetur.

Ut autem videri poſſit, ne qui alicui acceſſit, eidem in ſcrutinio ſuffragium dederit, ſchedulæ omnes duobus aliis ſignis in ultimâ parte ſignentur, numero nempe aliquo, & brevi dicto, ſacræ Scripturæ, vel alio hujuſmodi, quæ ſigna in utrâque ſchedulâ tam ſcrutinii, quàm acceſſus, eadem ſint. Poſteà verò pars illa ſchedulæ, ubi hæc ſigna erunt, etiam com-

Digitized by Google

complicetur, & obſignetur, ne à ſcrutatoribus videri poſſit, niſi poſtquam fuerit per ſcrutinium & acceſſum electio perfecta, quo caſu ſchedulæ acceſſus à ſcrutatoribus eâ in parte, ubi duo prædicta ſunt ſigna, aperiantur, iiſque inſpectis, & earum ſigillis, aliæ ſchedulæ, iiſdem ſignis notatæ, & in ſcrutinio datæ reperiantur ut videlicet, an duo hæc ſigna, & ſigillum eadem ſint, cognoſcatur, & inde duo ſuffragia ab eodem Cardinale una data non fuiſſe appareat. At ſi inter ſchedulas ſcrutinii nulla reperiatur iiſdem ſignis notata, quibus ſchedula acceſſus ſignata erit, aut ſiquis acceſſerit, quem in ſcrutinio nominaverit, utroque caſu ſuffragium acceſſus nullum ſit. Subſcriptio autem ſeu nomen eligentis reſignari non poſſit niſi contingat, ut ſigillum, & alia duo prædicta ſigna ſint eadem cum ſignis, & ſigillo, alicujus alterius Cardinalis, aut aliâ difficultate cogente. Quod autem attinet ad nomen electi, illud eo modo à Cardinalibus ſcribatur, quomodo in folio impreſſo, ubi in Conclavi notari ſuffragia ſolent.

Præterea, ut ſecreto cautiùs conſulatur, ſchedulæ ſuffragiorum conficiantur, unâ ſeu pluribus in menſis, in mediâ Capella conſtitutis, ita à Cardinalibus remotis, & circumſeptis, ut quid ſcribatur ab aliis, videri non poſſit. Si quis verò ad menſam accedere, impeditus, valetudine, non potuerit, is ſuffragium ſuum, in loco ſuo ſecretè conficere debeat, & ad illud accipiendum ultimus ſcrutatorum accedat. Et ut acceſſus ſecretè etiam peragatur, ſcrutinio publicato, ſi electio per conſenſum duarum partium in eo non fuerit celebrata, ſtatim antequam ad alios actus deveniatur, Cardinales ſchedulam pro acceſſu formatam prædictis in menſis conficere, ſicut in ſcrutinio teneantur.

Porrò uſus ſchedularum pro acceſſu talis erit. Qui accedere alicui ex nominatis in ſcrutinio voluerit, ejus nomen ſcribet, qui verò noluerit, ne cognoſci poſſit eum nulli accedere, in loco nominis ſcribat, Nemini. Nulli autem tam in ſchedulâ ſcrutinii, quàm acceſſus plures nominare liceat; alioquin ſuffragium in quo plures fuerint nominati nullum ſit; accedere tamen uni ex nominatis à ſe in dictâ ſchedulâ vel alii dummodò aliquod aliud ſuffragium in eodem ſcrutinio tulerit, non prohibeatur, & in numerum Cardinalium in Conclavi præſentium numeretur. Neque in quolibet ſcrutinio ſemel accedere liceat, neque per acceſſum ab alterius nominatione in ſcrutinii ſchedulâ facta recedi decernimus & declaramus. Inſuper antequam ſchedulæ ſive ſcrutinii, ſive acceſſus à ſcrutatoribus aperiantur, omnes ab iis diligentiſſimè numerentur: Et ſi plures repertæ fuerint, quàm ſint Cardinales in Conclavi præſentes, omnes comburantur, & iterum ad ſuffragia ſtatim deveniatur. Si quis autem aliquid ex ſuprà expreſſis non ſervaverit, aut quomodocunque directè vel indirectè in aliquo contravenerit, ſententiam excommunicationis ipſo facto incurrat.

Præterea ſtatuimus, & ordinamus, quod ſi aliquem infirmitas impediverit ad ſcrutinium venire, ad eum adire debeant tres Cardinales, ſorte ante ſcrutinium, ut infrà, ad hanc rem ex omnibus Cardinalibus per ultimum Diaconorum extracti, cum capſulâ perforatâ, ſed inani, & palàm à ſcrutatoribus clauſa, cujus clavis ſuper altare maneat, & ſchedulam impreſſam illi deferre, ipſeque illam, ſicut alii Cardinales, prævio juramento ſuprà ſcripto, ſecretè conficere teneatur, deinde in capſulam conjiciat, eaque per eoſdem Cardinales relatâ & apertâ in calicem ſchedula mittatur. Publicato deinde ſcrutinio, ſi acceſſus agendus erit, ut etiam infirmi accedere poſſint, unum ex foliis, in quibus nomina Cardinalium & ſuffragiorum numerus notantur, à tribus Cardinalibus prædictis ſumatur, & palàm recognito numero ſuffragiorum, quæ quiſque in ſcrutinio tulerit, ad in firmum unà cum aliâ impreſſâ ſchedulâ, pro acceſſu paratâ, & cum eâdem capſulâ ab iis deferatur. Infirmus verò alicui accedere debeat, omniaque & ſingula ſerventur, quæ de ſcrutinii ſchedulâ ſuprà ordinata ſunt, ſub eâdem excommunicationis latæ ſententiæ pœnâ. At ſiquis ſcribere valetudine impediatur, per alium prævio juramento ab eo, qui ſcribet præſtando, de ſervando ſecreto, quod ſub eâdem excõmuncationis pœnâ ſervari mandamus, ſcribere liberè poſſit.

Ad hæc ſcrutatores tres, ſicut & tres alii Cardinales, qui ad infirmorum ſuffragia deferenda proficiſcentur, ex omnibus Cardinalibus præſentibus in Conclavi, nullâ ordinis ſervatâ diſtinctione, ſorte, immediatè ante quodlibet ſcrutinium, per ultimum Diaconorum extrahantur, & qui ſemel extracti fuerint, in vas iterum conjiciantur; alioquin ſi quis contrà fecerit, ſicut ſi ſcrutatores, vel recognitores aliquid ſecreti in exercendo ſuo officio cognoverint, & illud revelaverint, eandem latæ ſententiæ excommunicationem incurrant. Finito ſcrutinio, & acceſſu, ſive electio ſecuta ſit, ſive non ſit, tres alii Cardinales, ſorte pariter, ut ſuprà extrahendi, ſchedulas omnes recognoſcere debeant, ſigillo tamen & duobus aliis ſignis, ſi aperta non fuerint, intactis remanentibus. Quæ omnes & ſingulæ ſchedulæ, ſive ſecutâ, ſive non ſecutâ electione, poſtmodum ſtatim palàm comburantur.

Similiter, ne electio protrahatur, ſtatuimus, & ordinamus, ut ſub ſimili excommunicationis pœnâ, eo ipſo incurrenda, ſcrutinium bis ſingulis diebus peragatur, ita, ut etiam perficiatur, manè ſcilicet poſt ſolutam miſſam, & primâ quidem die tantùm poſt Cardinalium ſacram peractam communionem, & pomeridiano tempore horâ opportunâ per Hymnum, Veni Creator Spiritus, & orationem de Spiritu Sancto, idemque ſi compromiſſi via eligatur, obſervari debeat: atque ad ſcrutinium cum tertiùm pulſata, per loca ſolita Conclavis, campanula de more fuerit, omnes & ſinguli Cardinales convenire debeant, valetudine non impediti, ſub eâdem excommunicationis latæ ſententiæ pœnâ.

Cardinales prætereà omninò abſtineant, ab omnibus pactionibus, conventionibus, promiſſionibus, intendimentis, condictis, fœderibus, aliiſque quibuſcunque obligationibus minis, ſignis, contraſignis ſuffragiorum ſeu ſchedularum, aut aliis, tam verbo, quàm ſcripto, aut quomodocunque dandis, aut petendis, tam reſpectu incluſionis, quàm excluſionis, tam unius perſonæ, quam plurium, aut certi generis, veluti creaturarum, aut hujuſmodi, ſeu de ſuffragio dando, vel non dando: quæ omnia & ſingula ſi de facto intervenerint, etiam juramento adjecto, nulla & irrita, neque ad eorum obſervantiam, quenquam teneri, aut ex transgreſſione notam incurrere fidei non ſervatæ, decernimus & declaramus; & contra facientes ex nunc excommunicationis pœnâ innodamus: tractatus tamen pro electione habendos vetare non intelligimus.

Quod ſi electio hujuſmodi alibi celebrata fuerit, quàm in Conclavi clauſo, vel aliter, quàm per ſecreta ſchedularum ſuffragia duarum ex tribus partibus Cardinalium in Conclavi, præſentium, in ſcrutinio, ſeu ſcrutinio, & acceſſu, electi ſuffragio non computato, vel viam Compromiſſi, ab omnibus Cardinalibus ſimiliter in Conclavi præſentibus, nemine diſſentiente initi, & ita, ut nemo ſe ipſum elegerit, vel quaſi per inſpirationem, nullo præcedente de perſonâ ſpeciali tractatu, omnium pariter Cardinalium præſentium in Conclavi, communiter, nemine itidem diſſentiente, per verbum, *Eligo*, intelligibili voce prolatum, aut ſcripto, ſi voce non potuerit, expreſſum, nulla ſit, & invalida eo ipſo, abſque ullâ declaratione, & ita electo nullum jus tribuat: quinimò is non Apoſtolicus, ſed Apoſtaticus ſit, & habeatur, & tam ipſe, quàm eligentes, ejuſque fautores, & Complices ſententiam excommunicationis, & anathema, aliaſque Cenſuras, & Pœnas invaſoribus Sedis Apoſtolicæ à ſacris Canonibus & Conſtitutionibus Apoſtolicis impoſitas, pariter ipſo facto incurrant, à quâ, ſicut ab aliâ quacunque in hâc Conſtitutione impoſitâ, & irrogatâ, ſeu infrà imponenda & irroganda, pœna excommunicationis, tam ipſi, quàm quilibet alius, ſive S. R. E. Cardinalis, ſive alia perſona cujuſcunque gradus, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ, à nullo, neque etiam à majori Pœnitentiario, cujuſcunque facultatis vigore, præterquam à Romano Pontifice, niſi in mortis articulo, abſolvi poſſit, & tam ipſe ejuſque Complices, & fautores, quàm alii, quicunque etiam S. R. E. Cardinales hujus Conſtitutionis in aliquo transgreſſores aliis graviſſimis pœnis teneantur, futuri Pontificis canonicè intrantis *arbitrio* irrogandis.

Poſtremò ſtatuimus, & diſtrictè præcipien-

cipiendo mandamus, ut S. R. E. Cardinales, quæcunque ſecretum violare quomodolibet poterunt omnia evitare & cavere omninò teneantur, cùm intentio & mens noſtra ſit, electionis hujusmodi tam ſanctum negotium, ſi fiat per ſcrutinium ſeu ſcrutinium & acceſſum, ut præfertur, ſecretiſſimè tranſigatur: ac proindè iisdem omnibus ſingulis S. R. E. Cardinalibus & eorum ſacro Collegio inhibemus, ne contra hæc, vel horum aliquod ſtatuere, diſponere, vel ordinare, ſeu in aliquo corrigere, alterare, mutare, ſeu aliquo modo facere, tractare, moliri, vel attentare præſumant, quovis prætextu, causâ, vel exquiſito colore, ſub eâdem excommunicationis pœnâ ipſo facto incurrenda.

Ut autem hujusmodi noſtra Conſtitutio inviolabilius obſervetur, tres Cardinales, qui ſingulis diebus congregationibus agendis præpoſiti ſunt, & cum iis S. R. E. Camerarius, illam in omnibus & per omnia obſervari procurent, & faciant. Volumus etiam & decernimus, cenſurarum & excommunicationum prædictarum & quarumcunque prætextu vel causâ, Cardinales à Summi Pontificis electione activâ, paſſivâ excludi nullo modo poſſe: quas quidem cenſuras & excommunicationes ad effectum hujusmodi electionis tantùm, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ſuſpendimus: decernentes easdem excommunicationes, & cenſuras eos ſolùm afficere, qui deliquerint, non autem alios conclavi durante, qui cum iis converſati fuerint. Cæterùm, etſi opus non eſſe in Domino confidimus, tamen pro officii noſtri debito, & rei de quâ agitur, gravitate, admonemus, hortamur, & in Domino obſecramus Sacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ut attentè conſiderent perſonæ, quam ſuſtinent, officium, & dignitatem, quàm ſacrum prætereà, & quanti momenti ſit opus, quod tractant, & nihil, quod ſe non deceat, nihil à re alienum committant, ſed cogitent, quàm perniciosum futurum ſit Univerſæ Eccleſiæ, Chriſti ſanguine acquiſitæ, ſi malè adminiſtretur; ac proindè exuant omnes in mundanas curas, & induant ſolum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: memores nihil prodeſſe homini ſi univerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur. Deinde animum advertant, ſe in Conclavi clauſos editiſſima in ſpecula conſtitutos eſſe, & factos ſpectaculum Deo, & hominibus à Domino, cujus negotium gerunt, ſupplicii vel gloriæ ſempiternæ retributionem citiſſimè laturos. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, Fel. rec. Alexandri Papæ III. præd. noſtri in Concil. Lateran. edita, quæ incipit, licet de vitanda, & aliorum Rom. Pont. Prædeceſſorum noſtrorum etiam in Conciliis generalibus promulgatis Conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, etiam in Corpore Juris clauſis quibus omnibus & ſingulis, quatenus pariter opus ſit, eorum omnium & ſingulorum tenorem, perindè ac ſi ad verbum exprimerentur, pro expreſſis & inſertis habentes, pro hâc vice duntaxat, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuscunque.

Volumus quoque præſentes noſtras coram omnibus in primâ congregatione, poſt obitum Pontificis fieri ſolita, & deinde poſt Conclavis ingreſſum, & cùm quis ad Cardinalatus honorem promotus fuerit, cum aliis ſimilibus Conſtitutionibus legi & juramentum ſuper illius obſervatione præſtari, & ita præcipimus & mandamus. Quibus Conſtitutionibus & pœnis in eis contentis, niſi in ſuperiùs expreſſis per hanc noſtram derogare non intendimus, ſed eas in ſui roboris firmitate relinquere. Sperantes etiam Romanos Pontifices, qui pro tempore canonicè eligentur, omni ſtudio curaturos, ut quæ noſtris hujusmodi, & in eis ſalubriter ſtatuta ſunt, inviolabiliter, ac etiam ſi opus fuerit, per pœnarum ipſarum contra tranſgreſſores executionem obſerventur.

Denique volumus easdem præſentes in Valvis Baſilicarum Sancti Joannis Lateranenſis ac Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apoſtolicæ; nec non in Acie Campi Floræ per Curſores noſtros affigi, & publicari, ac eorum exempla ibidem affixa dimitti, & deinde omnes & ſingulos Cardinales tam abſentes, quàm præſentes, modernos, & qui pro tempore erunt, & alios quoscunque quorum intereſt, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum afficere, & ligare,



Digitized by Google

gare, nullamque harum ignorantiam prætendere poſſe, ac ſi perſonaliter intimatæ forent, præmiſſis cæteriſque contrariis quibuscunque non obſtantibus. Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorum Statutorum, Decretorum, Declarationum, Mandatorum, Innodationis, Voluntatis, Admonitionis, Hortationis, Obſecrationis, Inhibitionis, Derogationis, Præcepti, & Suſpenſionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo primo, decimo ſeptimo Kal. Decembris. Pontificatûs noſtri anno primo.

20 Quid verò, ajunt porrò, ſi Pontifex per conſpirationes, per fœrdra, per ſordes, per corruptiones eligatur, an talem pro legitimo Succeſſore S. Petri habebimus, an acta ipſius obſervare tenebimur? Equidem vix talis caſus continget, prohibente Spiritus S. gratiâ, qui Eccleſiam Dei regit, & in omnem deducit veritatem! Quòd ſi verò notoriè conſtet de illegitimâ electione, ipſum decretum modò ſuprà poſitum determinat, quod non Apoſtolicus, ſed Apoſtaticus Pontifex talis haberi debeat. Si vitium lateat, tunc receptio & approbatio totius Eccleſiæ defectum ſupplet, omnesque ad venerationem & obedientiam Pontificis obſtringit.

21 Porrò Evariſtus Pontifex primus omnium titulos Preſbyteris diviſit, ſeptemque Diaconos conſtituit, cùm anteà ſumma Dominici gregis paſcendi cura ſolis Preſbyteris incumberet. Deinde anno Salutis 267. Dionyſius tam urbis Romæ quàm aliarum gentium templa, cæmiteria & parochias aſſignavit, Epiſcopis Diœceſes diſtribuit, mandavitque ut ſuis quisque finibus eſſet contentus. Marcellus Pon-
22 tifex titulos Preſbyteris datos ad 25. reduxit, qui ab initio Cardinales dicti, quod ante alios haberent curam animorum, & eſſent primarii, ut ſicut altiſſimæ cæli partes vocantur cardines, circa quos mundus circumfertur: ita ab his Eccleſia Dei dirigatur. Mox verò Bonifacius tertius Pontifex Cardinales uti Senatores urbanos mirificè extulit. Itaque officium à primis ſuis initiis oneroſum, & circa baptizandas gentes, ſepeliendosque mortuos occupatum, ſummi tandem honoris gradus conſcendit, & jus Pontificis eligendi acquiſivit. Hinc factum, ut Pontifex Innocentius IV. circa annum Salutis 1244. publico decreto ſanxerit, ut equo deinceps inſidentes rubro uterentur galero, quò major adhuc ordini accreſceret majeſtas, argumento tamen manifeſto, oportere ejus ordinis Antiſtites ſemper paratos eſſe, pro religionis defenſione ſanguinem effundere. Paulus Secundus veſtem coccineam cucullo inſignem adjecit, ut hac quoque cum rubenti petaſo ſpectabiles eſſent. Is autem ordo ex triplici initiatorum genere conſtat. Sunt enim quidam Epiſcopi, aut Diaconi, aut Preſbyteri. Inter hos Epiſcopi appellantur fratres Romani Pontificis, Diaconi verò filii, reputanturque Cardinales inter perſonas illuſtres, ac dicuntur Eccleſiæ Senatores.

Cùm enim inſerviant Sedi Appoſtolicæ, quæ velut cardo aliarum & axis eſt Eccleſiarum, *c. Sacroſancta. diſt. 22.* cùm ſint ex Pontificis Senatu, ad quem ſumma Chriſtianorum defertur negotiorum, cùm ſint Sacerdotes præcipui & principales, coadjutores Pontificis, cum quibus ipſe ſacrum exercet judicium, quis
magnam dignitatis prærogativam illis de- 23
negabit? Olim quidem Epiſcopi Cardinalibus ſuperiores fuerunt ordine & dignitate, atque poſt Pontificem, ante Diaconos Cardinales, immediatè Epiſcopi ſubſcribebant, qui gradu deprimi videbantur, ſi Cardinales fierent. Quin etiam oportebat Epiſcopos, qui ad Cardinalatum vocabantur, ejurare Epiſcopatum, propter Sacerdotiorum vetitam cumulationem. Verùm id ajunt usque ad tempora ſaltem Clementis V. & Johannis XXII. fuiſſe in uſu, tum verò Epiſcopatum cum Cardinalatus titulo, beneficioque annexo retinere conceſſum, *Gregor. Tholoſ. in Syntagm. jur. univerſ. libr. 15. cap. 4. num. 4.* Inter Cardinales Diaconos & Preſbyteros antiquior, hic Decanus Preſbyterorum, ille Diaconorum; inter Epiſcopos Cardinales cooptatione ſenior Decanus Collegii dicitur. Singuli Cardinales in titulis ſibi decretis Jurisdictio-

Digitized by Google

dictionem habent penè Epiſcopalem, *c. his quæ pro Eccleſiâ. de majorit. & obed. c. ex geſtu. de Cler. non reſident.* Et per hos titulos Cardinalitiæ dignitatis fit diſtinctio. Sic Cardinales Epiſcopi dicti Hoſtienſis, Velitrenſis, Portuenſis & S. Ruffinæ, Sabinenſis, Tuſculanenſis, Prænestinenſis, Albanenſis; Tituli Presbyterorum Cardinalium fuerunt S. Crucis in Hieruſalem, SS. Marcellini & Petri, quatuor Coronatorum, Johannis & Pauli, S. Anaſtaſiæ: &c. Tituli & Eccleſiæ Diaconorum, S. Luciæ in ſeptifoliis, S. Mariæ in Aquino S. Theodori, S. Mariæ in Coſmedin, &c. de quorum titulorum inſtitutione, numero & inſignibus, videri poteſt Onuphr. Panvin. *lib. de Epiſcopat.*

25 Multi de numero quæſtionem movent, an ſeptuaginta tantùm eſſe debeant, quia tot fuerint diſcipuli Chriſti Domini, *c. ſeptuaginta. diſt. 16. c. in novo. diſt. 21.* Sed id à Summi Pontificis dependere videtur arbitrio, uti etiam electionis forma, & an nepos ex fratre vel ſorore Summi Pontificis Cardinalis eſſe poſſit, quia forma Cardinalis eligendi in Synodo Baſileenſi, §. *fin. de numero & qualit. Cardinal. in pragm. Sanct.* præſcripta ex u-

26 ſu receſſiſſe videtur, & Pontificis arbitrium ſimpliciter prævalere. Supradictæ tamen Cardinalitiæ dignitati videtur præferenda eſſe Patriarchalis, per textum expreſſum *in c. pen. & fin. c. omnes & c. ſacroſancta. diſt. 22. c. antiqua. de privileg.* ubi poſt Apoſtolicam, Patriarchales Sedes in gradu proximo dignitatis enumerantur, nullâ Cardinalium factâ mentione. Hoſtienſem verò Cardinalem, quia Papam coronet, & ungat Imperatorem, ex privilegio Eccleſiæ Hoſtienſis habere, ut omnes præcedat Patriarchas, & immediatè poſt Summum Pontificem ſedeat. Dicitur enim Patriarcha primus vel Princeps inter Patres, ut in ſacris literis fuiſſe 12. Patriarchas legimus, *Act. Apoſt. c. 7. Paralipom. c. 8. Tob. 6.* Quinque verò in Eccleſiâ ſunt

27 Patriarchæ. Primus & Summus Patriarcha eſt Pontifex Romanus, ſedens in primâ & Apoſtolicâ digniori ſede, quem conſequuntur Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſolymitanus, *d. c. pen. & fin. diſt. 22.* vid. Beſold. *in theſ. pract. verb. Patriarcha*, ubi ex Furero *in Itinerario Ægypti* tradit, hos Patriarchas etiam hodiè adhuc haberi, & *Conſtantinopolitanum* Eccleſiis Europæis præeſſe, *Antiochenum*, Eccleſias & Monaſteria Beryti, Tripolis, Halebi, aliisque Aſiæ locis curare. *Alexandrinum* in Ægypto & Arabiâ, Cairoque id facere. *Hieroſolymitanum* Monaſteriorum per Syriam diſperſorum curam gerere, & quotannis 15. Auguſti in Monaſterio Libani montis Sacra peragere. Omneſque Patriarchæ etiam Archiepiſcopi dici poſſunt, *l. Jubemus. 12. 3. de Sacroſ. Eccleſ.* quia ſunt Principes Epiſcoporum, *c. Cleros diſt. 21. c. provinciæ. diſt. 99.* ubi Patriarchæ aliis Epiſcopis & præpoſiti leguntur, ut ad eos ſumma negotiorum religionis graviorum deferatur, *c. urbes diſt. 80.*

Omnes porrò Patriarchæ etiam *Primates* ſunt & appellari poſſunt, *c. 1. 2. 3. diſt. 99.* Primates tamen verè Patrarchæ non ſunt, *c. nullus. 9. q. 3.* nec Cardinalibus præferuntur. Majores nihilominus ſunt Archepiſcopis, à quibus ad illos provocatur, *c. 1. diſt. 99.* Primatus ſub Summo Pontifice ſunt Aquileienſis in Italiâ, Cantuarienſis in Angliâ, Bituricenſis, Grandienſis & Lugdunenſis præcipuus horum in Galliâ: in Hiſpaniâ Toletenſis, qui tamen etiam Archiepiſcopus & Primas dicitur, Beſold. *d. ſuprà loc.* in Sardiniâ Piſanas. Greg. Tholoſan. in *Syntagm. jur. lib. 15. c. 10.* 28

*Archiepiſcopi* dicuntur Principes Epiſcoporum, à B. Petro illis urbibus præpoſiti, quibus antiquæ ſuperſtitionis Archiflamines præfuerunt, *c. in illis. diſt. 80.* Vocantur etiam Metropolitani in jure Canonico & Civili, per totum ferè *cauſ. 9. q. 3. Nov. 5. & 7.* quod in Metropoli, id eſt, matrice aliquâ Civitate jam olim conſtituti ſint. Hinc Metropoliticum Jus eſt, quod Archiepiſcopis competit, *c. ut litigantes. c. 5. offic. ordin.* Eligebatur olim Archiepiſcopus ab Epiſcopis, convenientibus in Metropolitanâ Eccleſiâ, ex Clericorum omniumque Civium conſenſu, *c. Metropolitano. 19. diſt. 63. c. qui in aliquo crimine, diſt. 51.* hodiè verò in Germaniâ eligitur à Cathedralibus Capitulis Canonicorum, & electus confirmatur à Papâ, juxta *c. bona. & c. nihil. de elect.* conſecratur à ſuis ſuffraganeis, *c. Archiepiſcopus ab omnibus. diſt. 66.* ſubindè 29

indè & ungitur, *c. de ſacrâ unct.* pallium accipit, ante cujus receptionem non poteſt jura Epiſcopalia exercere. Metropolitæ Rutheni ſeu Moſcovitici, autoritatem ſuam à Patriarchâ Conſtantinopolitano habent, qui aliquando eligebantur convocatis omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus & Prioribus Monaſteriorum, inquiſitione factâ viri ſanctioris vitæ per Monaſteria & eremos. Nunc verò ajunt Principem ad ſe certos convocare ſolere, atque ex eorum numero unum ſuo judicio deligere, *Sigiſm. lib. Baro in comment. rer. Moſcovit. dum de Relig. agit.* Habet Archiepiſcopus Juriſdictionem ordinariam in propriam Diœceſin, ut quilibet Epiſcopus, ſed & inſuper poteſtatem in ſuffraganeos, de quorum controverſiis tum Clericis agnoſcit, *c. ſi Clericus. 11. q. 1.* poteſt provinciam percurrere, viſitare, inquirere, Pontificalibus uti, & jubere crucem ante ſe deferri, *c. 1. ut lite pendente. c. antiqua de. privileg.* populo benedicere, *Clementin. Archiepiſcopo. de privileg.*

30 In Germaniâ noſtrâ ſeptem Metropoles ſive Archiepiſcoporũ primariæ ſedes conſtitutæ ſunt: Moguntinenſis, Trevirenſis, Colonienſis, Magdeburgenſis, Salzburgenſis, Bremenſis & Rigenſis, *Onuph. Panvin. de Comit. Imp. c. 6. 13.* nec non Beſontinus, Herman. Hermes *in faſc. jur. publ. c. 25. n. 21.* Moguntinenſi ſubſunt 12. Epiſcopi tanquam ſuffraganei: Argentinenſis, Spirenſis, VVormatienſis, Herbipolenſis, Auguſtanus, Conſtantienſis, ad lacum Podamicum, Curienſis Rhætorum, Eichſtetenſis, ſive Dryopolis ad flumen Alemannum, Halberſtadienſis, Hildesheimenſis, & Verdenſis, *Onuphr. d. c. 6.*

*Trevirenſis* Archiepiſcopatus ſuffraganeos habet tres; Metenſem, Dolanum & Verdunenſem. Archiepiſcopatus *Colonienſis* quinque, Monaſterienſem, Oſnabrugenſem, Mindenſem, Trajectenſem & Leodienſem. Archiepiſcopatus *Magdenburgenſis* ſuffraganeos quatuor agnoſcit, Merſburgenſem, Naumburgenſem, Brandenburgenſem, & Havelbergenſem. *Salzburgenſi* Archiepiſcopatui olim paruiſſe, Paſſavienſem, Friſingenſem, Tridentinum, Brixienſem, Chiemenſem, Secovienſem, Lavantinum & Viennenſem, refert Stephani *de Jurisd. c. 7. n. 40.* Herman. Herm. *in faſcic. jur. publ. c. 25. n. 13. & ſeqq.* ubi etiam agit de Epiſcopo Gurcenſi in Carinthiâ, deque tranſactione inter Ferdinandum I. Imp. & Archiep. Salisburg. factâ. Archiepiſcopatui *Bremenſi*, ſubfuiſſe Lubecenſem, Razeburgenſem, Suerienſem, & fortaſſis etiam Sleſvicenſem, Caminenſem & Lebuſienſem: *Rigenſi* in Livoniâ quatuor addit Comprovinciales, Revalienſem, Curienſem, Oſilienſem Derptenſem, idem Stephani *d. loc. n. 42. & 43.*

31 Dantur etiam in Germaniâ Epiſcopatus liberi, qui nulli tanquam ſuffraganei ſubſunt, neminemque præter Romanum Pontificem recognoſcunt ſuperiorem, ut Bambergenſis, Ratiſbonenſis, Miſnenſis, idem *n. 47.* talemque libertatem hodiè plures vel habere vel prætendere indaganti patebit. Quis enim in hac Cæſareâ Civitatis Viennenſis reſidentiâ, Rev. & Illuſtriſs. Viennenſi Epiſcopo, immediatæ à Sede Apoſtolicâ dependentiæ controverſiam movet? Quis verò hodiè poſſideat Archiepiſcopatum Magdeburgenſem & Bremenſem, nec non Epiſcopatum Caminenſem, Mindenſem, Verdenſem, Halberſtadienſem, *Inſtrum. Pac. Cæſ. Suec. art. 10.* docet.

Hæc de Statu Eccleſiaſtico dixiſſe ſufficiat, nec plura de Epiſcopis, Abbatibus, Monachis ſubjungo. Hæc Eccleſiaſtica Hierarchia & ordo eſt, per quem confuſio evitatur, & velut per exercitum benè ordinatum Eccleſia Dei dirigitur & conſervatur, meritóque Imperii Romani Collegia, tam Electorale quàm Principum, Eccleſiaſticis quoque perſonis conſtat, cùm nullum Reipubl. fortius fundamentum ſit Religione, quæ veluti thyrſo quodam percutere plebis pectora ſolet. Hac Hierarchiâ gaudet floretque Eccleſia Catholica, cujus Antiſtites Regali quoque dignitate, poteſtateque ſeculari ornati ſunt; hac inſigni notâ veritatem quoque ſuam demonſtrat, & plurima hoſtium molimina vel præcavet vel evertit.

Liber

Digitized by Google

# *Liber I. Tituli V. Pars II.*

## De

## *IMPERATORE ROMANO, ET STATIBUS ROMANI IMPERII, &c.*

SUMMARIA.

1. *CÆſaris nomen unde traxerit originem.*
2. *Quare Cæſar dicatur Imperator?*
3. *Præeminentia Cæſaris inter Principes mundi.*
4. *Imperatori competere titulum Majeſtatis, & quidem excellentiori modo.*
5. *Quid ſit Majeſtas, & quæ Principum ſummorum prærogativa?*
6. *An titulus Majeſtatis aliis quoque exteris Regibus tribuatur?*
7. *An Monarchicum ſit hodiernum Imperium Romano-Germanicum?*
8. *Quibus modis perveniatur ad Imperatorium culmen?*
9. *Hodiè electionem ſucceſſioni præferri ſic tamen, ut raro diſcedatur à familia & ſanguine defuncti.*
10. *Jam tredecim ex domo Auſtriacâ Imperatores rexiſſe Imperium & quare?*
11. *Refertur modus electi & coronati Imp. Matthiæ glorioſ. memor. nec non Auguſtiſſimi Imp. Leopoldi, atque Aug. Imperatricis Eleonoræ, & Romanorum Regis Joſephi.*
12. *Ex his apparere præeminentiam Romani Imperij, & an adhuc hodiè Romanum rectè dicatur?*
13. *An Imperator ſit Dominus mundi?*
14. *Votum plenæ congregationis avulſarum ab Imperatore ditionum & regnorum.*
15. *De S. Rom. Imp. Statibus.*
16. *De Principibus Electoribus.*
17. *Originem Electorum incertam eſſe.*
18. *Eorum jura & potentia quando creverint.*
19. *Aliqua Electorum prærogativa.*
20. *Jura Electoris Moguntini.*
21. *Officia Archicancellariatûs Trevirenſis & Colonienſis hodiè non exerceri.*
22. *Præter hos tres Electores dari etiam alios multos Epiſcopos, qui ſimul ſint Principes Imperii.*
23. *An poteſtas Eccleſiaſtica cum temporali in eodem ſubjecto ſubſiſtere poſſit?*
24. *Status omnes Imperii dividi in Eccleſiaſticos & Seculares, nec non tria Imperii Collegia.*
25. *Quot ſint Imperii Romani circuli, & quæ Statuum Imperii requiſita ſeu notæ?*
26. *An aliquis immediatus eſſe poſſit, licet non ſit Status Imperii? & quid de immediatâ nobilitate equeſtri?*
27. *Enumeratur Status Imperii tam Eccleſiaſtici, quàm Secularis.*
28. *An adhuc hodiè & quænam detur Servitus?*

CÆſaris nomen primo Romanorum Imperatori Julio datum, ex Hiſtoriis habemus. Originem nominis varii variam ſcribunt. Vel enim ab oculis cæſiis, vel à capillitio, quod Cæſariem vocamus, cum quâ natus perhibetur, vel quod cæſo matris utero extractus fuerit, vel denique quod occiderit Elephantem, qui Punicâ linguâ Cæſar dicitur, ut autumat, *Spartianus*. Quicquid ſit, à Julio Imperatore alii quoque Cæſares appellari voluerunt, & primus poſt illum Auguſtus, quem ipſe adoptaverat, hoc nomen aſſumſit, licet Aulus Vitellius Imp. Cæſar appellari nunquam voluerit, Sueton. *cap. 8.* Poſteà quoque filii Cæſarum, qui ad re-

 gnum

gnum deſtinabantur, dicti ſunt Cæſares,
Tacit *lib. 1. annal.* & fœminæ Cæſariſſæ
appellatæ, *Diacon. lib. 17.* ſicque Cæſa-
ris nomen nota ſupremæ dignitatis in
hunc usque diem manſit.

2 Haud multùm diſpari ratione Impera-
toris nomen invaluit. Nam priſco mo-
re hoc ſibi nomen aſcivit, qui bello hâc
appellatione dignum aliquid geſſiſſet,
unde aliqui ſæpiùs, & quoties id videban-
tur meriti, Imperatores nuncupati, velut
Titus decimùm quintùm, Octavius ſe-
mel & viceſies Imperator appellatus eſt,
donec poſtremò Imperatoris titulus ſoli
tributus eſt Cæſari, tanquam ſummi Im-
perii cognomen, vid. Knich. *de jure ter-
ritor. c. 1. n. 100. & ſeq.* nimirum inter
Principatus primum ſibi locum ven-
3 dicat Imperii Romani decus, quod ſub
ſe Principes tam ſublimes habet, quàm
Romani veteres, quibus inſtrumenta ſer-
vitutis & reges fuêre. Venerantur co-
miter Imperatorem Romanum omnes ex-
terni Reges, Principesque, inter quos
etiam eminet tanquam inter ignes luna
minores, imò & ipſos Reges creat. Sic
Otto II. Imp. Boleſlao Poloniæ Principi
Regiam dignitatem tribuit, Schleidan.
*lib. 3. de Monarch.* Henricus V. Bohemiæ
Ducem Regiis inſignibus decoravit. Fri-
dericus I. Canutum Daniæ Ducem Re-
gem conſtituit, & Hungariam & Sardiniæ
inſulam in regnum commutavit, Trith.
*c. 17.* Superiore ſæculo Carolus V. Imp.
Florentinam Rempubl. ad Medicæos, &
Auguſtam aliasque Imperii Civitates ad
Senatum transtulit, Sur. *in commentar.
rer. in orbe geſtar. fol. m. 330.* Hinc om-
nes Imperatori Reges meritò aſſurgunt,
quorum videlicet anteceſſores ipſe coro-
nis decoravit. Licet enim ex vulgatâ Po-
liticorum Regulâ, alii tantùm in ſuò vi-
deantur poſſe territorio, quantùm Im-
perator in univerſo poteſt Imperio, Re-
ges tamen creare illis paritas interdicit,
quia ſui ſimiles efficere non poſſunt, Ro-
ſenth. *c. q. 15. in not. gl. c.* Itaque apud
Imp. Romanum eſt culmen & apex ſe-
cularis Juridictionis, *l. 1. & t. t. ff. ad l:
Jul. de ambit. Nov. 15. l. 1. §. initio 4. ff.
de off. præf.* fons & ſcaturigo Juſtitiæ & om-
nium dignitatum, *Clement. un. de probat.*
unde omnes dignitates, juriſdictiones,
regalia, præeminentiæ, tanquam ab O-
ceano, per conceſſiones, inveſtituras, con-
firmationes, vel mediatè vel immediatè
profluunt, & ad eundem per appellationes,
ſupplicationes, reviſiones, reſtitutiones,
querelasque nullitatum recurrunt. Hinc
Auguſtiſſimus dicitur Imperator, & cul-
men regalium dignitatum, *l. 7. C. de ma-
leſ. & Mathem. l. 3. C. de quadrien. præ-
ſcr.* nec non ſanctiſſimus, ejusque reſpon-
ſum cœleſte oraculum, *l. neminem. ubi
gl. C. de SS. Eccleſ. l. Titia. 34. §. fin. de
leg. 2.* Potentiſſimus, nòn ſolùm per præ-
excellentiam & potentiam propriam,
ſed & quia potentiſſimi Reges, ut Hi-
ſpanus, ratione Ducatus Burgundiæ, Da-
nus, ratione Ducatus Holſatiæ, Rex Sue-
ciæ ratione Pomeraniæ illum ſuperiorem
recognoſcunt, quapropter etiam à Tur-
carum Imperatore der Gewaltigſte unter
den Potentaten Jeſu ſalutatur. Hæcque
ſummæ poteſtatis nomina rectè Impera-
tores accipiunt, utpote quibus res ipſa
eadem tribuit. Sic ſoli Imperatores Ro- 4
mani in Germaniâ etiam ab exteris Re-
gibus, & in Receſſibus Imperii titulo
Majeſtatis honorantur, ut illud Imperii
monſtrum Hippolitus à lapide, malè hoc
pro nudo antiquitatis veſtigio & inani
ſimulacro haberi velit. Siquidem nec
poteſtas Imperatori deeſt, nec autoritas,
in quibus Majeſtatis culmen præcipuè
conſiſtit, Beſold. *de Majeſt. in genere. c.
2. in pr.* quis enim exterorum coaduna-
tam Imperii Romani potentiam non re-
formidat?

Hinc Majeſtatem qui dixerit eſſe po- 5
teſtatem Divinæ ſuccedaneam, quamvis
homo eam obtineat, non erraverit: nem-
pe ut admoneantur exindè Principes ſui
officii, quòd nimirum Dei ſint miniſtri,
ejusque clementiam, Juſtitiam & bene-
ficentiam ſequi debeant, *auth. habitâ,
ibi: & nobis ejus miniſtris. C. ne filius
pro patre. l. 1. & 2. in pr. C. de off. Præf.
Præt. Afric.* ubi Imperator ſe ultimum Dei
ſervum vocat. Licet aliàs Majeſtatem,
ut cælo delapſam finxerint Poëtæ, ac ut
Deam, honoris & reverentiæ filiam co-
luerint priſci. Ovid. *lib. 5. Faſtor.*

*-- Honos, placidoq; decens reverentia vultu*
*Corpora legitimis impoſuêre thoris.*
*Hinc ſata Majeſtas, quæ mundum temperat omnem,*
*Quâque die partu eſt edita, magna fuit.*

Unde porrò Divinæ appellationes ortæ,

relatio in numerum Deorum, educatio in Jovis ſinu & ulnis, quæ omnia relinquimus Ethnicis. Illud tamen veriſſimum eſt, ſemper ferè ultrà ſortem aliorum hominum exaltare Deum indolem & ingenia Principum, & præſentiſſimis periculis & inſidiis Divinam illis opem præſtò eſſe, Camerar. *cent. 2. c. 7.* id quod ſine ullo alio teſte Auguſtiſſima Domus Auſtriaca, atque Invictiſſimus Imperator noſter Leopoldus quotidianis exemplis demonſtrat. Ad hoc etiam Argumentum Majeſtatis & prærogativæ Principum à nonnullis adducuntur virtutes, in morbis quibusdam ſanandis Divinitùs ipſis conceſſas. Ita Reges Hiſpaniarum hæreditariâ quadam virtute Dæmones à corporibus fugare, refert Tapia *in rubr. tit. ff. de Conſtit. Princ. c. 1. n. 3.* Reges Galliæ ſtrumis laborantes ſolo tactu curare, Kornman. *de mirac. viror. fol. 214.* Anglos ab Eduardo S. peculiarem morbos ſanandi poteſtatem accepiſſe, narrat Georg. Lilius *in Chronic. Anglor. Reg. A. C. 1043.* Pyrrhum Regem Epirotarum in dextro pede habuiſſe pollicem, cujus tactus lienoſos curaverit, & qui cremari cum reliquo corpore non potuerit, Kornman. *c. loc.* ubi etiam addit, Veſpaſianum tactu & ſalivâ varia morborum genera curâſſe. Hanc tamen Veſpaſiani medelam præſtigiis Diabolicis adſcribit Belarmin. *lib. ult. de Eccleſ. c. 14. in fin.* & extra Medicorum peritiam, virtutem ſanandi morbos, Sacræ paginæ Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus tribuunt.

6 Nos Majeſtatem in Auguſtiſſimo Romano-Germanico veneramur, tanquam poteſtatem ſummam, amplitudinem, decus, Imperium, dignitatem perſonæ eminentioris & ſanctioris: quâ nihil in terris majus habetur aut ſanctius, *l. ult. C. de ll.* Quamvis enim aliis quoque Regibus Majeſtas attribuatur, & hoc ipſum Pacis Inſtrumentum edoceat, ipſi tamen illi Reges Imperatorem titulo Majeſtatis comiter in literis ſuis honorant; Imperator eundem nemini attribuit, ut ipſius honor omnium honoratiſſimus maneat, *Theſ. Baſileenſ. vol. 2. diſp. de ſecurit. th. 151.* & fortuna Imperialis ſuprà omnes alias emineat, *l. cum multa. in fin. C. de bon. quæ lib. Nov. 30. in præf.*

7 Quidni ergò Monarchicum ſit Imperatoris Auguſtiſſimi Imperium, qui omnium Statuum & Principum Imp. dicitur Dominus Clementiſſimus, *R. I Auguſtan. Anno 1525. in pr.* cui omnes & ſinguli Status obedientiam & ſubjectionem debent, *Conſtit. Imp. de anno 1521. tit.* von Handhabung deß Fridens. *tit 21. §. 4.* cui titulus Majeſtatis paſſim in Legibus noſtris tribuitur, *l. Imp. §. 1. de hæred. inſtit. l. famoſi. 7. §. hoc tamen. 3. ad l. Jul. Majeſt. l. 4. C. de ll. l. Imperialis 12. in pr. & fin. C. eod. l. fin. C. de don. int. vir. & uxor. Proœm. Inſt. in pr.* Nam quod quidam mixtum eſſe Imperii Romani Statum ex Monarchiâ & Ariſtocratiâ contendunt, imò alii aſſerunt nullam Reipublicæ puram formam ſine temperamento unquam extitiſſe, Kirchen. *diſp. de republ. 3. coroll. ult.* Conzen. *1. polit c. 14. §. 3.* id facilè largiri poſſumus, ſi tamen à prædominante fiat denominatio, *arg. l. quæritur. de ſtatu hom. l. 2. fin. ff. ad. l. Aquil.* cùm mixta contineantur ſub ſimplicibus, præſertim iis, quorum naturam magis participant. Quis verò dubitat, Monarchicum Imperium & Majeſtatem, per L. Regiam in Imperatorem fuiſſe translatam? De præterito autem præſumitur in præſens, & quod revocatum non eſt, cur non adhuc durare dicatur? Si Majeſtatis titulum ſaltem reſpectu Imperii Imperatori tribui arbitratur, propriâ verbi ſignificatione, & ipsâ rei evidentiâ confundentur. Quatuor enim tam ſacra quàm profana pagina recenſet Imperia Monarchica, quæ per 4. beſtias, quas Daniel *cap. 7.* per ſomnium vidit, denotantur, Aſſyriorum nempe, Perſarum, Græcorum & Romanorum. Et quicquid adferant de temperatâ hodiè magis per Capitulationes Cæſareas & Conſtitutiones Imperii Romano-Germanicâ Monarchiâ, nunquam tamen evincent, quod Monarchia non prævaleat, & à parte prævalente denominatio ſit deſumenda. Quam ſententiam poſt præſtantiſſimos JCtos & Politicos defendit Reinking. *de reg. ſec. & Eccleſ. lib. 1. cl. 2. c. 2. n. 25. & ſeqq.* & noviſſimè Herman. Herm. *in faſcic. jur. publ. c. 3. n. 7.* & plura huc pertinentia videri poſſunt ſuprà *tit de Legib.*

Variis autem modis ad culmen Imperiale aſcenditur. Alii vi obtinuerunt illud, ut Julius Cæſar, alii adoptione pri- 8



Digitized by Google

vatâ, ut Auguſtus, alii militum electione, ut Septimius Severus. Tiberius Caligula hæredem potentiæ reliquit. Galbæ Piſonis, Nervæ Trajani & Adriani adoptio lege curatâ robur accepit, iisque annulus in ſpem ſucceſſionis eſt datus. Inſuper Auguſti & Cæſares dicti ſunt, quia Imperio deſtinati, nec non nobiliſſimi Principes, quod nobilitate ſuprà cæteros extollerentur. *Hodiè* in Imperio Romano-Germanico Imperator eligitur aut eo vivo ſucceſſor deſignatur ſuffragiis Principum Electorum, quem Regem Roma-
9 norum Aurea Bulla appellat. Præfertur enim in Imperio ſucceſſioni Electio, & majoris eſſe libertatis videtur, ſi Princeps eligatur, quàm ſi hæreditariæ ſucceſſionis jure ad Imperium perveniat. Nam Tacitus *lib. 1. hiſtor.* ait, loco libertatis eſſe, ſi Princeps eligatur, cùm, qualis futurus ſit, eligentium conſenſu monſtretur, & facilius legibus Imperii ſe ſubmittat, non contemnens eos, quos infrà fortunam ſuam poſitos videt. Cæterùm licet ſubditi mutationibus electionis aſſueti, haud raró ſibi perſuadeant, Imperatorem alium, aut alterius ſtirpis fore meliorem, jam tamen in Regibus Francorum id obſervatum, ut niſi graviſſimas ob cauſas à ſanguine defuncti Regis haud quicquam diſcederetur. Quamorbem quoque longâ jam annorum ſerie Electoribus viſum, Auſtriacis Archiducibus Imperium committere.

10 Unde, res admiranda, ait Lipſius, ex unâ domo Auſtriacâ tredecim Imperatores intra trecentos ſexaginta annos orbi Chriſtiano affulſiſſe, atque in ſanguinis & natalium ſerie, ſine ullo fulcro adoptionis. Quid in omni retrò Principum claſſe ſimile? duo, tresve in unâ domo & vix fuerunt, in primâ ipſâ Julii, nec ultra ſextum etiam adoptio prorogavit. Iterum dico mirandum, & quidni à Deo tacita vox & teſtimonium, datam hanc familiam, & demiſſam è cœlo in terram eſſe, ad imperia terrarum, & fidei Catholicæ antemurale?

Auguſtiſſimâ namque familiâ Auſtriacâ nulla fuit Imperatorum fertilior, quæ nobis jam redecim Cæſares dedit. Rudolphum I. Albertum I. & II. Fridericum IV. Maximilianum I. Carolum V. Ferdinandum I. Maximilianum II. Rudolphum II. Matthiam I. Ferdinandum II. Ferdinandum III. & modò glorioſè regnantem Auguſtiſſimum Imperatorem Leopoldum, cui Deus victorias & triumphos! Quod enim de Tito Imp. hiſtoriæ produnt, *eum nihil cuiquam, quod concedi fas eſſet, abnuiſſe, quaſi neminem oporteret à Principe triſtem diſcedere.* Quod Imp. Trajanus comitate, juſtitiâ, liberalitate inter omnes eminere dicitur, *quod talem ſe præbuerit privatis Imperatorem, qualem erga ſe eſſe Imperatorem privatus ipſe optâſſet.* Quod Imperatori Antonino probitas & modeſtia Pii cognomentum fecit, à quo vox Imperatore digniſſima ſemper audita eſt: *Malo unum civem ſervare, quàm mille hoſtes perdere:* quod Aurelius Antoninus Imp. *nunquam vultum gaudio vel mærore mutavit*, nec ad ullam inſolentiam in Imperii faſtigio ſeſe extulit: quod Alexander Severus Imp. omni virtutum genere enituit, præſertim juſtitiâ, cujus ſolennem vocem adeò amplexatus eſt, ut & in vindicandis injuriis uſurpârit: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Omnes iſtæ virtutes & merita, omnes laudes & encomia in Auſtriacis Impp. cumulatè concurrunt. Nihil enim in his Imperatoribus non magnum fuit atque auguſtum, utpote quibus pietas, & cultus SS. Euchariſtiæ dicitur jeciſſe Imperii fundamenta, ut accidit in Rudolpho primo; Qui cum Aquiſgrani in Cæſarem inauguraretur, aurea crux decuſſatis utrinque radiis delineata, ſtellulisque veluti picta & illuminata, ſuprà Rudolphi coronati caput in ipſâ inauguratione irradiavit, & cùm manui ſceptrum non occurreret, arreptâ cruce, Piiſſimus Imperator; en, inquit, ſceptrum, in hoc Comes Habſpurgenſis regnabit! Ex his ego, Politicis interrogantibus, quid S. R. I. Electores moverit, quod à tot jam annis continuâ ſerie Auſtriacis Archiducibus commiſerint Imperium, jam ſatisfactum eſſe exiſtimo, cùm omnes hîc qualitates concurrant, quas Politici de Perſonâ in Imperatorem eligenda paſſim requirunt.

Hinc non abs re futurum arbitror, ſi modum ac rationem eligendi ac coronandi Cæſaris, quæ antiquis legibus conſtituta, ac referente Laur. Beyrling. *in Theat. vit. human. lit. C. verbo Cæſar* apud

Digitized by Google

pud Auguſtiſſimum Imp. Matthiam glorioſ. mem. obſervata fuit, oculis ſubjiciam. Igitur ad 20. diem Maij menſis anni 1612. Francofurtum convenerunt Reverendiſſimi ac Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Joannes Suicardus Moguntinus, Archicancellarius per Germaniam, Ferdinandus Colonienſis, Archicancellarius Imperii per Italiam, Principes Electores, eodemque die Illuſtriſſimi Principes, Joannes Comes Palatinus Rheni, Bavariæ Dux, Adminiſtrator & Tutor Electoralis Palatinus, itemque Joannes Georgius Saxoniæ Dux, Magnus Imperii Mareſchallus Vicarius Imperii vacantis ex Legibus Bullæ Aureæ. Sequente die Lunæ urbem ingreſſi ſunt Reverendiſſimus Princeps Lotharius Archiepiſcopus Trevirorum, Archicancellarius per Galliam & Arelatenſe regnum, itemque Legatus Illuſtriſſimi Principis Joannis Sigismundi, Marchionis Brandenburgenſis, Magni per Imperium Camerarii, Electoris, Ducis Pruſſiæ, &c. Die autem Maij 23. adfuit Sereniſſimus, Potentiſſimusq; Princeps Matthias II. Ungariæ & Bohemiæ Rex, Archidux Auſtriæ, ingreſſusque eſt urbem magnifico cum apparatu & exquiſito ſplendore, ſtipatus à centum Equitibus Sclopetariis. Omnes hi Principes à Civibus Francofurtenſibus honoris ergò obviam profectis honorificè excepti, inque urbem more veteri deducti ſunt.

Ergò Electores, Moguntinus, Trevirenſis, Colonienſis, itemque Tutor Palatini Principis, Dux Saxonum, & Legatus Marchionis Brandenburgici, cum Francofurti eſſent, aliquoties in Curiâ Oppidi convenerunt, in Palatio ei rei deſtinato, collocata inibi cernuntur ſeptem ſedilia, tecta nigro panno holoſerico, impoſitis totidem pulvinaribus, in quibus Principes Electores cum Legato Brandenburgico eo ordine conſederunt, ſi à manu dextrâ incipiamus. Primò aſſedit Palatinus, poſt eum Rex Bohemiæ, deinde Archiepiſcopi, Moguntinus, Trevirenſis, Colonienſis, Saxoniæ Dux, poſtremò Legatus Brandenburgicus. In medio poſita erat menſa oblonga, tecta & ipſa holoſerico, cui aſſidebant Cancellarii, & qui erant à ſecretis & epiſtolis horum Principum; in ſubſelliis poſt Principes locatis ſedebant eorum Conſiliarii. Propoſitis ad deliberandum variis rebus, prima conſultatio fuit de juramento, quod ex lege Carolinâ cives Oppidi Electoribus præſtare tenentur. Hoc igitur cum Principes Electores à Magiſtratu oppidano exegiſſent, juſſi ſunt omnes peregrini urbe exire, qui non erant ex comitatu & familiâ Electorum: Civibus autem militibusque præſidiariis, præeunte ſono tympanorum & voce præconis, dictus fuit dies ad conveniendum, 26. Maij. Qui ubi adfuit horâ unâ ante tempus prandii, Principes Electores convenêre in ſuperiore cœnaculo Curiæ, conſederuntq; in ſedibus holoſerico coopertis, eo quem ſupra commemoravimus ordine, erantque ſedilia collocata in eâ pavimenti parte, quæ circiter pedem unum altius eminebat. Comparuit hîc Senatus Urbis primòque Senatores juramentum dixerunt eâ formulâ, quam recitabat Archiepiſcopi Moguntini Libellorum Supplicum Magiſter, in hunc ferè modum. Debere Senatum Populumque Francofurtenſem primum omnium fidelitatem juramento promittere Reverendiſſimo Principi Joanni Suicardo, Archiepiſcopo Moguntino, ſuo cæterorumque Principum Electorum nomine, in quorum numerum etiam veniant Adminiſtrator Palatinus & Legatus Brandenburgicus, Senatum Populumque Francofurtenſem ſummâ fide & diligentiâ ſecuritatem præſtituros omnibus & ſingulis Electoribus, daturosque operam, ut ſi fortè orto inter ipſos diſſidio ſimultates naſcantur, ne unus alteri noceat, ſive clàm & aſtu ſive palàm: néve quis ipſis aut eorum miniſtris ac Clientibus ullo modo in damno ſit, aut eos, quos ſecum adduxerunt, quorum numerus ad ducentos equites accedat, ullo pacto lædat, ſub comminatione pœnarum lege Carolinâ ſecùs facientibus propoſitarum. Deinde ne permittant quenquam mortalem, quicunque tandem is ſit, urbem ingredi, præter tabellarios, aut miniſtros Electorum, donec electio duret: quin & eos qui vel cum ipſis Electoribus, vel ante aut poſt ingreſſi fuerint, diligenter perquiſitos civitate exire jubeant, omni profligatâ morâ, cunctantes verò vi cogant, gravibus denunciatis pœnis.



Digitized by Google

Juravit ergò Senatus publicè, magnâ hominum aſſiſtente multitudine, ad eum modum, uti Cancellarius Moguntinus propoſuerat. Hoc facto adminiſtrator Palatinus & Legatus Brandenburgicus, cùm ſurrexiſſent de ſellis, ad proximi palatii feneſtram acceſſerunt, ut viderent multitudinem civium, qui convenerant ante curiam urbis, ut ſuperiore die juſſi fuerant, præſtituri & ipſi juramentum. Alio in loco convenerant præſidiarii, hi & ipſi pulchro ordine in forum deducti, cùm in orbem conſtitiſſent, juraverunt fidelitatem ex formulâ, quæ propoſita fuerat, ſpectantibus Principibus Electoribus. Iis qui ſequebantur diebus aliquoties in eodem loco convenerunt Electores, cumque de variis rebus deliberaſſent, poſtremò 13. Junii diem electioni nominaverunt, quem & obſervaverunt, ut patebit in ſequentibus.

Ad 2. Junii menſis Senatus Francofurtenſis ad tympanorum ſonitum denuò per præcones proclamari juſſit, ut omnes ac ſinguli peregrini, qui non eſſent è comitatu Electorum, nec civitati juramento devincti, urbe protinus exirent, quo facto à meridie omnes civitatis portæ occluſæ ſunt.

Et jam decimus tertius Junii dies aderat, cùm ad electionem Regis Romanorum perventum eſt. Primò cives univerſi cum armis in diverſis urbis compitis comparere juſſi ſunt, inprimis illi, qui à Curiâ oppidanâ usque ad D. Bartholomæi ædem longo ordine ex adverſo conſtiterant, eleganter exornati omnes. Hinc per mediæ horæ ſpatium auditus fuit ſonus ingentis campanæ: quæ non, niſi ſubitaneis, gravibusque caſibus, aut cùm cives ad arma vocantur, pulſari ſolet. Poſt horam ſeptimam convenère Electores in Curiâ, ad quam acceſſerant in equis exquiſito ornatu: ibi ferè dimidium horæ abſumptum eſt, dum habitu Electorali ex antiquo more induuntur, quem cùm ſumpſiſſent, prodeuntes ex diverſis locis convenère in Palatio. Octava cùm audita fuiſſet, deſcendentes de Curiâ, conſcenſis aſturconibus hoc ordine verſus ædem D. Bartholomæi perrexerunt. Præcedentem magnum Nobilium & Conſiliariorum, ut & miniſtrorum Electoralium numerum, ſecuti ſunt inſidentes equis duo Mareſchalli, Moguntinus, & Trevirenſis, quorum nomina erant Joannes Philippus ab Hoheneck & Melchior ab Eltz, præferentes ſinguli ſingulos gladios vaginis deauratis conditos. Poſt hos ibant duo Archiepiſcopi Moguntinus & Trevirenſis veſtiti habitu Electorali, togis inquam purpureis, muris pontici pellibus ſubductis, & prætextis. Hos ſequebantur iterum duo Mareſchalli, Colonienſis & Bohemus, ferente unoquoque eorum gladium, Colonienſis quidem ſuum condiderat vaginâ deauratâ, Bohemus autem tectâ rubro holoſerico, Deinde viſebantur Ferdinandus Archiepiſcopus Colonienſis, dextrum: & Matthias Bohemiæ Rex ſiniſtrum obtinens latus veſtiti eodem modo, ut duo priores, præterquam quod Bohemiæ Rex coronam Regiam auream pileo Electorali impoſuerat. Hinc equitâbant duo alii Mareſchalli, Pleicardus ab Helmenſtat, pro Palatino Principe, & Maximilianus Baro de Pappenheim pro Electore Saxoniæ, ferentes & ipſi manibus gladios vaginis deauratis conditos. Poſt hos ingrediebantur Joannes Comes Palatinus Rheni, Tutor & Palatinatûs adminiſtrator, ad dextrum, Joannes Georgius Saxoniæ Dux in medio, Adamus verò Baro de Putlitz ad ſiniſtrum latus, quia erat Legatus Electoris Brandenburgici. Et Palatinus quidem atque Saxo eodem modo veſtiti conſpiciebantur, togis ac pileis purpureis Electoralibus, ut priores Electores. Legatus autem uſitato ſuo videbatur indutus habitu nigro, nec præferebatur ei gladius, eò quòd Elector Brandeburgicus ipſe non eſſet præſens. Hoc ordine ingredientes, ſtantibus ab utroque latere armatis civibus poſtquam ad D. Bartholomæi templum prævenifſent, quod eſt elegans & pulchritudine conſpicuum, in modum crucis exædificatum, junctâ ei ad Septentrionem turri altitudinis & firmitatis conſpicuæ, deſilientes ab equis ipſam ſacram ædem ingreſſi ſunt. Stabant in Theatro extemporaneo ligneo tubicines Electorum, magno numero, qui ſub adventum Principum jucundo concentu clanxerunt tubis interboante tympanorum æneorum ſonitu, quæ harmonia duravit, donec Electores Chorum templi ingreſſi fuère, quæ pars ædis cor-

tinis,

tinis; peripetaſmatis, & ſtragulis, pictaque tela magnificè exornata erat. Sedilia Principum holoſerico atro operta viſebantur, impoſitis ejuſdem coloris pulvinaribus, exceptâ Sellâ Regis Bohemiæ, quæ panno aureo magni pretii tegebatur. Conſedêre Electores in ſuâ quiſque Sede hoc ordine. Moguntinus, Bohemus, Palatinus ad dextrum adytorum latus: Colonienſis, Saxo, Legatus Brandenburgicus ad ſiniſtrum. In medio è regione Aræ Summæ ſedebat Archiepiſcopus Trevirenſis. Hos Principes ingreſſos Chorum, ſecuti ſunt quidam è Conſiliariorum & Clericorum numero, poſt quos Mareſchallus à Pappenheim clauſit oſtium. Confeſtim auditus eſt organorum muſicorum ſonus, cantorumque Pſalmodia, concinentium Hymnum, Veni Creator Spiritus: ut totum templum jucunda compleretur harmonia. Inde Suffraganeus Moguntinus ad aram accedens, Miſſæ Sacrificium exorſus eſt: Palatinus autem & Saxo, & Legatus Brandenburgicus, cùm diverſam à Romanâ profiterentur Religionem, omiſsâ miſsâ cum ſuis in conclave Electionis ſe receperunt, donec Sacrum illud peractum fuiſſet, poſteà reverſi ſunt ad ſua ſedilia. Finito concentu muſico Electores cum Legato ad ſummam aram adducti ſunt, quiſque per ſuum Mareſchallum prælato gladio vaginâ condito, præter Legatum Brandenburgicum, ubi præſtiterunt juramentum ſecundùm legem Carolinam, ad hunc modum. Quilibet eorum conſcenſo ſummo gradu Altaris convertebat ad aſſiſtentes faciem; ibi Moguntinus conſiſtens, medius inter duos Collegas verba faciens, monuit eos de præſtando juramento, quod electionem ex more præcedere deberet. Ipſe primus juravit in manus Electoris Trevirenſis, poſt cùm idem ab alijs exegiſſet, formulamque Sacramenti prælegiſſet, juraverunt omnes ordine, Archiepſcopi quidem impoſitâ manu pectori: Cæteri Principes in librum Evangeliorum. Idem Moguntinus cùm hæc facta fuiſſent, poſtulavit duos Notarios, qui hujus rei documenta ſcripta conficerent, quod cùm fieret, omnes Nobiles cæterique, qui adſtabant per Tabelliones rogati ſunt, ut rei geſtæ teſtes eſſe vellent.

Poſteà Electores reverſi ad ſua ſedilia, conſedêrunt. Ibi cùm denuò Pſalmi aliqui decantati fuiſſent, cum hymno illo, quem ſupra commemoravimus: in conclave electionis itum eſt, quæ eſt camera auguſta in longum porrecta, juncta Choro Templi versùs meridiem, ubi erat ara eleganter exornata, ipſum verò conclave pictis deauratiſque telis opere Phrygio ſive periſtromatis Babylonicis undique tegebatur. Hoc igitur in loco factum eſt initium electionis. In medio templo, loco admodum edito, rectà verſus Chorum, quâ per feneſtram patent interiora adytorum theatrum excitatum erat pro Friderico, Juniore Principe Palatino; Electoratûs hærede, itemque pro Reginâ Bohemiæ ejuſque Gynæceio, unde ſpectari commodè omnia poterant, quæ agebantur, tam intra, quàm extra Chorum.

At Principes Electores cùm aliquamdiu in Conclavi fuiſſent, & duabus vicibus ad ſe vocâſſent Conſiliarios ſuos Notarioſque, tandem unanimi conſenſu ſuffragia tulerunt, egreſſique ſunt è camerâ, in quâ paulò plus unâ horâ hæſerant. Hoc autem ordine exiverunt. Primò Archiepiſcopus Moguntinus ſolus ivit: poſt hunc duo Collegæ Colonienſis & Trevirenſis, & in medio eorum Matthias Panonum Bohemorumque Rex, electus Romanorum Imperator. Secuti ſunt tres reliqui, Palatinus, Saxo, Legatus Brandenburgicus. Inde rurſus auditus eſt tubarum tympanorumque mixtus ſonus, intercedente campanarum murmure ab omnibus turribus, & horribili machinarum ænearum boatu, quæ in publicæ lætitiæ ſignum à Vallo & munitionibus Urbis explodebantur. Matthias Rex deductus eſt ad ſummum Altare, quò cùm perveniſſet, ſubſedit in genua ad imum gradum, oranti ſimilis, Electores autem ei adſtabant ad utrumque latus, accinentibus Sacerdotibus muſiciſque: *Adjutorium noſtrum in nomine Domini*, cum Pſalmo, *In virtute tuâ lætabitur Rex.* Inde recitatæ gratiarum actiones, preceſque fuſæ pro novo Rege Romanorum, quibus finitis Rex ab Electoribus in aram ſublevatus conſedit interim dum canitur Hymnus, *Te Deum laudamus*, variantibus inſtrumentis & ratione concentus

tus trifariam. Primò ſonabant organa, deinde cantores, tertiò tubicines Principum. Finierant Muſici, cùm repentè patuit janua, quæ ad dextrum latus Chori erat, & Electores depoſitum ab Altari Regem deduxerunt extra Chorum ſuper theatrum in eos uſus excitatum, penſile, quod undique pretioſis ac verſicoloribus peripetaſmatis tegebatur, in quo poſita erant ſeptem ſedilia holoſerico nigri coloris tecta, pro totidem Electoribus. In medio horum eminebat cathedra pedem unum altior cæteris, cooperta panno aureo, in quo conſedit novus Imperator medius, & ad dextram ejus Moguntinus & Palatinus. Ad ſiniſtram Colonienſis, Saxo & Brandenburgicus: Trevirenſis autem ex adverſo. Palatinus manu tenebat Pomum aureum Cruce inſignitum: Saxo Gladium: Legatus Brandenburgicus Sceptrum. Intereà dum unusquiſque Electorum convenientem dignitati ſuæ ſellam occupat, tubarum tympanorumque mixtus ſonus omnia complet, quo ceſſante, Reverendiſſimus D. Georgius Fridericus Greifenclavv de Volrhat, Præpoſitus Moguntinenſis & VVormatienſis, Matthiam Regem, electum Imperatorem pronunciavit his ferè verbis: Notum haud dubiè eſſe omnibus, quòd morte Rudolphi II. Imperatoris, felicis memoriæ, Imperium Romanum deſtitutum fuerit capite. Reverendiſſimos igitur, & Illuſtriſſimos Principes Electores cum Legato abſentis, obſervatâ Lege Carolinâ, & habitâ ratione ſalutis publicæ, eo nomine conveniſſe, ut aliud caput eligerent, ad gloriam & honorem Omnipotentis Dei, ad utilitatem & augmentum Imperii, totiusque adeò ſalutem Orbis Chriſtiani. Elegiſſe igitur concordibus ſuffragijs Sereniſſimum Potentiſſimumque Principem ac Dominum Matthiam II. Hungariæ, Bohemiæque Regem, Archiducem Auſtriæ, eumque creâſſe Regem Romanorum, futurum Imperatorem Auguſtum. Hæc ſe multitudini adſtantium Electorum nomine renunciare, eo fine, ut unusquiſque Electo convenientem obedientiam, & debitum honorem præſtandum eſſe noverit.

Factâ hâc denunciatione iterum ſonuerunt tonueruntque tubæ ac tympana, citato ingentis lætitiæ ſonitu, & Electores cum novo Romanorum Rege de Theatro deſcenderunt: Præibat Trevirorum Archiepiſcopus: ſequebantur deinde tres Collegæ, Palatinus aureum Globum ferens à dextro, Saxo cum Enſe in medio, Brandenburgicus cum Sceptro à ſiniſtro incedens latere. Poſt hos ibat Matthias Rex Romanorum, Hungarorum, Bohemorum, & ultimo loco duo Archiepiſcopi, Moguntino dextrum, Colonienſi ſiniſtrum obtinente latus.

Hâc pompâ Templo exiverunt, conſcenſisque equis ante majorem Baſilicæ portam, eodem ordine, quo diximus, novum Imperatorem deduxerunt ad Palatium, quod ei in urbe paratum fuerat, Francofurtenſes appellant illam domum Groß Braunfels. Principes autem præcedebantur à multis Illuſtribus Nobilibusque Viris, quorum primi erant è Comitatu Matthiæ Regis: quos ſequebantur Miniſtri Ducis Saxoniæ deinceps cæterorum Electorum mixtim. Tibicines omnia loca alacri concentu implebant, ut tympana percuſſa militariter. Poſt hos ibant Conſiliarii Electorum, ipſique Principes, cum Cæſare recens electo, omnes, eo, quem commemoravimus, ordine. Et hâc ratione Matthias II. Pannoniæ Bohemiæque Rex unanimi Principum Electorum conſenſu Imperator creatus, ingentique cum lætitiâ ab univerſis agnitus receptusque eſt caput Imperii Romani.

Quamquam autem omnis electionis ſolennitas eo quem diximus modo finita fuerit, Electores tamen reverſi ad Curiam Urbanam denuò convenerunt, cùm expediendæ adhuc reſtarent maximi momenti deliberationes, quæ totius Imperii concernebant incolumitatem. Quod ſuperat temporis datum eſt lætitiæ, feſtivitati, epulis, ludisque ac hilaritati nemine parcente ſumptibus, nec huic rei Electores ſolùm operam dabant, ſed & alii Principes ac Dynaſtæ, qui ſtatim peractâ Electione magnâ frequentiâ ingreſſi fuerant civitatem. Conviviorum apparatum excepit ludorum varietas, decurſus equitum pro brabeio, congreſſus virorum fortium in Hippodromo, ludi præterea hiſtrionum, mimorum, gladiatorum: duraveruntque hæc velut Saturnia, usque dum novus Imperator Diademate Cæſareo cingeretur, quod & ipſum feliciter perfectum eſt die Dominico ad XXIV. Junii anni currentis 1612.

Mate

Sequitur actus Electionis & Coronationis Auguſtiſſimi Imperatoris Leopoldi, *ex Theatro Europæo Tom. 8. fol. 478.*

ZU der bevorſtehenden Kayſerlichen Wahl Leopoldi I. wurde der 8te Julij anno 1658. beſtimmet / zu welchem Ende Chur-Sachſen / Krafft dero tragenden Ertz-Marſchallen-Ambts / eine Policey und Tax-Ordnung publiciren laſſen / was geſtalten man ſich Zeit wehrender Wahl verhalten ſolle; und wurde die Capitulation der Königlichen Majeſtät ad ratificandum & ſubſcribendum vorgelegt / welche ſie aber vorhero mit dero geheimen Räthen reifflich Beratſchlaget. Vor dem Wahl-Tag wurden alle Frembde auß der Statt geſchafft / auch nahmen der Königl. Spaniſche / Frantzöſiſche / Schwediſche und andere Geſandten ihren Abzug / und wurden den 7. Julij alle Thor und Pforten geſperret / deß anderen Tags als den 8. Julij umb 9. Uhr begaben ſich die ſambtliche Anweſende Herren Churfürſten / wie auch dern Abweſenden Herren Churfürſten Principal Abgeſandte / bevorderiſt dero zu Ungarn und Königl. Majeſtät / nach dem ſo genannten Römer / alda ſich ein jeder Herr Churfürſt in den Chur-habit in einem à part Gemach ankleiden konte; und als es 9. Uhr geſchlagen / ritten ſie auff das Prächtigſte nach der von Carolo Magno fundirten Stiffts-Kirchen S. Bartholomæi, allwo der Biſchoff von Wormbs die heyl. Meeß geleſen: nach der Vollendung ſich derſelbe verkleidete / und das / Veni Creator Spiritus, zu Singen anfinge; da immitels der Altar geraumet / und das Evangeli-Buch / worauff alle Herren Chur-Fürſten den Wahl-Ayd abgeſchworen / vorgelegt worden. In der Kirchen ſaſſe zur rechten Hand Chur-Maintz; in der Mitten gegen dem Altar Chur-Trier / und zur Lincken Chur-Cöllen; widerumb zur Rechten der König in Böhmen / zur lincken Chur-Sachſen. Item auff diſer Seithen Chur-Pfaltz rechter Hand; ſo dan der Chur-Bayriſche Geſandte / und Chur-Brandenburgiſche / der Ayd wurde folgender geſtalt abgelegt / als Erſtlich / von Chur-Maintz dem Churfürſten von Trier; Andertens Chur-Trier: Drittens Chur-Cöllen. Viertens der König in Böhmen. Fünfftens Chur-Sachſen. Sechſtens Chur-Pfaltz. Sibentens der Chur-Bayriſche. Und Achtens der Chur-Brandenburgiſche Geſandte / welche alle dem Herren Churfürſten zu Maintz den Ayd abgelegt; nach diſem ſetzten ſich die Herren Churfürſten und Geſandte an ihre vorige Stell / und wurde vor 2. Notarien und auß jeglicher Churfürſtlicher Hoffſtatt vor 4. biß 5. Gezeugen die Königl. Majeſtät in Böhmen zu einem Römiſchen Käyſer erwehlet. Worauff / vivat Leopoldus! geruffen / und das Te Deum laudamus auff das Herrlichſte gehalten worden; bey diſem hochanſehenlichen actu der Kayſerl. Wahl waren auch die inſignia Imperij von denen Herren Churfürſten vorgetragen / als wegen Chur-Bayren deß heyl. Römiſchen Reichs Ertztruchſeſſen truege Graff von Zeil den Reichs-Apffel; wegen Chur-Brandenburg als deß Reichs Ertz-Cammerer truge der Fürſt zu Hohenzollern / Leopold Friderich den Reichs-Scepter; und Chur-Sachſen / wie auch Chur-Pfaltz in Perſon trugen das Reichs-Schwerdt und Cron.

Da nun diſes alles vorbey ware / wurden Seine Kayſerliche Majeſtät von der Kirchen in dero Pallaſt in folgender Ordnung beglaidet; Vorhero gingen aller Churfürſten auffwartende Pagen / Räthe / Graffen und Herren; diſem nach alle dero Trompeter / und Heerpaucker: denen 5. Herolden / und von wegen Chur-Maintz / Trier / Cöllen und Böheimb 4. Ertz-Marſchallen mit denen Schwerdten folgten. Hierauff gienge der Chur-Bayriſche auff der Rechten / und der Chur-Brandenburgiſche auff der lincken Hand; Chur-Trier gienge allein; zur Lincken Chur-Pfaltz mit der Römiſchen Cron; wegen Chur-Bayren der Erbtruchſeß Graff von Zeyl in der Mitten mit dem Reichs-Apffel; zur Rechten wegen Chur-Brandenburg der Erb-Cammerer Fürſt von Hohenzollern mit dem Scepter; deme folgte Graff Wolff Philipp von Pappenheim mit der Scheiden; Chur-Sachſen mit dem bloſen Reichs-Schwerdt. Darauff der Kayſer Leopoldus mit der Cron auff dem Haupt folgete; hernach Chur-Cöllen und Chur-Maintz ſambt denen noch übrigen Kayſerl: und Churfürſtl: bedienten.

Actus Coronationis.

Hernach iſt die Kayſerl. Crönung auff den 1. Auguſti / und hierzu die Statt Franckfurth benennet / weilen es nacher Cöllen ſehr weit und unbequemlich zureiſen / auch zu Erſpahrung Speſen die Statt Franckfurth / als da man ſich durchgehents ſchon eingefunden / allerſeiths vor Genehm gehalten worden / und

und waren deßwegen die Herren zu Franckfurth mit denen præparatorijs in Zierung der Stiffts-Kirchen St. Bartholomæi zur Crönung / und deß Römer Saal zum Kayſerl. Mahl ſehr beſchäfftigt. Dabey ſich bey Chur-Maintz und Chur-Cöllen irrung und ſtreit erhoben / wer die Crönung verrichten ſolle / welche ſich aber dahin verglichen haben / als

1. Wolte der Herr Churfürſt zu Maintz / da erſtlich ein Streit entſtunde / ob die Crönung an einem anderen / als in der guldenen Bull verordneten Orth und Statt beſchehen ſolle / ſolche quæſtion bey dem Churfürſtl. Collegio allein erörteren laſſen

2. Solte beyden dem Herren Churfürſten zu Maintz und Cöllen die Würde und das Ambt zu Crönen in ihren Ertz-Biſtummen undiſputirlich / nnd zwar jedem in ſeinem Ertzbiſtumb und ſeinem Bezirck oder Diœceſi allzeit allein und vornemblich zukommen.

3. Solte aber / auſſerhalb diſen beeden Ertzbiſtümern / die Crönung vorgenommen werden / ſolte alsdan diſer actus von beeden Herren Churfürſten alternatim, unpræjudicirlich einem oder anderem Theil / beſchehen.

4. So die Crönung auſſer dem Maintziſchen und Cöllniſchen Territorio beſchihet / offerirte ſich der Herr Churfürſt zu Cöllen / bey vorgedachter alternation ſich dahin zu bemühen / daß die Crönung in Cöllen beſchehen möge.

5. Solle diſer Vergleich nicht allein von beeden Herren Churfürſten underſchriben / ſondern auch von beeden Thumb Capituln zu Maintz und Cöllen mit bewilligt und veſt darob gehalten werden;

Als nun der beſtimbte Tag als der erſte Auguſti zur Crönung angebracht / leüttete man morgens zwiſchen 5. 6. und 7. uhr die Meeß- nnd Sturmglocken / und rüſtete ſich die Burgerſchafft zu Fuß und Pferdt / nach vorhero dreymahl ergangenem Trompeten-Schall / von dem Römer an zu beeden ſeithen biß zu St. Bartholomæi Kirch / und dan biß zum Kayſerl. quartier in Bereitſchafft. Die 3. Geiſtliche Herren Churfürſten fuhren erſtlich nach beſagter Stiffts-Kirchen / worin ſie ſich Prieſterlich angekleidet / und den Römiſchen König erwarteten / denen die weltliche Herren Churfürſten in ihrem Chur-habit folgeten / vor welchen ihre Erb-Marſchall die verguldete Chur-Schwerder hergetragen / folgends kame der Chur-Bayriſche und Chur-Brandenburgiſche Geſandte / mit den beeden Reichs Erb-Aembteren / ſehr prächtig geritten; die Geiſtliche Herren Churfürſten ſchickten immittels 2. Abgeordnete / als Herr Wilderich Graffen von Wallendorff / Thum-Probſten zu Maintz / und Herr Graffen Frantz Egon von Fürſtenberg / Thum-Dechanten zu Cöllen / beede in gewöhnlichen pluvialibus, und Chor-Kappen / ſambt etlichen vorangehenden Graffen und Rittern / welche nebſt ablegung einer zierlichen Sermon die Königliche Cron Kayſers Carls des Groſſen Seiner Königl. Majeſtät anpræſentiret / nach welchem actu ſie ſich wider in die Stifftskirchen verfügten; hierauff machten ſich die 2 weltliche Herren Churfürſten ſambt dem Chur-Bayriſchen und Chur-Brandenburgiſche Geſandten in das Kayſerl. quartier / Seine Kayſerl. Mayeſtät abzuhohlen / von dannen ſie ſambtlich / auff prächtig gezierten Pferdten / nach gedachter St. Bartholomæi Kirchen auff das hierzu ſonderlich mit ſchwartz gelb und weiſſem Tuch belegten höltzernen Brucken geritten; bey der Kirch kamen ſeiner Mayeſtät die drey Geiſtliche Herren Churfürſten mit noch 18. anweſenden Biſchöffen und Prælaten mit dem guldenen Creütz / Rauchfaß und Evangelio entgegen / und empfingen dieſelbe mit groſſer Ehrerbiethung / darauff ſie ſich ins geſambt in die Kirch verfügt / worin gerad vor dem Altar / in der Mitten / ſich der Römiſche König under einem Thron und hangenden Himmel von purem Goldſtuck ſetzte / zur Rechten ſaſſe Chur-Cöllen / zur Lincken Chur-Trier / ſo dan zur Rechten Chur-Maintz / hernach Chur-Sachſen / Chur-Pfaltz / Chur-Bayren und Chur-Brandenburgiſ. Geſandte / nach Chur-Trier aber zur lincken Seiten der Biſchoff zu Wormbs in einer mit roth Sammet behenckten Banck / und in einer andern gleich nechſt daran ſtehenden / und alſo überlegten Banck / die Reichs-Graffen und Ritter; hinder dem Römiſchen König / aber etwas zuruck / die Herrn Biſchöffe und Prælaten / hinder welchen nach ſaſſen Herr Joſeph Maria Sanfelicius Päbſtl. Nuncius; Herr Graff Pegnoranda Königlicher Spaniſcher extraordinari Potſchaffter und Herr Marggraff de la Fuente Königl. Spanniſcher ordinari Potſchaffter / nach welchen ſich noch vile Miniſtri / Graffen und Herren zugegen befun-

Digitized by Google

Fridſtände gnädiglich und beſtändiglich zu halten / hiemit verſprechen / und daß hinfüro in der Religion und glaubens Sachen / auch keiner andern Urſachen halber / in was Schein das geſchehe / niemands / hohes oder nidern Stands / den andern befehden / bekriegen / berauben / fahen / überziehen / belagern / auch darzu für ſich ſelbſt / oder jemands anders von ſeinetwegen nicht dienen / noch einig Schloß / Stått / Märckt / Beveſtigung / Dörffer / Höff / oder Weiler abſteigen / oder ohne des andern Willen / mit gewaltiger That / freventlich einnemmen / oder gefährlich mit Brand / oder in andern Weeg beſchädigen / noch jemand ſolchen Thätern Rath / Hülff / und in keine andere weiß Beyſtand oder Fürſchub thun / auch ſie wiſſentlich und gefährlich nicht Herbergen / Behauſen / Etzen / Trencken enthalten / oder gedulten / ſonder ein jeder den andern mit rechter Freundſchafft / und Chriſtlicher Lieb Meynen / zu dem kein Stand noch Glid des Reichs dem andern / ſo an gebührenden Orthen Recht leyden mag / den freyen Zugang der Proviant / Nahrung / Gewerb / Renth / Gült / und Einkommen / abſtricken noch auffhalten ſoll / und daß diſe Zweyſpalt der Religion anders nicht / dann durch Chriſtliche und freundliche Vergleichung eines gemeinen freyen Chriſtl. Concilij, National Verſamblung oder Reichstag / Vermög voriger Reichs Abſchid und Fridshandlung hingelegt werden ſoll / darzu Wir allen gnädigen und Vätterlichen Fleiß fürwenden / und an Uns nichts laſſen wollen. Videatur quoque *R. A. anno 1545. §. 18.* atque inſuper Status in Comitijs Ratisbonenſibus anno 1576. Cæſari ſequentem in modum ſupplicarunt : Iſt demnach Unſers underthänigſten Erachtens / gantz unvonnöthen / auff ein oder anderen theils Bewilligung zu ſehen oder zu warthen / ſondern Ewer Kayſ. Mayeſt. haben dißfalls vollkommene Macht und Gewalt / zu Verhütung gröſſern Unheyls / Ihr Kayſerliches Ambt zu interponiren, item : damit Sie in ſtreitigen Sachen / daran des gantzen Reichs gemeiner Nutz und Wohlfart gelegen / pro auctoritate faſtigij & muneris Imperatorij, ſelbſt darein greiffen / und alles das zur Billigkeit zurichten haben / was ſonſten dern Partheyen widerwertigen gedancken halber in Streit verbleiben möchte. addatur *R. I. de anno 1544.* §. als Wir aber in der Handlung befunden. *Bertram de Comitijs th. 74. Theſ. Baſil. vol. 9. Diſp. de Comit. theſ. 34. Author* der nothwendiger erinnerung *contrà* Donawertiſche *information part. I. pag. 237.* Quæ omnia ex ſententiâ Suederi & Coccei eò trahi non poſſunt, quaſi tunc ſtatus juri ſuo renuntiaverint, & rem Imperiali deciſioni liberè ſubmiſerint, vel quaſi ineptum figmentum eſſet omnis inter legitimos poteſtatis fines, & plenitudinem poteſtatis diſtinctio; quia huic opinioni ſuperius citata Conſtitutio de anno 1544. & preces Statuum de anno 1576. in luce & claritate verborum opponuntur. Atque ſi Status ex ſuis juribus aliquando quidpiam remiſerunt, id profectò ſilentio non involutum, ſed clarè ab ijs eſt reſervatum, uti apparet *ex R. I.* zu Augſpurg *anno 1448.* §. und haben Uns 27. Churfürſten / Fürſten und Stånd für dißmahl gehorſamlich Heimgeſtellt / doch jhnen künfftig an jhrem Herkommen und Gerechtigkeit ohne Nachtheil / Verhinderung und Abbruch.

Porrò attribuitur Imperatori ſemiſſis votorum in Comitijs, *Sithman in ſpecul. Roman. Imp. c. 27. n. 2. Paurmeiſter de Juriſdictione lib. 2. c. 2. n. 20. & ſeqq. Myler. Archontol. c. 15. n. 20. Arum. de Comit. c. 7. Wehner. verb.* Reichstag. quos citat licet diſſentiens *Coccej. c. 20. n. 37.* & corroboratur eorum aſſertio per ſupra citatum *R. I. de anno 1544.* §. als Wir aber in der Handlung 82. Receſſus Imperij 53
nomine Imperatoris publicatur, cui ex conſenſu Imperatoris & Statuum vulgatiſſima illa Clauſula inſeritur : haben Wir Uns mit den Ständen / und Sie ſich wider mit Uns Verglichen : item : und hierauff gereden und verſprechen Wir Ferdinand alles und jedes / ſo obgeſchriben ſtehet / und Kayſ. Mayeſt. berühren mag / ſteht veſt / und unverbrüchlich auch auffrichtiglich zu halten / und zu vollziehen / deme ſtracks und ungeweigert nachzukommen und zugeleben / darwider nichts zu thun / fürzunemmen und zu handlen / oder außgehen zu laſſen / noch jemand andern von Unſertwegen zu thun geſtatten / ſondern alle Gefehrd. R. A. *anno 1526. §. 31. Et §. 32.* und Wir Churfürſten / Fürſten / ꝛc. bekennen offentlich mit diſem Abſchid / daß all und jede obbeſchribene Puncten und Articuln mit Unſerem guten Wiſſen / Willen und Rath fürgenommen / und beſchloſſen ſeyn / und bewilligen auch dieſelbe ſambt und ſonderlich / in Krafft diſes

Brieffs /

Digitized by Google

Brieffs / gereden und verſprechen / ſovil einen jeden betrifft / ſteht veſt / und unverbrüchlich zu halten / und nach all Unſerem Vermögen nachzukommen / ohne Gefehrd ; Quæ formula paſſim repetitur & continetur *in R. I. anno 1654. §. 197. & 199.* Sed iſtis verbis paſſim ſubjungitur : Wir befehlen hierauff / ſetzen / ordnen und wollen. In *Pace publicâ anno 1494.* habentur hæc formalia *in princ.* haben Wir mit Rath der Churfürſten / Fürſten / ꝛc. einen gemeinen Friden auffgericht / geordnet / und gemacht / richten / ordnen und machen auch denſelben / in Krafft diſes Briefs. *Et in §.* Wir ſetzen auch hindann all und jegliche Gnad / Privilegia, Freyheit / Herkomen / Bündnuß und Pflicht ; von Uns und Unſern Vorfahren am Reich / oder anderen / hievor außgangen / und verfaſt / die in einige weiß diſem Friden zuwider ſeynd / mit was Worten / Meinungen / Clauſulen die geſetzt / die Wir auß Römiſcher Königlicher Macht und Vollkommenheit hiemit hindann ſetzen / und wollen / ꝛc. Landfrid *1495. tit.* wie der Landfrid zuhalten : Und darauff befehlen Wir allen und jeden Churfürſten / Fürſten / Geiſtlich- und Weltlichen / ꝛc. ernſtlich Gebietend / bey den Pflichten / Ayden und Gehorſamb / ſo ſie Uns und dem Heil. Reich gethan haben / und zuthun ſchuldig ſeynd / und darzu einer poen, nemblich von 2000. Marck reines Golds / halb in Unſer Königliche Cammer und den anderen halben Theil dem beſchädigten unabläſſig zubezahlen / und darzu bey Verliehrung aller und jeder Freyheit und Recht / ſo ihr jeder von Uns und dem Reich hat. Landfrid *anno 1548. tit 29. §. 4. & paſſim.*

# *Liber I. Tituli V. Pars IV.*

## De *STATU HOMINUM.*

SUMMARIA.

*55. De Regali ſeu reſervato Imperatoris poſtarum per Imperium Univerſalium.*
*56. Recenſetur ejuſdem diminutio, per poſtas Statuum provinciales.*
*57. Referuntur fundamenta Imperatorij reſervati poſtarum ex Capitulationibus Impp. nec non officij Aulici poſtarum in provincijs hereditarijs Cæſaris.*
*58. Confirmantur omnia ex Conſtitutionibus & Receſſibus Imperij, ubi diſſeritur de R. I. anno 1542.*
*59. Omnes Conſtitutiones Imperatoris reſervatum confirmare, R. I. anno 1522. 1526. 1641.*
*60. Statuum monita ad Capitulationem Leopoldinam in puncto poſtarum.*
*61. Nihil tamen Regali Cæſareo per ea ſubtractum; nec de poſtis provincialibus ulla mentio.*
*62. Diſtinctionem inter poſtam univerſalem & provincialem nimium quantum in provincijs extendi, uſque ad extinctionem Reſervati Imperialis.*
*63. Generalem Imperij Supremum Poſtarum Magiſtrum recognoſcere in feudum Univerſalium Poſtarum Officium, ſuis ſumptibus adminiſtrandum.*
*64. Si ſuſtentationis media ſubtrahantur, unde Reſervatum Imperatoris ſubſiſtere poſſit?*
*65. Hinc Mandata Imperialia juſtiſſimè decerni.*
*66. Argumenta, quæ pro poſtis provincialibus afferri ſolent, refutantur.*

VIdimus ſuprà Regalia ſoli Imperatori competentia & reſervata, beſondere Kayſerliche Hoheiten und reſervaten, inter quæ eſt jus poſtas univerſales inſtituendi per totum Imperium, ex ipſamet confeſſione Statuum Imperij. Sed convellitur hoc reſervatum Imperiale ſub prætextu poſtarum provincialium quas jure territorij ſibi competere Ordines Imperij aſſeverant, ſed cum tantâ extenſione, ut poſtæ illæ intrà provinciam cujuſque Status non coarctentur, deferendo literas & alia ab unâ Civitate, oppido vel Arce provinciali in aliam, intrà iſtam provinciam; ſed colligendo mittendoque literas ab unius Principatus vel territorij magiſtris poſtarum provincialibus, ad principatum territoriumque vicinum, cùm omnibus utilitatibus & emolumentis, ut univerſali ſivè generali Cæſaris regali ſeu reſervato, præter nudum nomen & vanitatem deprædicationis, nihil planè ſuperſit, adeoque deſtitutum omnibus ſuſtentationis priſtinæ medijs neceſſariò collabi debeat. Licet *enim Irenicus ad Burgoldenſ. part. 3. diſcurſ. 12.* ubi



Digitized by Google

ubi ſimul de Comitum de Taſſis ſeu Turrianorum origine refert, reditus poſtarum ad invidiam uſque & æmulationem, nec non vaſallagium ejus Hiſpanicum exaggeret, præciſæ tamen ſunt per bellorum clades poſtarum alæ, & querimonia ſublata; nec ulla eſt cauſa vel ratio Imperatoriæ Majeſtati movendi controverſiam, dùm omnes conſentiunt, nullo contradicente, univerſalium poſtarum conſtitutionem, durchgängige General-Poſten zubeſtellen / pertinere ad Imperatorem. Effectum tamen hujus tàm honorificè deprædicati univerſalis Imperatoris regalis, per ſubtractionem mediorum, omninò tollunt & ſubvertunt. Aut negare Imperatori univerſale in Imperio poſtarum regale, aut præcidere media illud conſervandi in pari piaculo eſt.

Examinemus propoſitionem antecedentem, regale poſtarum ſemper Imperatoribus Romanis ſolis cum omni juris dictione attributum eſt, teſtibus univerſis Hiſtoricis, Politicis, Juris Conſultis. Videatur *l. nullus. & t. t. C. de curſ. publ. Burgoldenſ. in Limn. enucleat. lib. 1. c. 18. n. 24. Speidel. in Spec. verb.* Poſt. Hinc in omnibus Capitulationibus Imperatorijs Cæſari ſpecialis cura univerſalis Poſtarum per totum Imperium recommendatur. *Capit. Leopold. art. §. 35. in verbis* : Und demnach auch wider die im Röm: Reich verordnete Poſten einige beſchwerden geführt werden / ſo ſeynd zwar dieſelbe nach Anweiſung des Inſtrumenti Pacis auff die bey nechſtkommenden Reichstag erfolgende Erinnerungen außzuſtellen. Wir ſollen und wollen aber zu gäntzlicher Auffhebung deren zwiſchen Unſern Poſtämbtern hafftenden differentien / in Erwegung des vom Churfürſtlichen Collegio in Anno 1641. auff dem Reichstag zu Regenſpurg / wegen des Reichs-Poſt-Ambrs eingegebenen Gutachtens / und der in ſelbigem Reichs-Abſchid beſchehener Verordnung die " beſtändige Verfügung thun das Unſer General Obriſt Reichs-Poſtambt in ſeinem eſſe " erhalten / und zu deſſen Schmälerung " nichts vorgenommen / verwilligt / oder nach- " geſchen / in ſonderheit aber der darmit Be- " lehnte General Reichs-Poſt-Meiſter / wider alle von Unſerm Kayſerl. Hoff-Poſtambt / Jenem biß dahero im Reich beſchehene / oder noch ferner anmaſſende Eingriff / und Verſchlieſſung abſonderlich Ambts-Paqueten / Hand gehabt / und ſowol in Beyſeyn Unſerer Kayſerl. Perſon und Hoffſtatt / als Abweſend derſelben / bey ruhiger Einnehm-Beſtell- und Außtheilung aller und jeder vermitels der Reichs-Poſten ankommender und abgehender Brieff und Paqueter / gegen erhebendes billiches Poſt-Geld gelaſſen / und was deme und gemelten Reichs-Abſchid zuwider / auff einigerley Weiß und Weeg ergangen und verlyhen worden / hiermit allerdings auffgehoben ſeyn / hingegen Unſer Kayſerl. Erbland Hoff-Poſt-Ambt / bey ſeiner in Anno 1624. erlangter Inveſtitur und des Generals Reichs Poſt-Meiſters / auff dieſelbe ertheilte revers, in den Erblanden gantz Unbeeinträchtigt verbleiben und dabey Geſchutzt werden ſoll.

In *Capitulat. Joſephinâ, §. 34. habentur ſequentia* : Und demnach wider die im Heyl. Römiſchen Reich verordnete Poſt nicht geringe beſchwerden geführet / ſelbe auch / nach anweiſung Inſtrumenti Pacis, auff dem Reichstag außgeſtellet worden : So wollen Wir mit beobachtung keines Wegs geſtat- " ten / daß Churfürſten / Fürſten und Stän- " den / in jhren Landen und Gebiethen / wo " dergleichen Poſt-Aembter vorhanden / und " hergebracht / ſolche Perſonen / welche keine " Reichs Underthanen ſeynd / und deren " Treu man nicht verſichert iſt / angeſetzt / " oder dieſelbe auſſerhalb der perſonal Befreyung von dem Beytrag gemeiner real beſchwerden / eximirt und befreyet werden: Nicht weniger wollen Wir den General Erb-Reichs Poſtmeiſter dahin halten / daß Er ſeine Poſten mit aller Nothdurfft wohl verſehe / die getreue und richtige Brieffbeſtellung / gegen billiges Poſt-Geld / ſo in allen Poſthäuſſern / zu jedermans guter Nachricht / in offenem Truck beſtändig angeſchlagen ſeyn ſolle / ohnverweißlich befürderen / und alſo zu keiner fernern Klag und einſchen Urſach gebe. Wir ſollen und wollen aber / zu gäntzlicher auffhebung deren zwiſchen Unſern Poſtämbtern hafftenden differentien / in Erwegung des vom Churfürſtlichen Collegio in Anno 1641. auff dem Reichstag zu Regenſpurg / wegen des Reichs-Poſtambts eingegebenen Gutachten / und der in ſelbigem Reichs-Abſchid beſchehener Verordnung / die " beſtändige Verfügung thun / das Unſer " General Obriſt Reichs-Poſtambt in ſeinem " eſſe erhalten / und zu deſſen Schmälerung " nichts vorgenommen / verwilligt oder nach- " geſehen / inſonderheit aber der darmit Belehn-

Digitized by Google

lehnte General Reichs-Poſtmeiſter / wider alle von Unſerm Kayſerl. Hoff-Poſtambt / jenem bis dahero im Reich beſchehene / oder noch ferner anmaſende Eingriff / und Verſchlieſſung abſonderlicher Ambts Paqueter / gehandhabt / und ſowol in Beyſeyn Unſer Kayſerl. Perſon und Hoffſtatt / als Abweſen derſelben / bey ruhiger Einnehmung / Beſtell- und Außtheilung aller und jeder / vermittels der Reichs-Poſten ankommender und abgehender Brieff und Paqueter / gegen erhebendes billiches Poſt-Geld / gelaſſen / und was deme und gemeltem Reichs-Abſchid zuwider auff einigerley Weis und Weeg ergangen / und verlyhen worden / hiemit allerdings auffgehoben ſeyn / hingegen Unſer Kayſerl. Erbland Hoff-Poſtambt / bey ſeiner in anno 1624. erlangter Inveſtitur, und des General Reichs-Poſtmeiſters auff dieſelbe ertheilte Revers, in den Erblanden gantz ohnbeeinträchtigt verbleiben und dabey geſchützt werden ſoll: Ex quibus Capitulationibus evidenter apparet Imperatoriæ Majeſtatis reſervatum poſtarum per Imperium & in provincijs Statuum; nec non regale poſtarum in provincijs Cæſaris hæreditarijs, ut ab eo nulla ad alias provinciales poſtas conſequentia trahi poſſit, utpotè quæ tali fundamento & approbatione publicâ minimè ſunt ſuffultæ.

58 Quantùm ad Conſtitutiones & Receſſus Imperij attinet, in *R. Imp. de anno 1542.* §. und damit *45.* ſancitum eſt; Und damit man auch jederzeit zu und von dem Oberſten / der Nothdurfft nach / Pottſchafft habe / wolten gemeine Stände Ordnung geben / daß derhalben ein Poſt angelegene Mahlſtatt gelegt / underhalten werde; Würde auch dem Oberſten vonnöthen ſeyn / der Beſatzung und Winterslager halber / mehrern Beſcheid zu haben / der ſoll ihm von der Verſamblung / ſo offt er den dreyzehenden Tag Julij ſchierſt zu Nürnberg ſeyn wird / gegeben werden / und dieſelbige Verſamblung ſolches alſo zu thun / von gemeiner Reichs-Stände wegen genugſahmen Gewalt und Befehl haben.

Ex quo textu quidem provincialium poſtarum propugnatores jus Statuum in conſtituendis poſtis imperialibus evincere conantur: ſed ſinè ullâ ratione, cum ipſa conſtitutionis verba eorum aſſertionem refutent, quòd ex conſenſu Imperatoris pro illis circumſtantijs belli, brevi tempore, in certo diſtrictu, non ex jure territoriali, ſed momentaneâ ſolùm commoditate, ſit indultum, atque ceſſantibus illis cauſis omnis illa quoque poſtæ illius conſtitutio ceſſaverit. Id quod etiam ex §. *dicti Receſſus:* dieweil ſich aber. *118.* eluceſcit, in verbis: So ſollen von gemeiner Stände wegen vier Räht verordnet werden / die auff den erſten Tag Junij ſchierſt künfftig zu Regenſpurg einkommen / daſelbſt bis auff fernern Befelch der gemeinen Reichs-Ständ / ſo / wie hernach folgt / zu Nürnberg zuſammen kommen werden / verharren / und die Poſt und Brieff / ſo von dem Oberſten Feld-Haubtmann / und andern diſer expedition halber / an die gemeine Ständ außgehen werden / erbrechen und überliefern. Quæ omnia ſingularia in nullam trahi poſſunt conſequentiam.

De cætero verò nulla Conſtitutio Imperij adferri vel allegari poteſt, quæ reſervatum Imperalium poſtarum Statibus attribuat, ſed perpetuò uni & ſoli Cæſareæ Majeſtati. Videatur Receſſ. Imp. zu Nürnberg anno 1522. §. item iſt bedacht. 5. ſeq. tenoris: item iſt bedacht / nach dem ſolcher Bottſchafft und Reden in der Handlung allerley begegnen / und entſtehen mag / daß in der Instruction nicht begriffen / und villeicht deshalben underſchids vonnöthen ſeyn / ſollen zwiſchen Nürnberg und Wien mitler Zeit des Tags / Poſt angelegene Orth gelegt werden / darauff ſie zu jeder Zeit / was jhnen begegnet und gehandlet wird / eylends und förderlich / unſerm Statt-Haltern und Regiment anhero gegen Nürnberg zuwiſſen thun und deßhalben weiter Beſcheid erlangen. Receſſ. Imp. zu Speyer anno 1526. §. 5. in verbis: ſolle Jhro Kayſerliche Mayeſtät ſolcher fürgenommene Verhandlung und Urſach durch ein Poſt angezeigt werden. Præcipuè verò in Receſſ. Imp. anno 1641. §. vorige übergebene memorialien. 93. ſancitum ut ſequitur: vorige übergebene memorialien / als in ſpecie das Kayſerl. Hoffgericht zu Rotweil / Landgerichts zu Schwaben und General Poſtambt im Reich betreffend / haben Wir Uns auch diſer Puncten halber hiemit Gnädigſt erkläret / daß nicht weniger denen darüber geklagten beſchwerden / ſo bald es bey diſem wehrenden ſchweren Kriegs lauffen wird ſein können / jhre abhelffliche Maaß gegeben / jetzt erwehntes Poſt-Regal in ſeinem eſſe erhalten / und zu deſſen Schmälerung nichts vorgenommen / noch von Uns

in einige weeg verwilligt / nachgeſehen oder verſtattet werden ſolle. Ex quo receſſu clarè liquet, regale ſeu reſervatum univerſalium per Imperium poſtarum, omnium conſenſu Statuum, à ſolius Imperatoris dependere majeſtate & directione. Exhibuere quidem Status monita ſua ad
60 *Capitul. Leopoldinæ ſuprà citatæ art. 35.* quæ refert *Burgoldenſ. ad Inſtrum. Pacis, ſeu Notit. rer. Imp. part. 3. diſcurſ. 12. §. 3.* Das die Poſtmeiſter / Poſthalter und Bediente / denen jenigen Churfürſten / Fürſten und Ständen / in welcher Landen / Gebiet und Stätten Sie jhre Poſt-Aembter exerciren und Wohnen / verpflicht ſeyn / und durch dieſelbe / dem alten Herkommen und Botten gebrauch einiger Eintracht und Verhinderung nicht zugefügt / ſondern disfahls alle und jede Stand / bey jhren vor dem jüngſten Krieg gehabten Freyheiten / wie auch Freybeſitzlichen Gebrauch / Rechten / Privilegien / und zum theil deßwegen vorgangenen ſonderbahren pacten und Verträgen ohnperturbirt gelaſſen / und reſpectivè weniger nicht Churfürſten / Fürſten uud Ständen und dero ſonderlich auff Reichs habende Geſandtſchafften mit den Brieff und Poſtgeldern nicht beſchwert / noch übernommen / auch ſonſten das jenige gebührlich beobachtet und vollzogen werden ſolle / was diſes Puncts halben bey künfftigem Reichstag geſchloſſen wird.

61 At in his omnibus Statuum monitis nulla planè fit mentio poſtarum provincialium, nil de ſumptibus & emolumentis poſtæ Imperiali per totum Imperium, & in Statuum provincijs ſubtrahitur, nullibi regale hoc Imperatoris impugnatur, ſed potiùs ſoli Majeſtati Cæſareæ intactum relinquitur. Et profectò omnes juris publici ſcriptores uno ore fatentur, jus poſtarum univerſalium eſſe regale & reſervatum Imperatoris, *Sixtin. Reinking. Scharſchid. Theſ. Baſil. Oldenburg. in Limn. Burgoldenſ. ad Inſtrum. Pacis. Knipſchild. de Civit. Imp. Fritſch. in Manuali polit. Sueder. de jur. publ. Rhetig in Inſtit. Juris publ. Coccej. in Jur. publ prudent.* Cur ergò Imperatoriæ Majeſtati ſoli intactum non relinquitur? Scilicet ajunt, Imperatori Univerſale jus poſtarum per Imperium non contradici, ſed omnes illud ex Imperij Conſtitutionibus & Receſſibus, nec non
62 Capitulationibns Imperatorijs agnoſcere: Tantummodò juxtà poſtas univerſales, Reichs-General-Poſten / provinciales Statuum poſtas urgeri, quarum conſtituendarum jus, poteſtaſque ordinandi Statibus Imperij in ſuis territorijs competat. Toleranda fortè diſtinctio, ſi poſtæ provinciales intrà limites provinciæ cujuſque Status, citrà præjudicium reſervati poſtarum univerſalis, coarctarentur: non verò extenderentur ab unâ provinciâ ad aliam, per Civitates Imperiales & territoria aliena, cum everſione & ruinâ Imperialis reſervati. Nam ſicuti, ut modò ſuprà dictum, abſque contradictore eſt hæc ſententia, quod poſtæ univerſales, durchgängige General Reichs-Poſten zubeſtellen / pertineant ad Imperatorem, cum cauſa & fons conſtituendi curſus publici ſit ſumma Poteſtas ſivè Majeſtas, cui res ad publicam utilitatem & Statum ſpectantes meritò vindicantur, & illius propria ſunt, *l. nullus & t. t. C. de Curſ. publ. Fritſch. in Manual. Polit. verb.* Poſt aſſerente *Plin. Epiſtol. 10.* quod, *non licebat privato ejuſmodi equis publicis excurrere, abſque Principis Diplomate.* Ita omninò Majeſtati ſinè ullâ vel minimâ turbatione reſervatum Imperialium poſtarum eſt relinquendum. Sola enim Majeſtas Imperatoria curſus publicos in toto Imperio conſtituit & confirmat: quocircà anno 1579. cuidam generales per Belgium & Italiam poſtas conſtituere annitenti, à Cæſare pro juris ſibi competentis tuitione, ſeverè interdictum fuit, teſte *Arnold. Clapmar. de arcan. Rerumpubl. lib. 1. c. 21. circà fin.* Et Magiſtro Poſtarum, vulgò General Reichs-Poſt-Maiſter / officium ab Imp. confirmatum anno 1596. & 1597. reliquis privatis & Civitatum curſoribus, Metzger-Poſt und Nebenbotten / generali Imperatorio Diplomate ſublatis, *Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 13. n. 42.* ſic in Galliâ & Angliâ Regum autoritate hujuſmodi curſores ſunt introducti, *Cluten. in Syllog. rer. quotid. concl. 22. lit. c.* Undè ſupremi poſtarum Imperialium Magiſtri officium, General Reichs- 63
Poſtmeiſter-Ambt / cum omnibus, qui ex poſtâ redundant fructibus, eo pacto, ut curſum Generalem publicum, ad Imperij ſalutem & commodum, ſuis ſumptibus, mit Haltung / Pferdt / Wagen und Poſtilionen / dirigant, ab Imperatoribus in feudum recognoſcunt Comites, nunc Princeps de Taxis, qui tantùm non ducentis

annis

Digitized by Google

annis in Hiſpania, Italiâ, Belgio rei cur-
ſoriæ præfuerunt, *Horinck. de jur. poſtar.*
*Th. 1. n. 5.* Subſtituti Principis de Taſſis.
ſunt Poſtmeiſter / quos celebrioribus locis
in Civitatibus Imperialibus præficit. Ve-
rùm ſi, ex confeſſione omnium, Supremo
poſtarum Generalium Magiſtro, fructus
omnes & reditus, ad ſuſtentandos ſubſtitu-
64 tos, equos, currus & alia neceſſaria de-
bentur, quâ ratione ſubſiſtere poteſt hoc
Imperiale Reſervatum, ſi per poſtas pro-
vinciales omnia ſuſtentationis media ei-
dem ſubtrahantur? Et cur Capitulationi-
bus Cæſareis inſeritur: Die beſtändige
Verfügung thun / daß unſer General-Obriſt-
Reichs-Poſtambt in ſeinem eſſe erhalten /
und zu deſſen Schmälerung nichts vorgenom-
men / verwilligt oder nachgeſehen werde: Si
interim reditus omnes illi non ſolùm præ-
ſcinduntur, ſed etiam Pòſtmeiſter und Po-
ſtilionen in provincijs Statuum quorundam
è ſuis ſtationibus exturbantur & dejiciun-
tur, contrà quos meritò Imperatoria Ma-
65 jeſtas Mandatis pænalibus detonat, qui-
bus ſubmiſſa paritio ex Divinis humaniſque
legibus, Conſtitutionibus Imperij publicis
& jure privato, pactis & ſacramentis de-
betur, nullo vel conſuetudinis, vel ob-
ſervantiæ, vel præſcriptionis prætextu
obſtante, quæ argumenta omnia per con-
trariam ſcientiam publicarum legum,
contradictionem perpetuam, mandata &
inhibitiones præſertim in reſervato Impe-
ratorio eliduntur. Et omninò valet hic
regula: *Quod quæ lege Imperij Ordinibus*
*ac Statibus non apparent attributa compe-*
*tunt ſoli Imperatori.*

Aſtruere quidem conantur jus poſta-
66 rum provincialium, 1. quòd eædem jure
territorij, & regali angariarum & paran-
giarum Statibus in feudum dato jure con-
tineri videantur. 2. quòd poſtæ ſint me-
dium conſervandi jus belli & pacis, *Lipſ. 4.*
*polit. 10. n. 12. & lib. 5. c. 16. n. 20.* nec non
commerciorum; quæ quia Statibus compe-
tunt etiam media illa conſervandi dene-
gari non poſſe. Sed tralaticium eſt, pro
re feudali non haberi quod in literis feu-
dalibus non exprimitur præſertim quoad
reſervata Cæſarea, nec literæ Inveſtituræ
contrà concedentem ſunt interpretandæ.
Deindè verò jus pacis & belli, nec non
commerciorum, tutius commodiuſque
per poſtas Imperatoris univerſales quàm
provinciales exerceri poteſt. Intactum
itaque relinquendum eſt Imperatori re-
ſervatum poſtarum univerſalium per to-
tum Imperium, in ſtatu antiquo, donec
ex legibus Imperij aliud probetur; *Lam-*
*pad. de Republ. Rom. Germ. p. 3. c. 13. §. 5.*
*& c. 16. §. 1. Paurmeiſter. de Juriſd. lib.*
*2. c. 4. n. 7. & ſeqq. Reinking. lib. 1. claſs. 3.*
*c. 12. n. 25. Kulpis de legat. Princ. Germ. c.*
*5. §. 3. & c. 6. §. 6. & in Monzamban. p. 2.*
*c. 5. §. 27.* Niſi forſan Sua Cæſ. Majeſtas
cum certis conditionibus & dependentiâ
inalterabili à ſuo Cæſareo reſervato, ex
circumſtantijs moventibus, & citrà aliud
præjudicium, aliud indulgere velit;
quemadmodùm anno 1689. tractatum,
& reverſales datas eſſe memini ſequentis
tenoris; man wolte under Kayſerl. autori-
tät / und genehmhaltung dero Obriſten Ge-
neral-Poſtmeiſter der Univerſal-Poſten in
dem Reich / die Verwaltung der Kayſerli-
chen Poſten in denen N. N. Landen / mithin
die Beſtellung der Bedienten / mittels eines
zwiſchen N. und N. darüber / und ratione
correſpondentiæ mit denen andern Angren-
tzen Kayſerl. Poſt-contoirs, onerum, emo-
lumentorum uud dergleichen errichteten be-
ſtändigen / und von Jhro Kayſ. May. con-
firmirenden Vergleichs / für ſich und ſeine
Erben / wann man es jhme aufftragen wolte /
übernehmen: hingegen ſo reverſire und Ver-
pflichte er ſich gegen Jhro Kayſerl. Mayſtät /
verſpreche auch dem Obriſten-Poſtmeiſteren
Dero Kayſerl. Univerſal-Poſten / und deſ-
ſelben deſcendenten und ſucceſſoren / daß
er in den geſambten N. Landen / nach jetzt
deren befindtlichen / und in vorbeſagtem con-
tract zubeſchreibenden routen und curſen
treulich verſeyn / über deren redliche und ge-
höriger maſſen geſchwinde ſpedirung und
Verſorgung gebührend halten / und ſelbe be-
fürderen / deren bey ſolchen Kayſerl. Poſten
gebrauchenden Bedienten dolum & culpam
præſtiren / und den contract in allem adim-
pliren wolle; und ſollen ſeine Eheliche deſcen-
denten / zu allen Veränderungsfällen diſen
revers jederzeit renoviren. Atque licet
vaſalli Princeps conſenſerit, tamen pro-
pter non impletas conditiones, contra-
ventiones, conſequentias longè latèque
ſerpentes res effectum non habuit. Nihi-
lominus exindè eruitur, undique juſtitiam
in Poſtarum univerſalium reſervato Impe-
ratoriæ Majeſtati competentem in propa-
tulum

R 3

Digitized by Google

tulùm prodire, & omnium ſe oculis objicere. Memini profectò Emin. Electorem Moguntinum Iohannem Philippum de Schönborn exactiſſimam S. C. Majeſtati tranſmiſiſſe repræſentationem, quòd ſi Status Imperij poſtarum regale, quilibet in ſuo territorio, ſibi arrogarent & ad ſe traherent, tantas exindè orituras eſſe lites & controverſias, nec non incommoda & clades, propter Stationes, territoria, emolumenta, diffidentias, quæ ipſoſmet commoverent, ut totum poſtarum negotium in manus S. C. Majeſtatis ſponte renuntiarent. Tribuantur itaque Cæſari quæ ſunt Cæſaris, & nemini quicquàm decedet.

---

# *Liber I. Tituli V. Pars V.*

## SUMMARIA.

*1. Cognitio ſuper feudis Regalibus ad ſolum ſpectat Imperatorem.*
*2. Referuntur negativæ ſententiæ autores.*
*3. Qui jus Principum* das Fürſtenrecht *profundamento ſupponunt,*
*4. Demonſtratur vanitas hujus ſuppoſiti.*
*5. Referuntur exempla ſententiæ negativæ.*
*6. Reſpondetur ad omnia.*
*7. In ſpecie ad ſucceſſionem in Electoratu Saxoniæ.*
*8. Adducuntur fundamenta ſententiæ affirmativæ ex Conſtitutionibus Imperij & jure feudali.*
*9. Poſteriora derogare prioribus.*
*10. Imò antiquitatem etiam pro affirmativâ ſtare.*
*11. Sententia affirmativa præjudicijs confirmatur.*
*12. Poſſeſſorij etiam deciſionem ad ſolum ſpectare Imperatorem.*
*13. Referuntur tradita Conringij qui ipſemet aſſerit, Imperatores à centenis annis ſolos ſuper feudis Regalibus judicâſſe.*
*14. Atque ſi de aliquâ ſaltem parte feudi Regalis agatur.*
*15. Unde ortum ſit vocabulum* Fürſtenrecht / *ex Beſoldo.*
*16. Nullam nec in A. B. nec in ullâ aliâ Conſtitutione Imperij mentionem fieri* des Fürſtenrechts.
*17. Referuntur argumenta Speidelij.*
*18. Imperator ſolus Regales dignitates cum feudis Regalibus confert, & ſolus de ijs cognoſcit.*
*19. Hinc Camera Imp. ab hac cognitione excluditur.*
*20. Nec Vicarijs Imperij ea attribuitur.*
*21. Solus Imperator de feudorum Regalium diviſione diſponit, & pacta de Succeſſione mutuâ inter Status confirmat.*
*22. Referuntur literæ Electoris Saxoniæ.*
*23. Et opinio vana & falſiſſima autoris de judicio feudorum Regalium.*
*24. Arrogantia & impudens maledicentia Hippoliti à Lapide.*
*25. Antiquas rerumpublicarum formas non poſſe reduci.*
*26. Recenſentur argumenta Hippoliti & conſortum.*
*27. Eorum refutatio.*
*28. Si Status Imperij præſumptionem pro ſe habent, quod juſtitiam purè adminiſtrent, illa multò magis pro Imperatore militat.*
*29. Omnia contraria argumenta ex ſolis literis Electoris Saxoniæ ſufficienter refutari.*

TRanſeamus nunc ad aliud Imperiale reſervatum; Diximus *ſuprà*
*n. 41.* inter regalia Imperatoris 1
eſſe cognitionem ſuper feudis
regalibus, *Ord. Cam. p. 2. t. 7.* ita ut quoque Camera Imp. ab hac cognitione excludatur, *Ord. Regim. Wormat. de anno 1521.* §. ob auch Sachen vorfielen. *Magenhorſt. ad cit. Ord. Cam. Gail. 1. obſ. 1. Mindan: de proceſs. lib. 1. c. 19. n. 18. Arum: tom. 4. diſp, 11.* neque compromiſſum, neque Auſtregæ hic ſibi locum vindicent, *cit. Ord. C. p. 2. t. 7. in verb.* Uns vorbehalten. *Myler. de Stat. Imp. c. 20. n. 7. Merckelbach. apud. Klock. vol. 1. conſ. 7. n. 31. & ſeqq. Reinking. lib. 2. cl. 2. c. 19. n. 131. Schubhard. de Auſtreg. c. 5. n. 108. Limn. tom. 3. lib. 9. c. 5. n. 76.* Tamen in quæſtionem deducitur, an Imperator ſolus, abſque Principibus Imperij, de controverſijs feudorum regalium cognoſcere, ſententiamque ferre queat; an verò quoſdam ex Principibus, ut pares Curiæ, in conſilium vocare, eorumque judicio illas definire cogatur? Pro conſilio & judicio parium, quod illud requiri debeat, allegatur.
*Limn. lib. 2. J. P. c. 9. n. 32. & in addit, ibid.* 2
*Strauchius diſſert. exoter. J. P. 3. th. 9. Myler. de Princip. & Stat. Imp. c. 20. n. 12. Textor. ad R. I. noviſſ. diſp. 1. th. 66. Merckelbach. apud Klock. vol. 1. conſ. 7. q. 2. Autor ſcripti Germanici in hac materiâ* pub-

Digitized by Google

*publicati, & ſub nomine Marquardi Freheri exhibiti à Londorp. Tom. 1. act. publ. c. 5. p. 23. Conring. diſſ. de jud. Imp. Germ. th. 48. Struv. jur. feud. c. 16. aphor. 5. n. 9. Burgoldenſ. ad Inſtr. Pac. part. 2. diſſ. 10. th. 3.*

Sed quodnam hi omnes ſuæ aſſertio-
3 nis adferunt fundamentum? das Fürſtenrecht/ ajunt, cujus vigore Imperator, in cauſis quæ ipſos Principes, eorumque bona, honorem aut vitam concerunt, abſque conſilio & votis Ordinum cognoſcere nequeat. Si verò quæratur, ubi extet, aut ubi probari poſſit hoc Jus Principum, das Fürſtenrecht: eleganti prætextu regeritur, admodùm probabile eſſe, Proceres Imperij, poſtquàm feuda regalia cum ſuperioritate territoriali, quodam quaſi Dominij jure, ac perpetuâ ſucceſſionis lege obtinuerunt, ſibi quoad ea certis quoque judicijs proſpexiſſe, ne in Imperatoris eſſet lubitu, fortè per affectum, vel præter meritum, cuiquam ex illis hujuſmodi feuda dignitatem regalem habentia, adimere vel abjudicare, undè jus Principum, das Fürſtenrecht/ enatum eſſe dicunt. Atque illud jam antè tempora Imperatoris Friderici II. invaluiſſe, præſertim quando Illuſtris Imperij Vaſallus ob crimen patratum, regali ſuâ dignitate vel feudo exuendus erat, quod evincere videantur exempla *à Conring. d. diſſert. th. 49. Klock. vol. 1. conſ. 7. n. 170.* adducta. *Sneder. ad J. P. ſect. 1. c. 19.* §. *12.*

Egregiâ ſcilicet ac duplici petitione
4 Principij, dùm conantur probare incertum per æquè incertum. Nec enim ullibi Conſtitutio des Fürſtenrechts/ nec ullibi reſervatio vel privilegium Ordinum in dijudicandis cum Imperatore talibus cauſis in orbe reperitur. Exempla ad quæ provocant ex *Conring. & Klockio* ſuprà cit. locis potiùs deſtruunt quàm confirmant ipſorum aſſertionem. Adducitur enim,
5 quòd Dux Lotharingiæ, propter conjurationem contrà Imp. Henricum III. initam anno 1045. *Senatu Procerum* decernente, Ducatu pulſus ſit; quòd ſub regimine ejuſdem Cæſaris Dux Conradus in Bavariâ, ob tyrannidem in ſubditos exercitam, *frequenti Pontificum & Principum Senatu*, anno 1502. principatu exutus ſit; quòd Otto Dux Bavariæ, ob conſpirationem in Imp. Henricum IV. ab eodem & *Principibus* in bannum declaratus; quòd Imp. Henricus V. Ducem Henricum Lotharingiæ reum Majeſtatis & hoſtem Reipublicæ *judicio Optimatum* declaraverit; quòd idem Imperator Sigisfridum Palatinum, ob conſpirationem contrà ſe, *Procerum conventu* Francofurti habito, anno 1109. carceribus mancipaverit; quòd Imp. Conradus Suevus Ducem Bavariæ Henricum, Herbipoli anno 1139. eò quòd Coronam Imperialem affectaverit, frequenti Senatu & *Principum judicio* reum criminis læſæ Majeſtatis condemnaverit; quòd Imp. Fridericus I. Archiepiſcopum Saliſburgenſem Albertum, propter tranſgreſſionem mandati Imperialis, daß die Biſchöff im Heil. Reich ſich von dem Ertzbiſchoff zu Maintz ſich inauguriren laſſen ſollen/ diſer aber von Ulrico Aquilienſi Patriarcha ſich conſecriren laſſen/ in Diæta Ratisbonenſi, *ſententiâ omnium Principum* depoſuerit, in illiuſque locum Præpoſitum Berchtolgadenſem Henricum collocaverit; quòd idem Imp. Henricum Leonem Ducem Saxoniæ & Bavariæ, Cæſarem periculo expoſitum in campo Mediolanenſi derelinquentem reum læſæ majeſtatis poſtulaverit & *Procerum ſententiâ* condemnârit; ejus provincias & ſubditos alijs elargiendo; & reſtitutionem ſupplicanti reſponderit: Imperatorem non poſſe ſinè Principum conſenſu Leonem reponere, quem omnium conſenſu deſtituerit. Controverſiam inter Henricum Ducem Auſtriæ, & Henricum Ducem Saxoniæ anno 1156. ab eod. Imp. Friderico, in *præſentiâ multorum religioſorum & Principum* eſſe amicabiliter compoſitam. Quòd modò nominatus Dux Leo ab Epiſcopo Adelberto Friſingenſi accuſatus de diſtractione & violentâ translatione fori in Bergen/ Ratiſbonæ in ſolemni Curiâ, *à Principibus* requiſita ſententiâ, fuerit condemnatus; Quòd Imp. Otto *convocatis Principibus* Palatinum Ottonem proſcripſerit; quod idem factum Duci Bavariæ Henrico, Ottocaro Bohemiæ Regi contrà Cæſarem adhærenti, & quæ ſimilia ex *Aventini Annalibus*, & *Cranz. Hiſtor.* allegantur.

Verùm enim verò hæc omnia non ſta- 6
biliunt aſſertionem adverſam. Ut enim non reponam illud tritum: *tempora mutantur & nos mutamur in illis*, nulla in ex-

Digitized by Google

exemplis allatis demonſtratur neceſſitas aſſumendi in conſilium Proceres Imperij, aut quod Imperator etiam contrà ipſorum vota cauſam pro ſuâ voluntate liberrimè decidere non potuiſſet. Deindè omnia illa tranſierunt antè quingentos & amplius annos, ubi plerique Ordines ſeu Status adhuc Aulam Cæſaream, certâ ſede non fixam, ſequebantur, & pleraque acta ſunt in Comitijs, aut illorum occaſione: nondùm conſtitutis Imperij ſummis Tribunalibus & judicijs, neque hac controverſiâ per publicas Imperij Conſtitutiones adhuc deciſâ, velut poſteà factum per *O. C. part. 2. tit. 27. Ord. Regiment. anno 1521. Inſtrum. Pac. art. IV. §. 57, art. 5. § quoad proceſſum. 54.* Undè conſequitur, quòd poſteriora derogent prioribus, præſertim quando inſuper multis firmata ſunt præjudicijs, qualia ſunt in confeſſo, & de quibus mox infrà dicentur plura. Accipiunt enim Status Imperij Juriſdictionem à Cæſare per Inveſtituras in ſubditos & ditiones ſuas, nulla verò in ſuos Conſtatus & eorum controverſias in ullâ Conſtitutione Imperiali vel inveſtituræ literis uſpiam illis attribuitur imò expreſsè interdicitur, *R. I. anno 1555. § 73.* Denique omnia ſuperiùs in contrarium adducta exempla concernunt crimina læſæ Majeſtatis & graviſſima delicta, in quibus puniendis Imperator Principum conſilium non excludit, *Capit. Leopold. art. 28. Capit. Ioſephin. art. 27.* cùm itaque ſolum crimen læſæ Majeſtatis & declarationis in bannum Imperij Statum excipiatur, ubi Conſilium Procerum requiritur, profectò reliquæ inter Status lites & controverſiæ omnes à ſolius & unius Imperatoris juriſdictione & judicio, ſinè omni Procerum ſuffragio, dependent, quia exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, adeóque tota opinio contraria ex his rationibus concidit.

Adducitur autem porrò Imperatorem Sigiſmundum non obſcurè confeſſum eſſe,
7 cùm Ericus V. Dux Saxolauenburgicus Fridericum Marchionem Miſniæ ſuper Electoratu Saxonico ad Concilium Baſileenſe in judicium trahere niteretur, in ſuis ad d. Concilium exaratis literis & proteſtatione, apud *Londorp. Tom. 1. act. publ. c. 5. ſecundùm juris communis diſpoſitionem, nec non uſum, morem, ſtylum & conſuetudinem S. R. I. feudalem contentionem per Dominum feudi ac pares Curiæ terminandam eſſe.* Sed etiam hæc allegata procedunt ab anno 1422. quo anno cùm Albertus III. Elector & Dux Saxoniæ, VVeſtphaliæ & Angriæ, Princeps Anhaltinus deceſſiſſet, ſine ſtirpe maſculâ, Fridericus Marchio Brandenburgenſis, Ericus Lauenburgicus, & Ludovicus Palatinus hunc honorem affectabant. Verùm Sigiſmundus Imperator eum Landgravio Thuringiæ & Margravio Miſniæ Friderico contulit.° Cauſæ in literis Inveſtituræ exprimuntur. Nempè quòd per mortem Alberti Electoratus & Archimarſchallatus, tanquàm feuda vacantia, in Imperatoris manus recidiſſent, illa contuliſſe Marggravio Thuringiæ Friderico, als der Ihrer Mayeſtät gegen den Ketzern zu Böhmen am nechſten geſeſſen / der auch Ihrer Kayſerl. Mayeſtät vil Nutz / und köſtliche Dienſt wider dieſelbe Ketzer gethan / auch mit ihnen allzeit in ſtetem Krieg geweſen / ſich auch in der Schlacht mit den Böhmen wohl bewiſen / datæ ſunt literæ Budæ anno 1426. Cum Erico quidem Lauenburgico multùm fuit negotij. Is enim jus ſuum prætenſæ ſucceſſionis magno conatu propugnavit, quæ cauſa non ſolùm in auditorio Imperatoris tractata, verùm etiam prætextu denegatæ Juſtitiæ ad concilium Baſileenſe ab Erico delata, aſſerendo habuiſſe illum ab ipſo Imperatore Sigiſmundo ſimultaneam inveſtituram: quam tamen Imperator ſe dediſſe negavit, ſed fraude Cancellarij ſui tale aliquid ſuppoſitum fuiſſe, prout *Spalatinus in Chronico de orig. Saxonum c. 2.* atteſtatur, referente *Strauchio in Diſſertat. Jur. publ. diſſert. 11. §. 10.* ſcilicet hæc partim cauſa fuit, deferendi litem ad Pares Curiæ, ut Imperator Concilium Baſileenſe excluderet, & quia cauſa quaſi ipſius Imperatoris perſonam, ut aliqui opinantur, tangebat, licet enim Imperator in propria cauſâ poſſit eſſe Judex, cum ſuperiorem non habeat, *L. & hoc ff. de hered. inſtit. §. 2. Inſtit. de vulg. ſubſtit. L. penult. ff. de his quæ in teſtam. del.* nihilominùs ex cauſis moventibus pares Curiæ aſſumpſiſſe; Undè tamen nullum jus ſingulare Principum probari poteſt. Quoniam non exemplis, ſed legibus judicandum, *L. Nemo. C. de ſentent: & interloc.* Atque ex actibus etiam uniformibus, nulla obſervantia inducitur, quando animus

mus

Digitized by Google

mus inducendi conſuetudinem non apparet, *Rum. conſil. 18. n. 12. vol. 1.* Quia ab ijs, quæ meræ & liberæ voluntatis fuère, præſcriptio arcetur. *D. commun. per l. viam. ff. de viâ publ. Zas. ad l. de quibus. ff. de ll. n. 57.* ubi dicit: hoc verum eſſe, licet decies millies ſit factum. Nec enim ex eo, quòd Romæ unâ, alterâ, vel pluribus vicibus factum eſt, jus conſtituitur, ſed lex & norma legibus præſcripta attendenda eſt, *L. ſed licet ff. de offic. Præſid. Auth.* des gründlichen Berichts von des Heil. Reichs Fridbergiſ. Stand. *pag. 130. n. 46.* maximè quia Imperator ſucceſſori præire vel præjudicare nequit, *Weſenbec. parat. ff. de Conſtit. Princ.* Longè igitur abeſt, ut in vim pragmaticæ ſanctionis talia exempla allegari poſſint, *Engelbrecht. de Juriſd. concluſ. 120.* Atque omnia ſuperiùs numero - - - allata huc quoque applicari poſſunt.

8 Conſideremus jam fundamenta clariſſima ex ſanctionibus pragmaticis, quæ ſoli Imperatoriæ Majeſtati cognitionem de feudis regalibus luculentiſſimis verbis attribuunt. Declarat id *R. I. de anno 1521. ſub rubricâ :* Römiſch Kayſerlich Regiment. §. ob auch Sachen vorfielen / Fürſtenthum / Graffſchafften / ꝛc. belangend / ſo vom Reich zu Lehen rühren / ſo einem Theil gäntzlich und endlich ſollen Abgeſprochen werden / derſelben Erkantnus wollen wir uns auch hierin vorbehalten haben. Et hæc verba, ne unico mutato repetuntur in *O. C. p. 2. t. 7. Demaiſ. de jur. Cam: tit. 141.* quibus accedit juris feudalis textus in *c. unico. apud quem vel quos controv. feud.* in verbis : *Si contentio fuerit de beneficio inter Capitaneos, coram Imperatore definiri ſolet ;* ſi verò fuerit contentio inter minores valvaſores & majores de beneficio, in Judicio Parium definiatur, vel per Judicem curtis. *c. un: de lege Corradi*, ſequentibus verbis : *ſi inter Capitaneos controverſia ſit, coram Rege finiatur* ſi inter valvaſores, coràm Paribus Curiæ, Mediolani non tenetur, ſed talis diſtinctio ibi obſervetur, quia ſi inter duos, quicunque fuerint, de beneficio Regali controverſia fuerit, *quorum uterque à Rege ſe dicit inveſtitum fuiſſe, tunc cauſa coram eo decidatur*, cœteræ verò cauſæ apud Pares Curiæ. Ad quem textum *infinita DD. autoritas* Imperatori ſoli Juriſdictionem attribuit, *Vultej. de feud. lib. 1. c. 1. n. 9.* dicens, quòd in his cauſis ceſſent privilegiatæ Inſtantiæ, prout latè deductum *in actis* in Sachen der Fürſtl: Marpurgiſchen *ſucceſſion.* Inſtrumenti Pacis *art. 4. §. 57.* ubi *cauſa Juliacenſis ordinario proceſſu coràm Cæſareâ Majeſtate*, vel amicabili compoſitione, vel alio legitimo modo dirimi debet ; Et Inſtrum. Pacis *art. 5. §. quoad proceſſum judiciarium. 55.* ubi dicitur : *liberumque ſit ſuæ Majeſtati in cauſis majoribus, & undè tumultus in Imperio timeri poſſent, inſuper etiam quorundam utriuſque Religionis Electorum & Principum ſententias & vota perquirere.* Quibus Conſtitutionibus non poteſt opponi *Capitulatio Leopoldina art 39.* niſi in cauſis ipſum Imperium concernentibus & maximum poſt ſe trahentibus præjudicium & conſequentiam, in verbis : in wichtigen Sachen / ſo das Reich betreffen / und von hohem præjudiz und weitem Auſſehen ; quale quid etiam in *Spec. Suev.* ſancitur : Kriegt der König umb Guet / ſo des Reichs iſt / da ſollen über ſprechen Fürſten / Grafen und Freyen / und des Reichs Dienſtmann / ſed caſus ſingulariſſimi non ſunt trahendi ad alias inter Status de regalibus feudis & eorum ſucceſſione naſcentes controverſias. Atque undè hinc aſtrui poteſt Jus Principum, das Fürſtenrecht / ubi non ſolùm Principum, ſed Comitum, Baronum, Nobilium, fit mentio, quorum admiſſionem jus Principum excludit.

Licet autem hæc adeò clara ſint, ut quis juraret, neminem reperiri, qui contra aſſerere audeat, ſunt tamen, ut ſuprà demonſtratum, qui ſollicitam de ijs movent dubitationem. Quicquid dicant, textus ſuprà citatis ex *R. I. de anno 1521.* §. ob auch Sachen vorfielen. clarè loquitur tantummodò de Imperatoriâ Majeſtate, vel ipsâ abſente ; de Rege Romano, & deinceps modò ſubſequitur titulus, qui agit de cauſis, in quibus Status Imperij cognoſcere poſſunt. Hæ verò cauſæ feudorum Regalium non tantùm à Cameræ Juriſdictione ſunt exemptæ, ſed etiam à Summo Judicio, quod vocabatur Regimentum ; multoque Auguſtius fuit, & majorem habuit poteſtatem quàm Camera, *Ord. Regimenti tit.* von den Zwantzigen. *de anno 1550. & anno 1521. ſub rubricâ,* von Ordnung des Regiments. Et nihil ob-



Digitized by Google

ſtat, ſi dicamus Imperatorem in talibus cauſis non judicare ut Dominum feudi, ſed ut Judicem majorem in cauſâ arduâ & gravi, *l. non diſtinguemus. §. de liberali. ff. de recept. arb. l. 2. C. de pedan. jud. Gail. 1. obſ. 1. n. 32. Magenhorſt. in annotat. ad O. C. 2. t. 7.* Fundamentum certè validum contradicentes non habent pro aſtruendo jure principum, des Fürſtenrechts; & quod ipſis non patrocinetur reſcriptum Imp. Sigiſmundi jàm ſuprà deductum eſt. Quia hoc, nec non alia exempla ſuperius recenſita priora ſunt juribus ex Ord. Cameræ, jure feudali, & Inſtrumento pacis adductis, quæ ſi concludendi efficaciam ullam
9 habuiſſent, per iſtas poſteriores pragmaticas ſanctiones illis derogatum eſt, *l. ſed & ff. d. ll. l. fin. ff. de Conſtit. princ.* ut allegari amplius non poſſint, *l. 2. §. 19. C. de vet. jur. enucleand. l. fin. ff. de falſ.* Poſteriores verò hæ conſtitutiones quia mutatæ non ſunt, utique in vigore ſuo permanent, *l. præcipimus. C. de appell.* Etenim ſi eſſent correctæ, vel id factum fuiſſet tacitè vel expreſsè. Non expreſsè, quia nulla conſtitutio contraria monſtrari poteſt. Non tacitè, quia tacitus conſenſus in juribus abdicativis & præjudicialibus non ſufficit, *l. filius familias. §. invitum. ff. de procur. l. ſicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv. l. Cajus. ff. de pignor. l.*
10 *procurator. ff. rem rat. hab.* Quin imò etiam hæc ſententia antiquior eſt alterâ, prout clariſſimè patet ex R. I. *Moguntiæ anno 1236. tit. 24. Goldaſt. Conſtit. Imp. pag. 80.* ibi: Und ſoll die Leuthe richten / die jhme Klagen / von allen Leuthen / ohne Fürſten und andere hohe Leuthe / wo es gehet an jhr Leibe / oder an jhr Recht / oder an jhr Erbe / oder an jhr Ehre / daß wollen wir ſelbſt richten. Undè etiam antiquitatis argumentum al-
11 terius ſententiæ deſtruitur. Denique omnia iſta confirmantur præjudicijs, in cauſis Braunſchweig contrà Braunſchweig / Baaden contrà Baaden / Heſſen Caſſel contrà Heſſen Darmſtatt / Holſtein contrà Holſtein / Oldenburg betreffend / Mechlenburg contrà Mechlenburg / ꝛc. Non attentâ vanitate commentitiâ gloſſicularum, quæ à contrariæ ſententiæ defenſoribus, citatis ſuprà præjudicijs, & conſtitutionibus tàm novis quàm antiquis aſperguntur.

Et quia ſuprà citatus eſt pro parte contrariâ *Conringius*, videamus obſecro, an non ipſe magis noſtræ faveat ſententiæ; ſequentia enim ille tradit *in tr. de Imp. Germanic. tit. 6. de judicijs, §. Præ alijs maximi ponderis, fol. mihi 241.* Præ alijs maximi ponderis eſt mutatio ſeptima, quod nempe Cæſares à centum jam annis cœperint de Principum feudalibus bonis maximis, imò vitâ & omni fortunâ decernere, non tantùm non auditâ aliorum Principum, ut Parium Curiæ, ſententia ſed ne quidem in Judicio aliquo per Principum delegatos conſtituto. Sic Carolus V. Ioannem Fridericum Saxonem & Philippum Landgravium proſcripſit, illum captum etiam capitis damnavit. Idem anno 1543. ſolus decidit litem inter Landgravium & Naſſoviæ Comitem de ditione Cattorum, quæ ſententia tamen poſt eſt reſciſſa. Utque exempla ſimilia non extent Cæſare Ferdinando I. & Maximiliano II. Rudolphus tamen in turbis Argentoratenſibus anno 1602. intentavit proſcriptionis fulmen Chriſtiano Holſatiæ Duci, Argentoratenſis Epiſcopus Vice-Decano: in cauſâ Juliacenſi alijs Principibus potiſſimi Ordinis idem eſt minitatus; cauſam illam, quæ vertebatur circà Ducatus hos & multos Comitatus ad ſui unius Judicium attrahens. Neque verò non etiam à Principibus aliquot eſt hoc probatum. Etſi enim uniti, qui appellabantur, ad priſcam conſuetudinem provocarent, agnovit tamen hoc ſubitarium ſummum Cæſaris Judicium Chriſtianus II. Elector, agnoverunt qui Pragæ aderant anno 1610. Principes Germanici magnæ autoritatis, niſi quòd conſultum crederent, ut Cæſar, removendæ invidiæ ergò, etiam Principes aliquot in conſilium vocaret. Neque Cæſar admiſit Principes Judicij Pares, niſi hâc additâ expreſsâ cautelâ, daß ſich ſonſten auff diſen ſolchen Fall niemand zu beruffen / oder ſolches in conſequentiam zuziehen habe. Porrò etiam anno 1613. in ipſis Comitijs Ratiſbonenſibus rejecta fuit Haſſi Caſſellenſis adverſus Haſſum Darmſtadenſem petitio de Principibus Judicio Aſſeſſoribus dandis in controverſiâ de Marburgenſi ditione, litis conteſtatione partibus injuncta coram uno Cæſare, ut & ſolus Cæſar Ferdinandus II. tulit ſententiam anno 1623. Kal. Aprilis. Jam ante illum in negotio de Grubenhagenſi ditione ſolus Mathias pronuntiaverat,

rat,

Digitized by Google

tat, & ipſe Ferdinandus anno 1621. tulerat ſententiam in cauſa hæredum Edovuardi Fortunati contra Georgium Fridericum Marchionem Badenſem; rejectâ appellatione, quam is à Cæſare malè informato ad eundem melius informandum, & ad Imperij Ordines appoſuerat. Ab eodem porrò felicis memoriæ Cæſare Ferdinando ſolo multos Principes proſcriptos, & omnibus fortunis ſuis exutos eſſe, alijs viciſſim in gratiam itidem ſolo ipſius nutu receptis, notum in vulgus eſt. Nec tamen ab Ordinibus Regni querelas temerè audias fuſas eſſe violatæ hoc ipſo ſuæ libertatis. Ut proinde Judicia illa jam quidem ſint tantùm non παμβασιλικὰ quæ ante Ariſtocraticum Regimen ſapiebant. Quomodo hodieque ſe ſe habent Judicia de capite & omnibus fortunis Nobilium Ordinum in Daniâ ac Poloniâ, ut quæ ad ſola Comitia pertineant. Publicâ Ordinum omnium lege mutatum eſſe priſtinum morem neſcio an liceat affirmare. Nam quod parte ſecundâ ordinat Cameral. tit. 7. ſcribitur, Cæſari reſervatum Judicium lite ortâ de Principatibus, id poſſit accipi ex uſu veteris formulæ: eodem enim modo locuti jam olim ſunt Cæſares, nec tamen unquam excluſi à Judicijs illis Pares Curiæ hoc eſt Principes ipſi, quaſi nihil aliud ſignificetur, quàm ad Judicium Aulicum aut Camerale, conſtitutum ex perſonis infra dignitatem Principum poſitis, non pertinere lites de Principatibus, ſed ad Cæſarem ac Curiæ Pares. Quemadmodum illa verba jam interpretati ſumus antè. Sanè alias cauſas introducti novi illius moris reddere fortaſſis haud fuerit in difficili.

Porrò Imperator dijudicat cauſas feudorum regalium non ſolùm in petitorio, ſed etiam in poſſeſſorio. Quamvis enim
Antoninus Caracalla regni moderandi ſocium nactus Getam, quem perimens tandem operâ Macrini à Satellite pugione trucidatur A. C. 219. ætat. 29. Symb. ejus *omnis in ferro ſalus*, malè judicans, non diu poſſe, quæ multorum malo exercetur, ſtare potentiam, quoniam præſidium charitate & benevolentia civium ſeptum oportet eſſe, non armis. Getæ Symb. erat, *nulla fides regni*: nam ut Seneca, *nec regna ſocium ferre, nec tædæ ſciunt.*

Opilius Macrinus, unà cum filio Diadumeno novem annorum puero ſibi in collegam adlecto, à militibus rebellantibus occiſus, A C. 220. ætatis 54. Symb. *ferendum ac Sperandum.*

Avitus qui & Heliogabalus, ingentibus vitiis Imperium decoravit, in latrinâ cum matre occiſus, in Tiberim mergitur, A. C. 224. ætat. 18. Symb. *ſuus ſibi hæres quiſque optimus.*

Aurelius Severus Alexander, miro omnium conſenſu acclamatus eſt Imperator Princeps ſtrenuus & pius, in germanicâ expeditione unà cum matre interficitur à ſuis, A. C. 237. ætat. 29. Symb. *quod tibi hoc alteri.*

Julius Maximinus Thrax, qui olim paſtor fuerat, fit Imperator, & Auguſtus ſalutatur, à ſuis in tabernaculo ſuo occiditur. Regn. ann. 2. Symb. *quò major hoc laborioſior*, imitans Alexandrum Magnum, qui nihil magis regium quàm laborem dixit.

M. Antonius Gordianus, Princeps virtuoſus, in tentorio ſuo obtruncatur, A. C. 246. ætat. 22. Symb. *ultorem ulciſcitur ultor*, & aliud; *omnis vita ſupplicium.*

Gordianus II. Symb. *prò patriâ mori pulchrum.*

Clodius Pupienus; Symb. *qui timetur timet.*

Cælius Balbinus; Symb. *bonis nocet, qui malis parcit.*

Gordianus III. Symbol. *Princeps miſer, quem latet veritas.*

Julius Philippus. Symb. *malitia regno idonea.*

Philippus Arabs, patre latronum Duce natus, Veronæ occiditur, cùm regnaſſet annis 7. Symb. hujus: *multa nec apta.*

Decius Traianus, perſecutor maximus Chriſtianorum unà cum filio in prælio commiſſo ex inſidijs circumventus, interficitur, regn. annum. 1. Symbolum: *apex Magiſtratus autoritas.*

C. Ubius Tribonianus, Gallus, cum filio ſuo Voluſiano ſimul perit. A. C. 254. regn. ann. 4. Symbol. *nemo amicus idem & adulator*, quod videtur congruere dicto Biantis, qui rogatus quænam beſtia omnium maximè noxia foret: *inter feras*, inquit, *tyrannus, inter cicures adulator.*

Æmilianus ad tumultum præcavendum à Senatu eligitur, & à ſuis occiditur, cùm regn. 3. menſibus; Symbolum ejus: *non gens ſed mens.*

Valerianus Septuagenarius à Sapore Perſarum Rege captus cui loco ſcabelli in aſcendendo equo fuit, & tandem excoriatus ſaleque conſperſus, miſerrimè vitam finijt: Symb. ejus, *non acerba ſed blanda*; uti quoque Tacitus indicare videtur, *malitioſa blanditia peſſima, veri affectus venenum.*

Gallienus Succeſſit patri ſuo Valeriano, qui Imperio neglecto ſe totum voluptatibus mancipavit, ducum dolo ad Mediolanum interficitur; Symb. *propè ad ſummum, propè ad exitum.*

Flavius Claudius Dalmata, Imperium laceratum reſaricens, lue tactus occumbit, regn. anno 1. Symbolum: *Rex viva lex.*

Valerianus Aurelianus obſcuris parentibus Syrmij natus, Imperium obtinuit militum favore, Reginam Orientis Zenobiam antè currum ſuum in triumphum duxit, regn. ann. 6. Symbolum: *quò major eò placabilior.*

M. Claudius Tacitus ſexto regiminis menſe cadit: Symb. *ſibi bonus alijs malus.*

Annius Florianus, hæreditario quaſi jure regnum invadit, Tharſi à ſuis trucidatur, regn. 2. menſ. ſymb: *injuria unius, ruina multorum.*

Aurelius Probus occiditur à ſuis, regni anno 6. menſ. 4. Symb. ejus: *pro*

Digitized by Google

*proſtipe labor.* Epitaphium habet ; *Hic probus Imperator, & verè probus ſitus eſt, victor omnium gentium barbararum, victor etiam tyrannorum.*

AURELIUS CARUS ad fluvium Tygridem moritur. regn. ann. 1. Symbol: *bonus Dux bonus Comes.*

CARINUS ET NUMERIANUS, hic paulò poſt interfectus, ille bello occubuit. Symb: *eſto quod audis, cedendum multitudini.*

AULUS VALERIUS DIOCLETIANUS ſibi ipſi mortem accivit, anno 316. ætat. 73. Symb: *nihil difficilius quàm benè imperare.*

CONSTANTIUS Imperat. Symbol: *virtus dùm patitur, vincit.*

VALER. MAXIMIANUS. Symbol. *tutum.*

VALERIUS MAXIMUS. Symb. *marcet ſine adverſario virtus.*

VALERIUS SEVERUS, Symb: *ſemen Eccleſia ſanguis piorum.*

AURELIUS MAXENTIUS. Symb: *Phryx plagis emendatur.*

VALERIUS LICINIUS Symbolum: *peſtis Reipublica littera*: In Imperatorem hunc patre Ruſtico natum melius quadraſſet hæc vox, *bovis eſt non hominis*, & ut ajunt, artem non habere inimicum niſi ignorantiam.

## Sequitur Claſſis Imperatorum, Cæſarumque Rom. Græcorum, ante avulſum Occidentem.

FLAVIUS CONSTANTINUS MAGNUS, primus Chriſtianorum portus & refugium, Imperij Orientalis Conditor, bicipitis Aquilæ auctor, ſumpto pharmaco, valetudinis curandæ cauſa, vitam finijt, non abſque veneni ſuſpicione. A. C. 337. ætat. 65. Imperij 31. Symb. habuit, *immedicabile vulnus enſe reſcindendum*; ad hoc ſymbolum quadrare videtur, quod olim Conſulibus Romanis mos fuerit præferri faſces, hoc eſt virgas alligatas ſecuribus, quo ſignificabatur, malitiam & improbitatem hominum aut corrigendam eſſe, aut, ſi emendari nequeat, reſcindendam; nam & virgæ corrigũt, & ſecures reſcindunt.

FLAVIUS JULIUS CRISPUS ex Minerva natus ; Fauſtæ artibus opprimitur ; Symb: *homo non homo natus.*

CONSTANTINUS. Symb: *difficilia quæ pulchra.*

CONSTANTIUS. Symb: *patiens ſit Principis auris.*

CONSTANS. Symb: *creſcente ſuperbiâ, decreſcit fortuna*, hos inter à Patre Conſtantino diviſum fuit Imperij corpus.

MAGNENTIUS; Symb: *pudor juveni decus, Seni dedecus.*

DECENTIUS. Symb: *celare dolorem difficile.*

JULIANUS APOSTATA in bello Perſico haſtâ per ilia ictus, ſanguine manum implevit, eoque in aërem projecto, Chriſtum contumelioſè Gallilæum appellans, viciſti, inquit, Gallilæe, Anno Chriſti 363. ætat. 31. imperavit ann. 1. menſ. 8. Symb: *pennis ſuis ferire grave.*

JOVINIANUS regnavit 7. menſes, 22. dies ; Symb. *ſcopus vitæ Chriſtus.*

VALENTINIANUS obijt anno ætat. 50. regim. ann. 12. Symbolum ; *Princeps ſervator juſtus.*

VALENS fratri diſſimilis, Arianam hæreſim amplectitur. flammâ perijt, regn. ann. 14. Symb. *alienus ab irâ, alienus à Juſtitia.*

FLAVIUS GRATIANUS Princeps Chriſtianiſſimus, in Gallijs à ſuo Duce Maximo interfectus, ætatis 28. Symbol: *Non quàm diu, ſed quàm benè.*

VALENTINIANUS JUNIOR occiſus A. C. 392. ætat. 27. Symb: *amicus veterrimus optimus.*

THEODOSIUS MAGNUS moritur A. C. 395.. ætat. 50. Symb: *eripere telum, non dare irato decet.*

FLAV. ARCADIUS: cujus Symb: *ſumma cadunt ſubito.*

FL. HONORIUS poſt fratrem ſolus obijt A. C. 423. ætat. 45. Symbolum: *malè partum malè diſperit.*

THEODOSIUS II. perit in venatione A. C. 450. ætat. 39. Symb. *tempori parendum.*

VALENTINIANUS III. confoditur A. C. 455. Symbolnm: *omnia mea mecum porto.*

MARIANUS ſincerè Orthodoxus & pacis amantiſſimus, hinc ſemper in ore habebat: *Quamdiu pacatè vivere licet, non eſt Principi decorum, ut arma ſumat.* regn. ann. 6. menſ. 6. Symb: *pax bello potior.*

LEO I. Imperator optabat, ut ſtipendia militum in Salaria Doctorum conver-

verterentur, regn. ann. 17. menſ. 6. Symb: *Regis clementia cuſtos.*

ZENO ISAURICUS truculentus & effeminatus dejicitur, Anno 476. Symbol: *malo nodo malus cuneus*, quod intelligi debet, vim vi, dolum dolo repellenda eſſe.

BASILISCUS in exilio fame & frigore periit A. C. 477. Symbol. *non nocet invidiâ.*

ZENO II. lacertis propriis comeſtis adhuc vivus tumulatur. Regn. ann. 17. mens. 5.

ANASTASIUS primò Orthodoxus, dein hæreſin Eutichetis profitens, fulmine cadit, cùm regn. ann. 27. menſes 3. Symb. *mellitum venenum blanda oratio.*

JUSTINUS THRAX Orthodoxus regn. ann. 9. dies 23. Symb. *quod pudet hoc piget.*

JUSTINIANUS I. ſub hoc floruit Beliſarius Romanorum ſpes & gloria, qui tamen iterum depreſſus, ut mendicare coactus; *date obolum Beliſario, quem virtus extulit, invidia depreſſit;* Hic Imperator operâ Triboniani leges condidit, & inſtauravit, ut à nativitate Chriſti anni inchoarentur, regn. ann. 38. menſ. 6. Symb. *ſummum jus ſumma injuria.*

JUSTINUS II. regn. ann. 12. Symb. *libertas res inæſtimabilis.*

TIBERIUS CONSTANTINUS reprehenſus à Sophia Auguſta, quòd redacturus eſſet ad pauperiem Rempublicam, reſpondit, nequaquam, non deerunt nummi fiſco noſtro, quoad inde pauperibus elargiemur. Symbol. *Stirps pauperum Theſaurus fidelium.*

MAURITIUS ob avaritiam militibus exoſus, cum conjuge ac liberis, ante oculos ejus trucidatis, jugulatur, regn. ann. 16. Symb. *quod timidum, idem & crudele.*

PHOCAS TYRANNUS, ademptâ virilitate truncatur, regn. ann. 8. Symbol. *Fortunam citiùs reperias quàm retineas.*

HERACLIUS hydrope confectus, regnavit ann. 30. menſ. 10. *à Deo victoria.*

HERACLIUS CONSTANTINUS veneno tollitur regn. ann. 27. Symb. *inſania læta voluptas.*

HERACLEON naſo mutilatus cum matre occiditur: regn. menſ. 6. Symbol. *mali Principij malus exitus.*

CONSTANS II. in balneo periit, reg. ann. 27. Symb. *parendum neceſſitati.*

CONSTATINUS IV. pogonatus, reg. ann. 17. Symbol. *quod citò fit, citò perit.*

JUSTINIANUS II. naſo mutilatus, regn. ann. 26. Symb. *multi nimium, nemo ſatis.*

FL. LEONTIUS. Symb. *pulchra eſt concordia cordis & oris.*

TIBERIUS ABSIMARUS Symb. *nimium boni, cui nihil mali.*

PHILIPPICUS BARDANES privatus oculis in carcerem conjicitur, Symb. *fortuna citò repoſcit quæ dedit.*

ANASTASIUS ARTHEMIUS, regn. ann. 2. Symb. *ſi non das accipit ultrò.*

THEODOSIUS III. Symbol. *patientia remedium malorum.*

LEO III. ISAURICUS regn. ann. 25. menſ. 2. Symb. *occulti inimici peſſimi.*

CONSTANTINUS COPRONYMUS ſic dictus quod Baptiſmum ſtercore inquinârit. Symb. *quid ſine pectore corpus.*

LEO IV. Symb. *quò fortuna ſi non uteris.*

CONSTANTINUS VII. PORPHYROGENITUS. Symb. *mulieri imperare res deſperata.*

## Sequuntur Cæſares Romano-Germanici.

CAROLUS MAGNUS regn. ann. 13. Ingelheimij natus Patre Pipino, matre Bertâ coronatus à Leone 3. Papâ Aquiſgrani ſepultus anno Domini 814. ætat. 72. Symbol. *Chriſtus regnat, Chriſtus vincit, Chriſtus triumphat.*

LUDOVICUS PIUS Caroli Magni filius obiit Moguntiæ, ætat. 46. reg. ann. 26. Symbol. *omnium rerum viciſſitudo.*

LOTHARIUS I. regn. 19. menſ. 2. Symbol *par ſit fortuna labori.*

CAROLUS II. CALVUS, veneno necatur à Judæo medico ſuo, regn. ann. 2. menſ. 2. Symbol. *Juſtiniani injuſtitia perit.*

LUDOVICUS III. BALBUS veneno interfectus regn. ann 1. menſ. 6.

CAROLUS III. CRASSUS Imperavit ann. 10. menſ. 7. à Proceribus Imp. deponitur, ſepultus in Monaſterio Augiæ. Symb. *os garrulum intricat omnia:*

ARNOLPHUS ſpurius imperavit ann. 12. paralyſi vitam finiit Symb. *facilis deſcenſus averni.*

Lu-

Digitized by Google

LUDOVICUS IV. in oppido Ferchei̇mio Imperator creatus, regn. ann. 12. in hujus obitu ſtirps Caroli M. deficit, cùm jam annos 112. regnâſſet. Symbol. *multorum manus, paucorum conſilium.*

CONRADUS I. Imperator regn. ann. 6, in hoc deſinit Francorum linea. Symb. *fortuna cùm blanditur, fallit.*

HENRICUS AUCEPS regn. ann. 17. moritur paralyſi, ætat. 60. ſepultus eſt Quedlinburgi. Symb. *piger ad pœnas, ad præmia velox.*

OTHO II. MAGNUS regn. ann. 36. mortuus Viennæ, ſepultus Magdeburgi: Symb. *aut mors, aut vita decora.*

OTHO regn. ann. 10. menſ. 7. ſepultus Romæ in templo D. Petri. Eccleſiæ Paderbornenſi auream crucem dono dedit cum hac inſcriptione, *Auri ſexcentas crux hæc habet aurea libras.* Symb. *pacem cum hominibus, cum vitijs bellum.*

OTHO III. regn. ann. 17. hic ſeptemviratum, conſentiente Pontifice, ad Germanos tranſtulit, ætat. 28. chyrothecis veneno infectis extinguitur: Symbol. *unita virtus valet.*

HENRICUS II. ſive ſanctus & Claudus regn. ann. 23. menſ. 5. obiit, 1024. ſepultus Bambergæ. Symbolum: *ne quid nimis.*

CONRADUS II. ſive Salicus. regn. ann. 14. Symb. *omnium mores, tuos imprimis obſerva.*

HENRICUS III. niger regn. ann. 17., menſ. 7. ætat. 39. Symb. *qui litem aufert execrationem in benedictionem mutat.*

HENRICUS IV. regn. ann. 49. menſ. 10. Leodij mortuus. Symb. *multi multa ſciunt, ſe autem nemo.*

HENRICUS V. regn. ann. 19. mortuus Trajecti. ſepultus Spiræ. Symb. *mortem optare malum, timere pejus.*

LOTHARIUS Saxo regn. ann. 13. Sepultus Cæſareæ Lothariæ. Symb. *Audi & alteram partem.*

CONRADUS III. regn. ann. 14 mortuus Bambergæ, ſepultus Laureaci. Symb. *pauca cum aliis, tecum multa.*

FRIDER. I. BARBAROSSA regn. ann. 38. menſ. 2. ſepultus Tyri. Symbol. *qui neſcit diſſimulare, neſcit regnare.*

HENRICUS VI. regn. ann. 7. mortuus eſt Meſſariæ. Symb. *qui neſcit tacere, neſcit loqui.*

PHILIPPUS III. regn. ann. 9. menſ. 3. ab Othone de VVitelſpach pugione interficitur, ſepultus Spiræ. Symb. *ſatius eſt currere quàm malè currere.*

OTHO IV. regn. ann. 19. menſ. 2. inglorius Brunſvvigæ moritur. Symbol. *anſer ſtrepit inter olores.*

FRIDERICUS II. SUEVUS fundator Academiæ Viennenſis, regn. menſ. 38. ſepultus Panormi.

CONRADUS IV. regn. ann. 3. menſ. 5.

VVILHELMUS Hollandiæ Comes, *haſtis confoſſus* regn. ann. 9.

RICHARDUS ANGLUS contemptus cedit.

ALPHONSUS CASTELLÆ abdicat.

RUDOLPHUS COMES HABSPURGICUS adire Italiam nolebat, prætendens, quod Cæſarum in Italiâ veſtigia læta, magnifica, plenaque bonæ ſpei videret, ex Italiâ verò referentia & foràs verſa, triſtia & miſera. regn. ann. 17. menſ. 9. vixit 73. ann. menſ. 5. obiit propè Spiram in Oppido Germersheim, ſepultus Spiræ. Symbolum: *melius bene imperare quàm Imperium ampliare.*

ADOLPHUS COMES NASSOVIUS Moguntiæ Imperio exutus in prælio occiditur manu Alberti Auſtriaci confoſſus. Symb. *animus eſt, qui divites facit.*

ALBERTUS AUSTRIACUS regn. ann. 9. menſ. 9. à Iohanne fratris ſui filio & conjuratoribus occiſus, ſepultus Spiræ; Symb. *Quod optimum idem jucundiſſimum.*

HENRICUS VII. Comes Lucenburgicus occiditur. regn. ann. 4. menſ. 9. ſepultus Piſis. Symb. *calix vita calix mortis.*

LUDOVICUS V. BAVARUS reg. ann. 32. Symbol. *ſola bona quæ honeſta.*

CAROLUS IV. regn. ann. 32. menſ. 7. auream Bullam condidit. mortuus Pragæ 1378. Symb. *optimum alienâ inſaniâ frui.*

VVENCESLAUS CAROLI IV. filius regn. ann. 22. Imperio à Proceribus ob ignaviam exutus Bopardiæ, obiit Pragæ Apoplexiâ anno 1419. ſub hoc bombardæ inventæ. Symb. *Moroſophi moriones optimi.*

RUPERTUS PALATINUS regn. ann. 6. men-

9. menſ. 10. obiit 1437. ætat. 70. Symbol. *ſic cedunt munera fatis.*

ALBERTUS II. regn. ann. 2. immodico peponum uſu mortuus in Alba Regali, ad latus Sigiſmundi ſepultus. Symbol *amicus optima vita poſſeſſio.*

FRIDERICUS III. Habſpurgicus immoderato melonum eſu obiit 1493. regn. ann. 53. ætat. 73. Symb. *rerum irrecuperabilium felix oblivio.*

MAXIMILIANUS I. Habſpurgicus regn. ann. 25. menſ. 5. febriculâ moritur 1519. ætat. 63. ab hoc Imperatore ſupremum Judicium Cameræ Imperialis inſtitutum quod ambulatorium primò, tandem fixam ſedem ſpiræ obtinuit. Symbol. *tene menſuram & reſpice finem.*

CAROLUS V. natus Gandavi cum regn. ann. 37. reſignat fratri ſuo Ferdinando Regi. in Eſcuriali Hieronymi vitam devotè finit, 1558. ætat. 59. Symb. *plus ultra.*

FERDINANDUS I. regn. ann. 7. obiit 1564. Symbol. *fiat juſtitia, & pereat mundus.*

MAXIMILIAN. II. regn. ann. 12. in ipſis Comitiis Ratiſbonenſibus 1579. obiit: Symb. *Dominus providebit.*

RUDOLPHUS II. regn. 34. moritur die 10. Januarij. Symb. *omnia ex voluntate Dei.*

MATHIAS 1612. coronatur Imperator Francofurti. obiit 1619. regn. ann. 7. Symb. *concordia lumine major.*

FERDINANDUS II. regn. an. 15. menſ. 6. Francofurti anno 1619. electus & coronatus, obiit 1637. Symb. *legitimè certantibus.*

FERDINANDUS III. obiit ann. 1657. Symb. *Pietate & Juſtitia.*

LEOPOLDUS HUNGARIÆ ET BOHEMIÆ REX. Cæſar creatus 1658. Symbolum. *Conſilio & prudentia.* Cui Deus victorias, palmas, triumphos!

JOSEPHUS REX ROMANORUM, Spes Imperij, Hungariæ, Bohemiæ, Auſtriæ. Symbolum. *Amore & timore.*

# *Liber I. Tituli V. Pars VII.*

## *SEQUITUR EPITOME RECESSUUM ET CONSTITUTIONUM IMPERII SECUNDUM MATERIAS ORDINE ALPHABETICO DIGESTA.*

RECeſſus Imperij ſivè Conſtitutiones pragmaticæ proficiſcuntur ex Comitijs Imperialibus jàm longo tempore in uſu eſſe cæptis, in quibus & Imperatorum Majeſtas, & Ordinum ſubditorumque privilegia, & avita libertas conſervantur, dùm communibus conſilijs de ſalute Reipublicæ deliberant; juxtà Imp. effatum in *l. 8. C. de ll.* atque hæ conventiones, quæ Imperiali additâ autoritate in leges abeunt, hodiè vocantur Receſſus Imperij, Reichs-Abſchid / de quibus dicitur *in R. I. anno 1500. ferè in fine : Contractsweiß verglichen / In Ord. Regiment: anno 1500. in fin.* Und in diſen gegenwertigen contract und Verpflichtung verfaſſet iſt / und daß Wir uns gegen und mit Seiner Königl. Gnaden derhalben verbunden / verpflicht und underwirffig verſtrickt haben. Item *in Declarat: Pac. Publ. anno 1500. in §. 1. ibi:* Und deßhalben mit- und gegeneinander contractsweis vereinigt. *In Ord. Cam. anno 1507. §. 21. R. I. anno 1512. §. 68.* cui robur additur per juſſum ſuperioris, *l. 1. ff. de leg. commiſſ.* Elucet enim ubique Imperatoris præfulgida Majeſtas, cum ſummum Numen maximam Romanæ Monarchiæ ſemper habuerit curam, quod tàm variæ & admirandæ mutationes luculenter demonſtrant. Quamvis enim Imperatoris & Imperij Status à priſcorum Imperatorum poteſtate fortè nonnihil mutatus ſit; non tamen deeſt maxima poteſtas, adeſt antiqua excellentia, & conſpicua præeminentia, approbans in Comitijs Ordinum vota, quæ approbatio poſteà legem & ſanctionem pra-

Digitized by Google

pragmaticam facit. Quando autem ſententia Imperatoris diſſentientis conſenſui trium Imperij Collegiorum prævaleat, dictum ſuprà *hoc tit. V. part. 3. n. 51.* Conſentit nimirum Imperator, vultque Receſſibus Imperij etiam ſeipſum ſubjicere, ſicque liberæ ſuæ facultati agendi faciendique detrahere, quantum Receſſus Imperij juberent, *Otto de J. P. pag. 240. Carpzov. ad L. Reg. c. 3. R. I. anno 1500. §. 2. in fin. & ex communi Receſſuum formulâ & clauſulâ.*

Viciſſim tenentur omnes Imperij Ordines & ſubditi, ſummi infimique Receſſibus Imperij obedientiam præſtare, qui etiam contraveniendo pænæ Receſſibus inſertæ ſe obnoxios reddunt, cui tamen Imperator ſe nunquàm implicat, ſed tacità voluntate liber & abſolutus eſt, id quod æquitas ipſa ſuadet & requirit jus Gentium, *Fritſch. in Exercit. ad R. I. exercit. 1. §. 8.* In cauſis quoque Religionis & indictione contributionum vota majora non attendi tradit *Limn. J. P. lib. 9. c. 1. n. 191.* Schütz *Diſp. 10. Colleg. Jur. publ. th. 15. tit. A. Arum. de Comit. c. 7. n. 65. Klock. de contribut. c. 6.* Abſentes quoque Comitialibus decretis ſeu receſſibus ſunt obligati & ſubjecti, imò etiam exteri in Imperio verſantes his legibus tenentur. Atque Receſſus Imperij inſtruunt Tribunalia quævis, ut ſecundùm eos judicetur, *Ord. Cam. anno 1500. §. 20. Fritſch. d. loc.* Aggrediamur Receſſus Imperij ſecundùm materias in ijs diſpoſitas, ut omnia facili methodo, & quaſi uno intuitu videri & conſiderari poſſint; ubi in lit. A. primò occurrit, verbum

## Anabaptiſtæ, Widertauffer.

De his fit mentio in *R. I. Spirenſi anno 1529. §. 6.* tanquàm de ſectà noviſſimè iterùm exortà, & jàm antè centum annos condemnatà, ſub pænà capitis & vivicomburij, pro conditione & qualitate perſonarum & delicti. In quo receſſu etiam refertur Conſtitutio Imperialis contrà Anabaptiſtas. nec non eorum receptatores, detentores, fautores, & punitionem negligentes.

In *Rec. Wormatienſi de anno 1535.* tractatur de Anabaptiſtis Monaſterienſibus in VVeſtphalià, eorumque impietate, tumultu & remedijs.

In *R. I. Spirenſi anno 1544. §. 74.* nec non in *R. I. Auguſtàno anno 1551. §. 87. & ſeqq.* omnes conſtitutiones & remedia contrà illos repetuntur & confirmantur.

## Bannum. Acht. Achtserklärung.

Gravior infamiâ & banno non eſt pœna. Capitalis enim pœna perpetuum illum contemtum, extremam paupertatem, inprimis verò inſtantem omni momento vitæ adimendæ metum non exæquat. Quàm enim ſunt tonantia hæc verba: Dieſelbe ſollen wider alle Ehr und Recht gethan haben: quæ omnes ab omni officiò penitùs removent, vias ad honores capiendos amovent, ab omni civili & nobili converſatione & exercitijs excludunt. Deſcribitur bannum in *R. I. Wormatienſi anno 1495. tit.* von pæn der Fridbrecher. Daß ſie neben anderen pænen / und 2000. Marck reines Goldes / in Unſer und des Reichs Acht gefallen und erkläret ſeyn; alſo daß jhr Leib und Gut männiglich erlaubt / auch niemand daran frevelen oder verhandlen ſoll oder mag / auch jhre Zuſpruch und Forderung ab- und todt / auch die Lehen / ſo lang der Fridbrecher lebt / jhm oder andern Lehens-Erben zuverleyhen / oder Abnutzung folgen zulaſſen nicht ſchuldig ſeyn ſollen. porrò agitur de receptatoribus pacifractorum & bannitorum, de perſonis Eccleſiaſticis, de perſecutione pacifragorum.

*In Ord. Com. anno. 1500.* agitur de citatione pacifragorum. In Ord. *Pacis Pub. anno. eod. tit. 7.* de executione contrà bona. In *R. I. de 1500. tit. 17.* de executione ibi nominatorum.

In *Ord. Cam. anno 1521. tit. 28.* de proceſſ. banni.

In Pace publicâ, Ordnung des Landfriden zu Worms / *anno 1521. Tit. 2.* von pœn der Fridbrecher. item im Landfrid anno 1548. *Tit. 3. §. 2. tit. 11. 13. 16. 17.*

In declaratione P. P. Erklärung des Landfridens *anno 1522. tit. 13.* de perſecutione pacifragorum. *uſque ad tit. 26, R. I. anno 1532. §. 14. R. I. anno 1542. §. 102. R. I. anno 1543. §. 28. R. I. anno 1555. §. 71. & Ord. Cam. eod. anno p. 1. tit. 17. 18. & part. 3. tit. 48.* de executione vel etiam abſolutione bannitorum, nec non ſumptibus & expenſis. *R. I. 1559. §. 38. R. I. anno 1567. §. 38. & ſeqq.* Ubi ſpecialiter agitur de fortalitiis Gotha & Grimmenſtein, de eorum occupatione & captivitate Ducis Iohannis Friderici, de bannito Mandeslo

lo, de ſumptibus & expenſis reſtituendis. *R. I. anno 1570.* §. *34.* continuatur hæc materia, *& in R. I. anno 1576.* §. *18.* de pœnâ pecuniariâ, loco pœnæ banni, ſicut *& in R. I. anno 1582.* §. *15. & ſeqq.* in *inſtrum. Pacis Cæſar. Suecico art. 8.* §. *gaudeant.* remittitur deliberatio de modo & ordine in declarando uno vel altero Statu in bannum Imperij, præter eum, qui aliâs in Conſtitutionibus Imperij præſcriptus, ad Comitia. In *art. 13. inſtr. P.* qui jus ſuum vi vel armis perſequitur reus eſt fractæ pacis. Idem ſtatuitur in *inſtr. P. Cæſar. Gall.* §. *qui vero. R. I. anno 1654* §. *15.* diſponitur de declaratione banni contrà ſe opponentes executioni. §. *36.* §. *161. 162.* ubi iterùm modus & ordo ad alia Comitia vel conventus rejicitur.

In *Capit. Cæſ.* §. *28* continetur, ut nullus ſuperioris aut inferioris conditionis, Elector, Princeps, Status, vel alius, absque ſufficienti causâ inauditus, ſinè conſilio & conſenſu Electorum, non intereſſatorum, in bannum declaretur, ſed procedatur ſecundùm Conſtitutiones Imperij, niſi in crimine nimis notorio & contumaci, quo tamen caſu nihilominùs ſinè communicatione, conſilio & conſenſu Electorum declaratio banni haud facienda.

## Belgium.

IN *R. I. anno 1603.* §. **Als Wir abermals.** *29.* agitur de tumultibus Belgicis, quò jam antè deſtinata erat legatio, ſed parvo emolumento propter Admirantem d' Argon ex parte Hiſpanorum, qui tamen tandem victus. §. *30. Fritſch. ad hunc Rec. exercit. 9.* §. *3.* Tandem Imperator decrevit alteram legationem §. *31.* Unam ad Archiducem Albertum, alteram ad Ordines Hollandicos; non quidem pro pace conciliandâ, quam videbantur Hiſpani reſpuere, §. *32.* Sed ut ſollicitetur reſtitutio bonorum Imperij per hoc bellum occupatorum & ablatorum. 2. abductio militum ex ditionibus immediatè ad Imperium ſpectantibus. 3. annullatio vectigalium. 4. conceſſio liberi commercij. 5. refuſio & reſtitutio damnorum datorum 6. præſtatio cautionis de non ulterius turbando, moleſtando vel offendendo. §. *4.* Providet Imperator de mediis, ſi legatio votis non reſponderit. §. *5.* Exponitur rebellio Urbis Embdæ, adversùs ſuum legitimum Dominum Comitem Ennonem. §. *40.* & auxilium eventuale Circulorum vicinorum.

## Bellum Suecicum.

IN *R. I. anno 1641.* agitur de bello Germano-Suecico toti orbi cruentiſſimo, quod inter Ferdinandum II. Imp. & Guſtaphum Adolphum Sueciæ Regem exarſit. Hoc durante Ferdinandus III. Imp. mortuo Patre Imp. Ferdin. II. Status Ratiſbonam evocavit, *hujus Rec.* §. *1. & 2. atque 81.* Ubi etiam cauſæ belli commemorantur, ac pacem exoptatam reducere voluit, Hujus Receſſus tres principales ſunt partes, *ut* §. *3.* oſtendit. Prima pars continet media, quâ ratione vulneri inflicto medica adhiberi manus poſſit, pro pace poſtliminiò reducendâ, *à* §. *3. uſque ad 18.* quæ tamen omnia per inſtrum. Pacis ſublata, & anteà per pacem Pragenſem. *Secundùm* fuit Amneſtia, §. *4. uſque ad 10.* *Tertium* compoſitio cum Sueciæ & Galliæ Regibus. §. *10.* gravaminum relevatio, confirmatio Pacis religioſæ & profanæ, cauſa Palatina.

*R. I. 1654.* §. *1.* Cruentum illud & diuturnum bellum, quod inter Romanorum Imp. Ferdinandum II. & III. glorioſiſſ. recordationis, & Regem Sueciæ, Proteſtanteſque Imperij Principes geſtum eſt, tandem tot votis deſiderata & exoptata pax excepit, atque Auguſtiſſimus Imp. Ferdinandus III. promiſſa Comitia celebravit; in quibus ſtabilita eſt confirmatio & corroboratio Inſtrumenti Pacis jam omnium Statuum conſenſu facta, ita ut illud impoſterum pro lege Imperij, pragmaticâ ſanctione & immutabili Imperiali Conſtitutione reputetur & æſtimetur, & eaſdem cum alijs Conſtitutionibus & decretis tam in judicando quàm probando vires obtinere debeat.

## Blaſphemia.

*R. I. anno 1495.* committitur in SS. Trinitatem, Beatiſs. DEI genitricem MARIAM, & Sanctos Martyres, & ejus pœnæ. *R. I. 1500. tit. 31. R. I. 1512. tit. 3. R. I. 1530. tit. 1.* §. *1. Reform. Polit. anno 1548. tit. 1. 2. 3. 5.*

## Braunſchweig.

*R. I. anno 1543.* agitur de Brunſvicenſi bello, & ejus compoſitione, cum admiſſione Epiſcopi Hildeſienſis.

Bul-

Digitized by Google

## Bulla Brabantina.

IN *R. I. Ratiſbon. de anno 1598.* §. *72.* fit mentio Bullæ Brabantinæ, uti etiam in *R. I. de anno 1576.* §. weiter ſeynd Wir. *& in R. I. de anno 1641.* §. *94. & 95.* utpote per dictam Bullam Brabantinam diverſi proceſſus & evocationes in Imperio fierent, ſuper quibus præcipuè Status Burgundici & VVeſtphalici Circuli ſuas exhibuerunt querelas, dum Regimen Brabanticum Bruxellenſe ſub prætextu privilegij ab Imperatore Carolo V. obtenti, quod Bullam Auream Brabanticam appellant, ipſos varijs gravaminibus tam in realibus quàm perſonalibus oneret, ordinariam reorum Jurisdictionem antevertat, & repreſſalijs illicitis de facto procedat, atque in cauſis vix centum florenos concernentibus decem millia florenorum tertijs innocentibus arreſtent & detineant; imò in vicinis provincijs armatâ manu domos & caſtra occupent, contra jura communia & Conſtitutiones Imperij, nec non tranſactionem de anno 1548. & verum ipſius privilegij ſenſum prout ipſi Ablegati Circuli Burgundici in Comitijs Ratiſbonens. anno 1603. ingenuè confeſſi ſint, quòd Bulla Brabantina ſaltem id velit, ut ſubditi Brabantici in perſonalibus non evocentur, nec proceſſus contra ipſos ab arreſtis inchoëtur, prout hæc omnia dicto §. *94. Rec. de anno 41.* continentur. Abuſus tamen Bullæ Brabantinæ per Inſtr. Pacis *Cæſar: Suecic. art. 9.* §. *1. Cæſ. Gall.* §. *67.* & *Capitul. Leopoldinam* §. *8.* nec non Joſephinam §. *8.* eſt ſublatus.

## Burgundia.

*R. I. anno 1512.* §. Darauff haben Wir. *R. I. anno 1522.* §. Hernach folgen die 10. Kreiß. de Circulo Burgundico. *R. I. anno 1542.* §. *3.* & *10. de auxilio Burgundico, & R. I. anno 1548.* §. *67. R. I. anno 1582.* §. *2. & 28.* Tranſactionem Burgundicam exhibet *Gilman. Tom. 6. fol. 30. Arumæ. de Comitijs c. 4. n. 90.* Circulus Burgundicus eſt, manetque membrum Imperij, *Inſtr. P. Cæſ. Gall.* §. *3. Capit. Cæſ.* §. *13. & 14.* quibus in locis Imperator bello in Italiâ & Circulo Burgundico non ſe vult immiſcere.

## Calendarium.

*R. I. anno 1582. & 1654.* §. *158.* ubi punctus iſte ad extraordinariam viſitationem aut aliam Imperij congregationem remittitur.

## Camera Imperialis.

Cùm teſtante *R. I. de anno 1442.* ſub Imp. Friderico III. diffidationes in uſu eſſent, per quas unuſquiſque armis potiùs quàm jure ſuum perſequebatur, & impunè alteri guerram indicebat, eò enim devenerat illis temporibus turbidus Imperij Romani Status, (*vid. infrà verbo Diffidatio*) atque hæc barbaries & effrenis ſubditorum petulantia continuaret, etiam ſub aliquo prætextu denegatæ vel protractæ juſtitiæ, Imperator Maximilianus I. ne de hoc ulterius conquerendi anſa eſſet, *in R. I. anno 1495.* ſummum in Germaniâ juſtitiæ Tribunal erexit, quod jam maximo emolumento totius Imperij in viridi ſtat obſervantiâ, atque inſuper Conſtitutionem pacis publicæ (de quâ infrà verbo *pax publica*) primus per Imperium publicavit. De Tribunali Cameræ obſervanda ex textu.

1. *Cauſa impulſiva* quæ exponitur in proœm. har. Conſt.

2. *Tempus*, annus ſcilicet 1495. quo anno Præſes fuit conſtitutus.

3. *Locus* certus in hac conſtitutione non innuitur, ex Rubrica: Wo das Cammergericht gehalten werden ſoll. Apparet primâ vice Francofurti cauſam fuiſſe ventilatam, in ædibus adhuc celebribus & ampliſſimis, quæ vocantur Braunfels. Tandem pro fixâ ſede denominata eſt Spira, *R. I. Auguſtan. anno 1530.* §. Darzu meinen. & poſt barbaras ruinas Galliæ nunc VVezlaria.

4. *Cauſæ*, quæ in eo ventilantur, ſunt vel primæ vel ſecundæ inſtantiæ.

5. *Judex & Aſſeſſores*, de quibus agitur §. Zum erſten. 8.

6. *Advocati & Procuratores*, de horum ſtatu tractatur §. Item damit auch. *6.*

7. *Proceſſus*, de quo inſtituendo explicatur in §. Item es ſoll keine citation / *& ſeqq.*

II. *Conſtitutio Judicij Auſtregarum*, de hac tractatur in §. Item mit Rechtfertigung Churfürſtl. *24. 25. 26.* Cum Imp. in præced. juſſerit, ut omnes Imperij cives coram ſupremo ſuo Tribunali convenirentur, ibidemque cauſas ſuas tractarent; in *hiſce* §§. ab illâ Conſtitutione aliquantum

 ſe-

Digitized by Google

ſeceſſit, & ſingulare quaſi præfulgidis Imperij ſtatibus erexit Conſiſtorium. Hoc conventionis Judicium à DD. noſtris, quod commodius non occurrerit, vocabulum, vocatur *Judicium Auſtregarum*, ex Germanico Idiomate in Latium tranſlata voce *Auſtrega*, quod Germanici vocant Außtrag / item ac Endigung oder Endſchafft der Sachen: in hoc Judicio conſiderandæ.

1. *Perſonæ*, quæ conveniuntur hæ ſunt juxta *d.* §. *24.* vel Electores, vel Principes, vel Principares, quibus annumerantur Landgravij, Comites & Barones nonnulli, & propter inſignem eminentiam Civitates Imperij

2. *Proceſſus* hic deſcribitur in *d.* §. *24.* *&* *26.* ſatis enucleatè, quo de exſertiùs tractatur in *ord. Cam. part. 2. Tit. 2.*

*R. I. anno 1500.* Imperator Maximilianus fuſiorem explicationem Cameræ Imperialis conſtituit. Semper enim in tam vaſto diffuſéque nimis diſtento Judicio emergunt caſus incerti & dubij, accidunt inſolita & hactenus non prævifa, quæ corrigere & emendare officij eſt Imp. Idem in *hoc Rec.* præſtatur, ſed non indiget fuſiori explicatione, quia omnia in Ord. Camer. de anno 1555. fuſiùs traduntur & diſponuntur.

*R. I. anno 1507.* agitur itidem de ordinatione Camerali, quo de ſuo loco fuſiùs.

*R. I. auno 1521.* Imperotor Carolus V. ampliat Ordinationem Cameralem cui tamen hîc non inſiſtendum, quia Ferdinandinâ Ordinatione hæc meliùs tractantur.

*R. I. anno 1524.* agitur de ſuſtentatione Cameræ Imperialis, §. Und erſtlich nachdem Uns. *2.* dicitque Imperator tranſactum eſſe inter Principes Imperij, ut biennio inſequenti ita illud ſuſtentetur, ut media pars à Statibus, altera ab Imperatore conferatur, illudque certas ob cauſas Eſlingam transferatur.

§. *24.* agitur de privatis Principum litibus & ſtatuitur, ut viri prudentes eligantur ad eas decidendas.

§. *28.* Und nachdem Wir ſambt Churfürſten. tractatur de executione ſententiarum.

*R. I. 1526.* §. Nachdem der Abſchid. *17.* conſultatur de Regimenti & Cameræ continuatione & ſuſtentatione.

*S. I. 1530.* §. Weiter und nachdem *75.* agitur de Cameræ ſuſtentatione, emendatione vitiorum & abuſuum, quæ injuriâ temporis irrepſerant.

*In R. I. año 1531. 1533. & 1538.* nil continetur niſi emendatio Cameræ Spirenſis; quæ repetere planè ſupervacui operis eſt, cùm anno 1555. abſolutiſſima facta fuerit ordinatio.

*R. I. anno 1541.* Imperator in §. Und damit. *32.* conſolidat Cameræ Conſtitutionem, & in §. Und nachdem. *34.* agit de ejus ſuſtentatione & tandem in §. Es ſollen auch / Aſſeſſores ad ſervanda hæc decreta Juramento obſtringit.

*R. I. anno 1548.* Poſtquam Cæſar poſt debellatum Saxoniæ Electorem, Comitia indixit, ſtatusque Auguſtam convocavit, in §. Folgends aber. *22.* Subjungit quædam de Juſtitiâ exercendâ, & ad hunc finem putat neceſſarium eſſe, ut Cameræ ſua conſtet autoritas,

*In R. I. anno 1551.* §. Nebendiſem haben wir auch. *28.* iterum agitur de Cam. Imp. & dicit Imperator, conſultum eſſe, ut Aſſeſſoribus Cameræ decem alii extraordinarii adjungantur, qui per biennium ordinarios adjuvent, ut cauſæ eò citiùs decidantur.

*R. I. anno 1555.* abſente Carolo V. Imperatore, Rex Romanorum Ferdinandus Comitia Auguſtæ indixit, atque in iis ordinationem Cameræ publicavit ſequentem in modum

## Lib. I. Tit. I.

Liber primus totus occupatur in deſcribendis perſonis, quæ ad Judicium Camerale requiruntur. Illæ perſonæ ſunt vel principales, vel minus principales. Inter principales perſonas numeratur.

1. *Judex;* ejus Conſideratur (1) conſtitutio; Judicem hunc Cameræ ſolus conſtituit Imperator.

2. *Qualitas.* in perſona Judicis Attendendus 1. *Status*, ut ſcil. ſit Princeps, Comes aut Baro, *Tit. 1.* § Erſtlich ſoll Kayſerl.

2. *Patria*, ut ſit Germanus, § *d. 1.* *&* *Tit. 3.* 3. *Idoneitas*, *Tit. 3.* ſicut enim ſplendiſſimum hoc judicis munus eſt, ita ijs qualitatibus ornatus eſſe debet, quas in alio judice requirunt Leges & prudentum admonitiones; Præter hæc Communia

nia ſpecialiter callere debet omnes Germaniæ Conſuetudines, notitiamque proceſſus Camerales ordinandi dirigendique.

II. *Adſeſſor*, hujus Conſideratur.

1. Præſentatio, *Tit. 1.* §. Nemblich wollen die Röm: Kayſer *3.* definit tàm Imp. quàm Status, & juxta. *Tit. 2.* expreſſos circulos hos Adſeſſores præſentare Cameræ debere, quæ ex præſentatis magis idoneum eligit.

2. *Numerus*, *d.* §. *3.* non fuit ſemper uniformis hic numerus, ſed in eo ingenter fuit variatum.

3. *Genus. Tit. 3.* §. Deßgleichen ſollen die Beyſitzer. *2.* expreſsè requirit legitimo thoro eſſe oriundos debere.

4. *Status*. exactè verba Imp. obſerv. & dividit Imp. hos Aſſeſſores in tres Claſſes, *Prima* continet duos Comites vel Barones, horum electio & inſtitutio tantum ſpectat ad Imp. *Tit. 1.* §. Nemblich wollen die Röm: Kayſ. *3.* §. *Secunda* continet JCtos; qui deſcribuntur ſpecialiter eſſe debere honoris titulo graduque illuſtres; *Tertia* comprehendit Nobiles, qui admittuntur, nullo titulo licet prædìti ſint. *Tit. 3.* §. Und dieweil auch das Kayſerl. *1.*

5. *Eruditio*: hæc inſignis & magna requiritur in Aſſeſſore tàm nobili quàm ignobili; cùm eruditione debeant eſſe æquales.

6. *Patria*, hæc deſignatur Germania.

7. *Religio*, de hac tractat in *Tit. 3.* §. Und inſonderheit Ordnen. *3.* & definit Imp. Aſſeſſores eſſe debere Evangelicos vel Catholicos.

8. *Surrogatio*, de hac tractat in *Tit. 4.* ſi ſcilicet Aſſeſſores munere ſuo ampliùs fungi vel non velint vel non poſſint, in eorum locum alij ſurrogantur: vacat autem Adſeſſoratus 1. *Morte*, ſi fato ſuo decedit Aſſeſſor, tenetur Judex illud intimare illi Principi, qui eum præſentavit, eumq; admonere, ut ocyùs alios præſentet. 2dò. *voluntariâ reſignatione*, de hac §. wo aber der gemelten Beyſitzer Einer *2dò.* decidit Imperator, Aſſeſſorem teneri ſex menſes ante hanc reſignationem Cameræ Judici mentem ſuam aperire. 3tiò Aliâ ex causâ, quæ eſſe poteſt *revocatio*, *morbus diuturnus*, *&c.* ob quam idem, qui jam præſcriptus ordo eſt, obſervatur.

9. *Remotio*, de hac tractat in *Tit. 5.* hæc fit. 1. ob imperitiam rerum gerendarum, 2. ob pravitatem morum. 3. ob hæreſin.

10. Expeditio negotiorum Cameralium; *tit. 6.* Jubet ſeverè Imp. ut Aſſeſſores tantùm expediant cauſas, negotiaque Cameralia, neque curas ſuas extendant vel ad. 1. Mercaturam, 2. Advocaturam. 3. Conſiliariatum. 4. Commiſſiones.

11. *Abſentia*; *tit. 7.* longa nimis abſentia ſtatu ſuo privat Aſſeſſores.

12. *Habitus*, *tit. 8.* Jubet Imperator, ut Aſſeſſorum veſtitus ſit nitidus & comtus. Hactenus egit Imperator de Judice & Aſſeſſoribus ratione perſonæ; jam *tit. 9. 10. 11. & 12.* diffusè explicat eorum officia, quæ durante hoc ſuo munere obire & præſtare debent, qui textus cum diffuſior ſit, quàm ut commodè contrahi poſſit, præterire eundem placuit.

*Minùs Principales Perſonæ* enumerantur à *tit. 15. uſque ad 38.* quas enumerare ſigillatim, ſupervacui eſt operis.

*Tit. 38.* Egregio ordine recenſentur modus & ratio inſinuandorum mandatorum, & Proceſſuum Cameralium; incipit autem Imp. à ſuperioribus Statibus, & greſſum facit per ſex Claſſes ad privatos uſque, & quidem 1. continet Electores & Principes, 2. Prælatos, Abbates, *&c.* 3. Barones 4. Civitates. 5. Univerſitates. 6. Privatos.

*Tit. 39.* in Camera uſu receptum eſt, ut non tantùm jurati nuntij, ſed & Notarij proceſſus poſſint inſinuare. Poſtquam igitur Imperator egit de inſinuatione mandatorum facienda à nuntijs; in h. Tit. agit de inſinuatione faciendâ per Notarios, quam inſinuationem certis etiam circumſcribit cancellis.

*Tit 42.* in hoc Tit. & ſeq. tractatur de Salarijs Cameralium. Res eſt quæ quovis tempore mirè variavit. Donec *Rec. 1654.* certi aliquid fuerit ſtatutum, & ſalarium inſigniter auctum.

*Tit. 49.* in hoc Tit. continetur Palladium Cameræ; tractatur enim de Cameralium privilegijs, ſecuritate, *&c.* & quidem comprehenditur *h. Tit.*

1. *Privilegium immunitatis* plenariæ & abſolutæ ab omnibus oneribus tam realibus quàm perſonalibus. §. *it.* das Cammergericht ſoll. *1.*

2. *Privilegium fori*, quod procedit tam in



Digitized by Google

in Cauſis Civilibus quàm criminalibus. *Tit. 25. §. 6.*

3. *Privilegium Salvi Conductus* & ſecuritatis. §. *item* das Cammergericht. *2.*

*Tit. 50.* in h. Tit. agitur de viſitatione Cameræ, & determinantur Viſitatores, tempus & locus viſitationis, & reliqua ad eum neceſſaria.

*Tit. 51.* hic Tit. agit de pœnis Aſſeſſorum, & ſe refert ad *Ord. h. 5. & 3. 53.*

*Tit. 52.* in hoc Tit. agitur de pœnis Advocatorum & Procuratorum, quas etiam hodiè ſatis accuratè in Camera obſervari ipſe audivi.

*Tit. 54. & 55.* tractatur hîc de pœnis perſonarum Cameræ minus principalium, *& Tit. 56.* de pœna pauperum litigantium.

*Tit. 57. ſeq.* proponuntur juramenti formulæ omnium Cameralium.

## Lib. II. Tit. 2.

IN hoc Libro ſeu in hac parte ſecunda agit Imp. de juriſdictione Cameræ, ſeu quæ perſonæ coram Camera conveniri, ex quâ causâ coram illa deduci & ventilari debeant, tam in prima quàm in ſecunda inſtantia. *in h. Tit.* præmittitur generalis Regula, ſubditos coram ſuis Ordinarijs Magiſtratibus ſortiri forum competens. Ideo in §. Erſtlich ordnen. *1.* jubet omnes omninò Imperij cives, Status mediatos & immediatos, ut unumquemque coram legitimo & competenti foro conveniant, & ſic facilè prohibet avocationem & Evocationem, ſubnectit tamen (1.) ut intra menſtruum ſpacium petenti parti proceſſus decernantur. *ibi* daß doch. (2.) ut legaliter & ordine in judicijs procedatur, *ibi:* An denſelbigen. §. Es ſoll auch demnach *2.* Jam particulariter prohibet Cameræ, ne ea contra Mediatos proceſſus aut Citationes decernat, & ſi decreverit; ea omnia Imp. vi hujus conſtitutionis tollit & annullat.

*Tit. 2.* poſtquam dictum eſt *pr. Tit.* ratione perſonarum fundari & non fundari juriſdictionem Cameræ; ideoque Imp. ſtatim in *h. Tit.* ſubnectit & ſubjungit inſigne privilegium primæ inſtantiæ, quod ſtatus Imperij principaliores jam ab antiquo obtinuerunt, & vulgato nomine dicitur, *Judicium Auſtregarum*, quod paucis ex hoc textu delineabo, & quidem ante omnia faciendum Statuum Imperij diſcrimen, qui diſtinguuntur in duos Ordines. *Primus* comprehendit Electores Principes, Principares. *Secundus*, Comites, Prælatos, Abbates, Barones, Nobiles, immediatos, Civitates Imperij: de horum ſtatuum foro competenti agitur *in ſeq. Tit.* & quidem

A. Si primus Ordo inter ſe litis controverſias fovet; ita proceditur:

1. *Princeps Actor cauſam ſcripto comprehenſam Principi Reo tranſmittit*, & *petit ab eo ſibi adminiſtrari Juſtitiam*, ibi: ſoll der Klagende. §. *item*: mit Rechtfertigung. *1.*

2. Factâ hac admonitione Princeps reus intra quatuor hebdomadas, quatuor Principes denominabit, §. Darauff ſoll der Beſchriebene *2.* Hi Principes deſcribuntur, ut ſint. 1.) *Regentes*, id eſt Primogeniti. 2. ut ſint *Principes ejuſdem primi Ordinis*. 3. Ut *duo Eccleſiaſtici & duo ſeculares* denominentur. 4. ut non ex eadem familia vel domo orti ſint.

3. Ex his quatuor Princeps actor unum ſeligit, quem vult eſſe in ſuâ lite Judicem.

4. Hunc electum Judicem intra quatuor hebdomadas à die factæ denominationis, Princeps actor Principi reo publicè ſcripto denuntiabit.

5. Poſtquam jam conſtat reo Principi, quis electus ſit Judex, debent tam Princeps actor, quàm reus factam hanc electionem intra quatuordecim dies intimare Electo Judici.

6. Electus hoc modo Judex cogitur delatum munus, vi hujus Conſtitutionis Cæſareæ, in ſe ſuſcipere. Habemus ergo Judicem hunc Auſtregarum.

7. Si Princeps reus quatuor tales, aut planè non, aut non juxta tenorem hujus legis elegerit, conceditur Principi actori in §. *3.* facultas, ut eum in Camerâ conveniat.

*Tit. 3.* Si *primus Ordo ſecundùm Ordinem* in jus vocare velit, quâ ratione procedendum ſit, diſponitur in hoc titulo, & proponuntur duo modi procedendi.

1. Ut *primus Ordo denominet Principem unum ſui Ordinis, coram quo reus ſecundi Ordinis comparere tenetur.*

2. Ut ſecundus Ordo tres pares primo dignitate & ſtatu denominet, ex his Princeps actor unum ſeligere debet & poteſt.

*Tit. 4.* Porrò diſponitur in hoc tit. *modus*

*dus procedendi*, ſi ſecundus Ordo velit primum convenire; hoc quia aliquid habet difficultatis, octo modi proponuntur ab Imperatore quâ ratione procedendum.

*Primus Ordo* abſolvitur ſequentibus:

1. Secundus Ordo ſcribere debet ad primum, petereque ſibi adminiſtrari Juſtitiam.

2. Primus Ordo conventus actorem ad Reſidentiam ſuam evocabit, & novem ex ſuis Conſiliariis denominabit; ex quibus actor unum ſeliget Judicis munere fungentem, qui reliquos octo Conſiliarios, ut aſſeſſores ſecum habebit, qui ſoluti juramento juſtè & rectè judicabunt.

*Secundus modus* traditur in §. Zum andern ob Einiger. *6.* ut ſi ſecundus Ordo non velit novem Conſiliarios, ipſi conceſſum ſit, ex numero illo ſeptem aut quinque ſeligere, ut coram iis procedatur; Ratio, ut ſi fortè ſecundus ordo quoſdam habeat ſuſpectos, eos removere poſſit, ne ſcilicet ipſi imponatur neceſſitas, præciſè novem illos retinendi.

*Tertius modus* extat in §. Zum dritten das der Churfürſt. *8.* ut primus Ordo denominet tres ſui ordinis Principes, ex quibus unum ſeligere valeat ſecundus ordo, qui modo *in Tit. 2.* præſcripto procedere debebit.

*Quartus modus* conſiſtit in eo, ut ſecundus ordo ab Imperatore petat Commiſſarium, ut ille in lite contra primum Ordinem motâ partes Judicis in ſe ſuſcipiat.

*Quintus modus* extat in §. Zum fünfften. *10.* & talis eſt, ut 1. ſecundus ordo primo Ordini denominet decem perſonas vitæ integræ, famæ & eruditionis præclaræ. Ex his duos ſeliget primus ordo. 2. *Primus Ordo* ſecundo denominet novem perſonas ex ſuis conſiliariis, ex his ſecundus ordo tres eligere tenetur: Hi quinque litem hanc dirimere debent.

*Sextus modus* conſtituitur in §. Zum ſechſten. *11.* & abſolvitur hiſce. 1. Secundus Ordo denominabit duos viros inculpatæ vitæ & famæ, ut & præclaræ eruditionis. 2. Primus Ordo duos Conſiliarios ex ſuorum numero deponet. 3. Hi ſi poterunt, litem diriment, ſi non poterunt, cum præſcitu Principalium Arbitrum eligere tenentur. 4. Si in eligendo arbitro convenire non poterint, inſtantiâ partis alterutrius, aut ambarum partium, Imperator arbitrum denominabit, qui aut ſententiam illorum arbitrorum roboret, aut ſi ei ita viſum fuerit, novam pronunciet.

*Septimus modus* proponitur in §. Zum ſiebenden. *12.* & quidem hac ſpecie, ut ſecundo Ordini licitum ſit & permiſſum ex primi Ordinis Conſiliariis omnibus quinque ſeligere (ita tamen ut præeligat primus Ordo duos vel tres, quorum operâ in eâ causâ uti velit) ut illi vice novem Conſiliariorum, de quibus in §. Erſtlich ſo Prælaten. *1.* mentio, & eâ ratione modoque in causâ procedant & eam decidant.

*Octavus modus* præſcribitur in §. Zum achten ſoll oder mag. *14.* Et quidem quod Judices attinet, planè coincidit cum modo primo, ſed ab eo diverſus eſt in modo procedendi. Ordo autem procedendi eſt talis, ut quatuor ſcriptis (ſalvis tamen dilationibus, ſi quæ neceſſariæ, & probationibus omnis generis) cauſa tota abſolvatur & concludatur, niſi in ultimo ſcripto aliquid novi contineatur, ad quod alteram partem neceſſariò reſpondere oporteat. Ex hiſce modis liberrimâ voluntate unum ſeligendi datur in §. *Item* es ſoll zu der klagenden. *17.* liberrimum ſecundo Ordini arbitrium, & illi modi non ſolùm juxta §. Und ſollen ſolche Außträg *18.* locum obtinebunt, quando ſecundus Ordo convenit primum, verùm etiam quando privati cujuſcunque Ordinis & dignitatis cum primo Ordine litigare velint.

*Tit. 5.* in hoc titulo tractatur modus procedendi, ſi ſecundus Ordo inter ſe convenire velit; & requiritur, ut 1. Reus ex primo Ordine tres denominet. 2. ut actor ex his tribus unum ſeligat. 3. Ut electus juxta modum Tituli 4. §. Zum dritten *8.* procedat. 4. Si hoc non placeat, Commiſſarius modo in titulo 4. §. zum vierten *9.* proſcripto, ab Imperatore impetretur.

*Tit. 6.* in hoc Titulo generalia quædam adnectuntur ad univerſam materiam Auſtregarum pertinentia: 1. Ut à ſententiis Auſtregalibus appellari poſſit ad Cameram. 2. Ut cauſâ devolutâ ad Cameram nihil novi adferatur, niſi præſtito priùs juramento, ſe de novo hoc emergenti in primâ Auſtregarum Inſtan-



Digitized by Google

tia nihil ſciviſſe. 3. Jubet Imperator ut actores tam primi quàm ſecundi Ordinis ſecuritate plenariâ gaudeant. 4. Denique non obſtante hoc Auſtregarum Judicio, omnibus Statibus jura ſua, privilegiaque fori ſarta tecta conſervantur.

*Tit. 7.* ſuccedit de illâ famigeratâ controverſiâ tractatio, an nempè in controverſiis feudorum titulatorum, ſolus Imperator abſque Paribus Curiæ ſit Judex? de hâc quæſtione vide ſupra dicta *Tit. V. parte V.* & adjunge citatis ibidem Autoribus *Struv. de feud. c. 16. §. 5. n. 2. Knichen. de jur. territor. c. ult. n. 2. Arum. diſc. 3. ad A. B. c. 41. Carpzov. ad L. Reg. c. 9. ſect. 12. n. 27. Reinking. de regim. ſec. & Eccleſ. lib. 1. cl. 4. c. 14.* Daniel *de J. P. c. 11. Wurmſer. Exercit. 1. p. 7. th. 19.* confer *Inſtr. P. art. 5. §. fin.* in verbis: *Et hæc omnia in cauſis Statuum. Schambogen de feud. c. 35. n. 3. Schulzen de feud. c. 12. n. 22.* Ubi quamplurimos alios citat, *Jul. Clar. Shneidewin. Schrader. Borchold. Vultei. Obrecht. Johan.. Zabel;* & allegat præjudicium in causâ Heſſen contra Heſſen wegen der Marpurgiſ. Succeſſion: *Rhetius de feudis lib. 1. c. 18. n. 1. & 2. & ſeqq.* Ubi eò videtur inclinare, quòd judicia de feudis regalibus nomine Imperatoris ſolùm inſtituantur, per ſententiam finiantur, & ſolus Imperator judex eſſe perhibeatur; ſed tamen ſinè conſilio & conſenſu Statuum nihil decidere, minus executioni mandare: quæ ſententia tamen pugnat cum omnibus argumentis ab ipſomet allatis; ait enim: Si dicendum quid ſentiam, peculiare judicium, vel nomine tale, das Fürſtenrecht/ in Receſſibus, & fide ſuâ nitentibus Imperij Conſtitutionibus non reperio. Et hinc, an & quale fuerit tutò ſatis non aſſeritur. Ex noviſſimis Imperij Receſſibus, & poſt Ordinationem Cameræ Imperialis meo judicio ſolus Imperator judicat, id quod probatur ex *Inſtr. P. Oſnabrug.* ubi ſententiæ à ſolo Imperatore in talibus cauſis latæ approbantur, velut in causâ Heſſen contrà Heſſen/ Baden contrà Baden/ licet per compoſitionem vel tranſactionem aliquid iis deceſſerit; (quid poterat decedere, ſi Imperator non ſolus, ſed cum conſilio & conſenſu Statuum judicâſſet?) ſed modo *R. I. anno 1654.* deſcripto, ubi in §. *188.* leguntur verba: und von Uns erörtert worden/ nempè ab Imperatore, qui etiam reliquas de novo in domo Haſſiacâ exortas ſimultates per commiſſionem Electori Moguntino & ſecretioribus Conſiliariis Imperialibus demandatam compoſuit & complanavit *dicto R. I. anno 54. §. 188.* Et in *Capit. Leopold. §. 48.* proceſſus in talibus cauſis inſtituendus ex reformatione *Ord. Cam. de anno 1555.* confirmatur, nec ullibi quaſi Electores & Principes ſimul Judices eſſe deberent, reperitur, ſed potius in *Inſtrum. Pac. art. 4. in fin.* conſtitutum invenitur, ut proceſſus Juliacenſis *coram Cæſarea Majeſtate* dirimatur. Videatur etiam *Schubhardus de Auſtregis c. 5. n. 128. Stamler de Reſervatis Imp. §. 38.* Idque obtinet, ſive de toto, ſive de parte feudi agatur, & quidem definitivè, non ſolùm in Principatibus, ſed & Baronatibus & Dinaſtiis, ſecundùm Schrader. Rumelin. & alios.

*Tit. 8.* In hoc Titulo agitur de foro competenti, ſi de *ſpoliis* agatur. Spolia iniquitate, & violentiâ ut plurimum ſunt conjuncta, atque eorum tantum eſt odium, ut ante omnia Spoliatus ſit reſtituendus. Alia autem ſunt Spolia, quæ fiunt abſque violentiâ, quæ vocant interpretes *ſimplicia*; Alia ſunt, quæ fiunt cum magno apparatu, de quibus in *ſeq. Tit. 9.* Vult itaque Imperator in hoc titulo ſaltem agere de *ſpolijs ſimplicibus*, in quibus termini Auſtregarum coarctantur, in favorem ſpoliatorum. Interim tamen, niſi metus fuiſſet majoris tumultus, ſuo in vigore manere debere Auſtregale judicium tradit Imperator.

*Tit. 9.* Refert ſe hic titulus ad Receſſum *Imp. de anno 1500. & anno 1548.* & confirmat Imperator in hoc titulo Pœnas banni cum omnibus clauſulis, & indicit pœnam banni ijs, qui exercitu hoſtili alterum invadere vult, aut jam invadit, & Fiſcalem jubet, ut ad bannum contra contumacem Statum procedat; ſingulare eſt, quod in §. Und ſo alſo an den Cammergericht. *5.* hoc titulo, deciditur de morte accuſati ob pœnam fractæ pacis publicæ, ubi vult Imperator ut hæredes cogantur in ſe ſuſcipere litem in eo ſtatu, in quo fuit tempore mortis accuſati, hoc tamen effectu, ut hæredes quidem non banniantur, ſed ut pœna banni convertatur in pecuniariam.

*Tit. 10.* hic tit. agit de modo purgationis & proceſſu à ſuſpicione fractæ pacis publicæ,

Digitized by Google

cæ; adeo enim curæ fuit Imp. pacis in Imperio conſervatio, ut etiam voluerint, ſuſpicionem fractæ pacis legitimè purgari. *Modus purgandi* ſe à ſuſpicione fractæ pacis eſt præſtatio juramenti purgationis. Ratio autem præſtandi juramentum eſt talis 1. aut ſuſpectus eſt Elector aut Princeps. hi non jurant in propriâ perſonâ, ſed per ablegatum. 2. aut eſt privatus, & jurat omninò in propria perſona. 3. aut Univerſitas, & media pars Senatûs hoc juramentum præſtat.

*Tit. 11.* fractorum pacis publicæ bona publicari jam eſt in confeſſo; huic publicationi ut obvient malitioſi quidam, in fraudem legis vendiderunt bona ſua & ſtatim pacem fregerunt, nihil curantes duritatem pœnæ, ſi modò ſalva eſſent bona; ideoque ſancit Imp. ut citetur 1. venditor, qui juramento purgare debet, ſe ob talem fraudem dolumque ſeu ob conceptam intentionem frangendi pacem bona non vendidiſſe. 2. Emtor, qui ſimiliter citatus jurare debet, ſibi nihil in termino emptionis de tali facinore conſtitiſſe, ſibi non fuiſſe cognitam intentionem venditoris, multò minùs de tali ſcelere quidquam, hujus purgationis is eſt effectus, ut bona confiſcari non poſſint.

*Tit. 12.* inter hunc & *pr. Tit. 11.* hæc eſt differentia, quòd hic Titu. agat de fractæ pacis delicto notorio, & propter illud bannito; præc. autem Tit. agit de Crimine dubio & ſuborta ſaltem ex actu illo venditionis ſuſpicione; ideoque propriè *hic. Tit.* agit de ijs, qui bannitorum bonam clientelam & defenſionem recipiunt: Contrà hos agitur in Camerâ; & omnes illi, qui bannitorum bona tali jam dicto modo in protectionem recipiunt, cujus etiam ſint ſtatus & dignitatis, ipſo facto juxta *Text. noſt.* in bannum inciderunt. Ideoque *in h. tit. agi in Camerâ, & ipſo facto in bannum incidiſſe, non pugnant.* Agitur enim in Camera non ad bannum infligendum, ſed ut bannum auctoritate Cameræ & debitis adhibitis ſolemnitatibus declaretur.

*Tit. 13.* in *h. tit.* continuatur materia præc. Tit. & ampliatur in *Ganerbijs*, qui quales ſint, jam omnes norunt, & decidit Imp. in *h. tit.* omnes Ganerbios in bannum eo ipſo facto incidiſſe, qui bannitos Ganerbios receptant & eorum ſuſcipiunt defenſionem. Ratio deciſ. petitur ex *pr. Tit. 12. vid.* Erklärung des Landfr. *A. 1500. Tit.* Wider der Ganerben Schlos.

*Tit. 14.* hic titulus banno ferit eos Status, qui alterius ſubditos ob facinora ab ordinario foro ſecedentes ſcienter & perversè recipiunt & tuentur, & quidem Imp. bannum infligit tam delinquenti, quàm receptanti, ut ex eo Zelus ergà juſtitiam & fervor ad punienda delicta pateſcat plus ſatis.

*Tit. 15.* in *h. tit.* tractatur de militibus qui abſque Domino vel Capite vagantur, & per territoria Statuum hinc illinc diſcurrunt, de hiſce nihil ſancit Imp. ſed remittit ſe ad præcedentes conſtitutiones, ut *pac. publ. An. 1495. Tit.* Von der Emſpännigen Knecht. *Rec. A. 1548. de pace publ.* ex quo hic Tit. verbotenus eſt deſumptus.

*Tit. 16.* Notum eſt ex pacis profanæ conſtitutione, quod banni executiones injungantur certis Principibus; ſive igitur id fiat ſponte, ſive ex juſſu Cameræ, Executores hujus ſententiæ ſæpe impendunt magnos ſumptus, hos refundere tenentur ex ſuis bonis fractores pacis publicæ, ita tamen ut moderatio Cameræ præcedat.

*Tit. 17.* Conſtat Cameram Executionem banni mandare poſſe vi, & auctoritate, quam obtinet ab Imp. Si verò cauſa ſit tam ardua & momentoſa, fractor pacis tantæ potentiæ & auctoritatis, ut non facilè ſententia banni executioni mandari poſſit, decernitur in *h. Tit.* quid agendum: & jubetur, ut Camera rem deferat ad Electorem Moguntinum, qui ob hanc Cauſam Comitia particularia celebrare debet. In ſimul ad ea vocat ſex Principes, unum Prælatum, unum Comitem & denique unam Civitatem; hæc Comitia Francofurti celebrantur, inque ijs Conſilia de facienda executione inibunt prædicti Status.

*Tit. 18.* in *h. Tit.* agitur de abſolutione à Banno, & generaliter præmittitur, abſolutionem à banno niſi à Camera vel ab Imp. non impetrari; quæ regula eſt immotæ veritatis.

*Tit. 19.* Præmittendum eſt duplex eſſe bannum *Imperij* & *Contumaciæ*; in illo non eſt neceſſe, ut immiſſio in bona banniti in Camera petatur & decernatur, ſed Executores mittunt læſum in bona banniti, *Ord. Cam. Lib. 3. Tit. 49.* Aſt in *h. Tit.* quæritur

ritur quâ ratione facienda executio in banno Contumaciæ ? Reſp. fieri debere auctoritate & decreto Cameræ.

*Tit. 20.* in *h. Tit.* agitur de fundanda jurisdictione Cameræ quoad primam inſtantiam, ratione Cauſarum fiſcalium. Ubi not. agi præcipuè de Cauſis fiſcalibus, quæ ad immediatum Imperij fiſcum pertinent, ad differentiam Fiſci Statuum Imperij. Quæ autem tales Cauſæ fiſcales æſtimandæ, tractat Imp. in *h. Tit.* & quidem in §. Als nemblich für das Erſte *1. &* §. Und in der Gemeine ſollen über. 9. Conſtituit regulam generalem, quòd omnes Cauſæ fiſcales à jure civili enarratæ etiam pro talibus hodiè haberi & æſtimari debeant. In ſpecie autem Imp. *in h. tit.* quorundam ſpecificam facit mentionem. 1. Si quis legum fundamentalium fulcra everterit aut violaverit. 2. Si quis Turcis aliiſve Imperij hoſtibus contrà Rempubl. quocunque modo opem tulerit. 3. Si quis ſubditos alienos à ſuis Ordinarijs Magiſtratibus, ob Anabaptiſmum profugos receptaverit, eoſque debitâ pœnâ non affecerit. 4. Si quis Status alteri Statui à vagis militibus oppreſſo non tulerit ſuppetias.

*Tit. 21.* Agi in jure Civili de Litigioſis; aliter de hiſce agi in *h. Tit.* docent interpp. Hæc autem *h. Tit.* conſtitutio potiſſimùm obtinet, quando propter jus aliquod rei connexũ, ut putà juriſdictionē, ſervitutē, venationē, ſalvũ conductum, *&c.* res fit litigioſa. Agi autem poteſt ex his conſtit. vel Ordinariè, ſervato ordinario proceſſu; vel ſummariè, quando maturè abſque ſolemnitatibus proceditur; ad obtinendos autem proceſſus requiritur. 1. Ut partes immediatè imperio ſint ſubjectæ. 2. Ut poſſeſſio ſit litigioſa, hoc eſt, ut uterque vel plures rem poſſidere conſtanter adfirment & contendant. 3. Ut juſtus ſubſit timor majoris tumultûs. 4. Ut Judex de metu armorum & partium certior reddatur.

*Tit. 22.* In *h. Tit.* vaſta illa & acuta *pignorationum* materia tractatur. Illud imprimis intendit Imp. quod in Cauſis pignorationum ceſſet judicium Auſtregarum, & partes forum coram Camera ſortiantur; requiſita autem pignorationum conſiſtunt. 1. Ut pignoratus & pignorans ſint immediati Imperij Status. 2. Ut decernantur mandata ſine Clauſula.

*Tit. 23.* In *princ. h. Tit.* proponuntur duæ generales Regulæ. 1. Quòd proceſſus non debeant ab Executione & mandatis inchoari. 2. Quòd mandata decerni debeant cum Clauſula juſtificatoria. Proponuntur tamen in *h. Tit.* quatuor Caſus, vulgò vocantur die vier Fälle / in quibus ab Executione proceſſum inchoare licet. 1. eſt Caſus, ſi quid ita jure & conſuetudine ſit prohibitum, ut citra Cauſæ cognitionem pœnam mereatur. 2. Si Imploranti tale damnum inferatur, quod perpetrato negotio reparari nequeat. 3. Si factum publicæ utilitati adverſetur. 4. Si factum ferre moram nequeat, & ſit in mora periculum.

*Tit. 24.* in *h. Tit.* non quidem denegatur in totum relaxatio juramenti ad effectum agendi ſed certis cancellis includitur. 1. Ut ante impetrationem relaxationis Camera ad Magiſtratum juramento obſtricti ſcribat, ab eo Cauſas præſtiti juramenti exploret, & jubeat, ut totam illam Cauſam Cameræ enarret. 2. Si cauſas Capturæ ſatis prægnantes Camera deprehenderit, impetrantem à Limine judicij removebit, ſi non mandata decernet.

*Tit. 25.* Succedit famigeratiſſima materia. *L. diffamari.* In hoc nihil vult Imp. aliud quàm quatenus ex L. *diffamari* in Camera agi & procedi poſſit, & quidem regulariter verum eſt, Auſtregas non habere locum in cauſis L *diffamari*; quando autem ratione & vi hujus Tit. L. *diffamari* in Camera locus ſit, ex hac ſanctione cognoſcimus. 1. quando concernit fractam pacem publicam, injurias, & ſimiles cauſas, hoc eſt quando diffamans diffamatione ſua intendit aliquem non tantum ſuſpectum ſed reum facere violatæ pacis publicæ, vel alius atrocis criminis commiſſi. 2. Ut implorans proceſſus ſit immediatus Imperij Status. 3. Ut diffamatus ſit immediatè ſubjectus Imperio.

*Tit. 26.* Fundat Cameræ juriſdictionem quoad primam inſtantiam præ omnibus principaliter *juſtitia denegata* & juſtitiâ *protracta*; ſancit autem Imp. in his Caſibus 1. Ut in Caſu protractæ vel denegatæ juſtitiæ proximè ſuperior Judex adeatur, ſi ab eo juſtitia denegetur vel protrahatur, rectà adiri Camera poteſt. 2. Ut poſt factam inſinuationem promotorialium, ſi tempore in iis expreſſo juſtitiâ non admini-

Digitized by Google

miniſtretur, Camera cauſam avocet, & in eâ legaliter procedat.

*Tit. 27.* Breviter conceptus eſt hic titulus, & hoc vult omnes cauſas & perſonas immediatè Juriſdictioni ſubjectas, ideoque ſingulariter non exemptas in Camerâ proponi & conveniri poſſe. Unde patet Imperatorem omnis Juriſdictionis eſſe fontem.

*Tit. 28.* Incipit Imperator agere in hoc titulo de Juriſdictione Cameræ, quoad ſecundam inſtantiam, & ferè quot ſunt in hoc titulo paragraphi, tot ſunt Regulæ.

I. Ab omnibus Judiciis Imperij, quæ originem ſuæ Juriſdictionis ab Imperatore agnoſcunt, quocunque inſigniantur nomine, ad Cameram ultimò provocatur, §. **Es ſoll nicht allein von denen Urtheilen** *1.*

II. Nullus ſubditus Imperij adigi vi metuque debet, ut appellationis beneficium intermittat, nec ad Cameram provocet, §. **Dieweil biſzhero.** *2.*

III. Temerè appellantes non ſolùm in expenſas, ſed etiam pœnas temerè litigantium à Camera condemnari debent, §. **Darzu dieweil je zu Zeiten.** *3.*

IV. Summa appellabilis debet eſſe quinquaginta aureorum. §. **Und ſonderlich ſetzen / ordnen.** *4.* de quâ tamen hodiè diſponit *R. I. noviſſimus anno 1654.* §.

V. In cauſis Criminalibus, quæ corporis importan pœnam, in Camerâ nulla recipitur appellatio. §. Item **nachdem auch dem.** *5.*

VI. In ſimplicibus interlocutoriis appellatio non eſt, in iis autem, quæ gravamen irreparabile continent, rectè eſt recipienda.

*Tit. 29.* In hoc titulo ſequentia ſunt præcipuè notanda.

I. Appellationem debere fieri *gradatim.* Solent Status habere plures inſtantias, ſi igitur coram inferiori foro cauſa alicui abjudicatur, non ſtatim condemnatus ad Cameram appellat, ſed proximè ſuperius judicium in eadem provincia, ſi nullum in eâ provincia ſupereſt dicaſterium, Spes omnis in Camera reſidet.

II. Appellationes interponi debere intra decennium à die latæ ſententiæ. Tollit etiam Imperator morem inferiorum judiciorum longius tempus quàm decennium concedentium.

III. Appellationes fieri poſſe vel ſtatim, vel ex intervallo (obſervato tamen prædicto decennio) vel vivâ voce, vel coràm Notario.

*Tit. 30.* In hoc titulo agitur de termino *introducendæ appellationis*, qui eſt ſpatium ſex menſium; & occurrit Imperator magnæ altercationi de dierum in menſibus computatione, & quia hujus ſemeſtris ſpatij dies ſunt continui, non utiles, & ſic ferè de momento ad momentum currit, ſtatuit Imperator, ut pro quolibet menſe *30. dies* computentur, ut ita pro introducendâ appellatione concedendi ſint 180. dies continui, ſi hi effluant abſque introductione appellationis, ea habetur pro deſertâ. Hoc temporis ſpatium accuratè obſervari vult Imperator, ideoque in hoc titulo ſancit *ignorantiam* horum terminorum neminem excuſare de legis rigore, & ſeverè jubet Cameram. 1. Ut Nullius hac in re prætenſam ignorantiam exaudiant, ſed ſtrictè quod hîc ſancitum eſt, obſervent. 2. Ut contra hæc ſancita nulla inferiorum judiciorum ſtatuta, conſuetudines, fori obſervationes attendantur, ſed his pariter rejectis præciſè leges hujus Ordinationis obſerventur.

*Tit. 31.* Poſtquam appellatio fuit legitimo tempore interpoſita, debet appellans implorare judicis, à quo officium, ut acta deſcribi & edi curet, ut eò promptiùs ea Cameræ offerri & exhiberi poſſint; de hac editione actorum notandum. 1. Ut *intra 30. dies* à factâ appellationis interpoſitione actorum editio petatur; 2. Ut acta petantur ab eo judicio, in quo ultima ſententia lata fuit, à quâ ad Camerã appellatum. 3. Ut petitor caveat de pretio deſcriptionis actorum. 4. Jubentur judicia promptè obſequi petitioni appellantis, nec cauſari moram proceſſûs, niſi ſibi ob denegatam vel frivolè protelatam actorum editionem malum creare velint.

*Tit. 32.* Refert ſe hic titulus *ad P. J. tit. 13. §. 10.*

*Tit. 33.* De *feriis* nihil addo, quòd ſatis clarè hîc omnia exprimantur.

*Tit. 34.* In hoc articulo locus aſſignatur huic judicio certus, & fixus, nempè *Spira.*

*Tit. 35.* Hic titulus expreſſus etiam eſt in primâ Ordinatione Cam. anno 1495. & ſenſus eſt, ut judicium Cameræ nullâ in re impediatur, quò minùs regia via Juſtitia ambulet, non deflectere debet, ne-



Digitized by Google

neque ad dextram, neque ad ſiniſtram, inſiſtere debet recto tramiti, nec intueri micantes mucrones, fulgentes auri maſſas, gratiarum montes, & quæ alia ſunt, quæ juſtitiæ directum hunc curſum impediunt.

*Tit. 36.* In hoc titulo tria præcipuè tractantur; 1. Datur poteſtas Cameræ hanc Ordinationem declarandi, reformandi, & novas ad proceſſum ſpectantes leges condendi. 2. datur facultas vitia Cameræ corrigendi. 3. Jubentur Camerales, ut novas ſuas deciſiones Viſitatoribus Cameræ offerant, ut ab illis approbentur, aut mutentur, prout illis juſtum viſum fuerit.

Totius hujus partis duo principaliora ſunt membra. Primum proponit modum & ſeriem proceſſus ordinandi in Camerâ. Secundum dat remedia contra ſententias in Camerâ latas; quod primum membrum attinet, ſatis dextrè & clarè ſinguli proceſſus termini proponuntur.

*Tit. 1.* Determinat dies habendarum *audientiarum*, qui conſtituuntur dies Lunæ, Mercurij, Veneris; in his diebus omnibus audientiis partes cauſas ſuas proponunt.

*Tit. 2. & 3.* Tractantur & diſtinguuntur *cauſæ ordinariæ* ab *extraordinariis*: illæ dicuntur, quando inſtituto legali & ordinario proceſſu cauſæ deciduntur; Hæ cum omiſſo ſolemni proceſſu, levato velo & de plano, cauſæ ventilantur & diſcutiuntur; Cùm autem nemo diſtinctè ſcire poſſit, quæ cauſæ pro ſummariis habendæ, ideo Imperator earum aliquem hîc texit Catalogum, & 30. proponit cauſas, in quibus ſummariæ ventilationis concedit privilegium.

*Tit. 34.* In hoc titulo Imperator de *nullitate proceſſûs* tractat, qualiter ſcilicet in deductionibus nullitatum procedi debeat. Inprimis notandum, quòd cauſa nullitatis *principaliter* intentata totam cauſam & principale negotium ad Judicem nullitatis devolvat; ita ut ſuper meritis cognoſcere, & ſententiam vel reformare vel confirmare ex nova causâ & novis probationibus poſſit.

*Tit. 35.* Idem traditur in proëmio *Tit. 7.* & explicatur in *Rec. anno 1600.* §. *83.* & *Dub. Cam. 65.*

*Tit. 41.* in hoc titulo agitur de *contumaciâ*, non quidem ratione perſonarum, ſed de morâ & ceſſatione in productis ſuo Ordine exhibendis, & tradit Imperator hac de re duas regulas. 1. Sancit, ut ſi oſcitanter & negligenter termini à partibus ipſis non ſint ſervati, ſcilicet productis non exhibitis, eo caſu imponatur pœna juris communis, & præter hanc refuſio expenſarum parti adverſæ; quibus depenſis demum admittitur ad cauſam in eo ſtatu, in quo eſt, reſumendam. 2. Ut ſi producta dolo aut negligentia Procuratorum non exhibeantur, illi ea propter in expenſas condemnentur, nec quod mulctæ loco ſolverunt, à partibus repetere ſit conceſſum.

*Tit. 42.* in hoc titulo & ſeq. tractatur de contumacia eminentium partium actoris, rei, & Appellati. Eſt rigoroſum nimis decernere pœnam banni in contumaces, ut hîc facit Imperator; ſed cogitandum, in ordinem non aliter redigi ſubditos tantæ claritudinis & poteſtatis, qui coram hoc tribunali comparere coguntur.

*Tit. 51.* Ultima hæc eſt, quæ fit ad Cameram provocatio; A ſententijs in Camerâ latis ad nullum in hoc mundo Judicem appellatur: Hîc ſiſtitur curſus litium, & unicuique id, quod ipſi debetur, tribuitur; ne tamen ulla ſit conquerendi anſa, & in hoc voluit Imperator providere, ut de ſententijs Cameralibus ulterior inſtituatur ventilatio, de quibus remedijs Imperator *in ſeq. titulo* tractat.

*Tit. 52.* Ex hoc titulo ſatis clarè patet, *reſtitutionem in integrum*, in Camerâ Imperiali locum habere, ita tamen, ut ſi cauſæ juſtæ, novæ & prægnantes articulatim adferantur, attendatur cum effectu reſtitutio: ſin verò iniquæ, invalidæ, aut antea jam productæ adducantur, prorſus rejiciantur, & debitæ executioni mandetur priùs lata ſententia.

*Tit. 53.* Celebre remedium contra ſententias Camerales proponitur in hoc Titulo, ſcilicet *reviſio*, quâ de tot illuſtres extant Commentarij; hujus Tituli aliqua facta eſt *correctio* & *mutatio in Receſſ. anno 1654.* Quod attinet hunc textum, is quatuor principalia in ſe complectitur. 1. Proponit petitorem Reviſionis. 2. Judices Reviſionis. 3. modum Reviſionis. 4. effectum Reviſionis. Notandum inprimis, prorſus ultra Reviſionem adimi omnes modos ulterius quid petendi.

*Tit. 54.* In ultimo hoc titulo Imperator jubet, ut in omnibus illis cauſis & negotijs,

Digitized by Google

tijs, de quibus expreſsè hîc deciſum & ſancitum non eſt, obſervetur jus civile Romanorum; ideoque hæ duæ Concluſiones eliciuntur ex textu. 1. In hac Ordinatione expreſsè & verbotenus deciſa vim legis obtinebunt, & juri civili derogabunt. 2. In his, quæ deciſa taliter non ſunt, Jus civile Romanum Legis autoritatem, vim & robur obtinebit.

Receſſus Anno 1557.

In hôc Receſſu dicit Imperator, ſibi oblata eſſe quædam gravamina Cameræ Imperialis, ſed ea in hiſce Comitijs non ritè decidi poſſe, tradit §. 74. *ſeq.* ea propter & viſitatoribus commendat, quos ex omni Statuum numero §. 77. eligit.

Receſſ. 1570.

In membro 4to. *hujus Rec.* diſquiſitio inſtituitur de Camera Spir.

Receſſ. 1582.

In parte quintâ hujus Receſſûs agit Imperator de Juſtitia §. Wiewol Wir *48.* & indicit Conventum Deputationis Spiræ habendum anno ſequenti.

Receſſ. Deput. annò 1600.

Hic Receſſ. duas ſectiones continet; Prima agit *de modo exercendæ Juſtitiæ in Camera Imp.* & ſe extendit uſque ad §. *140.* In hac primâ ſectione continentur. 9. membra.

I. Agit de numero copiarum, quòd ſcilicet in Camerâ exhiberi debeant, & jubet Imperator appellatum, ut acta prioris Inſtantiæ quinquies deſcribi curet. §. Demnach. 6.

II. Tractat de Pauperibus litigantibus, §. Und nachdem *9.* de quibus. *Ord. Cam. 1. 41.*

III. Concernit ſummam appellabilem, §. Wiewohl nun *14.* quâ de in *Receſſ. anno 1654.* §. *10.*

IV. Occupatur in deſcribenda qualitate Aſſeſſorum, §. Demnach auch. *20.*

V. Agit de *cauſa continentia* §. Bey Unſern *24.*

VI. Tractat de effectu promotorialium, §. Ob auch. *28.*

VII. Enarrantur cauſæ, in quibus locum habent Mandata ſine clauſula §. Es wird nicht. *30.*

VIII. Inhibentur Procuratorum frivolæ abſentiæ, §. Demnach bey. *64.*

IX. Continentur varia Ordinationis Cameralis Capitula, quæ Imperator *in* §. Dies weil aber. *77. ſeq.* corrigit, & quatenus intelligi debeant, explicat.

Receſſus Anno 1654.

Pars ſecunda hujus Rec. continet Cameralis Judicij reformationem, *à* §. *2. uſque ad* §. *165.* excluſivè. Quæ pars ab Imp. ſubdividitur in 4. membra, quæ pleraque applicari poſſunt ad *Rec. Deput. de anno 1600.* ut ferè tot reformationes hujus judicij fiant, quot Comitia, licet quoad eſſentialia Ordinatio Cameralis pro fundamento retineatur.

Secundò agitur de Conſtitutione ſalariorum Cameræ, §. *6.* quorum quantitas 64000. Imperiales excedit. §. *7.* initur ratio ſolvendorum deſervitorum. §. *9.* exhibentur media, undè ſalariorum augmentum deſumi debeat: ut ſcilicet Principes, qui ad ſeſſionem & votum in hiſcè Comitijs fuerunt aſſumti, ſuas quotas perſolvant, tùm ut quantitas, quæ à Statibus ſolvi debebat ad ſuſtentationem Cameræ, non æſtimetur florenis ampliùs, ſed Imperialibus Thaleris, quorum unus æſtimatur 22. & ſemibazijs; ita quilibet Aſſeſſor, qui anteà accipiebat pro ſalario 1000. flor. jàm capiat mille Thaleros, & ita augmentum ferè 300. Thal. conſequatur.

Membrum ſecundum *hujus Rec.* agit de vocatione & ulteriori completione Aſſeſſorum (quorum numerus per *inſtr. P. art. 5.* §. *52.* ad 50. eſt determinandus) §. *17. in* quo reperitur *Ordin. Camer. part. Tit. 4.* & *in* §§. *ſeqq.* De præſentatione nonnullâ pro ſtatu præſenti Germaniæ adduntur.

§. *6.* Membrum Tertium continet modum abbreviandi Proceſſus in Camerâ Spirenſi. §. *29.* In quo modus libellandi in cauſis ſimplicis querelæ planè tollitur & annullatur, & conſtituitur, ut actor litem ſummaritet in libello breviter & nervosè comprehenſam exhibeat; plura traduntur quæ digna notatu & obſervatu illis, qui pars Judicij Cameralis ſunt; ſummopere autem notandum, quòd in §. *107.* Summa appellabilis extenſa ſit ad 400. Imperiales, & ſumma, de quâ reviſio petenda, in §. *122.* conſtituatur, 2000. Imperialium.

Si verò ſumma non ſit appellabilis, conceditur reviſio per impartiales Juris Conſultos, vel tranſmiſſio actorum ad Collegium Univerſitatis, §. *113.* Pauperibus, qui



Digitized by Google

qui 2000. flor. in bonis non habent, idque juratò aſſeverant, atque in ſententiâ ad 300. fl. gravati ſunt, proceſſus app. decernuntur, §. *114.* De Compulſorialibus, requiſitione actorum intrà 30. dies, ſubmiſſione ad acta priora, obſervatione fatalium app. introducendæ & reproducendæ ſub pœnâ deſertionis, eventuali cauſæ principalis unà cum exceptionibus non devolutionis vel deſertionis, de executione in Wechſel-Sachen/ non obſtante appellatione, de obſervatione privilegiorum de non appellando, de pœnâ temerè appellantis arbitrariâ uſque ad 20. marcas auri, de prohibito recurſu ad Pontificem & Nuntios, agitur *in* §§. *60. uſque 75. &* §. *107. uſque 164.*

De *reviſione & ſyndicatu* tractatur in *R. I. 1532. tit. 2.* §. *17. O. C. anno 1555. p. 1. tit. 51. & p. 3. tit. 53. R. I. anno 1557.* §. *23. R. I. anno 1559.* §. *60. & ſeqq. R. I. anno 1566.* §. *80. R. I. anno 1594.* §. *99. R. I. anno 1598.* §. *62. & ſeqq. Rec. Deput. anno 1600.* §. *157. & ſeqq.* Sed poſt *Inſtr. P. art. 5.* §. *54.* Principaliter & noviſſimè in *h. R. I. anno 54.* ubi §. *124.* Tollitur effectus reviſionum ſuſpenſivus, (exceptis cauſis ſpiritualibus & Religionis relicto ſolo effectu devolutivo, hac tamē conditione, ut pars petēs executionē, cautionē de reſtituendo præſtet, quæ cautio parti adverſæ cōmunicatur, & in caſu contradictionis, vel per Principes Circulares, vel Magiſtratum partis victæ informatio de ſufficientiâ capitur, & poſteà deſuper pronuntiatur. Cautiones Statuum & pauperum Judicis arbitrio committuntur. Reviſiones in caſibus, ubi appellationes non habent locum, vel in cauſis ubi ab inferioribus judiciis provocari nequit, in Camerâ per viam ſimplicis querelæ introductis, non admittuntur, §. *125.* fatalia reviſionis pro eâ introducendâ juramento reviſorio, gravaminibus, ſportulis, ſunt 4. menſium. Acta à Reviſoribus taxantur, ſportulæ in caſu ſententiæ confirmatæ amittuntur. §. *126.* de reviſionibus frivolis non defertur, §. *133.* de reviſionibus in Conſil. Imp. Aulico diſponit *Capit. Leopold. anno 1658.* §. *42. Joſephin.* §. *41.*

§. 7. Membrum. 4. eſt de tranſlatione Cameralis Judicij in alium locum de quâ tractat Imp. *in* §. *162.* quia ſinè adminiſtratione juſtitiæ regnum nullum in quieto ſtatu conſiſtere poteſt, ut inquit Imp. *hujus Rec.* §. *7.* Hinc novum conceptum Ordinationis Cameræ proponitur, §. *134.* de liberis perſonarum Cameræ, ſi propriam inſtituant familiam, §. *142.* de ſecuritate Cameræ, §. *167.* de Aſſeſſorum præſentatorum qualitatibus, de admiſſione Reformatorum, §. *22. & ſeqq.* de privilegiis & libertatibus perſonarum ad Cam. Imp. pertinentium, §. *141.* de proceſſu in cauſis religionis, §. *157.* de reſpectu & auctoritate Judicij Cameralis, §. *165.* ordinatur. Hoc itaque Judicium eſt judicium & Conſiſtorium Principis, ipſumque repræſentat, *Mynſ. 4. obſ. 5. Gail. 1. obſ. 42. n. 3.* in eo reſcripta & decreta omnia promulgantur & ſanciuntur ſub nomine & ſigillo Imperatoris, *Ord. C. p. 1. tit. 27. & p. 3. tit. 12.* §. Und ſo ſolche. *Gail. 1. obſ. 14. n. 1.* Sceptrum Imperiale in ſignum ſupremæ Juriſdictionis Imp. à Judice Cameræ tenetur.

## Circuli S. Rom. Imperij.

De Circulis Rom. Imperij videri poſſunt ſupra deducta hâc *parte. V. tit. 6. per tot.* Ex *Ord. Regimenti de anno 1500.* patet, ſex Circulos illo tempore conſtitutos eſſe, ex quibus perſonæ Regimenti deſumi deberent, & recitantur, §. *6.* Principes & Status, qui ad quemvis Circulum pertinent. *vid. verb. Regimentum.* In *O. C. anno 1507. tit. 20.* denominantur iidem ſex Circuli, ex quibus Aſſeſſores Cam. Imperialis vocantur, præter eos, qui ab Electoribus nominantur.

In *R. I. anno 1512.* introductio ſex Circulorum confirmata, & adjectione aliorum quatuor Circulorum, nempè Auſtriaci, Burgundici, Rhenani ſuperioris & Saxonici aucta eſt, atque id ſinè omni præjudicio reliquorum ſtatuum.

In *O. Regim. Wormat. de anno 1521.* denuò recenſentur ſex Circuli, & omnes ad quemvis eorum pertinentes Status.

*In R. I. anno 1522.* agitur de ordinatione Capitanei Circularis à tit. 3. uſque ad tit. 7. conſtituitur modus perſequendi contrà violatores pacis publicæ, & proponitur modus executionis contrà bannitos.

In *R. I. anno 1530.* §. *103.* diſponitur de officio Capitanei Circuli.

In *Declaratione P. Publ. Norimbergæ anno 1552. tit.* tractatur *de PP.* & rerum judica-

dicatarum executione per decem Circulos, qui ibidem cum Statibus in quovis Circulo contentis recenſentur. Ut autem omnia ordinatè fierent, nec fruſtrà eſſet hæc Imperij in Circulos diviſio. 1. Statuit Imp. ut quiſque Circulus Capitaneum cum quatuor Aſſeſſoribus eligat. 2. Ut neceſſitate exigente Conventus Circulares cogat. 3. Ut certa negotia expediat; Si Status Circuli in eligendo Capitaneo & Aſſeſſoribus convenire non poſſint, eo caſu aut Regimento Regni, aut ipſi Imperatori certas perſonas præſentare tenentur, ex quibus pro arbitrio Cæſaris, aut Regimenti unus eligi debet, qui electus repudiari non poteſt, unde apparet, quòd eligendi quidem poteſtatem Imperator Circulo conceſſerit, ſed electi confirmationem ſibi reſervaverit, ut electis perſonis demandetur, rectè, candidè & fideliter res mandatas gerere. *Capitaneus* autem debet eſſe *Princeps*, *Comes*, vel *Baro*, aut perſona aliâ præcellenti dignitate prædita, ad hoc munus idonea, ut tanto oneri ferendo ſit compar. Neque præcisè requiritur, ut ortum ſuum ex illo Circulo ducat, cui præficitur, quia contingere poteſt, ſtatum in aliquo Circulo adeò turbatum eſſe, ut idoneus in illo Circulo reperiri non poſſit, id quod confirmat *Rec. Imp. de anno 1553.* §. Und auff daß ſoll. Hic autem Capitaneus vocatur Haubtmann / vel etiam Kreiß-Obriſter / qui tamen diſtinguitur à Principe convocante ſivè Directore, dem Außſchreibenden Fürſten / *Rec. Imp. de anno 1555.* §. Und damit obgeſetzte Ordnung / ubi expreſsè ſtatuitur differentia inter Capitaneum & Principem convocantem, cùm tamen dubium non ſit, Statum Circuli Convocantem, etiam obire poſſe munus ſummi militiæ Præfecti. Quamvis autem magna ſit poteſtas & authoritas Capitanei Circuli in exercendo ſuo munere, ut imminentibus periculis ſtatim occurri poſſit, nulla tamen Juriſdictio vel ſuperioritas, niſi quæ in Conſtitutionibus Imperij expreſsè defertur, ipſi in reliquos Status competit, per claram diſpoſitionem, *in R. I. anno 1555.* §. Und obwohl. *73.*

In negotijs Circulorum tria potiſſimùm ex Conſtitutionibus Imperij occurrunt, 1. moderatio matriculæ. 2. confectio calculi ratione impenſarum in executionē banni factarum. 3. monetæ correctio, quâ in re ſunt Circuli correſpondentes, Franconicus, Bavaricus, & Suevicus, cum Auſtriaco, quamvis Imperator debitâ ſolùm ſubmiſſione rogetur, ut receſſui reliquorum Circulorum ſubſcribat, prout in unâ claſſe correſpondentium in monetâ eſt Electoralis, Rhenanus, ſuperior & VVeſtphalicus, in alterâ ſuperior & inferior Saxonicus, & tum alij ſuprà nominati.

Negotia ordinaria ſunt omnia, quæ ad Pac. Publ. conſervationem, & mandatorum atque Conſtitutionum Imperialium executionem pertinent, ſi ſcilicet executione judicatorum *de facto* opus ſit, atque Directores Circuli ad eam faciendam requirantur. *R. I. ſive Declar.* des Landfridens *de anno 1522. Tit.* 1. in verb. zu thätlicher *execution* der geſprochener Urthel / *executorialen* / *mandat* - und Gebott. *R. I. de anno 1654.* §. So offt auch der Richter. 86. *cum ſeqq.* Neque ſemper executiones Directoribus Circulorum, ſed etiam Principibus & Statibus demandantur, ex præjudicijs quàm pluribus. Plures caſus, qui ad Capitanei officium ſpectant, congeſſit *Denaiſius in Jur. Camer. tit. 212. verb. Pac. Publ. conſervatio, & ſeq.* Et *in verb. Commercia.* §. *7. & in fin. in verb. moderationum cauſa* §. *1. verb. monetarum edictum.* §. *13. 31. & 33.* Statuit porrò Imperator, ut Præfecti Militiæ ſedulò proſpiciant, an periculum ſit tanti momenti, ut deſideret auxilium militare, ne ſtatus Circuli fruſtraneis ſumptibus graventur, & quieti publicæ damnum inferatur; Si verò auxilium unius vel etiam plurium Circulorum ſit neceſſarium, Præfecti Circulorum id ad Cæſaream Majeſtatem debent deferre, ſimulque Electori Moguntino inſinuare, ut hic, vigore Conſtitutionis hujus, alios convocet Status, qui conjunctis animis de periculo depellendo conſulent, & remedia quærant. Officium Directoriale eſt hæreditarium. Alterum Officium Ducis Circuli electitium, quod munus frequenter Directori traditur, ut ex conjunctione commodum proveniat.

Porrò Status Circuli Capitaneum ob certas cauſas ab officio removere poſſunt, *R. I. anno 1555.* §. *47.* vel etiam ipſe, quandocunque libuerit, renuntiare poteſt. Si verò Præfectus Circuli ipſemet Pacem fran-

frangat, tunc ſtatim adjunctus ipſius, tenetur Præfecturam in ſe ſuſcipere, ejuſque munia obire. Cauſæ, ob quas Circuli convenire & militem cogere poſſunt, ſunt præcipuè *ſeditiones bellicæ*, Krigs-Empörung / *luſtrationes militum*, Muſterplatz / *congregationes militum*, qui abſque duce vias regias infeſtant, & alia perpetrant flagitia, Rottirung / *incurſiones & devaſtationes hoſtiles*, *abactiones pecorum*, *incendia*, Thätliche Vergwaltigung / *R. I. anno 1555.* §. auff daß auch deſtoweniger in Zweiffel zu ſtehen. *94.* quibus ingruentibus malis debent Præfecti Circulorum occurrere, malos conatus infringere, ut pax publica conſervetur. Severè etiam interdictum eſt, ne exteris Principibus concedatur abſque conſenſu Imperatoris & Statuum, ſub certis tamen conditionibus, militem in Imperio cogere; ne ſcil. Imperium denudetur viris *R. I. anno 1582.* §. wann aber das. *30.* plura videri poſſunt *ſupra tit. 5. part. 6.* & *verb. Bannum*, nec non *verb.* Landfriden.

Sumptus neceſſarios Status Circuli ſuppeditant, *R. I. anno 1555.* §. Alsdann zu Verrichtung. *86. & 88. 89. 90. 91.* ubi etiam §. Dieweil nun diſe Hilff. *82.* agitur de collectatione ſubditorum. Undè hi ſumptus reſarciri debeant, declaratur in *Declar. Pac. Publ. anno 1532. tit. 28.*

*R. I. anno 1542.* §. *19. & 47.* tractatur von der Kreiß-Verfaſſung / tanquàm ſecuritate & defenſione Imperij, nec non conſervatione Pacis publicæ.

## Collecta. Contributio.

*R. I. anno 1495.* agitur de nervo ingruentis belli, per indictionem collectæ univerſalis, pro alendo perpetuo milite abſque cujuſquàm ferè incommodo, ex juſtâ urgente causâ & magnâ neceſſitate, v. g. ut Turcæ occurratur, & alijs invaſoribus via ad nocendum & devaſtandum occludatur. Collecta autem colligitur, cùm ordinaria tributa non ſufficiunt, & ipſa neceſſitas ad eas petendas allicit, quam Imperator proponit, ut Status conſulant, & remedia præſentia contribuant.

Sanè Status antiquitùs ex publicis ſuis proventibus & reditibus collectas extraordinarias exſolviſſe videtur innuere *l. ult. C. de priv. dom. Aug. l. 1. C. de navib. non excuſ. Mind. lib. 2. de Mand.* Ab eo verò tempore, quo collectarum uſus in Imperio receptus, duo modi crebriores frequentati ſunt, ut in hoc Receſſu per *communem denarium*, den gemeinen Pfening quando nimirum omnes ſubditi & velut Imperator *hic in* §. *1.* dicit, alle und jegliche Menſchen / ſie ſeyen geiſtlich oder weltlich / Frauen oder Mann / wes Würden / Stands / Ordens / oder Weſen die ſeyen / niemands außgelaſſen / durch das gantze Heyl. Reich / tenentur de omnibus bonis, mobilibus & immobilibus, certam pecuniæ ſummam dare. Alter modus eſt introductus, *juxtà expeditionem Romanam*, nach dem Römer-Zug / quâ nempè Status Imperij coronandum Imperatorem Romam comitari tenebantur numero 20000. Peditum & 40000. Equitum, & hoc modò non omnibus Imperij ſubditis, ſed immediatis Statibus tantùm primariò hæc Collecta imponebatur, ſed quia illi hujuſmodi collectam de reditibus propriis dare non poterant, impetrarunt ab Imperatore poteſtatem ſubcollectandi; Et hi duo modi collectandi inſigniter differunt atque alter *juxta æs & libram*, qui in *hoc Rec.* accuratè deſcribitur, per deſuetudinem ab uſu receſſit, & alter modus, nach dem Römer-Zug in uſu remanſit, eò quòd Status nolint certam bonorum & proventuum partem alteri patefacere, cùm ex deciſione Imperatoris Theodoſij *in l. 2. C. quib. & quand. 4. & l. 2. de al. pupill. durum ſit publicatione, pompaque rerum familiarium, & paupertatis detegi vilitatem, & invidiæ exponere commoda;* proinde in *Rec. anno 1603* collecta juxta expeditionem Romanam contributa eſt.

In *hoc Rec.* de communi denario talis ratio collectandi conſtituitur, ut qui bona pro quingentis florenis poſſidet, unum det florenum, qui mille aureos poſſidet, is unum exolvat, & ſi ſumma excurrerit, addat tantum quantum volet, ſo vil ſeine Andacht iſt. Cujus bona quingentos aureos non exæquant, & tamen pubes eſt, is vigeſimam quartam partem aurei exſolvat. Quoad cenſus ſtatuitur, ut 25. aurei annui cenſus, Jährlicher und lediger Renten oder Nutzungen / pro valore 500. aureorum æſtimari debeant. Quinquaginta verò aurei annui cenſus pro mille aureis. Atque hanc collectam ſolvunt Principes ipſi de ſuis bonis alodialibus & alijs-

Digitized by Google

aliis proventibus, §. 7. atque omnes Subditi. §. 2. Nec non Eccleſiaſtici §. 1. De Judæis Statuitur in §. 6. ut nempe omnes & ſinguli, non habitâ ſexûs aut ætatis differentia, aureum Rhenanum perſolvant, atque hoc propter promeritum odium, quo Chriſtianorum illos hoſtes perſequimur, & propter inſigne lucrum quod ex commerciis capiunt. in §. 11. conſtituuntur ſeptem theſaurarij, tractatur de eorum juramento, & exactâ rationum redditione. Denique ſtatuitur terminus, intra quem finiri hæc collecta debeat, nempe quadriennium.

Receſſ. Imp. anno 1500.

Varij ſemper modi collectarum contra potentiam Turcæ excogitati ſunt; Et quidem primùm *Annatæ*, ſcilicet aut fructus primi anni ex beneficio Prælatorum vacante, in eum uſum exhibeantur. In hoc Rec. collectæ indictæ ſunt ad ſuſtentandum militem, in quibus talis Ordo ſervatur, ut non expendatur pecunia, ſed *certus perſonarum numerus certos alat milites*, prout Imperator §. 4. hîc diſponit.

I. Ut omnes homines ſeculares privati, nullo excepto, ad hanc ſuſtentationem teneantur, hoc modo, ut ſinguli *quadringenti homines*, qui quidem bona aut mobilia aut immobilia poſſident, §. 4. non habito ætatis, Statûs, aut conditionis ullo reſpectu, *militem unum* ad bella paratum alant; hoc tamen limitat Imperator. 1. in mare & fœmina conjugibus, hæ enim pro unâ perſonâ reputantur. 2. In ijs, qui bona propria non poſſident, illis vigeſimam partem aurei Rhenani injungit. 3. in famulis, famulabus, qui de quolibet mercedis ſuæ aureo ſexageſimam aurei Rhenani partem contribuent. Si verò in unâ Paræcia plures eſſent, quàm quadringenti homines, illi reliqui, juxta §. 25. ſe cum aliâ proximiore Paræciâ conjungent; ſi autem in aliquâ Paræciâ non eſſent quadringenti, ſed pauciores, tunc duæ, tres, &c. Paræciæ ſe conjungere poterunt & numerum complere. In §. 27. Imperator decidit quæſtionem, quòd nemo reſpectu *bonorum hinc indè ſitorum*, etiam in diverſis territorijs, debeat plus contribuere quàm in domo domicilij; ait enim Imperator; Doch daß ein jeder nicht mehr / dann an dem Ende / da er geſeſſen iſt / von allem dem Seinigen / es lige / wo es wolle / zu geben geſetzet werde. §. 27. explic. pete à *Winzler de Coll. p. 21. num. 1. ſeq.* Si verò in villâ aut Oppidulo ſint *diverſæ Juriſdictiones*, tum illorum locorum domini amicè de hac collectâ convenient, §. 28. Si verò convenire non poterunt, res erit ad Regimentum Regni remittenda, § 19.

II. Loco ſuccedunt *Eccleſiaſtici*; Hi omnes de omnibus reditibus ſuis, & quidem de ſingulis quadraginta aureis unum aureum exſolvent. Ratio *in* §. 30. Das ihnen an der Handhabung gelegen ſeye. Quòd etiam nobiles in quovis Principatu obtineant terræ partes. Quare Imperator nullum Eccleſiaſtici Ordinis hominem vult exemptum, imò tollit omnia exemptionis privilegia, §. 30. Sie ſeyen exempt oder nicht / ꝛc. & Ampliat Imperator. 1. in §. 31. quòd Commendæ & Bailliviatus, ut *S. Iohannis*, Germanicus, *&c.* non debeant eſſe immunes, quod tamen limitat in ipſorum Ordinum Magiſtro. 2. Quòd omnia *Monaſteria* ſimili ratione nullo excepto debeant conferre. De quatuor *Ordinibus mendicantibus* ſtatuit, ut ſingula quinque Monaſteria peditem unum ſuſtentare debeant. 3. Quòd omnes Ordines, Canonicatus, ab hac Collectâ non debeant eſſe immunes, §. 32. 4. Quòd & eorum famuli, coloni & alij, qui ad eos ſpectant, juxta rationem §. 24. debeant contribuere. Hanc pecuniam Epiſcopi loci cujuſcunque colligere, & Regni Regimento exhibere debent; ſi verò ſecularis Magiſtratus ratione antiquæ conſuetudinis jus hoc collectandi obtineat, ipſe non ex tradita Epiſcopo illius loci pecuniâ, Regimento offeret.

III. Civitates & Univerſitates debent ſimili ratione de reditibus, cujuſcunque illi ſint generis, contribuere quot annis de 40. florenis 1. aureum. §. 36.

IV. *Electores & Principes Imperij*, ob eorum curas & alias neceſſarias impenſas ab hac collectâ immunes quidem erunt, ſed tamen in hac expeditione *quingentos equites* ſuſtentabunt. Hanc autem exceptionem ego intelligo de eorum bonis proprijs, nam ſubditi eorum vigore hujus Conſtitutionis collectari debent, §. 37. Hoc autem principum privilegio nonnulli alij Principares Eccleſiaſtici etiam gaudent, qui recenſentur, in §. 38.

V. Co-

V. *Comites & Barones.* Ita enim Imp. *in* §. *39.* Ein Graf oder Herr. de reditibus excedentibus 4000. flor. equitem unum alere debet.

VI. *Nobilibus Imperij* certa collecta non indicitur, ſed de ſubſidio voluntario, quòd communis cauſa ſit, §. *40.* ſollicitantur, ut juxta patrimonij vires aliquid conferant.

VII. *Judæus* quilibet non habito ſexûs aut ætatis diſcrimine aureum unum perſolvit. §. *41.*

Et hæc ratio eſt collectandi, quam Imperator hic expoſuit; Quæ autem de reditibus ſancivit, ut de ſingulis 40. fl. unus pendatur, hoc in §. *39.* reſtringit ad illos reditus, qui in proprios uſus convertuntur; non autem ad eos, quos ſimili modo, an Gülten und Leibgeding andern zu reichen ſchuldig ſeyn / rc. Dann daß ſoll einem jeden / er ſey Geiſtlich oder Weltlich / in diſem Anſchlag der 40. fl. abgehen und nicht gerechnet werden. Sed attentè hîc agendum, ne fraus fiat legi & Magiſtratui.

Ut autem ejuſmodi pecunia eò promptiùs perſolvatur, admonet Cæſar Curatos, ut ſedulò Auditores admoneant de prompto ſubſidio, & prolixa erga Imperium teſtandâ voluntate.

Certas enim ciſtas Imperator ordinat, in quibus voluntariæ Chriſtianorum oblationes reponi poſſint.

Hanc autem ordinationem de hoc Turcico ſubſidio per *ſexennium* tantùm durare ſtatuit, §. *45.* & à ſummo Numine victoriâ clementer conceſſâ has collectas minui. §. *44.*

De hiſce tandem Collectis Regimentum Regni ſtatibus Imperij juſtas & exactas rationes reddere tenetur. §. *46.*

Rec. Imp. anno 1510.

Agitur de collectâ & auxilio contrà Venetos.

Rec. Imp. anno 1512.

De auxilio contrà quoſcunque invaſores & hoſtes, ubi recenſentur omnes contribuentes Eccleſiaſtici & ſeculares, ſi nimirùm vis inferatur, ſi honor, libertas, jura, privilegia, lædantur & violentur, quomodò & qualiter ſuccurri debeat. Et quidem in hac collectâ habetur bonorum proportio ad quantitatem tributi, quam Imperator hîc certam conſtituit. Ad hunc collectæ modum obſervandum.

1. Quòd in dicto §. *15.* in fine jubeat Imperator omnes homines, qui facultates & bona non habent, ut ſub æſtimationem venire poſſint, dare ſingulos unum ſcillingum.

2. Juxta §. *item* wer da hat. *19. ſeqq.* injungitur parentibus, ut pro ſingulis liberis duodecimum ætatis annum ſupergreſſis ſolvant tres ſcillingos.

3. §. Wer aber über *400. 16.* jubet, ut Cælibes eandem ſolvant collectam.

4. De Clericis, Prælatis, Ordinibus mendicantium, qui propria bona poſſident, Xenodochiis, Comendis, tractat §. *18. 23. 24. 28. 30. 31.*

5. His ſubjunguntur Judæi, §. *19.* & ratio exigendi collectas, & juramenta collectorum.

6. Tùm agitur de ſubitaneo contrà Turcam auxilio.

Rec. Imp. anno 1518.

Hujus iterùm Receſſûs thema præcipuum eſt, novæ collectæ indictio contrà violentas Turcarum invaſiones, & fit mentio auxilij à *Pontifice & Romanâ Eccleſiâ.* Modus verò exprimitur, ut omnes illæ perſonæ, quæ idoneæ reputantur percipiendi Sacramentum Euchariſtiæ, decimam partem aurei Rhenani perſolvere debeant.

Rec. Imp. anno 1524.

Hujus Receſſûs §. *11.* agit de auxilio Turcico, §. *32.* periculi gravitas ob oculos ponitur. Admonentur Status Imperij, ut pro Chriſtianorum bonis & vitâ redimendis & pecuniam & militem contribuant, ne deinde ſerò ſapere diſcant.

*R. I. anno 1526.* Collecta pro legatione ad Imp. Carolum V.

Rec. Imp. anno 1529.

§. *16. 17.* Collecta contrà Turcam à Statibus tributa.

Rec. Imp. anno 1530.

§. *102. uſque 133.* de Turcarum violentis invaſionibus;

*R. I. anno 1535.* de obſidione Monaſterienſi, & auxilio pecuniario.

*R. I. anno 1541.* de auxilio & collectâ Turcicâ, cum admonitione ad Status, ut portiones ſuas ad expeditionem conferant, ſub comminatione proceſſus Fiſcalis contrà negligentes.

Rec.

Digitized by Google

Rec. Imp. anno 1542.
Sollicitantur Status pro auxilio contrà violentas Turcarum invaſiones, nullo obſtante privilegio vel indulto, aut exemptione, ac de ſingulis mille florenis quinque ſolvi debere. Excipit autem *in* §. *58.* ſuppellectiles, equos & arma, atque has collectas non ſeculares modò ſed & Eccleſiaſticos perſolvere mandat, §. *62. & ſeqq.* Tum tradit rationem colligendi pecuniam per conſtitutos tam ſuperiores quàm inferiores cujuſque Circuli Directores. §. *76. & ſeqq.* Media etiam proponit de tormentis & bombardis præparandis, §. *111.* uti & de commeatu & ad victum neceſſarijs rebus expediendis, §. *116.* Conſultum etiam putat, ut *Magnates Imperij confines* de auxilijs ſollicitentur, §. *127.* atque vult ut Status has Collectas dependant von ihren aigenen und ihrer communen gemeinen geldern / Renth; und Einkomen / nullatenus verò à Subditis hoc nomine quicquam exigant, qui vigore hujus conſtitutionis tenentur ſinguli pro ratâ & quantitate bonorum collectas perſolvere, cùm autem in hoc collectandi modo facilè præviderct Imperator, maximè invitos fore ſtatus ad indicandas facultates ſuas, idcircò admonet, ut Status & aliæ Perſonæ illuſtres bey denen Pflichten / damit ein jeder der Kayſerl. Mayeſtät dem Heil. Reich oder ſonſt ſeiner Obrigkeit Verpflicht / bevorab bey Chriſtlichem Gewiſſen und ſeinen Trewen und Glauben ſich ſelbſt errinneren ſoll. Denique *in* §. *75.* additur, ut *Judæi* ultra aureum quem aliàs ſinguli perſolvunt, etiam de mercibus cujuſcunque generis, & ubicunque locorum illæ ſint, de 100. florenis unum, ſingulis annis perſolvant.

*R. I. de anno 1543. & 1544.* nec non *1548.* Cùm Potentia Imperatoris Caroli V. *Galliæ Regi Franciſco* inviſa eſſet, Rex cum Turcâ fœdus inivit, quapropter Imperator Galliæ Regem & Turcam pro communibus hoſtibus Chriſtiani orbis declaravit, id quod nomini Franciſci Regis Galliæ gravem inuſſit maculam, atque Imperator contra hos duos hoſtes offenſivum & defenſivum bellum decrevit, ſollicitando Status Imperij, ut fortia ſuppeditent militis & pecuniæ auxilia.

*R. I. anno 1551.* §. *15.* narratur Civitatem *Magdeburgenſem* Pacem publicam fregiſſe, rebellem eſſe factam, & proptereà beneficijs Cæſareis indignam ſe reddidiſſe; undè petitur auxilium à Statibus, ut obſidio continuari poſſit §. *17, 24. & ſeq.*

*R. I. anno 1555.* collecta pro conſervandâ pace publicâ à ſubditis exigenda, & *R. I. anno 1557.* contrà Turcam. in quâ propter exhauſta Statuum æraria, facultas data, pro quotâ & rata ſubditos collectandi, non obſtantibus pactis, privilegijs, ſtatutis, obligationibus, aut conſuetudine, vel exemptione.

*R. I. anno 1559.* §. *8.* collecta pro Livoniâ contrà Moſcovitas.

*R. I. anno 1566.* §. *36. & ſeqq.* contrà Turcas, & continuatio per aliquot annos. Hinc Statibus iterùm conceditur poteſtas, Subditis ſuis pro quotâ tamen contributionis collectam imponendi: quod omnes generaliter complectitur, nemine excepto, ſie ſeyen Geiſtlich oder Weltlich. Hoc autem ſpecialiter extendit. 1. ad Capitula, bey den hohen Stifftern / quæ ſimili modo ab Epiſcopis collectari poſſe concedit, §. *43.* 2. ad Civitates, & Cives mediatos, quos nullâ ratione exemptos in hac Collectâ eſſe debere ſtatuit Imperator, in *dicto* § *43.* His ſequentia addit. 1. pœnam dupli ſancit in ſubditos inobedientes, qui collectas Magiſtratibus ſolvere detrectant, §. *45.* 2. Quòd ejuſmodi contumacibus ſubditis in Camerâ omnes proceſſus denegari debeant, §. *46.* 3. Quòd ſtatus Imperij, qui non juſto tempore ſolverint, aut ſolutionem diſtulerint, debeant banno Imperiali feriri. §. *47.* 4. Tollit omnes conſuetudines, privilegia, immunitates, quæ quovis modo contra tales collectas obtendi potuerint, §. *43.* 5. de exemptis & eximendis idem ſtatuit, quod antea ſæpiſſimè, §. *49.* 6. promittit ſe immediatam nobilitatem ſollicitaturum, in hac causâ cujuſvis ſalutem concernente, ut voluntariè quidquam contribuant, §. *50.* 7. ad Civitates Hanſeaticas ſe Commiſſarios ablegaturum, certâ ſpe fretus, ſie werden ſich von diſem allgemeinen gottſeeligen Werck nicht abſonderen. 8. Cùm Status Imperij ſollicitaverint, ut in poſterum *Regnum Hungariæ*, pro cujus ſalute tantum impenderint, Romano Imperio incorporetur, ac ſimiliter, ut alij Status, Collectas in caſu neceſſitatis conferat, Imperator *in* §. *71.* promittit, ſe id diligenter non

tam apud Status Hungariæ, quàm ſuos ſucceſſores procuraturum.

R. I. de anno 1567.

§ *1.* Poſtquam longa & magnificâ oratione Imperator per Commiſſarios ſuos Statibus de auxilio gratias egiſſet, ac eventum belli Turcici enarrâſſet, ſimulque imminens adhuc malum à Selimo, filio defuncti in acie Solymanni recenſuiſſet uſque ad §. *17.* pergit Status de ulteriori auxilio ſollicitare: ubi repetendum eſt ex ſuperiore Receſſu, Status conſenſiſſe ſubſidia Turcica per integrum continuare *Triennium*, idque ad modum ſimplicis expeditionis Romanæ, quare Imperator §. *21.* à Statibus obtinuit, ut hæ collectæ in triennium deſtinatæ intrà biennij ſpatium ſolverentur, ita ut ſumma Collectarum triennalium jam ad biennij ſpatium redacta fuerit, atque inſuper Imperator dicit, ſe à *Rege Angliæ*, *Civitatibus Hanſeaticis*, & *Helvetis* ſuppetias ſollicitare. De officio Fiſcalis adverſus immorigeros §. *27.* eadem ferè decernit, quæ in ſuperioribus Receſſibus ſunt conſtituta. §. *2.* Agit de ſumptibus *belli Gothici*, quos Principes Imperij, ex decreto horum Comitiorum, Saxoni reſtituerunt.

Receſſ. Imp. anno 1570.

§. *8.* Agitur de ſuppeditanda pecunia ad ædificanda fortalitia contrà Turcarum impreſſiones. §. *25.* exponit, quatenus pace cum Turcâ factâ neceſſarium ſit, ut arces, caſtra, munitæ Civitates, reparentur, fortificentur, nova itidem ad meliorem defenſionem erigantur, petit itaque ſubſidium pecuniarium à Statibus Imperij. Annuunt Status § *25.* ut reſiduam pecuniam omnem in bellum Turcicum coactam ad ſe recipiat, ac promittunt *duodecim menſium ſimplicem collectam*, juxta eines jeden einfachen Anſchlags / intra terminum triennij ſolvendum, ita ut ſingulis annis 4. menſium collectæ ſolvantur: ubi de exemptis & eximendis §. *31.* ſolitam formulam adjungit, ac prætereà contra moroſos collectarum debitores in §. *35.* Fiſcalem armat, non tamen ut agat eapropter ad pœnam banni, ſed ad mulctam pecuniariam, quòd illa duo in Pace Profanâ alternativè ſint poſita.

Rec. Imp. de anno 1576.

§. *1.* Conqueritur Imperator in initio de Turcarum fædifrago conatu, quòd non attentis induciis octennalibus, immani ſcelere terras Imperatoris depopulârint, Fortalitia quædam occuparint, ac permultos Chriſtianos ceu pecus abegerint: Porrò adjicit, plura etiam eſſe negotia, de quibus Status audiri ſubmiſsè petiverint, quæ unà in medium adduxit. Partes autem ex diviſione ipſius Imp. in §. *4.* hic Receſſus quinque continet; de quibus hîc ſolùm prima tractatur, quæ continet Conſultationem de reprimendis Turcarum violentis deprædationibus, & ſufflamatione ulterioris irruptionis; & conſenſerunt Status ad ſubſidia Turcica, nonullos menſes Collectarum expeditionis ſimplicis Romanæ contribuere, idque ſpatio ſequentium ſex annorum, §. *8.* §. *9.* §. *10.* His jam ſubjunguntur communes clauſulæ in omnibus ferè Receſſibus ſolitæ adhiberi, à §. *12.* *uſque ad* §. *23.* Quibus adnectit conſultationem de novo Equitum Ordine, einem löblichen Ritter-Orden / inſtituendo & ſuſtentando; de quo mentio paulò pòſt iterùm injicitur.

Receſſ. Imp. de anno 1582.

§. *2.* Pars prima continet tractationem de ſubſidio contra Turcam ferendo, §. *6.* repetit Imperator querelam inſtitutam in *Receſſ. anno 1576.* §. *1.* Impetrat eapropter à Statibus Collectam in modum ſimplicis Romanæ expeditionis perſolvendam, §. *7.* ut & die eylende Türckenhilff in eventum belli aperti Turcici, §. *8.* Modus autem collectandi iiſdem planè verbis ex Receſſu de anno 1576. repetitus eſt, quòd haud judicaverint Status neceſſarium mutare ea, quæ ſalubriter ibi fuerant conſtituta & explicata; §. *3.* Injicit etiam Imperator mentionem inſtitutionis Ordinis Equitum eines Ritter-Ordens / de quo fuſiùs egerat in *Receſſ. Ratiſp. de anno 1576.* §. *31.* *ſeqq.*

Rec. Imp. de anno 1594.

Poſtquam Imperator in §. *2.* *&* *3.* quædam de bello Hungarico contra Turcam memorâſſet, petit à Statibus Imperij, ut ad belli continuationem ſubſidium pecuniarium conferant, quod ſe facturos Status conſentiunt, §. *7.* de modo autem collectandi nihil immutatur ex præcedenti Receſſu, ſed ea inibi poſita verbotenus ferè & hîc uſurpantur.

Rec. Imp. de anno 1598.

§. *1.* Nihil ferè hîc tractatur aliud, quàm de

Digitized by Google

de auxilio contra Turcas ferendo; exponit Imperator periculi magnitudinem & præſentiam, & ſolicitiùs quàm hactenus factum, deſiderat à Statibus, ut pro viribus non ſaltem pecuniam conferant, ſed etiam militem conſcribant; conſuetæ etiam adhibentur clauſulæ, quas repetere tædioſi eſſet laboris; mentio injicitur de *Equeſtri Ordine contra Turcas* inſtituendo, §. *38.* omnes *militum luſtrationes* pro exoticis Principibus ſuſceptas; & vult, ut miles Germanus in Hungariam potiùs ducatur, §. *39.* imò cuncta, quæ ad talem expeditionem neceſſaria requiri poſſunt, commemorat, & de his cum Statibus conſultat.

Rec. Imp. annó 1603. §. 1.

§. *1.* Quantâ crudelitate jam à multis annis Turca Hungariam infeſtaverit, abundè teſtantur Hiſtoriæ, & ſanè, niſi Divina benignitas præſentiſſimum averruncâſſet periculum, tantâ & immensâ potentiâ planè jam fuiſſemus attriti, & ſub ipſius Satanæ jugum redacti, ſed novit Altiſſimus veros tàm crudeli hoſti ponere limites, & indito fræno illum ad proprias ſedes reducere; Civiles turbas in Turcico Imperio obortas vix ſedaverat Turca, nova erga Hungariam & vicinam Auſtriam deſignat immanis hoſtis; ſpe pacis faciendæ illudit optimo & pio Principi Rudolpho, & ſub tempore induciarum magna vi invadit ejus ditiones, & munita quædam loca occupat, in quo exemplum Turcicæ perfidiæ ſpectare poſſumus, ſicut etiam *in* §. *2. & 3.* conqueritur Imp. *& in* §§. *ſeqq.* paucis hiſtoriam belli Turcici repetit, quæ fuſiſſimè, à multis cordatis viris & Hiſtoricis exarata extant. Dividit autem Imperator ipſe in §. *6.* hunc Receſſum in 5. membra.

§. *2.* Poſtquam periculi magnitudinem Imperator ob oculos poſuiſſet, multi etiam Status Imperij ſcirent & comperti eſſent victorias Turcarum & vicinarum ditionum everſiones & depopulationes, conſenſerunt nihilominùs in ſubſidium Turcicum certo modo & tempore conferendum. §. *8. & ſeq.* In modo autem collectandi & executionis idem obſervatur tenor, eædemque circumſtantiæ, quæ ſuperiùs etiam fuere adhibitæ, quare eas hic repetere ſigillatim, fruſtranei puto eſſe laboris.

*R. I. de anno 1613.*

§. *2.* Exorditur Imperator hunc Rec. à fædifragâ Turcarum in *Tranſylvaniam* irruptione, & eà propter à Statibus, ut eorum viribus citò obvietur, auxilia & ſubſidia petit & impetrat, *in* §. *5. ſeqq.* in quo Collectarum modo ſæpius uſurpatæ Clauſulæ repetuntur.

## Colloquium. Concilium.

Cùm Martinus Lutherus falſa Religionis ſuæ nova dogmata ſpargeret, ſtatim graviſſimum contra Religionis Orthodoxæ Novatores Edictum publicavit Imp. Carolus V. in *Comitijs Wormatienſibus anno 1521.* quod repetitum eſt in *Comitijs Norimbergenſibus anno 1524.* §. *28. & 29.* Varia deindè tentata Religionis conciliandæ media, inter quæ *Concilium Generale* liberum, *R. I. Spirenſi anno 1526. 1529. 1542. 1548.* tùm *amicabilis compoſitio*, *R. I. anno 1544.* §. *79. & ſeqq.* tum *Colloquium*, *R. I. anno 1545.* quæ omnia tamen ab adversâ parte eluſa, ut concordia obtineri non potuerit, prout demonſtratum *ſuprà lib. 1. tit. 1. part. 2.* Et plura dicentur *infrà verb. Religio.* Extollunt Auguſtanæ Confeſſioni addicti Lutherum eximijs laudibus, quòd impotens Monachus Joviale Numen felici victoriâ expugnaverit, diſputaverit contrà vanitatem Indulgentiarum, in Comitijs VVormatienſibus doctrinæ rationem reddiderit, & contra Antagoniſtas ſteterit velut Marpeſia cautes; Invehuntur in Pontificem, in Clericos & Monaſteria, convitiantur & debacchantur. Sed ineptias harum laudum, ipſa libidinoſa Lutheri vita, arrogantia, mores, libri turpiſſimi, argumenta contra Sanctum Miſſæ Sacrificium ipſi à Satanâ ſuggeſta, ſinè omni aliâ contradictione elidunt, atque injurias confutant. Unde ipſemet A. C. addicti *Lutheranum nomen* abhorrent, ipſoſque Autoris ſui pudet; Secuti ſunt ipſius doctrinam, qui novitates & libertatem amant. Atque ut in Saxoniâ primum habuit aſſeclam Fridericum Saxonem; ita per Dei ſingularem gratiam *Fridericus Auguſtus*, *Elector Saxoniæ*, modò etiam *Potentiſſimus Rex Poloniæ ad* gremium Orthodoxæ Catholicæ fidei redijt, magnâ ſpe & augurio, ut ubi Lutheraniſmus cæpit, ibi etiam ite-



Digitized by Google

rùm finiri debeat, ut ad unum paſtorem & unum ovile omnes reducantur.

## Defenſio & ſecuritas Imperij.

*R. I. anno 1500. tit. 50. & ſeqq.* ubi diſponitur de Capitaneo Imperij. Et vide die Reutter⸗ und Fueßknecht⸗Beſtallung. Nec non *R. I. de anno 1512. in pr.* ut nullus Status alterum vi aggrediatur, ut rebelliones & tumultus præcaveantur, ut omnes unanimiter aggreſſoribus reſiſtant.

*R. I. anno 1548.* §. *94. 95.* agitur de contributione, quæ conferri debet pro defenſione & ſecuritate Imperij, ut ſi vel extrà vel intrà ejus fines motus & bella oriantur, in promptu ſtatim ſit pecunia, de quâ miles cogi & ſuſtentari poſſit; ubi in primis notandum, quòd hæc collecta debeat imponi Vermög des alten Anſchlags des Röm: Zugs / welchen dann die Stände gemeiniglich dißmahl von mehrer Richtigkeit wegen gewilliget / quibus tandem ſubſidium charitativum ſubjicitur, quod ad expeditionem Turcicam & reædificationem Caſtellorum & arcium confinium Ferdinando Regi dare annuerunt Status *in* §. *96.* uſque ad finem.

*R. I. anno 1559.* §. *18.* ut contra non contribuentes ſtatus pecuniam pro Imperij defenſione anno 48. conventam Fiſcalis Imperij procedat, & quomodo pecunia cuſtodienda & eroganda.

*R. I. anno 1564.* §. *37.* ſuſtentantur 1500. Equites pro Statuum conſervatione & defenſione.

*R. I. anno 1567.* §. *58.* ut illicitæ conſcriptiones & militum tranſitus non tolerentur, §. *5. 6. & ſeq.* utpote per quos Statibus graviſſima damna inferuntur *R. I. anno 1569.* §. *7.*

*R. I. anno 1570.* §. *4. & ſeqq.* exteris, qui milites conſcribere volunt, certæ leges & conditiones præſcribuntur, ſub pœnâ banni, *& R. I. anno 1576.* §. *47. R. I. anno 1594.* §. *24. & ſeqq. R. I. 1598.* §. *30. & ſeqq. R. I. 1603.* §. *10. R. I. 1641.* §. *31.* ubi in §. *83.* ſtatuitur pœna capitis, confiſcatio omnium bonorum, privatio omnium honorum, dignitatum, banni Imp. contra eos, qui hoſtibus quovis modo ſuccurrunt, contrà eum verò qui hoſtilem militiam ſectatur, conſtituitur pœna, ut uxor liberique ejiciantur, bona confiſcentur, redux deprehenſus vitâ privetur.

*R. I. anno 1641.* ut milites loco pecuniæ paratæ, pannos pro veſtibus, equos, arma, & alia neceſſaria à Statibus acceptent in æquo pretio, ubi in §. *37. & ſeqq.* multa diſponuntur.

## Deputatio Imp. Deputati.

Deputatorum conventus in Comitijs primùm Auguſtanis anno 1555. inſtitutus. Cauſa præcipua, ob quam negotia Imperij interdùm per Deputatos in Comitijs tractantur, eſt, quòd hoc modo negotia propter Statuum multitudinem ac rerum tractandarum molem, expeditiorem determinationem accipere videantur.

Ad hunc Statuum Deputatorum ſenatum ſeptem Electores, duo Principes, Eccleſiaſticus & ſecularis, duo Prælati, duo Comites, duo ex Civitatibus olim eligi ſolebant. Poſtea verò alius Deputationis modus in Senatu Principum receptus fuit, ut unum aut alterum deliberationis Caput durch einen Außſchuß des Fürſten Raths tractirt / und deme förderſt in pleno referirt werde / damit alsdann ein jeder Stand ſeines voti ſich darauff vernemmen laſſen könne.

Deputantur etiam hodie à ſingulis Collegiis præter ordinarios alij, & quidem ambulatorij Deputati (quam Deputationem vocant nunciaturæ) Tales Deputati conſtituuntur per Majora cujuſvis Collegii, ita ut parificetur numerus utriuſque Religionis. Quoad ambulationem inter ſeculares habetur ratio familiarum, ita ut quælibet ſuo loco ad honorem hujus Deputationis admittatur. In Senatu Principum ordinarij Deputati nunciaturæ ſunt Oeſterreich / Saltzburg / Bayren und Pfaltz⸗Lautern / in Collegio Electorali Cöllen / Bayren / Sachſen / Brandenburg. Et ut parificetur numerus Religionis eo reflectitur, ut Archiepiſcopus & Epiſcopus Seculari Principi Aug. conf. & ſcamna Prælatorum ſcamnis Comitum opponantur.

De ſimilibus Deputationibus tractatur in *R. I. anno 1571.* §. *119. Inſtrumentum Pacis Cæſar. Suec. art. 5.* §. *50. R. I. anno 1654.* §. *93. 191. 194.*

## Diffamatio. Diffamari.

*R. I. anno. 1530.* §. *93. O. C. anno 1531.* §. *35. R. I. anno 1532. Tit. 2.* §. *2. O. C. anno 1555. p. 2. Tit. 25. R. I. anno 1654.* §. *83.*

## Diffidatio.

*R. I. anno 1441.* Quàm turbidus fuerit Im-

Imperij Status anno 1441. tempore Imp. Friderici III. ipſe textus hujus Receſſûs demonſtrat. Proculcabatur juſtitia, erat indomita barbaries & animorum elatio, tumultibus & rapinis infeſtabantur omnia: quæ vitia,cùm integrè ſtatim tolli non poſſent, Imperator ſaltem certis limitibus legibuſque diffidationes nefarias conſtrinxit, ita ut 1. is, cum quo lis eſt & controverſia, priùs judicio ſiſtatur, & ordinario modo conveniatur §. zum erſten/ 2. Ut diffidatio hæc fieri debeat modo in Aurea Bulla expreſſo; in ea *Tit. 17.* agitur de diffidatione; & de hoc tract. Imp. in parte poſteriore, *d.* §. *2.* 3. Imperator in §. *item* ſoll der Ackermann. *7.* excipit Ruſticos, Mercatores, Aurigas, Circumforaneos, Clericos, Perſonas miſerabiles; item loca quædam certa, ut Templa, Cœmeteria, *&c.* quibus omnibus auctoritate Imperatoria, durantibus his diffidationibus, immunitas & tutela promittitur. 4. Jubet Imp. §. *item* es ſoll auch. *8.* ut vagi milites non tolerentur, niſi dicant aut productis teſtimoniis verificent, cui domino inſerviant; iiſque Salvum Conductum denegat, poteſtatem captivandi ubivis concedit. Quomodo ulteriùs poſteà Imp. Maximilianus I. progreſſus ſit, abolendo in totum ſceleſtas diffidationes, erigendo Summum Imperij Tribunal, Judicium videlicet Camerale, conſtituendo Pacem Publicam, den Landfriden/ atque dividendo Imperium in decem Circulos, *vid. verb. Bannum. Camera. Circuli.* Landfrid.

## Embda.

*R. I. anno 1603.* §. *36.* De rebellione Civitatis Embdanæ & recurſu ad Fœderatum Belgium, Commiſſionibus & Mandatis Cæſareis. Scilicet negari non poteſt, quin ab antiquo Oſtfriſiæ Comites hujus urbis poſſeſſionem quietè obtinuerint, cùm verò ejuſmodi urbes jam aliquando opulentiores factæ libenter Dominorum dominium excutiunt, ita etiam hæc urbs Embda occaſione belli Belgici ampliùs parere ſuo Comiti detrectavit; Conqueſtus de hac rebellione Comes in his Comitiis, & auxilium Imperij poſtulavit; decidit itaque Imp. ut per decretā legationem etiam hoc apud Ordines velint ſollicitare, ut patrocinium urbis Embdæ nullatenus ſuſcipiant, ſed potius adhortentur, ut in Comitis permaneat obſequio. Si verò nil apud illos ſe impetrare poſſe videat, dicit Imp. velle ſe ope vicinorum Circulorum Comiti militares ſuppetias mittere, ut rebellem Civitatem in Ordinem Cogat.

## Emigratio.

CUm de jure communi Cives ab unâ civitate in aliam migrantes certam bonorum partem publico inferre debeant, quod vocatur Nachſteur/ Abzuggelt. Imperator in *R. I. anno 1530.* §. *10.* emigrantes propter Religionem liberos ab hoc tributo pronuntiat.

Alias Dd. etiam diſtinguunt in hoc termino Emigrationis ob religionem, an propter illam aut coactè aut voluntariè quis diſcedat; ſi coactè, dicunt non perſolvi gabellam, *Berlichius part. 3. concl. 52. n. 15. Joh. Köppen dec. 11. n. 15. Wehnerus pr. obſerv. verb.* Nachſteur. *verſic. an autem eo caſu* &c. *Rulandus part. 3. de Commiſſar. lib. 3. n. 11. Schwaneman de Jur. Emigrat. c. 5. n. 23.* quamvis contrarium ſtatuat *Scheplitur. part. 3. ad conſuet. March. Tit. 8.* §. *13.* & ſic hac ratione novi nihil hîc Imp. conſtituit. Si voluntariè flebili & lamentabili emigrationis beneficio utatur, omnino perſolvi hoc tributum ſtatuunt adducti Doctores & præter hos *Brunnius de jure detract. aſſert. 10. Coth. reſp. Accad, 19. n. 4. Petr. Syring. de pac. Religio. concl. 34.* & huic hic Imp. derogatum vult, ut ſcil. ſpontè ac voluntarie ſecedentes ob religionem, nihil quidquam jure detractionis de bonis ſuis omnibus perſolvant; huic tamen extat contraria Sanctio in *Receſſ. de anno 1555.* §. Wo aber Unſere. *& Receſſ. de anno 1594.* §. Und ſo vil/ ꝛc. Atque non attenta hâc Carolina conſtitutione hodiè voluntariè domicilium ob religionem mutantes Gabellam detractoriam perſolvere tenentur.

## Executio Privata.

*R. I. anno 1495.* Hîc agitur de *executione privatâ*, quæ tamen differt ab oppignorationibus, repreſſalijs, ſpolijs & arreſtis. Sed quia pignoratio & executio privata uno nomine in Receſſibus ſunt indigitata, obiter notandum eſt, *pignorationem* diverſa habere requiſita, & nimirum primò, ut uterque tam pignorans, quàm pignoratus ſint immediatè Imperio ſubjecti. 2. pignoratum eſſe in poſſeſ-

ſione vel quaſi ejus loci vel juris, cujus reſpectu facta eſt pignoratio, & iniquè turbari. 3. pignorationem in re aliena novi alicujus Juris acquirendi gratiâ factam eſſe, *R. I. anno 1504.* §. Wir wollen. 4. rem unam pro aliâ, & ſic tertiam atque innocentem ablatam eſſe, ſcilicet res talis, quæ abſque controverſia eſt pignorati, vel quæ ſaltem cum jure controverſo nihil habet commune. 5. cauſam, ob quam pignoratio facta, civilem eſſe, & non criminalem. *Executio privata* verò eſt, quando creditor manum injicit in rem vel perſonam debitoris, ex juſtâ aliquâ vel legitima cauſa, ſiſtendo quaſi & detinendo privata autoritate, de quâ loquitur *lex. 3. C. de pign.* Sanè leges operoſæ ſunt in retundendâ propriæ & privatæ autoritatis audaciâ. Sicut enim perſequuntur debitorem, qui improbo nunquam reſtituendi animo pecunias conquirit, cùm iniquiſſimum ſit, debitorem ſplendere, & creditorem indigere neceſſarijs; tamen Imperatores Creditoribus nunquam indulgere voluerunt, ut debitum pro arbitrio & proprio auſu, inſalutato judice, exigant, ne ſcilicet præbeatur occaſio majoris tumultûs & turbarum, *L. 176. ff. de R. I.* quapropter Impp. voluerunt ejuſmodi privatos exactores ultimo ſupplicio affici, deperdere debita, *L. 13. ff. quod met. cauſ.* teneri *L. Juliâ de vi privata*, quæ eſt publicatio tertiæ partis bonorum cum infamia, *L. 4. C. unde vi*, imò etiam furti, vel actione vi bonorum raptorum, *L. 6. §. qui judicati. ff. de re judicatâ.* Nec tamen propterea quiſquam ſibi imaginabitur, Imp. petulantiæ debitorum contumacium aſylum per hoc conſtituiſſe, quia contra debitores per incarcerationem, immiſſionem bonorum, ſubhaſtationem & alia remedia procedunt, nec quidquam triſtius debitori accidere poteſt, quàm fœtoſo in carcere contabeſcere. Itaque tutius ſemper eſt, Judicis implorare auxilium, quàm periculoſâ invaſione ſibi ipſi jus dicere; Et ſolet in legali executione obſervari Ordo à D. Pio præſcriptus *in L. 15. §. 2. ff. de re judic.* ut ſcilicet initium fiat à mobilibus & ſe moventibus, ab iiſque ad immobilia, & poſt ad actiones & nomina debitorum, antequam ad perſonæ capturam veniatur. Plura tamen creditoribus aliquando conceduntur in caſu apertè denegatæ juſtitiæ, debitoris de fugâ ſuſpecti, ſicut & contumacis & latitantis, & cautiones denegantis.

## Exemptio. Exemptus.

*R. I. anno 1548.* §. 22. Agitur de exemptione Statuum Imperij; Mentio ſuperiùs facta Status nonnullos quoſdam alios à juriſdictione & Collecta Imperij eximere, adeoque priùs inſtituendam cognitionem de illa Exemptione, qui & qualiter concedi corrigi aut annullari debeat; Et quidem in §. 53. præmittitur, non agi hîc de illis Statibus, qui quidem ab aliis eximuntur, nihilominus ordinaria Collecta ſimili ratione, ac ſi exempti non ſint, confertur, §. 53. ſed de illis, qui ab aliis eximuntur, nec tamen onera ab eximentibus loco Exemptorum feruntur, §. 45. *in Init.* de his igitur ſancit Imperator in §. 54. Ut Fiſcalis Cæſareus Eximentes coram Camera legitimè citet, ut facti rationem reddant, aut exemptos in priſtinum Statum reſtituant, jubetque Cameram, ut in hac actione ſummariè, de ſimplici & plano procedant, atque intra duorum annorum ſpatium à die comparationis rei litem terminent ac finiant, cauſaſque exemptionis accurate perpendant, §. 55.

§. 23. Si verò Exemptus aut eximens remoto Cæſareo Fiſcali agere ex hoc Capite voluerit, eos Camera, præſtituto termino quinque Menſium, admittet, §. 57. ubi in primis quatuor probationum modos affert Imperator. 1. Ut ſi ſe fundent in poſſeſſione vel quaſi Libertatis, quòd nempe exemptus immediatè eximenti ſit ſubditus, nec votum, ſeſſionem, aut bona ab Imperio habeat. 2. Si hujus exemptionis Cæſarea Conceſſa privilegia producere poſſit, *Vietor de Exem. concl. 19.* 3. Si legitimè præſcripſerit contra Collectas Imperij reſpectu exempti, *Vietor de Exemp. concl. 18. Arniſſæ. de Ju. Maj. lib. 2. c. 2. n. 6. Tyleman. de Benignis Synt. 2. deciſ. 4. vot. 1. n. 59. 96. 114.* 4. Si bona exempta ſint Patrimonialia, Alodialia, quæ ab Imperio non dependeant, ſed legitimo titulo aliunde acquiſita, id enim innuitur per vocem: Eigenthumb; Has autem probationes omnes ante Litis conteſtationem produci debere injungit Cæſar.

§. 24. De Exemptis autem, ſo nicht außgezogen ſeyn wollen/ ſondern die Beſchwerd

des

des Reichs Anſchläg ſelbſt tragen / Ordinat Imp. § *58.* illos ab Imperio cogi non debere, ſed potiùs apud Statum antiquum priſtinamque dignitatem Conſervari, & ſi violento modo eximentes ad onera ſufferenda cogere exemptos vellent, dat Fiſcali in Mandatis, ut coram Camera contra illos legitimè experiatur, hac tamen addita inſigni limitatione, das hierin kein Gefährde / noch ungebührlicher Vortheil geſucht werde / nec exemptio ſit tam favorabilis, ut Eximentis juſtas probationes de facta legitimè exemptione elidat, & indebito exempti ad libertatem proclament.

Porro decidit Imperator hîc in § *59.* quæſtionem, an Eximentes, qui in puncto exemptionis cauſam obtinuerunt, exemptos poſſidere debeant cum onere vel ſine onere, id eſt an eximentes pro ſuis exemptis Collectas ſolvere debeant nec ne? Diſtinguit autem in reſolutione hujus quæſtionis Imp. in §. *59. & 60.* Si exempto Certa Collectæ quantitas fuerit aſſignata, ipſeque in den Reichs Anſchlägen begriffen / eximens etiam aliquot vicibus pro ipſo exempto ſolverit, quòd hoc caſu eximens cum onere exemptum obtinere debeat, & ipſi judicatam Collectæ quantitatem perſolvere: Si verò eximens probare poſſit, ſe pro ſuo exempto nunquam ſolviſſe, pro eoque alleget tempus, cujus memoria non exſtat, quòd in eum Caſum, etſi exemptus in Matricula Imperij annotatus inveniatur, eximenti nulla collecta pro exempto imponi poſſit.

Hiſce tandem Imp. nonnullas ſubjicit regulas, quæ obſervandæ erunt, ſi caſus ejuſmodi dubij evenerint, & (1.) in §. *61.* vult, ut eximentium Collectæ, qui exemptos abſque onere obtinuerint, augeantur (2.) §. *62.* Ut lites omnes hæ ad Cameram remittantur, & juxta inibi præſcriptum modum definiantur. (3.) §. *63.* Ut pendente lite illi, qui hactenus Collectas ſolverint, ſive eximentes ſive exempti ſint, impoſterum ſolvant (4.) §. *64.* Ut exempti, qui hactenus nihil ſolverunt, & fuerunt in poſſeſſione vel quaſi libertatis, debeant uſque ad Cauſæ definitionem manuteneri. *vide* quæ congerit *Klock. de contr c. 20. n. 252. ſeqq* quod tamen fallit, ſi adhuc hominum memoria bis tervè ſolverit, nam hoc Caſu etiam impoſterum ſolvet, §. *65.* quæ fallentia tamen in §. *66.* mitigatur, ſi quando Exemptus ab Imperij Statibus decreta aut Privilegia impetraſſet.

## Fœdus.

FOEdera cum Ethnicis non ſunt facienda, ex præcepto Divino *Deuteronomij cap. 7. vers. 4.* Hinc Galliæ Rex Franciſcus pangens fœdus cùm Turca, Chriſtiani nominis hoſtis ſimilis cum ſuo fœderato declaratus eſt, in *Rec. Imp. anno 1544.* §. *4.* quamvis aliqui extremam neceſſitatem, & quando nulla alia evadendi occaſio ſe offert, hîc excipere velint. Sed circà fœdera duplex eſt conſideratio, quia *confœderationes* fiunt vel *inter Ordines* inter ſe, vel cum *exteris.* De fœderibus inter ſe nulla eſt difficultas, ſed illa etiam *in Aurea Bullâ tit. 5.* approbantur, ubi ſolummodo damnantur confœderationes ſubditorum, quæ fiunt Dominis non exceptis: approbantur autem confœderationes, quas Principes & Civitates aut alij, ſuper generali pace Provinciarum atque Terrarum inter ſe formâſſe noſcuntur, modò Imperio fraudi non ſint; in *R. I. de anno 1529.* § Und als im Abſchid. *35.* approbatur fœdus Suevicum occaſione ſeditionis ruſticanæ erectum. Quod ad *fœdera cum exteris* attinet, Imperator Maximilianus I. *in R. I. Wormat. anno 1495. tit.* die Königliche Mayeſtät ſoll keinen Krieg anfahen / fœdera cum exteris inire prohibuit, eò quòd in perniciem Imperij vergere poſſent. Sed res non permanſit in hoc Statu, poſtquam in *Inſtrumento Pacis Cæſareo-Suecica art. 8.* §. *gaudeant*, Statibus Imperij cum exteris fœdera pangere permiſſum eſt, *modò non cedant in Imperij detrimentum ac damnum, & in ijs exceptus ſit Imperator & Imperium, pacemque Imperij publicam non turbent, & inprimis tranſactionem in Inſtrumento Pacis contentam, fiantque ſalvo per omnia juramento, quo quiſque Imperatori & Imperio obſtrictus eſt:* tamen faciunt Principes Imperij, qui cauſas, ſcopum & finem in fœderibus per ſe licitis ad Imperatorem referunt, ut omnis ſiniſtra ſuſpicio evitetur. In Cæſareâ Capitulatione §. *9.* improbantur confœderationes, quæ occaſione fœderis Hanſeatici fiunt, & approbantur ſolùm illæ confœderationes Statuum & Principum, welche zu des Reichs beſten und gemeiner Lands defenſion / auch mehr be-



Digitized by Google

quemer Verrichtung der Kreiß-Verfaſſungen auffgerichtet worden.

## Gothici ſumptus.

*R. I. anno 1567.* §. *29.* de receptatore Iohanne Friderico Saxonum Duce, & rebellibus Imperij, qui Herbipoli tantam inflixerunt cladem. Sumptus belli Gothici Principes Imperij ex Decreto horum Comitiorum Auguſto Saxoni reſtituerunt, prout pluribus Imperator hîc explicat.

*R. I. anno 1570.* §. *9.* ubi iterùm tractatur de expeditione Gothicâ & de impenſis in illam factis, §. *36.* Banniti & Captivi Ducis Iohannis Friderici frater Germanus, Iohan. VVilhelmus, pro perpeſſis damnis in bellum illud factis petebat partem Ducatûs ſui fratris; ſed negabat Imp. hoc fieri poſſe, *vigore* der Erklärung des Landfridens *de anno 1550.* §. *8.* ubi expreſsè ſtatuitur quòd bona feudalia Banniti â Feudi domino nemini concedi debeant, dum adhuc Bannitus eſt in vivis, fortè ob hanc rationem, quod ejus reſtitutio adhuc ſperari poſſit; & illorum bonorum uſum fructum debere in reſtitutionem & retributionem damnorum datorum, nach Cammergerichts Ermeſſigung/ converti. Electori Auguſto pro expenſis conceduntur die vier gebettene Aempter/ §. *39.* ſed cum expreſſa reluitione filiorum Ioannis Friderici. De cæteris bonis allodialibus in §. *41.* ſancit Imp. quòd ea, interceſſione Statuum, tribus Captivi Ducis filijs debeant relinqui, ad illorum ut & ad Captivi Ducis ejuſdem Conjugis ſuſtentationem.

## Intereſſe ex Capitalibus. Solutio ſortis & uſurarum.

*R. I. anno 1654.* §. *66.* diſponitur de ſolutione ſortis & uſurarum per tria membra. Membrum, continet perſonas, quæ hac generali conſtitutione gaudere debent, §. *176.* & quidem 1. qui per tumultus bellicos omnibus bonis deſtituti & exuti ſunt. 2. nimijs uſuris gravati Creditores, quod tamen limitatur 1. quòd ij non contineantur, qui quidem onera belli portarunt, ſed tamen in poſſeſſione bonorum manſerunt, & adhuc exiſtunt ſolvendo. 2. hæc conſtitutio non derogabit Conſtitutionibus Provincialibus, quas quiſque Status pro ſuæ ditionis & territorij conditione fecit. 3. Ut Creditores & debitores ſeverè admoneantur ut candidè hac in parte agant.

Membrum (2.) complectitur Capitalia; §. *168.* de hiſce conſtituitur 1. quòd nulla valere debeat præſcriptio. 2. quòd à dato die hujus Rec. infra triennij ſpatium die Capitalia nicht auffgekündet werden. 3. poſt denuntiationem debiti debent Capitalia perſolvi intra ſeptennij ſpatium habita proportione debiti. 4. ut in defectu pecuniæ præſentis, Creditor obligetur in ſolutum accipere aut res mobiles aut immobiles, relicta tamen Creditori optione. 5. Si verò debitor petulantia ſua bona prodigeret, ſeptennij hujus ſpatium locum non habebit, niſi idoneam cautionem præſtiterit. 6. Si Creditor notoriè inops ſit, hæc ſanctio, in primis quoad particularem ſolutionem, ipſi non nocebit. 7. De obligationibus extortis tempore belli, inſtrumenti Pacis deciſio ſervari jubetur.

Membrum. 3. agit de *Uſuris.* Hæ conſiderantur ut præteritæ & jam debitæ, in §. *169.* aut ut futuræ & jam debendæ, in §. *170.* de Debitis ſtatuit. 1. Ut ab omnibus uſuris, quæ vi debitæ ſortis uſque ad præſentia Comitia debentur, defalcari debeat tertia pars, ut ſaltem quarta earum pars ſolvatur. 2. Ut hujus quadrantis uſurarij ſolutio fiat intrà decem annos ab anno 1654. computandos, ita ut diviſa in decem partes earum una ſolvatur ſingulis annis. 3. Si verò antè hoc decennium ſolvatur ſors ipſa, tunc hæc uſuraria quadrans ſolvetur, intra Triennij aut quadriennij ſpatium. De futuris & debendis uſuris ſtatuitur hîc ut pro Centum ſolvantur. 5. pro uſuris. Jàm quoad debitas ſortes & Uſuras in §. *170.* limitationes adduntur, ut non attenta hac Conſtitutione pacta & conventa inter debitorem & Creditorem maneant rata & firma. 2. Ut executiones factæ & peractæ maneant in vigore ſuo. 3. Ut ſoluti nulla fiat repetitio. 4. Ut quod in extremis neceſſitatibus mutuò ſumptum eſt, non contineatur ſub hac conditione. 5. Quod ad reparationem bonorum eſt impenſum. 6. Quod fidejuſſor pro alio ſolvit. 7. In Cauſis pijs & privilegiatis interponitur Judicis arbitrium.

Land-

## Landfrid. Pax Publica.

DIctum aliquid ſuprà verb. *Bannum*, *Camera. Circulus.* de miſeria & calamitate Temporum Imperatoris Friderici III. anno 1441. Armis enim tunc magis aſſueta Germania quàm literis, arma magis quàm eas tractabat, & quiſque viribus validior imbecilliori injuriam inferebat, & propria auctoritate ſibi jus dicebat. Hanc barbariem cùm tollere non poſſet Imperator, ſaltem certis limitibus coarctavit, ut modò *ſupra dictum de diffidationibus.* Imperator autem Maximilianus ſe convertit ad plenariam diffidationum abolitionem, atque eo fine *Cameram ſeu Juſtitiæ Tribunal* erexit, ut præcluſis omnium querelis per promptam Juſtitiæ adminiſtrationem, fœdiſſimæ deprædationes, invaſiones, Cædes & rapinæ præcaverentur; atque inſuper *Pacem Publicam R. I. anno 1495.* ſancivit, qua prohibuit Principum inter ſe arma inimica, atque privatorum deprædationes & invaſiones coërcuit: Daß niemand den andern befehden/ bekriegen/ berauben / fahen überziehen noch belagern ſolle: Sondern wer etwas an den andern zuſuchen vermeinet / der ſolle es thun an denen Gerichten / wo die Sache hingehöret / ſub *pœna banni*, de qua *ſupra verb. Bannum.*

Porrò Imp. tractat de perſonis Eccleſiaſticis, de diffidationibus & delictis antè pacem publ. perpetratis; & propterea ſub hac Conſtitutione non comprehenſis, de perſecutione & executione contra Pacifragos. Atque, ut probet, quàm ſeverè in hoc crimen animadvertere velit, eandem banni pœnam etiam iis irrogat, qui hiſce maleficis præſtant.

1. Adjutorium. §. Als daß von Zeit. 2. & alias quovis modo commeatu, hoſpitio, latibulo, opem ferunt, §. Es ſoll auch ſolche. 6.

2. Imò conatum punit hujus nefarij delicti. §. Und ob jemands. 4.

3. Nullum perſonarum admittit diſcrimen, ſed æquè Eccleſiaſticos, ut ſeculares hoc delictum committentes punit, §. Und ob die Thäter. 7.

4. Tollit omnia Privilegia quæ quovis modo infringere hanc poſſint pacem, §. Wir ſetzen auch hindann. 11. quæ omnia nullius eſſe momenti ſancit.

5. Severiſſimam huic Crimini infligit pœnam, nempe *Bannum Imperiale*, quo quæ gravior eſſe pœna poſſit, vix video. §. Und ob jemands. 4. quamvis & in conſtit. von Handhabung deß Landfridens hoc eodem anno promulg. hanc Banni pœnam in pecuniariam certis tamen ſub conditionibus commutaverit.

*R. I. anno 1500.* Fit mentio von erklärung deß Landfridens / *&* §. 2. incipit Imperator uberiorem explicationem pacis publicæ *à* § 5. in fine, ubi ſtatuit, quòd de auxilio implorati Status læſis promptè debeant ſubvenire. Hoc ampliatur hîc §. 2. 1. Ut etiam non implorati talia auxilia præſtent. 2. Ut nulla ratione ejuſmodi deprædationes tolerent, ſi modò ſciant tales eſſe. 3. Ut præfectis ſeverè omnibus mandent ad ejuſmodi latrones acriter & conjunctis viribus inſequendos. Contra eos autem, qui tali ratione auxilium denegant, graviter Imp. in §. 3. detonat; quod tamen Imperatoris effatum ex *l. 50. ff. de R. I.* explicandum videtur, ubi JCtus ait, *culpâ caret, qui ſcit prohibere, ſed tamen non poteſt.* Quamvis & unà omnes pacis tranſgreſſores ſecundâ vice in pœnas. §. 4. pacis publicæ conſtitutas condemnet. Si verò ejuſmodi auxiliator damnum pateretur ob præſtita auxilia, tum illam coram Regimento Regni cauſam deferet.

In §. 5. ſancitur modus procedendi in cauſa fractæ pacis publicæ contra eos, qui de hoc crimine ſunt ſuſpecti. Hunc procedendi modum Imper. hîc in §. 5. non ſolum ad delinquentes ipſos ſed & ad eos extendit, qui aliqua ſuſpicione præſtiti auxilij latibuli aut victus laborant; ita ut receptores ſimiliter ſe juramento purgare debeant, hoc verò detrectantes criminis habeantur rei.

In §. 5. *Pac. P.* ibi. Möcht der Churfürſt/ *&c.* conceditur Statibus facultas, Pacis P. ruptores & ejuſmodi violentos Prædatores, à ſuo ordinario Judicio ad ſe evocandi & citandi; Cùm verò Rei forum declinarent, iniquum eſſe rati coram offenſo à ſe Judice litigare & eum, cujus Juriſdict. ſubjecti non ſunt, pro Judice agnoſcere, multa impune patrabantur, imò fundamentum ipſius Pacis P. evertebatur; quare Imp. hîc in §. Darumb und ſolchen / hanc libertatem Statibus, quibus damnum per latrocinium & deprædationem datum fuit, adimit & de novo ſtatuit, ut fractores



Digitized by Google

Pacis P. conveniantur, aut 1. coràm ordinario Judice, 2 aut coràm Camera Imperiali, aut 3. coram Judicio Aulico Cæſareo, aut deniq; 4. coram Regni Regimento, quibus omnibus Dicaſteriis Imp. plenã concedit poteſtatem, reos citandi & cauſã decidendi; Optio autẽ, quodnam Judiciũ ex hiſce quatuor eligere velit, datur læſo, cui tali deprædatione injuria & jactura eſt illata; Et ſane hæc legis correctio cum recta ratione & LL. Civilibus convenit, quæ, etiam omnium Dd. calculo, non concedunt, ut ex aliis territoriis ad peregrinum tribunal invita fiat evocatio, ea enim & periculum Rei, etſi Salvus Conductus concedatur, propter dubium Litis eventum adauget, & Magiſtratui, cui Reus ſubditus eſt, injuria fit, & Juriſdictionis detrimentum.

Porrò in §. *6.* dictæ P. P. ſeriò interdicit Principibus, ut nulli Pacis P. turbatori aut Bannito concedi debeat Salvus Conductus, aut alia aliqua liberè verſandi & vivendi copia; hoc mandatum hîc extendit Imp. & vult in §. *6.* ut nempe in omnibus Salvis Conductibus, Securitatibus, Findentiis ac aſſecuramentis (ita enim Practici reddunt verba, quibus hîç utitur Imp. Tröſtung / Sicherheit / Fürwort / Geleit) expreſſa nomina Bannitorum & Pacis P. turbatorum debeant exprimi, ut ita nullibi locorum quietè vivere & pace publicâ, quam ipſi violarûnt & turbârunt, perfrui poſſint; ubi tamen Imp. excipit caſum, niſi fortè excuſationis & purgationis ſuæ gratiâ aliò commigrare & comparere velint.

Erat etiam in §. *7.* P. P. Cameræ Imperiali conceſſa Facultas convocandi nonnullos Status ad certum locum, ut ſi propter P. P. turbationem milites cogi oporteat, quò læſo ablata reſtituerentur, & turbator juſtè puniretur; hoc Imp. hîc in §. *7.* corrigit & præcipit, ut in eo caſu Regimento Regni id denuncietur die werden alsdann nach Geſtalt der Sachen darinnen nachtrucklich wiſſen zu handlen.

Ut autẽ Imper. omnem omninò cauſam præſcindat prædonibus ac Pacis publicæ turbatoribus, in §. *11.* ſtatuit, ut cuncti *Ganerbinatuum* poſſeſſores ab omni rapina, prædatione & violenta invaſione debeant abſtinere. Paucis notabo originem horum Ganerbinatuum, quod ante me fecerunt plurimi, *Kyllinger. tr. de Ganerbinatibus. Henricus de Jure Burgor. Wehnerus in obſ. verb.* Ganerben / ꝛc. ut alia infinita Auctorum loca omittam, res ita ſe habet. Cum ante Pacem P. ut ſæpius dictum, latrocinia & rapinæ inſigniter patrarentur, aſyla illi prædatores habebant in præruptis ſuis arcibus & alij concameratis cavernis; Ut autem funeſtam hanc latronum manum honeſtiores & probiores effugerent, duo vel plures firmam arcem condiderunt, in eamque bona ſua detulerunt, ut ita, conjunctis viribus, nefariis illis hominibus poſſent reſiſtere, ac ſua bona à rapinis tuta & immunia conſervare, in quem finem ejuſmodi Nobiles in tutelam ac protectionem viciniorum Principum tanquam Vaſalli ſe ſe dediderunt; ita juxta *Roſenthal. à Feud. c. 2. concl. 78. Ganerbinatus ſunt Caſtra, oppida, arces*, ſinè vel cum pagis certis quibuſdam nobilibus communia, in hoc vel empta vel infeudata, ut illi ac ſui poſteri ſecundùm Certas Leges & ſtatuta Vermög ihrer Verträg und Burgfriden ibidem habitare poſſint. Cæterùm cùm res etſi optimò fine inſtituta, ſi malos habeat adminiſtratores & conſultores, in pejus vergere incipit, ita etiam hac de ſocietate dicendum eſt, quæ etſi ex honeſtis ac licitis cauſis inſtituta ſit, tamen in abuſum tandem venit & Nobiles illi Condomini ſive Ganerbij freti arcibus & munitionibus ſuis, eadem, quæ latrones & prædones facere ſolebant, vicinos invadere, rapinas agere, ingentem exercere petulantiam, aut etiam ſimilis farinæ homines injuſta patrantes receptare; Quam ob cauſam eorum audacia & inſolentia publicis legibus fuit refrænanda; in noſtro §. *11.* Imp. ſeverè prohibuit, ne Condomini ſive Ganerbij eum, qui in Bannum Imperiale ob fractam P. P. incidit, quamvis participet de jure illius arcis ſecum eſſe patiantur, ſed proſcriptum à ſua ſocietate exturbent, foreſque ipſi occludant, quamprimùm declaratio Banni ipſis fuerit inſinuata; ſin ſecùs fecerint, ac bannitum & Pac. P. turbatorem ſecum manere ac vivere permiſerint, tunc ordinat Imp. daß ſie durch ſolchen ihren Ungehorſam in die Pön in Unſeren Landfriden Handhabung und Declaration begriffen / gefallen ſeyn / und darauff in die Acht verkündet und denuntiret werden

ſol-

Digitized by Google

ſollen / rationem egregiam ſuppeditat JCtus *Paulus lib. 5. ſent. Tit. 3.* quod ſublatis ſuſceptoribus cupido graſſantium conquieſcat, quoniam ut JCtus ait in *lib. 1. ff.* de recepta. Sine receptatoribus nemo diu latere poteſt.

*R. I. anno 1510.* §. *17.* confirmatur in genere pax publica.

*R. I. anno 1512.* §. *3.* eadem confirmatio repetitur. §. *8.* agitur de ejus executione & perſecutione. §. *18.* de pacifragio Bambergenſi.

*R. I. anno 1521.* mandatum pacis contrà omnes turbatores. *Tit. 3.* de conſervatione pacis publicæ, & pœnâ tranſgreſſorum, etiam pecuniariâ 2000. marc. auri. *Tit. 4.* confirmatio articulorum, mandatum ad omnes officiales, perſecutio pacifragorum, officium & manutentio Directorum Circularium, *Tit 6. & 7.* pœna negligentium, progreſſus contrà ſuſpectos. Actor læſus habet electionem fori. *Tit. 8. 9. & ſeqq.* repetuntur omnia jàm in præcedentibus Receſſibus ordinata.

*R. I. anno. 1522.* de Executione pacis publ. per 10. Circulos. *vid. ſuprà verb. Circuli.*

*R. I. 1529.* §. *11. & ſeqq.* ubi agitur de mandatis ſuper pace, proceſſu fiſcali contrà inobedientes, mandatis avocatoriis & auxiliatoriis.

*R. I. anno 1541. 1542. & 1543. 1545. 1548.* repetitur mandatum pacis in Eccleſiaſticis cauſis & profanis, tractatur de bonis banniti feudalibus, de mandatis, de ſumptibus, de perſecutione heredum ſivè antè ſive poſt litis conteſtationem defuncti, de mutatione pœnæ banni in pœnam pecuniariam.

*R. I. anno 1557.* §. *14. & 15.* continet adhortationem pro pacis publicæ cultu & obſervantia.

§. *16.* Agit de rebellione Civitatis Magdeburgenſis.

*R. I. anno 1555.* Hic latiſſimè tractatur de pace religioſâ & profanâ. Et quidem de religioſâ §. *15. 16. 17. 18. & ſeqq.* de mutatione religionis & reſignatione beneficiorum, §. *19.* de pace publicâ profanâ ordinat *Imp.* §. *33.* ut pax à Maximiliano Imp. primùm promulgata, à ſe verò repetita, & confirmata juxta pacem religionis, id eſt *tranſactionem Paſſavienſem de anno 1552.* ſanctè & inviolabiliter obſervatur. Hinc prohibet in Imperio omnes clancularias luſtrationes, militum coactiones, per quas non ſolùm pax patriæ turbatur & ſubditi gravibus damnis afficiuntur. Deinde §. *57.* agit Imperator de Præfectis militiæ, & directorbus Circulorum, ut pro conſervandâ pace publicâ ſedulò diſpiciant, an periculum vel cauſa tanti ſit momenti, ut magnum deſideret auxilium, diſponit de præcedentia inter convenientes diverſos Circuli Præfectos; §. *79. & 80.* tractat de ſumptibus ad expeditionem neceſſariis §. *81.* de quibus omnibus actum eſt ſupra verb. Circuli, & verb. Bannum.

In *Ord. Cam. de anno 1555. part. 2. tit. 9. & ſeqq.* nec non in *R. I. de anno 1557.* & in *R. I. de anno 1559.* confirmantur ſuperiora omnia, & præſertim ultimi hujus *R.* §. *4.* diſponitur de publicis prædonibus & latronibus coërcendis. §. *20.* ut autem plenius de re agat, nonnullos caſus format & decidit, & quidem in §. *22. ſeqq.* ſancit, ut unicuivis licitum ſit, ejuſmodi publicos prædones perſequi, & in alterius territorio, abſque diminutione tamen Juriſdictionis, captivare ac comprehendere; vult tamen *in* §. *27.* ut comprehenſi coram ordinario Judice illius loci conveniantur, & ratione delictorum puniantur idque levato velo, & ſummariè, ne actoribus protelatione Proceſſus fraus fiat, §. *28.* (2.) in §. *29.* dicit eſſe arces nonnullas, in quibus ejuſmodi Latrones ſe contineant, de hiſce autem ſancit, ut illæ incendantur, ac ex fundamentis prorſus diruantur, & ſi ſaltem per verò ſimilia indicia conſtet, ejuſmodi arcis dominum Prædones recepiſſe, jubet, ut modo & ratione in profana pace præſcripta, ab illa ſuſpicione ſe liberet §. *30.* (3.) in §. *34.* prohibet, ne ullus Magiſtratus, der ſey wer er wolle / præbeat ejuſmodi erronibus Salvum Conductum, & ſi quis in via Regia, Geleidſtraſſe / ſpoliatus fuerit, teneri dominum territorij ad reſtitutionem, §. *35.* (4.) Tollit & annullat in §. *36.* conſuetudinem nonnullorum locorum, cujus beneficio, res ſpoliatæ in alterius territorio, à Magiſtratu illius loci confiſcabantur ac retinebantur. (5.) extendit in §. *37. & 39.* pœnam in tales prædones latam, & vult, ut eo ipſo facto ſint banniti, ex cujus pœnæ gravitate atrocitatem de-



Digitized by Google

delicti deprehendere licet; & hac in parte nullius dignitatis aut Perſonæ reſpectum habet, §. *28.* ibi Oberſte; (6.) Statuit in §. *40.* ut impoſterùm loca collectionis militaris exteris Principibus in Romano Imperio non concedantur, &, ſi neceſſitate urgente, mandato Cæſareo, illa in alicujus Status territorio inſtituantur, ut inde damnum Subditis non inferatur, aut ſi datum ſit, præſenti pecunia reſarciatur. §. *42.* (7.) Tollit in §. *43. ſeq. &* §. *47.* omnia privilegia & antiquas conſuetudines, quas non nullorum Circulorum Ordines obtendebant de impunè recipiendis ejuſmodi Prædonibus, ac extraditione eorum deneganda; jubetque ut hac de re jam mandata & ſtatuta ſinguli Circuli ſanctè obſervent, §. *49.* (8. Tandem in §. *50.* ſtatuit, ut ſi ad ejuſmodi colluviem Prædonum & periculoſam coadunationem fortius auxilium requiratur, Electorem Moguntienſem, aſcitis ſibi alijs ſex Principibus, hac de re in urbe Francofurto conſultare debere, ut ſceleſta illa militum manus diſſipetur, & exinde imminentia mala averruncentur.

*R. I. anno 1564.* §. *8.* denuò confirmatur pax profana, & mentio fit receptatoris VVilhelmi Grumbachij in arce Grimmenſtein / quem per Diploma Cæſareum bannitum Dux Saxoniæ Iohannes Fridericus extradere renuebat. Tandem executio fuit Electori Auguſto commendata, qui direptâ arce & plenè everſâ urbe Gotha Grumbachium cœpit ac in quatuor partes juſto ipſius merito ſcindi ac diſſecari curavit. Renovat autem Imp. §. *12.* de receptatoribus antehac promulgatam conſtitutionem, quam etiam perpetuò valituram docet, §. *11.* notanter autẽ addit in §. *12.* quod ejuſmodi Receptatores, damnum ipſorum pertinacia datum, reſarcire ac expenſas refundere debeant, qua de re in terminis elegans conſilium conſcripſit Fachineus lib. 2. conſ. 5. in §. *13.* reſpicit iterum ad cauſam Grumbachianam, ut mandatum Banni executioni mandetur, ibi: gegen denſelbigen vorgenommen werden ſollen / ac mandat ſuperiori ac Inferiori Saxonico, Francico, & VVeſtphalico Circulis, ut hanc Banni executionem in ſe ſuſcipiant, &, ſi vires non ſint compares, alios Circulos in ſubſidium advocent; addit etiam Imp. ſe confines Reges ſollicitaturum, ne ejuſmodi Bannitis hoſpitium ac latibulum concedant ac largiantur, ibi: Wir ſeynd darneben bedacht; & ut impoſterum pax in Germaniâ eò meliùs ſervetur, convenerunt cum Cæſare Status, §. *14.* velle ſe mille ducentos cataphractos equites alere per triennium, ut exortæ turbæ mox ſedari poſſint.

§. *4.* Pacem autem profanam Anno 1548. erectam, Anno 1555. Aug. 1557. Ratiſbon. 1559. Aug. 1564. VVorm. explicatam & correctam in omnibus ſuis articulis & clauſulis cum omnibus extenſionibus & correctionibus confirmat, ut & diligenter ſervetur, mandat, alles bey Straff / ꝛc. §. *17.*

Ait porrò, *in* §. *18.* conveniſſe ſecum Status, ut in Ordinatione Executionis de Anno 1555. ut & in declaratione de Anno 1564. quædam addantur, quæ ejuſmodi roboris, vigoris & valoris eſſe vult ac cæteras conſtitutiones omnes §. *18.*

*R. I. anno 1569.* §. *5. & ſeq.* recenſentur pacifragia, violentiæ & alia damna, periculum exercitus Gallici ſævientis, & Commiſſio ad Regem Galliarum; quibus exhortatio de præſtandis ſibi invicem auxilijs & de medijs neceſſarijs cum præſcitu & ordinatione Suæ Cæſareæ Majeſtatis, quam pro ſupremo omnium Circulorum Capitaneo Status in hoc Rec. humiliter exoraverunt.

*R. I. anno 1570.* §. *2.* continentur querelæ de militibus Germanis contrà antiquam Germanorum fortitudinem probitatem & fidem, ad quam illos reducere laborat Imperator, hortatur ad obſervantiam pacis publicæ, monet ut in periculo exiſtentibus à Circulo incunctanter ſuccurratur, in caſu moræ ipſemet imploranti vult ſuccurrere, §. *16. 17. 18. 19.*

§. *4. uſque ad 15.* agit de libertate Germanâ ſtipendia apud exteros merendi, ubi tamen recenſitionis exercitus ac recognitionis modum præſcribit; Aſſerit Imp. §. *6.* multas hac de re ſuperioribus annis factas fuiſſe conſtitutiones, ſed à nemine ferè attentas aut obſervatas, & pro luſtratione militum nefanda eſſe patrata facinora, ac ditionum nonnullarum direptiones fœdas.

§. *3.* Quare ut impoſterum probatio Exercitus in Imperio locum invenire poſſit,

Digitized by Google

ſit, certos proponit limites, ut præcaveantur mala per liberrimam talem militum coactionem exſpectanda, ſicut Imp. fatetur, in §. *8.* Dieweil dann ſolcher / ꝛc. Quare jubet, ut Officiales & Colonelli ſupremi, die Oberſten / Rittmeiſter / Haupt- und andere Befelchs-Leuth / hanc exercitationem armorum Imperatori notificent, §. *9.* Cui nempe Principi operas addixerint & quot milites autorare velint, ibi: ut ſolches ihr Vorhaben / ꝛc. ubi quatuor obſervanda.

1. Quod hanc denuntiationem Imp. requirat, etſi de luſtratione facienda à Principe, cujus ſumptibus miles cogitur, certior factus fuerit, ibi: Es hab der Potentat bey Uns Anſuchens gethan oder nicht / ꝛc.

2. Quod Officiales ſanctè promittere debeant, hunc militem non debere contra Imperium ejuſque membra ſive offenſivè ſive defenſivè in aciem deduci, ibi: Die Kriegsleuth / ꝛc.

3. Quod luſtratio exercitus der Muſterplatz oder Muſterung debeat fieri extra limites Imperij.

4. Quod Exautoratio militum debeat fieri extra Imperij fines, nec reduci in Imperium, niſi particulatim ac per exiguas cohortes ibi: Auch eh ſie widerumb / ꝛc.

Deinde jubet ut de indemnitate caveant Fidejuſſoribus datis ex Statibus Imperij, mit Reichs-Ständen im Reich geſeſſen / §. *10.* ubi ſubjungitur Formula cautionis, §. *11. 12.* in qua notandum, §. *13.* hos Status ſe conſtituere pro Haupt-Bürg und Haupt-Schuldigern.

§. *4.* Præſtita hac cautione poteſtatem dat Imp. in Imperio pro extraneo Principe, militem cogendi & auctorandi, non verò luſtrandi aut exercendi, ſollen ſie an Werbung des Kriegs-Volck unverhindert gelaſſen ſeyn §. *14.*

§. *6.* Tandem contra Tranſgreſſores pœnam ſubnectit, §. *16.* ſtatuens ut Officiales, abſque denunciatione & præſtita cautione, militem in Imperio cogentes eo ipſo facto in pœnam Banni incidant; Officiales à Circuli Capitaneo ejuſque adjunctis in vincula compingantur; Autorationes militum prohibeantur, ac manus coacta diſſipetur, & ulterius contrà ejuſmodi inobedientes, qui mandata Imperialia ſpreverint, was des Reichs Execution-Ordnung in ſolchen Fällen vermag / decernatur.

§. *7.* Ut autem Imperator ulteriùs ejuſmodi militum tranſvectionibus ſeſe opponat, tria adhuc ſubjungit. 1. in §. *18.* ſtatuit Imp. ut ſi Capitanei Circuli ejuſque adjuncti non velint oppreſſis aliis Statibus promta ſubmittere auxilia, quò ab eorum territoriis die An- Ab- und Durchzüge impediantur, debeant illi rem illam ad Cæſar. Maj. deferre, quæ pro autoritate confinibus Circulis injunctura eſt, ut junctis viribus petulantes milites repellantur. 2. in §. *19.* repetit deciſum eſſe in Comit. de an. 1555. ut de ejuſmodi ingruentibus periculis in conventu generali Deputationis debeat conſultari ſed adeò ſubita evenire mala dicit Imp. quæ talem conventum non expectant; ideoque. 3. in §. *20.* mandat Electori Moguntino, ut quam fieri poſſit ocyſſimè, ejuſmodi conventum indicat Francofurti aut alibi habendum, ut de ejuſmodi violentia à finibus Imperij arcenda ſana conſilia in medium proferri poſſint ac talia excogitari media ut non ſolùm auctorationes militum clandeſtinæ inhibeantur ſed & omnes invaſiones, deprædationes, diffidationes, penitus exterminentur §. *20. 21.*

## Magdeburgum.

*R. I. anno 1551.* §. *4.* enarrat Imp. quod Civitas Mageburgenſis Pacem Publicam fregerit, rebellis facta fuerit, ſeque tam atrocibus delictis beneficiis Cæſ. indignam reddiderit, §. *15. 17. 18. ſeqq.* Nimirum poſtquam Civitas Lutheri nova dogmata amplexa eſt, atque ex illis principiis rebellem ſe oſtendit, atque ut hic loquitur Imp. §. *5.* Allen unzümlichen Mutwillen an Lebendigen und Todten getriben / und andern das Ihrige entwandt / ſondern auch mit gewaffneter Hand herauß gefallen und gegen den anſtoſſenden Nachbaren auß eitlem Freſel ihren Muthwillen geübet und vollzogen.

§. *6.* Exacerbatus itaque Cæſar quod civitas una tanto Principi obſiſtere auderet, auxilium à Statibus petit, ut obſidio continuari diutiùs poſſit, quod à Statibus ſicut innuit §. *24.* impetravit & in ſubſeqq. §§. tradit modum quo pecunia commodiùs cogi poſſit Ab obſidione tandem dicitur ſe liberaſſe magna pecuniæ ſumma. Sed nihilominùs in prætento bello



Digitized by Google

anno 1631. à Tyllio & Papenheimio capta & fere in cineres redacta eſt. Subſecutum Archiepiſcopatus & Civitatis Magdeburgenſis exhibet Pacificatio Pragenſis, §. das Ertzbiſtum Magdenburg. Conditionem noviſſimam monſtrat *artic. VI. Inſtrum. Pac.*

## Matricula. Moderatio.

MAtricula Imperij eſt, in quam Statuum Imperij nomina ſolenniter relata, & in quâ, quantùm cuique horum Imperij neceſſitatibus contribuere conveniens ſit, expreſſum eſt. Matriculæ plures confectæ ſunt ab anno 1397. 1471. & ſequentibus annis. Sed inter omnes matricula de anno 1551. ante oculos habetur, ex *R. I. de anno 1576.* §. wann auch zu Franckfurt. Non tamen eo fine quod deſcripti in aliis matriculis pro Statibus Imperij haberi non debeant, ſed ſolùm propterea, ut in cauſis moderationum, quando quæritur, quantum quiſque Status olim contribuerit, & hodie contribuere debeat, obſervanda ſit, non verò ut deſcripti in aliis antiquioribus matriculis pro Statibus amplius non haberi vel vindicari poſſint. Omnes Receſſus Imperij, qui de moderatione tractant, anno 1524. uſque in noſtra tempora, de moderatione promiſsâ ubivis tractant, ſed tamen eam imperfectam relinquunt. Atque in *R. de anno 1529,* §. 24. *1535.* §. *47. & 1541. 44.* ſtatuitur, ut propter negotium moderationis auxilium Turcicum & pro Civitate Monaſterienſi non impediatur. Conſtituti ſunt ſæpius Commiſſarij pro negotio moderationis examinando, promiſſum ſtatibus, qui ultra facultates ſuas plus expoſuiſſent, illud reſtitui debeat, *R. I. 1543.* §. *22. & 1544.* §. *8.* injunctum moderatoribus, ut ex æquo & bono procedant ſecundùm matriculam *de anno 1521. R. I. de anno 1551.* §. *63.* Permiſſa ſtatibus appellatio, qui per Moderatorum decretum ſe gravatos putant, *R. I. anno 1555.* §. *124.* & *R. I. anno 1559.* §. *35.* Nec non *R. I. de anno 1566.* §. *143.* & *de anno 1571.* §. *85.* Diſponitur de exemptis in *R. I. anno 1576.* §. *84.* & §. *90.* Sed quod totum negotium remanſerit imperfectum, id non ſolùm omnes Receſſus Imperij demonſtrant, ſed etiam *Inſtrum. Pac. German. art. 9.* §. *habeantur autem;* ubi dicitur; *quod de renovandâ Matriculâ, reducendis ſtatibus exemptis, moderatione & remiſſione Imperij collectarum in proximis Comitijs communi Statuum conſenſu agi, & ſtatui debeat.* De quo quidem in nuperis & hiſce Comitiis longiſſimis variè tractatum, ſed adhucdum nihil certi ſtatutum fuit; vide quoque *Inſtrum. Pac. Cæſ. Gallic.* §. *64.* Eſt etiam alia matricula, quid ad ſuſtentationem Cameræ, Status erogent, quæ dicitur die Kammer-Matricul / *R. I. de anno 1654.* §. Und zwar ſovil / *9.*

## Metis, Tullum, Verodunum.

*R. I. anno 1559.* §. *1.* poſtquam Rex Galliæ Henricus II. hos Epiſcopatus & Principatus S. R. I. occupaſſet, cum notabili detrimento Imperij, ablegata eſt Commiſſio ad Regem Galliæ pro eorumdem Principatuum reſtitutione, cum inſtructione ampliſſimâ, & ſumpibus Imperij.

Hodiè per pacificationem VVeſtphalicam adhuc Galliæ adherent, *Inſtr. P. Cæſ. Gall.* §. *70.*

## Monaſterium Epiſcopatus & Civitas.

DE Anabaptiſtarum crudelitate in Epiſcopatu & Civitate Monaſterienſi vid. *ſuprà verb. Anabaptiſta & verb. Collecta.* In *R. I. anno 1535.* §. *39. & 40.* diſponitur, quod Epiſcopatus pecunijs & armis Imperialibus liberatus, ſicut antehac, ita impoſterùm apud Imperium permanere debeat, datis in eum finem reverſalibus literis ab Epiſcopo, Capitulo & provincialibus, pro ſe & ſucceſſoribus.

## Moneta.

JAm in *R. I. de anno 1442.* diſponitur de aureâ & argentea moneta, & in *Receſſibus ſeqq.* deliberationes inſtituuntur, de re monetaria, & ſuſpenſione juris monetandi contra tranſgreſſores, atque ut Status vicini communis monetæ ratione inter ſe conveniant. *Vid. ſuprà verb. Circulus,* von denen im Müntzweſen correſpondirenden Kreiſen. In *R. I. anno 1524.* prohibetur evectio monetæ aureæ & argenteæ extrà Imperium, atque in *Receſſibus ſeqq.* variæ de re monetaria deliberationes inſtituuntur. In *R. I. anno 1551.* denuò prohibetur evectio argenti nondum cuſi & invectio reprobæ monetæ, ſub confiſcatione bonorum: atque contra frauda-

to-

Digitized by Google

tores, mit dem Granaliren / Kümen / Seygern / pœna vivi-comburij ſtatuitur. Deinde *anno 1559.* Imp. Ferd. I. *Edictum monetarium* publicavit, quod poſtea ſæpiùs & ultimò, ingraveſcentibus nimiùm monetandi delictis, anno 1676. & 1680. cum multis additionibus per omnes Imperij Circulos publicatum eſt.

Cœterùm jus cudendi monetam, Müntz-Gerechtigkeit / proprium eſt Principis, & pertinet ad Regalia, *c. un. quæ ſint Regal. R. I. de anno 1524.* §. dergleichen hat. *R. I. de anno 1551.* §. So haben Wir auch. diciturqur ein Kayſerl. Regal. *R. I. de anno 1570.* §. Alsdann auch die Müntzgerechtigkeit.

In Imperio Regale monetandi non tantum Electoribus per *Aur. Bull. tit. 10.* ſed & reliquis Principibus ac Statibus Imperij, vel ex Imperatorum gratia, vel conſuetudine aut præſcriptione competit, *R. I. de anno 1551.* §. So haben Wir uns. *R. I. de anno 1570.* §. alsdann / ibi: auß ſonderbahrem vertrauen. Illis cumprimis, qui metalli fodinas poſſident, *R. I. de anno 1571.* §. Und wiewol. Et moneta Principum ac Statuum Imperij reputatur pro monetâ Imperatoris, cujus nomen plerumque in orbe circumſcriptum habet, aut Aquilam bicipitem, inſerto ejus pectori Imperij globo. *R. I. de anno 1559.* §. Wir aber / Olim etiam alijs quàm Statibus Imperij, Comitibus, Nobilibus ac Civitatibus mediatis, jus cudendi monetam ab Imperatoribus conceſſum fuit; cùm verò inde Imperio damnum emergeret, quòd Edictum Monetarium non obſervaretur, ejuſmodi privilegia reſtricta ſunt, *vid. Capitul. Math. art. 34.* ibi: hinführo ferner nicht ertheilen. *Ferdin. II. art. 33. Ferd. III. art. 37. Leopold. art. 34.*

Tenentur autem Principes ac Status Imperij, qui Regali jure monetandi gaudent, Müntz-Stände dicti, Edictum Ferdinandinum de re monetaria de *anno 1559.* in quo omnibus monetis certus pes, qui *Liga* dicitur, conſtitutus, ſanctè obſervare, de cujus tamen varijs violationibus multæ & magnæ querelæ hactenus auditæ.

Nimirùm *Imp. Leo in Novell. 52.* tribus ſubſtantiam nummi abſolvit, in qualitate materiæ, juſtitia ponderis, & impreſſione publica formæ. Pro materia ex omni metallorum genere electum eſt aurum, argentum, æs. Aurum merum dicitur obryzatum, *l. ult. C. de falſ. mon.* in Imperio hodiè Löttig Gold / *Wehner. in obſ.* *Argentum purum* dici conſuevit *puſtulatum*, eò quòd ſolet excoquendo in puſtulas exſurgere. Hæc metalla in monetâ ſemper habent aliquam mixturam, quæ in aureâ monetâ videtur neceſſaria propter mollitiem auri indurandam, & evitandum intertrimentum ex perpetuâ attrectatione: quæ ratio ferè ceſſat in argento. Admixtio ſeu unio alterius metalli vocatur *Liga*, & eſt alia fortiſſima, tenuior vel tenuiſſima, prout nummus multum nuclei id eſt auri & argenti, & pauciſſimum additamenti habet; atque his noſtris temporibus experientia plurimùm additamenti cum ingentiſſimis damnis aperuit, quæ nullis ferè mandatis, edictis, everſionibus officinarum, pœniſque tàm pecuniarijs quàm corporis afflictivis ſatis potuit coërceri. Quod autem in nummo Liga, id in *Marcha*, quando materia metallaris ad monetandum componitur, *Pes* vocatur, ſi accuratè loqui velimus, ut idem quod in Ligâ nummi, id in compoſitione circà pedem, habito ſcilicet reſpectu differentiæ ad nummum & Marcham obtineri poſſit. Iſta autem Liga certa juxtà cujuſvis arbitrium neque à Domino Territorij, neque à Monetario conſtitui poteſt, ſed gradus puritatis præſcriptos, ſeu pedem fixum & determinatum habere debet. Certè non exiguam olim habuit difficultatem, an Liga ab omnibus Statibus monetalibus eadem & uniformis ſervari debeat propter multas prægnantes cauſas, quæ tamen lis tandem in *R. de anno 1551.* §. Nemblich als ſich bißher / ſopita fuit. Illa autem Liga reſultat ex compoſitione materiæ & æquabilis additamenti, quæ aliàs vocatur Schickung ſeu Schrott und Korn Zuſammenſetzung / quo de accuratè *Budel. lib. 1. de art. numm. cap. 29.* cùm exactè illa miſtura, propter præcisè ſervandos præſcripti pedis limites, obſervanda ſit.

Pes autem bonitatis ſervari nequit, niſi & juſta portio metallorum & gradus bonitatis explorentur, quod eximiè docet hujus artis peritiſſimus *Renerus Budelius lib. 1. de art. mon. c. 23.* qui omnium, qui hac in materiâ ſcripſerunt, diligentiam

tiam

Digitized by Google

tiam ſuperavit; de veterum proportione ille ibi multa, ut & *Spilcker. de re monet. c. 10.* §. *proportio.* Hodiè in proportione exquirendâ non conferendum eſt aurum purum cum mixto, ſed purum cum æquè puro, in ſuo in genere, auro vel argento, & ut illi docent, auri ad argentum proportio erit undecupla cum una quartâ id eſt una Marca auri puri æſtimabitur undecim Marcis & quarta parte unius marcæ argenti itidem puri. Hodiè Marca auri 72. aureos florenos valet, *Edict. monet.* §. Die Gulden-Müntz/ & §. ferner dieweil. *R. I. de anno 1576.* §. Müntz-Sorten. Marca argenti puri hodie 16. lotis, id eſt octo taleris, æſtimatur, juxta quam accuratam proportionem poſitam cenſere licebit.

Qualitas intrinſecæ bonitatis Extenſa eſt *Pondus* ipſum. Pondus verò eſt qualitas extenſa materiæ metallaris in gravitate naturali conſiſtens, illique certâ & definitâ quantitate inſeparabiliter inhærens, vulgò das Gewicht/ & ſolet ſemper ferè reductio fieri ad *Marcam* nempe *Colonienſem*, ad differentiam Marcæ Troſicæ, de quibus omnibus curioſum lectorem ad hujus Ponderatores & Wardinos, ut & hujus rei peritiſſimum *Budel. l. 1. c. 13. de re monet.* remitto.

De Formâ ceu bonitate extrinſecâ multa hic monenda eſſent, ſed ea exactè ad Edictum monetale Ferdin. I. conſiderari poſſunt. Sed ex hiſce præmiſſis Imp. noſter ſtatuit, ut moneta aurea, quoad Pedem ipſum ratione bonitatis intenſæ, 19. Caratas auri puri continere debeat, & 5. Car. arg. & hunc pedem fixum eſſe juſſit, ut ab illo neque in diminutione neque adjectione recedatur.

De argenteâ moneta ſtatuit, daß ſie recht geſchlagen werde/ ideſt juxta pedem tum temporis uſitatum, quam Ligam ſimiliter neque augeri neque minui vult, ſub pœnis expreſſis, quas in §. *ultimo* ſubjungit. Et ſecundum hanc Ligæ proportionem Monetæ etiamnùm cuduntur, & Moneta quæ ad hunc modum cuſa non eſt, reprobatur; & ad Ligæ bonitatem explorandam Wardini conſtituuntur in ſingulis Circulis, qui juramentum præſtare coguntur, de quorum officio poſt *Budel. Spilker. de re Mon. c. 9. & alij.*

Status Monetales ex regali monetandi nullum captare lucrum, aut jus illud aliis vendere, locare, cedere, vel opignorare debent, niſi jure ſuo cadere velint. *R. I. de anno 1570.* §. Alsdann. *132.* ibi. nicht zu ihrem ſelbſt geſuchten Vortheil/ ſondern dem Röm. Reich zu Ehren und Wolfahrt gebrauchen/ weilen die Müntzgerechtigkeit keine Mercantz/ ſondern Unſer Kayſerlich Regal/ ſo die Müntzſtände/ auß Unſerem ſondern Vertrauen haben. & *d. Rec.* §. Ferner. *215. Rec. Imp. de anno 1551.* §. So haben Wir. *R. I. de anno 1559.* §. Zum erſten.

Si reproba Moneta & contra Imperij leges cuſa reperiatur, Dominus Monetalis 50. libris auri, vel amiſſione juris monetandi puniri poteſt, *R. I. de anno 1559.* §. Hierauff Setzen. & *R. I. de anno 1551.* §. So haben Wir. debet autem ſingulis annis quilibet Circulus Imperij, ſemel vel bis per ſuos Wardinos in Monetæ cuſæ qualitatem, in conventibus probationum, denen Müntz-probations-Tägen inquirere. *R. I. de anno 1559.* §. Und damit. præterea cavere, ne per Status abſque Circulari concluſo moneta reproba territorium vel Circulum introducatur, daß keine falſche Müntze einſchleiche; quæ verò irrepſere monetalibus edictis durch offentliche Müntz-Patenta/ abſque mora prohibendæ & tollendæ *R. I. de anno 1594.* §. Darneben. *R. I. de anno 1603.* Weil faſt.

Redeamus ad Edictum monetale de anno 1559. de quo *Leoninus conſil. 56.* dicit, quòd hoc edictum Monetarium nunquam uſu fuerit receptum; ſed fallitur, firmiter enim ei inhærere Cameram teſtatur *Sixtinus conſ. Marp. vol. 2. conſ. 12. n. 161.* & Status Imperij pecuniam in Cameræ ſuſtentationem ordinatam ſecundum valorem in hoc edicto taxatum, in groben unverbottenen Sorten/ ſolvere coguntur; imò & in taxatione expenſarum eum valorem obſervandum eſſe tradunt Doctores. Quibus accedit Cæſareum Mandatum, quod exſtat in *Receſſ. prac. ejuſd. anni.* §. *75. in fine*, & hujus Edicti §. *172. ſeq.* quòd nulla Imperialis conceſſio vel privilegium, ſive hanc ordinationem anteceſſerit ſive ſecutum fuerit, ullo modo valere ac ſubſiſtere debeat, ſi repugnet illi ordinationi; atque hoc etiam ad conſuetudinem extendit *Sixtinus*, per rationem ibi additam, quod repetitum & confirmatum in *Rec. de Anno 1570.* §. Wir

Digitized by Google

Wir ſehen. *ibi* : Wir gebieten nachmals. quæ omnia minus dubij habent, poſtquàm, ut ſuprà dictum, per noviſſima decreta de annis 1676. & 1680. omnia confirmata & corroborata ſunt.

§. 2. *Primò* agit de minuta moneta, *à* §. *3. ad* §. *37.* & ſancit daß ein gemeine / ꝛc.

§. 3. *Secundò* ſubjungit valvationem Argenteæ Monetæ; *à* §. *37. ad* §. *63.*

*Tertiò* addit valvationem aureæ Monetæ, & quidem aureorum Rhenanorum, §. *63.* Ducatorum. § *67.* His porrò ſubjungit. §. *72. ſeqq.* & recitat ordine, cujus ſortis moneta aurea in Romano Imperio cuſa recipi non debeat. Prohibet inſuper in §. *140.* ne exterorum Principum monetæ in Romano Imp. recipiantur, à qua generali regula aliquot Monetæ ſpecies ſub certa valvatione admittit, §. *142.*

*Quartò* expreſſa figura Imperialis Monetæ ponit circumferentiam & magnitudinem. §. *175.*

Hiſce jàm quædam Notabilia ex textu ſubjungemus & quidem (1.) in §. *12.* conſtituit, neminem teneri pro mutuata ſorte minutas monetæ ſpecies in ſolutionem accipere, §. *12.* Ampliatur in obolis & Pfenningis. §. *34.* limitatur autem in §. *12.* ibi : Doch was under / ꝛc. (2.) *in* §. *32. 33. 35.* ſancit, quod præter enarratas minutæ pecuniæ ſpecies, nemò alias, cujuſcunque generis in Imperio Romano, ſub pœna 50. Marc. auri puri cudere præſumat. (3.) Argenteæ Monetæ in Imperio uſitatæ, ultra valvationem jam præſcriptam & hîc definitam, valere & expendi non debent, §. *46*, quod & extenditur ad auream monetam, §. *63. ſeqq.* §. *142. ſeqq.* (4.) Peregrinas monetas, Frembde Außländiſche Müntzen / pro capitali ſorte neque ſolvi, neque recipi debere ſtatuit, *in* §. *49. 50.* Ampliatur 1. in aureis monetis, ab alijs Principibus Imperium non recognoſcentibus cuſis, §. *69.* 2. in plenaria ac omnimoda abolitione omnium illarum monetarum, §. *51.*

Præterea quatuor adhuc ſunt ex conſtitutione hac obſervanda. I. De *Conventibus probationis*, von den Probations Tägen / §. *152.* in quibus ſingulis conventibus Monetarij, Wardini, coram Commiſſarijs Circuli comparent, & de bonitate ac pravitate monetarum accuratè inquirunt, quam ad rem Imp. ipſis Salvum Conductum & ſecuritatem concedit. II. De pœnâ in Falſarios monetæ conſtituta, agit §. *156.* quæ pro parte repetijt ex *l. 2. C. de falſ. monet. vid. Carpz. in prax. Crim. p. 1. q. 42. Tiber. Decian. lib. 7. Tr. crim. c. 28.* III. De modo licito Monetas aureas & argenteas liquefaciendi & frangendi; hoc cùm conſenſu Magiſtratus fieri debere vult, §. *166.* IV. De accurata hujus Edicti obſervatione; ubi annullat omnia privilegia & indulta aut impetrata aut impetranda contra hoc edictum, §. *164.* & omnes Imperij Cives ad obſervationem obligat. §. *172. ſeqq.*

## Monopolia.

MOnopolia in *R. I. de anno 1512. tit. 3.* §. *16. & ſeqq. R. I. anno 1524.* §. *27. R. I. anno 1526.* §. *26. R. I. anno 1529.* §. *34. R. I. anno 1530.* §. *135. & ſeqq. Reform. Polit. anno 1548. tit. 18.* §. *2. & ſeqq.* prohibentur ſub confiſcatione bonorum, *Capit. Leopold.* §. *20.* Eſt enim monopolium (ein ſchädlicher eigennütziger Verkauff oder Handlung / item: Handthierung die einer oder wenige zu ihren privat-Vortheil allein treiben) lucroſa unius vel paucorum, libertati commerciorum contraria, cum aliorum injuria & Reip. damno conjuncta negotiatio.

Diſtinguuntur monopolia. 1. ratione perſonarum in *publica* & *privata*: illa, quæ Magiſtratus aut univerſitas: hæc, quæ ſingulares ac privatæ perſonæ exercent. 2. ratione accidentariæ qualitatis in *licita* & *illicita*. Cùm verò Conſtitutiones Imperij ſub nomine generali Monopolij illicitum intelligant, ac Monopolia ſuâ naturâ, paucis caſibus exceptis, cum aliorum detrimento atque injuria conjuncta ſint, accidentariè licitorum in definitione ratio habita non eſt. 3. pro rerum ac mercium varietate, in quibus monopolia exercentur, ſunt vel ſalis, vini, frumenti, *&c.*

Certis autem caſibus, ex ratione probabili, monopolia à Principibus ac Magiſtratibus concedi ac tolerari poſſunt. 1. in caſu neceſſitatis extremæ. 2. utilitatis publicæ. 3. æquitatis. Hiſce enim caſibus ceſſat vitium monopolij, vel ob graviorem & publicam cauſam non attenditur. Ut ſi negotiatio, vel ars manuaria

in populo antehac nunquam exercita privilegio indigeat, ut ea promoveatur: item ſi quæ opificia aut mercimonia non ſine magna difficultate exerceri queant. Si Collegio alicui ad ejus Reip. proficua incrementa ejuſmodi quid indulgeatur; Si Typographo, ſumptuoſum Opus excudenti, privilegium concedatur, *&c. Vide ſuprà lib. 1. tit. IV. part. 2. n. 37.*

## Moratorium.

DE moratorijs, an & quibus indulgenda, diſponit **Policey Ordnung zu Augſpurg** *anno 1548. tit. 22.* §. *1. & ſeqq.* **Policey Ordnung zu Franckfurt** *anno 1577. tit. 23.* §. *1. & ſeqq.* Moratoria Indulta ſunt privilegium dilationis ſolvendi debitoribus non ſua culpa bonis lapſis à Principe conceſſum.

Jus concedendi inducias ſolutionis univerſales, ſeu reſcripta moratoria **Anſtands-Brieffe / Quinquennellen / eiſerne Brieffe / Schutz-Brieffe /** quæ per totum Imperium valida, eſt Imperatoris vel Regis Romanorum. *Ordin. Polit. de anno 1577. tit.* **von verdorbenen Kauffleuthen.**

Principibus ac Statibus Imperij in ſuis territorijs vigore Juriſdictionis territorialis, idem Jus competit, eorum tamen literæ moratoriæ, ad non exemplum Imperialium, contra quoſvis Creditores totius Imperij, ſed ſolùm eos, qui concedentis Juriſdictioni ſunt ſubjecti, vim & effectum habent.

Non tamen quilibet debitor ejuſmodi literas induciarum impetrare poteſt, ſed ille, qui damno fatali, bello, incendio aut alio infortunio ad inopiam redactus; indigni hoc beneficio debitores falliti, quique doloſè ac propria culpâ, ut ludendo, luxurioſè vivendo, aut alijs modis in fraudem creditorum concoquendo, in paupertatem inciderunt. Præterea non obtinent, ſi debitum fuerit juratum, fiſcale, aut ex cauſa delicti. Item ſi creditor ſit pupillus, Eccleſia, miſerabilis perſona, *&c.*

Requiſita impetrationis induciarum ſolutionis ſunt 1. ut cauſa infortunij petitioni inſeratur. 2. ut teſtimonio Magiſtratûs vel aliter doceatur. 3. eum ſolvendo non eſſe probetur. 4. qualitas debiti exprimatur. *Vid. Reform. Polit. de anno 1548. tit.* **Von verdorbenen Kauffleuthen.** *Add. Rec. Imp. de anno 1654.* **§. nachdem auch.** 5. idonea cautio Creditoribus offeratur.

Tempus induciarum eſt annale, plerumque quinquennale, quod tamen vel laxius vel anguſtius, pro qualitate debitorum, eſſe poteſt.

Effectus induciarum eſt, ut debitor nec in re, nec in perſona, durante induciarum tempore, à creditoribus inquietari poſſit, & interim uſurarum curſus ſiſtatur.

A poteſtate civili promanant adhuc alia remedia, quibus afflictis ac depauperatis debitoribus contra rigoroſos Creditores ita conſulitur, ut contra eos exactio atque executio ſuſpendatur vel tollatur. *Vid. Inſtr. Pacis Germ.* **§.** *de indagandâ. R. I. de anno 1654.*

## Neutralitas.

*R. I. anno 1641.* **§.** *86.* neutralitas quorundam Statuum, utpote reliquis Statibus, ad quos majus onus redundat, nociva & damnoſa, hoſtibus autem proficua, aboletur & caſſatur.

## Notarius.

*O. C. anno 1500. tit. 5.* inſinuationes debent fieri per Notarios vel Nuntios juratos.

**Ordnung der** *Notarien anno 1512.* §. 2. ut viles perſonæ excludantur, agitur de eorum *habilitate* & *officio.* §. *3.* De Habilitate Imp. ſtatim incipit, in eodemque generalem ponit regulam: *Quod omnis ille, qui teſtis eſſe non poteſt, neque eſſe Notarius poſſit,* ſpeciatim autem quoſdam excipit, quos aut conditio ſtatus aut probroſa vita, aut denique infamia Juris incapaces ad actus civiles perficiendos reddit, **Leibeigene / Ehrlos und** infame. Sed quid de Spurijs? an & hi admittendi? Ratio pro illis pugnat ſatis valida, quod parentum petulantia honori filiorum obeſſe nequaquam poſſit: quid, quod Decuriones fieri, quod teſtes, quod cauſidici, quod civilium actuum participes eſſe poſſint.

§. 4. Ordinat Imp. ut in principio omnium Inſtrumentorum fiat invocatio Nominis Divini: Ponatur annus noſtræ ſalutis, Indictio, nomen Imperatoris; tùm menſis, dies, hora, locus, nomina teſtium, *&c.* Vide *Bornitium lib. 2. de Fid. Inſtrum. cap. 18. ſeqq. Ummium diſput. 17. de Proc. Judic. theſ. 3.* quamvis enim multa ab aliquibus contra hanc

Imp.

Digitized by Google

Imp. noſtri legem poſſe adducantur, nihil tamen adferri poterit, quod non expreſsè per hanc Imp. Maximiliani legem poſſit elidi, eaque propter Juſſus Imperialis & Uſus interruptus neceſſitatem imponunt, ſervandi ea omnia, quæ hîc præſcribuntur.

§. 5. Accuratè Imp. perſequitur, quid in erectione Inſtrumentorum obſervare Notarij debant, quæ quoniam ab alijs ſæpius repetita, & ipſe textus omnia ſuggerit, neceſſe non eſt illa, ut levia & trita, hic recoquere, multa notavit *Covaruv. pr. qq. cap. 19. per tot. Bornitius, Honthemius alij.*

§. 6. Officia Notariorũ nervosè congeſſit Imp. *in l. 21. C. ad L. Cornel. de Falſis.* ibi: *ut ſignis tabulas teſtamenti, Chirographa, atteſtationesq́, nec non & rationes privatas & publicas, pacta & Epiſtolas, vel ultimas voluntates, donationes, venditionesve vel ſi quid aliud prolatum.* Similia repetuntur *in l. 1. ibi: in Rationibus, Tabulis, Cereisq́ vel alia aliqua re. & l. 16. §. 2. ff. de Falſ.* ut & in *Cap. quoniam 11. verſ. Statuimus. X. de Probat.*

§. 7. Imperator ad ſex negotia officium Notarij adſtringit; 1. eſt de Confectione Inſtrumentorum. Latiſſimè hic ſumit vocem Inſtrumenti, quatenus accipitur de actu alicujus juſto & recto ordine, à perſona fide digna, & à fraude, dolo, mendacijs, ob Juramenti ſacramentum aliena legitima conſignatio, relatio & exhibitio. Tùm agit de muto Notariũ vocante; de ſubſtituto Notarij, & ut Notarius ipſemet Inſtrumentum conficiat, utpotè qui eſt ſervus publicæ utilitatis. Ut nullus Notarius alterius protocollum extendat, ut raſiones & correctiones præcaveat, verbis ambiguis & dubijs non utatur, locorum conſuetudines obſervet. *Tit. 1. §. 1. & ſeqq.* tractatur de ratione *Teſtamentorum* in quibus Juris Civilis methodum imitans, omnia de Teſtamentis ſolemnia obſervata ſunt, quæ JCti annotarunt; ſaltem in §. 27. velim obſervanda verba ibi: **Aber in Teſtamenten ſo Vatter und Mutter / ꝛc.** & ſic accipienda, quod in diſpoſitione inter liberos, ob ſummum favorem, teſtes non requirantur, *Novella 127. & l. hac Conſultiſſima. C. de Teſtam.* quod tamen limitatur, ſi extraneo aliquid relictum fuerit; ad hoc enim requiruntur duo teſtes, quibus omiſſis Legatum eſt nullum, manente reliqua parte diſpoſitionis rata ac firmata.

§. 9. Eſt *Annuntiatio & Intimatio* Cæſareorum mandatorum, nec hoc ſolum de Mandatis & reſcriptis Cameralibus, ſed & de alterius Dicaſterij reſcriptis momentoſis meritò erit intelligendum.

§. 10. *de Mandatorum Procuratoriorum, Curatoriorum,* &c. confectione, §. 14. vult Imp. ut ad conſuetas formulas Notarius diligenter attendat, ne vitio & defectu horum mandatorum lites protelentur.

§. 15. de Juramenti *Calumniæ* depoſitione, quod præſtat parte abſente vel impedita.

§. 16. de Juramentorum *Appellationis* factione, reliqua ex ipſo textu facilè videri poſſunt, & in *R. I. anno 1557. §. 31. R. D. anno 1600. §. 13.*

## Nullitas.

*O. C. anno 1597. tit. 25. O. C. anno 1521. tit. 21.* ubi de alternativâ propoſitione iniquitatis & nullitatis. *R. I. anno 1527. §. 23.* ut cauſæ nullitatis exprimantur. *R. I. anno 1532. tit. 2. §. 16. O. C. anno 1555. part. 3. tit. 34.*

*R. I. anno 1654. §. 122.* ubi quoad fatalia diſtinguitur inter alias nullitates, & nullitates inſanabiles ex perſona Judicis & ſubſtantialibus proceſſus.

## Obligatio.

*R. I. anno 1442. §. 2. & ſeqq.* agitur de pignoratione propter debitum liquidum, *vid. ſuprà verb.* **Landfrid.** *& verb. Executio privata. R. Dep. anno 1600. §. 152.* diſponitur de intereſſe ad quinque per centum.

*R. I. anno 1641. §. 46.* tractatur de obligationibus per violentiam bellicam extortis, & proindè non attendendis, prout etiam diſponitur in *Inſtr. Pac. Cæſ. Suec. art. 4. §. 46. & ſeqq.*

## Ordo Equeſtris.

DE Ordine Equeſtri contrà Turcam erigendo, *R. I. anno 1576. §. 29. 1582. §. 27. 1598. §. 48.* De collectis Turcicis ab Ordine Equeſtri *vid. ſuprà verb. Collecta.*

Libera Imperij Nobilitas per Franconiam, Sueviam & tractum Rheni debet inviolatè relinqui in ſuo Statu immediato, *Inſtr. Pac. art. 4. §. 17.* & omnia ejus



Digitized by Google

membra, unà cum ſubditis, bonis feudalibus & allodialibus, niſi fortè aliis reperiantur ſubjecti, *Eod. art. 5. §. 28.* Vide quoque *Capit. Caſ. anno 1658. §. 3. & ſeqq.* ubi omnia Ord. Equeſtris privilegia recenſentur, & confirmantur.

## Originalia.

*O. C. anno 1500. tit. 4.* quomodo recognoſcantur, & iterùm repetantur, *R. I. 1566. §. 100. R. I. 1570. §. 101.* Ne deperdantur originalia per tranſmiſſionem, ad eorum recognitionem, Commiſſiones decernuntur, *R. I. anno 1576. §. 55.*

## Pignoratio.

*Vid. ſuprà verb. Camera. & verb. Executio privata. R. I. anno 1654. §. 138. & ſeqq.*

## Politia.

*R. I. anno 1518. §. 6. 1530. §. 98. 1532. Tit. 7. 1541. §. 76. & ſeqq. 1548. §. 90. & ſeqq. 1551. §. 69. & ſeqq.* de appellatione in cauſis Politiam concernentibus, *vid. R. I. anno 1654. §. 106.*

## Promotoriales.

DAntur ob retardatam juſtitiam, ſed proceſſus poſteà non decernuntur, niſi de inſinuatione, requiſitione, & denegata juſtitiâ doceatur, *R. I. anno 1566. §. 109.* Denegatio juſtitiæ devolvit cauſam ad Superiorem, *R. I. anno 1600. §. 27.*

## Regimentum.

CUm in Comitiis Wormatienſibus anno 1495. decretum fuiſſet, ut Status omnes quot annis, & ſtatis temporibus & locis de negotiis Imperij deliberaturi convenirent; id verò abſque ingenti eorum ſumptu & moleſtiâ, ut & detrimento Imperij, propter negotia annuam moram non admittentia fieri non potuerit, placuit Imperatori Maximiliano I. præter Suam Majeſtatem ejuſvè Legatum 20. perſonas ex Ordinib⁹ eligi, cum plenâ poteſtate non tantùm de cauſis privatorum judicandi, ſed & de aliis omnibus rebus, ad pacem & ſalutem Reipubl. ſpectantibus decernendi, quæ perſonæ Regimentum, ſivè des Heil. Reichs Regiment conſtituerunt, Ordnung deß Regiments *anno 1500. tit.* von den Zwantzigen / ſo zu der Kayſerl. May. und deß Reichs Regiment geordnet. Quod Regimentum jam dudùm in deſuetudinem abiit, tempore ſcilicet Caroli V. à quo primitùs modificari cœpit, donec potentiâ ejus, & autoritate decreſcente penitus evaneſceret, velut *O. C. de anno 1551. §. item* dieweil / nos docet, daß das Regiment gefallen ſeye.

Sed videamus prima Regimenti incunabula. Dicit Imp. *in R. I anno 1500. §. 2.* Daß es ſoll Unſere und deß Heiligen Reichs Raht ſeyn und genannt werden: in ea autem conſiderandæ veniunt primò perſonæ hoc Regimentum conſtituentes; quæ ſunt Præſes & Aſſeſſores.

Præſes hujus Conſilij eſt Imperator ipſe, aut ſi ipſe prægnantibus ex cauſis adeſſe non poterit, tum ipſius delegatus ſufficienti inſtructus poteſtate; Tum verò Imp. ſtatuit ſe velle tantum 20. perſonas ſibi cooptare, ſed tamen ex Imperatoris autoritate & ſub ipſius titulo ſiunt omnia, qui etiam ſemper aut ipſe aut per alium præſens eſt, & Imperatoria ſua Majeſtate res conſultatas decidit.

De Aſſeſſoribus conſtituit, quòd debeant eſſe viginti, auß dem H. Reich Teutſcher Nation; Von den Ständen deß Reichs Teutſcher Nation.

Ex Electoribus vult Imp. ut horum Electorum unus ſemper adſit præſens, & ut loquitur Imp. in §. 3. dem genannten Raht fürgehn / primus itaque has vices obibit Elector Moguntinus, & ita deinceps reliqui.

Principum claſſem dividit in Eccleſiaſticam & ſecularem; & ſtatuit, ut in hunc numerum unus ex Eccleſiaſticis, alter ex ſecularibus cooptentur; & juxta ſeſſionis prærogativam alteri ſuccedat; Nach ihrer Ordnung wie unter den Churfürſten.

Ex Prælatis. Unum poſt alterum, ordine præcedentiæ, nach der Ordnung in hoc Conſilio locum habere jubet.

Ex Comitibus, ſtatuit: ſo ſoll auch ein Graf / ꝛc. Der einer dann jetzt hie erwehlet / und benennt iſt.

Ex liberis Civitatibus, octo denominat, quarum ſingulis vicibus duæ comparebunt, 1. Colonia & Auguſta. 2. Argentina & Lubeca. 3. Norimberga & Goſlaria. 4. Francofurtum & Ulma.

Reliquos Status in ſex Circulos oder Kraiß dividit;

Ex his Statibus numerum Aſſeſſorum complet Imperator; de quibus & alia adhuc notanda & obſervanda erunt.



Digitized by Google

In primis autē ne numerus ille vel abſentia, vel morte, vel abitu, vel repudiatione, interrumpatur, conſtituit 1. de Abſentia Electorum, ut ſi quando hi ſonticis ex cauſis, quas ſcripto luculenter demonſtrare tenentur, auff ſein offen Brieff und Sigel / adeſſe non poterunt, tum illi alium Electorem officioſè invitabunt, ut eorum vices impleat; ſi hujus copiam habere non poſſint, tum ſolicitabunt operam alicujus Principis ſecularis vel Eccleſiaſtici, ut ipſe ſuâ præſentia vices ipſorum obeat: Et ſi quando Conſiliarius Electoris præſens in Conſilio adfuerit, ſubſtitutus ab alio fortè Principe, tum ſi ipſius dominus & Elector, cui juramento obſtrictus eſt, præſens erit, votum tamdiu in conſilio nulla ratione habebit. §. *in fin.* De Abſentia Principum ſtatuit 1. ut quilibet, ſi ex prægnantibus cauſis, quas itidem ſcripto edocere debet, §. 5. §. Ob aber. abſit ex ſuo ordine, Secularis Secularem, Eccleſiaſticus Eccleſiaſticum invitabit, ut ſuo nomine ſubſellium occupet. 2. Si Principem nanciſci non poterit, qui hoc munus pro ipſo obire velit, tùm id Conſilio ſcripto exponet, quod 3. Ex officio alicui ex Principibus emanentis vices demandabit; Sic ſi Morte officij renuntiatione, aut alio quovis modo quis decederet, ex hoc Conſilio tum, ut Imp. in §. 14. & 15. decidit, 1. Elector, cujus vices alius ſuſtinuit, alium in defuncti locum ſurrogabit, jeder ſeines abgangenen oder abgeſtandenen Statt erſetzen / & id quidem ſpatio bimeſtri; ſed ſi Elector præſens decedat? ſi ſtatim ab initio id factum fuerit, ſequens in ordine Elector ſuccedet; ſi finito verò tempore, ſpatium id exſpectabitur, nemblich die folgende Fronfaſten. Si reliquorum Principum aliquis dicto modo decedat, tunc Imperator, cum conſilio Status ex eodem Circulo alium eliget, perſonam fide dignam & prudentiâ claram, ut ait Imp. §. 15. Wofern aber. Si Abitu ipſius locum vacare contingat, tunc ejuſmodi decedens antè omnia ſui diſceſsûs cauſas indicabit, & poſtmodum, impetratâ veniâ à Conſilio Status, atque eorum conceſſione abire poterit, §. 13. Locum autem cum venia diſcedentium ſupplere non velle videtur Imp. in §. 17. ubi ſtatuit, quòd ad minimum debeant remanere 4. Aſſeſſores, qui in §. 15. *inf.* Als der mehrer Theil ſeines Befelchs nicht deſto minder / &c. in obligenden Sachen fürgehen ſoll. Si denegaverint ex ſtatibus delegati quidam huic Conſilio intereſſe, eis copia datur ſecedere, & ab Imp. & Conſilio ex eodem Circulo alia perſona eligitur; Excipit autem hic in §. 12. Imp. Electores & Principes, qui hoc officium nulla ratione detrectare poterunt.

Perſonæ minus Principales ſunt Secretarij & Scribæ, hos Imp. cum conſenſu Conſilij Status eligit, qui præſtitô juramentô diligentiam, fidelitatem, ſinceritatem, taciturnitatem pollicentur. §. 21.

Porrò hujus Conſilij Locum decernit Imp. §. 2. qui locus niſi auß mercklichen beweglichen Noth-Sachen mutari non poterit.

Hoc autem Conſilium, perpetuum eſſe voluit Imper. ſed nihilominùs definivit certum tempus Aſſeſſoribus, quos ſingulis anni quadrantibus mutari jubet. Ita ut finito uniuſcujuſque anni quadrante quilibet ſecedendi habeat copiam: An verò hoc ita voluerint Status, aut quæ alia ipſis cauſa tam breve ſpatium conſtituendi, non videtur, ſi cauſarum decidendarum momentum ſpectes, ullâ ratione conſultum propter multa, quæ ex tali crebra mutatione reſultant incommoda.

*Cauſas*, quas in hoc Conſilio tractari vult Imp. generaliter complectitur in §. 2. *ibi:* Die auch mit Uns / &c. alle und jede Unſere / als Römiſchen Königs und des Heil. Reichs Sachen / &c. Specialiter autem quæ concernunt, 1. Frid. 2. Recht. 3. Widerſtand gegen die Türcken. 4. Wider andere Anfechter des Reichs. Quæ cauſæ ita in ſpecie recitantur in §. 2. & 16. Si autem accuratiùs cauſam hujus conſilij proximam ponderamus, fatendum, quod non tàm ad Civiles ac privatas cauſas diſcutiendas debeat exteedi, ſed tantum ad illas, quæ ſtatum concernunt Reipubl. In primis ingruenti potentiæ Turcarum obviam ſano conſilio & parato auxilio eundum erat, quod abſque conſenſu Procerum effici non poterat, ideoque in meditullio Germaniæ hoc conſilium Status, divino ſanè inſtinctu, efformabat, ut, & intra Legum cancellos detineret Pacis publicæ tranſgreſſores, & de rebus ad expeditionem neceſſarijs conſultaret.

Omnimodam autem & plenam dedit huic conſilio poteſtatem Imp. Vollkom-



Digitized by Google

menen Gewalt / Macht und Befelch / prædictas,& alias hîc non ſpeciatim expreſſas, ſed ad Statum conſervandum conducibiles cauſas zu handlen / zu betrachten / zu rahtſchlagen und entlich zuſchlieſſen. §. *2.* Et hoc extendit Imp. in §. *15.* Damit jhre Handlung deſto mehr Krafft und Macht haben / und nichts dagegen außgehen möge / ꝛc.

Quæ autem mandata ab hoc conſilio emanabant, illa ſub Cæſareo Titulo, Sigillo & nomine, ut additâ phraſi ab eo, qui vices Imp. gerebat: Ad mandatum Domini Regis in Conſilio Imperij. Subſcribebat etiam præſens Elector ſuâ manu primam ſui nominis literam; & ſi fortè hiſce ſolemnibus omiſſis, quædam mandata aut alia proclamata divulgarentur, ea nullius momenti, Krafftloß und unbündig / ut ait Imp. §. *16.* eſſe debere ſtatuit.

Si verò cauſa tam ardua eſſet, quam decidere illud Conſilium propria auctoritate detrectaret, tum in communicationem conſilij reliquos ſex Electores, & reliquos Principes ad ſe citare poterat §. *4.* & ob rei ſummam neceſſitatem & momentum omnes ad ſe Status evocare; ſicut factum fuiſſe exempla in his ipſis Receſſibus edocent.

De Salario horum Aſſeſſorum agit Imp. in §. *18.* conſtituitque 1. Electoribus & Principibus nil dandum eſſe, dann die ſollen auff jhre Koſten erſcheinen / ꝛc. §. *3.* Comiti 1000. fl. Prælato 600. fl. Octo Legatis Civitatum quotannis 600. fl. attribuit, hac tamen conditione, ut quiſque pro ratione ſui Status, ut eò major ſit auctoritas, aliquot equos alat.

Et hi Aſſeſſores, exceptis Electoribus & Principibus, ab omni voto, juramento, quo alijs ullâ ratione ſunt obſtricti, immunes erant & liberi, ſimulque præſtito corporali juramento, quod in §. *20.* proponitur, Dexteritatem, Probitatem, Fidem & ſilentium promittebant.

Hi denique Aſſeſſores cum omnibus ad Conſilium pertinentibus perſonis, ut & eorum Comitatus & bona, à Datijs, Gabellis, vectigalibus alijſque oneribus erant immunes.

Hoc autem Regimentum Regni fuit Conſilium Politicum, in quo negotia ſtatum publicum concernentia tractabantur; Nec audebat illud litibus & controverſiis Civilibus ſe immiſcere; ſtatim enim à Statibus contradicebatur, adeò quidem, ut tandem illi hoc interdiceretur in *Rec. de anno 1524.* §. Fürter ſoll Unſere Statthalter und Regiment alle gerichtliche Proceß und Rechtfertigung vor das Kammergericht weiſen; Ob eamque cauſam Judicium Cameræ eò etiam in loco habebatur, in quo erat Regimentum Regni, & ſi aliò transferebatur, illius ſedes unà mutabatur, ut ſibi invicem ſuppetias ferrent, & ſententiæ in Camera latæ executioni, juxta mandatum Cæſareum mandarentur, & cauſæ Civiles, quæ fortè Regni Regimento obveniebant, ſtatim eò remitterentur.

Paucis autem enumerabo præcipuas cauſas, quas obſervavi, de quibus in hoc Regni Regimento ſeu Conſilio Status legitima erat cognitio.

1. De Collectis Imperij ad ſe recipiendis, iiſque conſervandis, utque de his Statibus rationem exactam quotannis redderent, *Rec. de anno 1500.* §. *48.* ſeu antepen. & Erklär. deß Landfr. §. *Ult.*

2. De pace publica, ſi ad res ablatas miles cogi deberet, *hoc Rec. anno 1500.* von Erklär. deß Landfr. §. *6.*

3. De contumacia Statuum contra decretam in Camera executionem ſententiarum, aut in Conventionalibus Auſtregis latarum, *ibid.* §. *7.*

4. De Banniti arcibus aut fortalitijs occupandis, aut demoliendis *ibid. 9. & 12.*

5. De Cameræ Spirenſis cura gerenda, daß was deß Kammergerichtes halben hierinnen geordnet und verſehen; mit ſambt Kammer-Richtern und Beyſitzern mit der Zeit nohtdürfftiglich jhres beſtes Verſtändnus zu ordnen / vorzunemmen / zuſetzen / und zu machen. Cammergerichts Ordnung *de Anno 1500.* §. *ult.*

6. De Legibus ſumptuarijs, & alijs ad publicum ſtatum ſpectantibus, ab Imperatore omiſſis, ſupplendis; Das des Reichs Regiment aller und jeder Uberflüſſigkeit halben / ſo hierinnen nicht verſehen noch geordnet ſeynd / zimblicher Maaß / Ordnung und Satzung vornemmen ſollen und mögen / wie ſich / nach Geſtalt einer jeden Sachen / zum beſten anſehen wirdt; geben jhnen auch hiemit vollkomblichen Gewalt / ꝛc. Reichs Abſchid *de anno 1500.* §. *ult.*

7. Ut Jura Monetarum ſarta tecta ſervent, darauff dann Wir bemeldt Reichs-Regiment vollkommen Macht und Gewalt ha-

ha-

Digitized by Google

haben ſollen / Ordnung und Satzung einer beſtändigen güldnen und ſilber Müntz / von feinem Gold oder Silber / ohne allen Zuſatz / durch daß gantze Römiſche Reich vorzunemmen / zu machen / und zubeſchlieſſen / ꝛc. Reichs Abſch. *de Anno 1500. in pr.* §. *1. v. f. item 1. 2. 3. & 4.*

8. Ut ſint ordinarij Judices inter Laicos & Clericos litigantes, ibi: Möchten ſie ſich aber güthiglich nicht vereinigen / ſo ſoll Unſer verordnet Reichs Regiment / auff einiges theils Klag oder Anruffen nach ziemlichkeit zuhandlen vornehmen. *ibid.* §. *10. in fin.*

9. Ut Contractibus uſurarijs certos limites conſtituant & præſcribant, *ibi* §. *11.*

10. Ut de Controverſia, de Jure ſeſſionis & præcedentiæ, inter Proceres Imperij oborta judicent, *ibi:* §. *32.*

Porrò ſunt duo maximè ſingularia: 1. quòd Imp. in Rec. *de Anno 1500.* §. *15.* dicat: ordnen / ſetzen und wollen Wir / daß alle Ordnung und Articul zu vergangenen Reichs Tag auff die jährliche Verſamblung geſetzet geweſen ſeynd / nun hinfüro in allermaſſen auff den vorgenannten Reichs Regiment ſtehen ſollen / wie die hiebevor auff den jährlichen Verſamblungen geſtanden ſeynd; alſo daß nun hinfüro das verordnete Reichs-Regiment / alles und jedes darin zuhandlen / zuthuen / zulaſſen haben ſoll / daß die jährliche Verſamblung zuthun gehabt / hat / oder halten ſolte. Quaſi diceret Imperator, ut omnes illæ cauſæ, quæ in annuis conventibus agitari, diſceptari, emendari, extendi, annullari, *&c.* ſolitæ fuerunt, etiam pari jure, autoritate, libertate & poteſtate in hoc Regimento *Regni* tractentur & expediantur. 2. Quòd conceſſione Imperatoria huic Regimento, in cauſis maximè arduis, ſex Electores, ut & alios Principes Seculares & Eccleſiaſticos ad ſe evocare conceſſum ſit, cumque illis inſtituere conſultationem. §. *32.* Sed tota hæc Regimenti forma, ex cauſis moventibus evanuit & mutata eſt.

## Religio.

POſtquam contra Orthodoxam Catholicam Religionem Novatores ſurrexerunt, inter quos Wicleffius, Huſſus, Lutherus & Calvinus, ſtatim diſcordias & ſimultates peperit in Imperio diverſitas Religionis. Hinc nulla major Impp. cura & ſollicitudo fuit, quàm ut in concordiam & unitatem diſſidia Religionis reducerentur. Magnam in eo præprimis laudem habet *Auguſtiſſimus Imp. Carolus V.* qui à multis dicebatur amor & deliciæ generis humani, *Surius Hiſtor: rer. geſtar. in pr.* quam propterea omnibus viribus obfuſcare conantur A. C. addicti, quia Catholicæ Religionis contra nova dogmata ſe protectorem & Advocatum demonſtravit. Cùm interim Lutherus, nefando auſu jus Canonicum Wittenbergæ palàm combureret, ſeditioſa ſcripta ederet, Principes Catholicos contumelioſè tractaret, omnia ſuſque deque verteret; *qui ſunt fructus, ex quibus cognoſci poſſunt.*

Sed quia ſuprà *Lib. 1. tit. I. part. II.* plura de Religione ex Receſſibus Imperij dicta ſunt, ideò illuc lectorem remitto. Addens ſolummodò ex *R. I. de anno 1530.* §. *11. & ſeqq.* deſcriptos errores, qui à novatoribus ſuſcitati ſunt.

§. *11.* Und dieweil ſeithero Unſers zu Wormbs außgangenen Edicts / auch darnach vilen auffgerichten Abſchiden / Unſerer außgeſchribenen / und gehaltenen Reichstägen zu Nürnberg und Speyer / allerhand Beſchwerung und Newerung / dem Chriſtlichen Glauben und Religion zuwider / eingeriſſen.

§. *12.* Sonderlich haben etliche gelehrt / geſchriben und gepredigt / daß in dem Hochwürdigen Sacrament des Altars / der Leib und das Blut Chriſti / under beyder Geſtalt Brod und Weins / nicht weſentlich und gegenwärtiglich / ſondern allein figürlich und bedeutlich ſey: mit andern mehr Unchriſtlichen umbſtänden / zulegungen / und anhängen.

§. *13.* Etliche Predigen und Lehren / daß ein jeder Menſch / auß dem Gebott Chriſti / ſchuldig ſey / das hochwürdig Sacrament des Altars under beyden Geſtalt zu empfangen / und daß die jenigen / ſo es under einer Geſtalt reichen und empfangen / unrecht thuen.

§. *14.* Etliche haben das Ampt der H. Meß gar abgethan / und geprediget / daß die Meß die höchſte Gottsläſterung ſey.

§. *15.* Etliche haben die Meß nicht gar abgethan / aber darin ein ſondere Aenderung / wider den langen Gebrauch / Ordnung und Satzung gemeiner Chriſtlichen Kirchen / von newem ihres Gefallens auffgeſetzt. Deßgleichen die gewöhnliche Geſäng der Meß / Tag-

zeit

zeiten / andere Lobgeſäng von der Mutter Gottes / von den lieben Heiligen / und von den H. Vättern / welche zu der Ehr Gottes / und Andacht der Menſchen gemacht / und in der gemeinen Chriſtlichen Kirchen geordnet / geſetzet und gehalten worden ſeynd / als ärgerlich und unchriſtlich abgethan / und doch an derſelben Statt andere Geſäng / ihres Gefallens gemacht.

§. *16.* Etliche haben gelehrt / das der Kinder-Tauff nichts ſey / ſondern ein jeglich Menſch / ſo er zu Verſtändnus kommen / ſoll widerumb getauffet werden / halten auch den Tauff für kein Sacrament. Darbey haben etliche die löbliche Chriſtliche Ordnungen und Gebett / welche bey dem Tauff gehalten ſeyn / abgethan und andere gemacht.

§. *17.* Etliche gebrauchen gar kein Gebett / oder Ceremonien: laſſen auch ihre Kinder nicht durch die Prieſter / ſondern durch einen jeglichen Layen-Mann / oder Weibs-Perſon / auſſerhalb der Noth / tauffen / darzu in einem ſchlechten Brunnenwaſſer.

§. *18.* Etliche haben ihre Kinder nicht Firmen / noch den Sterbenden Menſchen daß Sacrament der Oelung reichen laſſen.

§. *19.* Etliche haben die Bildnus unſers Seeligmachers Chriſti / deß gleichen ſeiner hochgelobten Mutter Mariæ / und der lieben Heiligen / ſo eine lange Zeit her / allem Chriſtlichem Volck / zu Erinnerung und gedächtnus / Chriſtlich gehalten worden ſeynd / zerſchlagen und verbrennet / damit unmenſchlich gewütet.

§. *20.* Etliche haben gehalten / daß kein freyer Will ſey / ſondern alles / was beſchehe / muß alſo / und nicht anderſt / auß unvermeidlicher Noth beſchehen / und daß demnach Gott ein würckliche Urſach ſey deß Böſen.

§. *21.* Etliche haben gelehrt / daß kein Obrigkeit under den Chriſten / ſich auch niemandt derſelben gebrauchen ſoll.

§. *22.* Etliche haben gelehrt / daß der bloſſe Glaub allein / ohn Lieb und gute Werck / ſeelig mache / und die gute Werck gar verworffen.

§. *23.* Etliche haben die Clöſter / Pfarrkirchen und Altaria gar abgethan und verwüſt.

§. *24.* Etliche haben bey den Stifften / Pfarren / und andern Pfründen / die Löbliche Chriſtliche Ceremonien und Gebrauch / die biß anhero in gemeiner Kirchen / zu erinnerung und anreitzung alles Chriſtlichen Volcks / zur Andacht / und des Lebens / Leydens / Sterbens / und Werck Chriſti unſers Seeligmachers / geübt worden / abgeſchafft / oder in Abnehmen kommen laſſen / und andere unchriſtliche Ordnung / ihres eigenes Willens / Gewalts und Gefallens auffgeſetzet.

§. *25.* Etliche haben das Predigen in den Clöſteren bey den vier Bettel-Orden / denen ſolches / laut ihrer Regul oder Ordens Profeſſion / und von Alters her im Gebrauch geweſen / gäntzlich abgeſtellt; dardurch vil frome alte Chriſten der rechten wahren Speiſſung Gottes Worts beraubt / und wider ihr Gewiſſen / die newe verführiſche Prediger zu hören / oder aber alles Predigen zu entrathen gedrungen worden.

§. *26.* Item Etliche Obrigkeit / haben ihren Underthanen / bey ſchwerer Straff verbotten / die Predigen des alten rechten wahren Glaubens / in oder auſſerhalb ihrer Flecken zuhören / noch in dieſelbige Predig oder Kirchen zu gehen / oder dem alten Glauben anzuhangen: Und ſo ſie darüber betretten / ſeynd ſie unnachläſſlich geſtraffet worden.

§. *27.* Item etliche binden ihren Dienern in die Pflicht / obgemelte Prediger nicht / ſondern allein ihre verführiſche Prediger zu hören und derſelbigen Sect anzuhangen.

§. *28.* Etliche haben Clöſter / Stifft und verledigter Pfründen-Güter zu ihren eigenen Nutz / oder in andern wegen unordentlicher Weiß / ihres Gefallens gewendet / und dieſelbe nicht weiters / wider ihre fundation verlihen / oder andern zuverleihen / geſtattet.

§. *29.* Item etliche haben in Frawen-Clöſtern die Pröbſt / Confeſſores, Prediger und andere Chriſtliche Fürſteher derſelben Clöſter abgethan / und die verführiſche Prediger / Confeſſores, und Lehrer an derſelben Statt verordnet.

§. *30.* Etliche haben die Clöſter gäntzlich und zum theil zugethan und verſperret / und ihnen Singen / Leſen / Meßzuhalten / Sacramenta / nach herbrachten Chriſtlichen Gebrauch / under ihnen den Ordens-Leuthen außzutheilen / zu empfangen / und zu reichen / verbotten.

§. *31.* Etliche haben die Clöſter von Mann- und Frawen Ordens-Perſonen / Stifftung und andere Pfründen / und der abgeſtorbenen Stifftung und fundationes, ſo von vilen Unſeren Vorfahren / ſeeliger und milter Gedächtnuß / Römiſchen Kayſern / Königen / Fürſten und anderen treffentlichen Ständen

auff-

Digitized by Google

auffgerichtet / wider derſelben letſten Willen und Verordnung gar / oder zum theil / abgethan / oder gäntzlich in Abgang kommen laſſen. Die Mann und Frawen-Ordens Perſonen / jhres Willens / ohne Erlaubnuß jhrer Ordentlicher Obrigkeit / auß dem Cloſter zu lauffen / und in vermeinten Ehlichen oder andern Weltlichen Stand ſich zu begeben / geduldet / oder zugeſehen. Auch den Prælaten und Prælatin / ſolche abzuſchaffen oder darfür zu ſeyn / nicht geſtatten wollen. Auch haben ſie etliche Mann- und Frauen Ordens Perſonen gedrungen / ſich derſelben Clöſter und derſelben Güter ewiglich zu verzeihen / und deſſen Verzeihs-Brieff von ſich zugeben: darinn ſie auch müſſen bekennen / daß jhr Clöſter-Leben Unchriſtlich und Teuffliſch geweſen.

§. 32. Etliche haben den Ordens-Perſonen zugelaſſen / jhre Ordens-Kleider abzulegen / und Weltliche oder andere Kleider / dan jhnen nach Außweiſung jhrer Regel und Gelübden zugeſtanden / zu tragen / und nicht deſto weniger in den Clöſtern zu wohnen geduldet.

§. 33. Etlichen Ordens Perſonen iſt verbotten / andere / ſo zu jhnen in Orden kommen wöllen / anzunehmen / und von den jenigen ſo vorhin in jhren Clöſtern ſeynd / Profeß oder Gehorſame zu empfahen.

§. 34. Etliche haben jhre Kinder und Freund wider derſelben Willen / mit Gewalt auß den Clöſtern genommen und gezogen.

§. 35. Etliche haben die Prieſter / auff Pfarren und anderen Pfründen / wie und wann jhnen geliebt / auff- und abgeſetzet / ohn daß ſie dieſelbige den Ordinarien præſentiret / damit ſie der Gebür nach examiniret und inveſtiret hätten mögen werden: Darzu die Ordinarien / an Gebrauch jhrer Jurisdiction / gegen den Prieſteren / auch an Viſitation der Pfarherrn und Prieſterſchafft verhindert; den Pfarherren und Predicanten zugeſehen und geduldet / daß ſie wider alle Reichs-Abſchid / das Göttliche Wort und Schrifft / jhres Willens und Gefallens / außgeleget / das Ampt der H. Meß in gemein / ſambt dem Gebett für die Abgeſtorbene / verworffen: Chriſtliche Ceremonien vernichtet / ſingen / leſen / faſten / betten / feyren / und ſonſt in Gemein viellerley eigenwillige Thaten / eingeführt; welches nicht allein Unſern zu Wormbs außgangenen Edict / und denen ſeithero auffgerichten Reichs Abſchiden / ſonderen auch Chriſtlicher Ordnung und Andacht / zugegen geweſen / und noch iſt. Uber daß ſolches keinem / er ſey was Stands er wölle / geziembt und gebührt / oder auch keinen Gewalt oder Befehl gehabt haben.

§. 36. Auß ſolchem allem nichts guts / ſonderen mehr gefolget / daß die andere gemeiner Kirchen herbrachte Ubung verachtet / "alle Ober- und Ehrbarkeit in jhrem Predigen geſchändet / geläſtert / die fromme "einfältige Leuth und Layen gegen einander verhetzt: auch ſonſt allerhand Leichtfertigkeit davon entſtanden / die verführige "und hievor verworffene und verleimbte "Lehr überhand genommen / vil verführiſche Irrfall unter gemeinen Volck erwachſen / "alle warhafftige Andacht verſchloſſen / und "zu letſt dahingericht / daß alle Chriſtliche "Ehr / Zucht / Tugend / Gebott / Gottes-"forcht / Ehrbarkeit / und guter ehrlicher "Wandel und Leben / auch die wahre Lieb "deß Nechſten / gäntzlich in Abfall kommen.

§. 37. Und aber ſolches alles nicht allein dem H. Evangelio und Göttlicher Schrifft / ſondern auch dem alten löblichen herkommen und Gebräuchen der Chriſtlichen Kirchen Ceremonien zu wider; auch unbillicher Weiß fürgenommen und beſchehen: So haben Wir Uns mit Unſeren und deß H. Reichs Churfürſten / Fürſten und Ständen / und Sie hinwiderumb mit Uns / Einträchtiglich vereiniget und beſchloſſen / daß obangezeigte / und alle andere / wider gemeine Chriſtliche Kirchen / Glauben / Ordnung / Religion / Ceremonien / und alte löbliche Satzung / lang hergebrachten Gebrauch / ſo durch dieſelbe gemein Chriſtliche Kirch / und vor etlichen hundert Jahren gehaltene Concilia, verordnet / fürgenommen / Newerung abgethan und Caſſiret ſeynd: und Wir darob und daran ſeyn / und verfügen ſollen / und wöllen / wie ſich gebührt / daß ſich die jenige / die ſolche Newerung fürgenommen haben / mit Uns / und berührten gemeinen Churfürſten und Ständen / biß zu einem nechſtkommenden Concilio vereinigen und vergleichen. Subjungit his omnibus Imperator mandata ſua, quid circà SS. Sacramentum Altaris, S. Miſſam, Baptiſmum, Confirmationem, Venerationem Imaginum, & alia in Eccleſiâ obſervari & doceri debeat. Prælertim verò Imperator §. 55. monet, ut abſtineant à falſâ imputatione, indeme ſie ſich nicht geſchämet / daß man das Wort Gottes verdrucken und vertilgen wolle / welches doch Unſer und gemeiner Ständ Will und

Meinung niemahl geweſen / ſed potiùs ut conſervetur verbum Divinum , & purè, non verò ſecundùm Novatorum propriam voluntatem, Nutzen / Neyd / Hoffart / vel ſeductionem ſimplicium Laicorum prædicetur. Ut beneficia Eccleſiaſtica uxoratis Presbyteris adimantur, & alijs conferantur, niſi prævià pænitentiâ abſolutionem impetrent , & uxores derelinquant.

Quia verò *anno 1548. Auguſtæ* declaratio Religionis Catholicæ & omnium articulorum publicata eſt , per quam & Catholici in ſanctâ fide confortari, & qui ab Eccleſiâ receſſerunt , ad eam reduci poſſunt, quando ex eâ, cum gratiâ Divinâ, animadvertent, imputationes Catholicis affixas , falſas omninò , vanas , & frivolas eſſe ; hinc declarationem illam verbotenùs huc inſerere volui , eo fine , ut omnes veræ fidei lumen exindè cognoſcant, & ad gremium Sanctæ Eccleſiæ redeant.

## Von dem Menſchen vor dem Fall.

*Tit. 1.* §. *1.* Gott hat von Anfang den Menſchen erſchaffen zu ſeinem Ebenbild und Gleichnus / und jhn mit Gnaden gezieret / auch durch die erbliche Gerechtigkeit dermaſſen zugericht / daß er in allen Kräfften deß Leibs und der Seelen gantz recht wäre / und von keinem böſen und unordentlichen Bewegungen angefochten wurde / ſondern daß in jhm das Fleiſch dem Geiſt / und die underſte Kräfften der Seelen den oberſten ( welche allein zu den Guten anweiſen ) Gehorſam wären.

§. *2.* Da nun deß Menſchen Gemüth dermaſſen wol zugericht war / hat jhn Gott gelaſſen in der Hand ſeines eignen Rahts / alſo weit / daß er nicht weniger Macht hät zu wehlen das Gut / als das Böß.

35 Hæc de Cardinalibus ſufficiant. Pontifices electi nullum ſuperiorem in terris agnoſcunt. Ita Innocentius Papa: *Nemo inquit, judicabit primam ſedem juſtitiam temperare deſiderantem. Neque enim ab Auguſto, nec ab omni Clero, neque à Regibus, neque à populo Judex judicabitur.* Aliorum cauſas voluit Deus per homines terminare, ſed Sedis iſtius Præſulem ſuo ſinè quæſtione reſervavit arbitrio. *9. q. 3.* item: Oves quæ ſuo Paſtori commiſſæ ſunt, eum nec reprehendere, niſi à fide exorbitaverit, nec accuſare poſſunt. *2. q. 1. Caranza in Summa Concilior. in Decret. Symmachi Papæ. Vid. R. P. Pyrring. in jus Canon. lib. 1. t. 33. ſect. 1. §. 5.* Quâ de re quoad Spiritualia & Eccleſiaſtica dictum *ſuprà n. 12.* Sed ſi Pontifex controverſias cum aliis, Imperatore vel Rege habeat, an in propriâ causâ poſſit eſſe Judex? contrà *Reſtaur. Caſtald.* qui affirmativam tuetur, tradit, *Aventin. in lib. 6. Annal.* quod Imp. Ludovicus IV. unà cum Statibus Imperij Francofurti anno 1338. id contradixerit. *Selden.* in ſeinem Bedencken. §. Zum Eilfften. Ubi quoque §. *12.* quæſtionem tractat: *An Papa ſit ſuprà Concilium, vel Concilium ſuprà Papam?* Si nimirùm Papa ſe Concilio ſubmittere nolit. Difficillimam ait reſolutionem. Hoc tamen certum eſſe, quod ubi de negotio fidei agitur, vel ubi Schiſma exſurgit, vel ubi de reformatione totius Eccleſiæ tractatur, tunc Concilium ſit ſuprà Papam, veluti in Concilio Conſtantienſi declaratum, & in Baſilienſi repetitum. Si Papa hæreſeos ſe participem faceret, ſi crimina committeret cum ſcandalo Chriſtianitatis, propter quæ Concilij convocatio requireretur, ſi in delirium incideret, ſi ſenectus intellectum debilitaret: In talibus circumſtantiis Concilium primas habet, & ad illud etiam invito Papâ appellari poteſt, argumento *c. Achatius 24. q. 1. c. Anaſtaſius 19. diſt. Abbas ibid.* cujus rei exempla d. loco recenſet. multi ſancti Pontifices purgando innocentiam ſuam de criminibus, ſe Conciliis ſponte ſubjecerunt, veluti Damaſus, infamatus de adulterio coràm 42. Epiſcopis ſe purgavit, *Selden. d. loc.* In *Concilio Conſtantienſi Seſſ. 15. §. 12.* definitum eſt: *Nemo gerit vicem Chriſti vel Petri, niſi ſequatur eum in moribus, quia id ad officium Vicarij requiritur. & §. 13. Papa non eſt manifeſtus & verus ſucceſſor Apoſtolorum Principis Petri, niſi ſequatur eum in moribus, cùm nulla alia ſequela ſit pertinentior, nec aliter à Deo recipiat procuratoriam poteſtatem, quia ad illud officium Vicarij requiritur & morum conformitas, & inſtituentis autoritas. Et pari evidentiâ Cardinales non ſunt manifeſti & veri ſuc-*

36

*ſucceſſores Collegij aliorum Apoſtolorum Chriſti, niſi vixerint more Apoſtolorum, ſervantes conſilia & mandata Domini noſtri JESU Chriſti. Bartholom. Caranza in Summa Concil. loco ſuprà citatò ex Concil. Conſtant.* Vide etiam *R. P. Pyrring. ad jus Canonicum lib. 1. t. 6. ſect. 9. n. 421.*

37 De Conciliis & eorum convocatione dictum quoque ſuprà *lib. 1. tit. 1. p. 2. n. 13. & multis ſeqq.* quò remitto. Ut autem decreta Conciliorum non infringantur, protectores potentes eorum eligi ſolent, quemadmodum Ludovicum Comitem Palatinum Rheni Ruperti, Regis Romani filium, Conſtantienſis Concilij Protectorem ac defenſorem electum fuiſſe, & Johannem XXIII. Papam à Concilio ſibi traditum tribus fermè annis in cuſtodiâ tenuiſſe, autor eſt *Trithemius in Chron. Duc. Bavar. p. 117.* Et Regem Hiſpaniarum Decretorum Concilij Tridentini protectorem eſſe ſcribit *Cavall. in commun: contrà commun. q. 897. n. 220.* ad hoc *cap. 20. ſeſſ. 25.* Concilij ejuſdem allegans, ubi tamen non Rex Hiſpaniæ in ſpecie, ſed Imperator, Reges, Principes & Status omnes, ea quæ ſunt Eccleſiaſtici Juris, patrocinio ſuo tecta venerari, & in libertatem illorum impedientes, animadvertere monentur. *Mager. de advocat. armata cap. 2. n. 98. §. ſic & Protectores. Speidel. in Spec. verb. Concilia.*

Porrò tradit *Seldenus*, Regem Francorum Pipinum, Imp. Carolum Magnum,
38 Comitiſſam Mechtildam præclaras Pontificibus feciſſe donationes, in quibus Cæſareis legibus Pontifices utuntur, prout dicit D. Cyprianus ad Imp. Julianum: quod Pontifices per curſum temporalium rerum Imperialibus legibus utantur: *c. quoniam. 10. diſt. &* textus *in §. Item David. 2. q. 7.* declarat quod David præerat Sacerdotibus & Prophetis in cauſis ſeculi. Nullam ergò amplius ſupereſſe Juriſdictionem Imperatoris in terris Pontificis, eò quod Impp. eidem etiam juratò renuntiaverint. *Clementina Paſtoralis. de jurejur. per Bartol. in extravag. ad reprimendum. in verbo. totius orbis.*

39 Donationem verò Conſtantinianam eſſe fabuloſam tradit Seldenus, quia Conſtantinus Magnus diviſionem fecit inter filios, ex quâ Conſtantino Juniori Roma cum toto occidentali Imperio obtigerit, *Naucler. Chron. fol. 2. generat. 2.* Et templum Pantheon Romæ demùm à Phoca Imperatore, qui trecentis poſt Conſtantinum annis vixit, Papæ Bonifacio VIII. datum. Non poſſe Papam regna transferre ab unâ natione in aliam, non obſtante *Clementina prima. de jurejur.* & traditis 40
*Auguſtin. de Anchar. tr. de poteſt. Pap. q. 37.* Carolum Magnum non per donationem Pontificis, ſed per alia legitima media ad Imperialem Thronum perveniſſe; qui inſuper non à Pontifice, ſed immediatè à Deo cum ſuâ dignitate & poteſtate procedit; atque jàm Imperialis autoritas floruit, antequàm Pontificatus in rerum naturâ eſſet. Undè Innocentius Papa loquens de poteſtatibus ſecularibus dixit: *Eas à Deo fuiſſe conceſſas, iisque, non Dei miniſterio, datum fuiſſe gladium, c. quaſitum 23. q. 4.* & D. Auguſtinus inquit: *Jura humana per Imperatores & Reges ſeculi Deus diſtribuit.* Nec non S. Cyprianus ait: *mediator Dei & hominum, homo Chriſtus JESUS, actibus propriis & dignitatibus diſtinctis, officia poteſtatis utriuſque diſcrevit. c. quoniam. 10. diſt.* Itaque Imperator potius in temporalibus eſt Vicarius Chriſti, atque non à Pontifice, ſed à Sereniſſimis Principibus Electoribus eligitur, ex quâ electione, antequàm coronetur à Papa, plenum jus Imperiale & poteſtatem adminiſtrandi conſequitur, utiturque titulo Regis Romanorum & Imperatoris; & juramentum quod Pontifici præſtatur, velut juravit Imperator Otto, *c. tibi Domino. 63. diſt.* non eſt homagium, neque Pontifici ex conſecratione & coronatione Cæſaris aliqua ſuperioritas accreſcit, utpotè quæ ex devotione magis & pietate ſuſcipitur.

Dicta ſunt multa de Sanctâ Sede Apoſtolicâ & Pontificibus, quibus ſemper ſua permanere autoritas, tanquam Vicariis Chriſti Domini, debet. Sed an & quatenus ſe illa extendat ad Imperium & Juriſdictionem ſecularem, atque Imperatores à priſtinis juribus in Statu Romano planè excludat, altioris eſt indaginis. Certum enim eſt, Impp. Romanos jura ſuperioritatis in Statu Romano exercuiſſe; Certum eſt, etiam poſt decantatam donationem Conſtantinianam, jura ſua ſpeciatim non renuntiata non deſeruiſſe; Certum eſt, feuda & vaſallos in Statu Roma-

mano etiam poſt dictæ donationis tempora, habuiſſe, veluti patet ex *Bullâ Pontificia Clementis VI. anno 1546.* in verbis: omnibus privilegiis, indulgentiis, gratiis & immunitatibus, realibus & perſonalibus, ab *Eadem Eccleſiâ & Imperio Romano* conceſſis, omnium etiam *feudorum*, bonorum, *&c. quæ ab Eccleſia & Imperio prædictis obtinent*; Certum eſt, vaſallos inſignia Imperij, Aquilam Imperialem in ſignum fidelitatis & vaſallagij ab Imperatore, ante portas Palatiorum ſuorum affixa geſtare; Certum eſt, eos Inveſtituras Imperiales in manibus habere, & conſequenter in malâ fide & felonia eſſe, ob non requiſitam multis annis Inveſtituram; Certum eſt Impp. nunquam deſeruiſſe jura Imperialia, nec deſerere potuiſſe, propter obligationem, quæ ipſis, ex Capitulationibus Cæſareis, ad recuperanda feuda Imperij, præſertim in Italiâ, perpetuò incumbit. Certum eſt, quod nullus Pontifex etiam hæc feuda ulli alteri in feudum conceſſerit; Certum eſt, quod nonnulli Vaſalli Imperiales, & in ſpecie, uti relatum eſt, *Epiſcopus Garſinenſis*, contra Apoſtolicæ Cameræ prætenſiones in puncto Collectarum, ſe ex ſolo capite, quod feuda ſint Imperialia, defenderint, & ſententias abſolutorias reportaverint. In his circumſtantijs competit utique Suæ Cæſareæ Majeſtati, atque ex debito Imperatorij muneris obligata eſt, ut Vaſallos ubicunque locorum, & ſub quacunque Juriſdictione aliàs habitent, pro præſtandis juribus & obligationibus feudalibus, & in caſu caducitatis citare poſſit. Textus juris feudalis in hanc rem ſunt expreſſi, *in lib. 2. feud. tit. 8. §. ult. & tit. 23. §. fin.* nec non *tit. 55*, præterea, cum omnibus interpretibus communiter. Quin imò ipſi Pontifices hanc ſententiam approbarunt, prout in Jure Canonico, in *c. ex tranſmiſſâ. de For. competent.* & *c. cæterùm. de Judic.* Pontifex Alexander. III. ordinavit, *quod cum coram Epiſcopo Trecenſi aliquis de poſſeſſione feudi traxiſſet cauſam, Dominus autem feudi ſub debito fidelitatis inhibuiſſet, ne de ſeculari feudo in judicio Eccleſiaſtico reſponderet*, Pontifex decidit, *per Dominum feudi cauſam eſſe determinandam, quia Domini feudi iſta cognitio ſit.* Atque hoc eſt ubivis locorum indubium, quod Dominus feudi, quoad Intereſſe feudale, Vaſallos, etiam in alterius Territorio habitantes, citare poſſit, ad recognitionem & Inveſtituram, ad reſpondendum ſuper feloniâ, ſuper ſervitijs feudalibus, & id genus alijs: Nam licet aliàs feudalitas, in alijs punctis, non tribuat Juriſdictionem Domino directo, ſuper Vaſallo in alterius Juriſdictione habitante; tamen id non procedit in cauſis feudum ipſum & ejus conditionem principaliter concernentibus; nec enim Dominus Territorialis Vaſallum inveſtire, nec de feloniâ cognoſcere, nec conſenſum ad contrahenda ſuper feudo debita impertiri poteſt, quæ omnia à Domino feudi proficiſci debent.

Quodſi verò Dominus territorialis citanti Domino feudi ſe opponat, ſi citationem in ſuo Territorio inſinuari vel affigi prohibeat, Juſtitiam offendit, dùm media denegat, quæ ad finem conſequendum ordinantur, contra apertiſſima jura, & Vaſallos, malæ fidei poſſeſſores, *in ſuâ* contumaciâ confortat.

Quodſi deſiderat, ut Dominus feudi, ad citationem inſinuandam, ipſum requirat, id nullibi in jure præſcriptum eſt, imò jura potiùs Domino feudi attribuunt, ut propria autoritate actus ejuſmodi exercere queat. Id quod in feudis ipſis & habitationibus Vaſallorum extra omne dubium eſt; Quodſi verò Vaſalli in pluribus locis alicujus Provinciæ habitent, latebras quærant, vel ignoti ſint, prout plurima feuda Imperatori ſunt denuntiata, tunc per affixionem Edicti publici citari poſſunt, qui quoque eſt actus Domino feudi (niſi vel obſervantia, poſt contradictionem obtenta, vel ſpecialia pacta obſiſtant) competens, & jura Territorialia non tangens, quatenùs in proſecutione ſolius Intereſſe feudalis conſiſtit, atque eò magis, ſi Dominus feudi Palatium in loco habeat à Juriſdictione exemptum, atque ibidem nullâ in contrarium obſtante obſervantiâ, Citationes Vaſallorum affigat. Indignum enim profectò eſt, ſi in his circumſtantijs Dominus territorij Dominum feudi impediat, ſi Vaſallis, licet cœterùm ſubditis ſuis, recognitionem feudorum, præſtationem juramenti fidelitatis, exhibitionem documentorum feudalium, & antiquarum Inveſtiturarum, ſub graviſſimis pœnis & comminationibus inhibeat, Nihilominus accidere talia ſolent; Et graviores

cir-

Digitized by Google

circumſtantiæ ſunt, ſi ab Eccleſiaſtico contrà Principem ſecularem talia fiant, quia utique ex præcepto Divino, *danda ſunt Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, & quæ ſunt Dei Deo.*

Pontifici in jure Canonico multa attribuuntur *ut modo ſuprà dictum.* Quod à Deo ſit ſuper Regna & gentes conſtitutus, tantumque præſtet Cæſari, quantum Sol Lunæ, aurum plumbo, anima corpori. *c. Principes X. de majorit. & obed. c. unam Sanctam. Extravag. comm. eod. tit. c. ſollicitæ. x. de major. & obed. c. duo ſunt cum ſeqq. diſt. 96.* Imperia & Regna conferat & transferat, *c. ad Apoſtolicæ. de ſent. & re jud. in 6. c. alius 15. q. 16. Theſ. Baſil. Tom. 5. diſp. de homag. 17. concl. 91. & ſeqq.* Ubi de Regnis Neapolis, Siciliæ, Arragoniæ, Sardiniæ, Hieruſalem, Angliæ, Hiberniæ & Hungariæ; Qui alios judicaturus à nemine judicandus. *c. ſi Papa. diſt. 40. c. nemini 16. q. 4.* neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à populo. *c. nemo 9. q. 3.* cui univerſalis Eccleſiæ Imperium à Deo datum eſt, *c. 1. diſt. 22.* qui ideo non puri hominis, ſed vices Dei in terris gerit. *c. quando §. 1. & c. inter corporalia in pr. vers. non enim humana X. de translatione Epiſc.*

Adoranda Pontificis in Spiritualibus, & veneranda ſemper ſumma in Eccleſiâ poteſtas. Sed an in ſeculari Juriſdictione parem obtineat, multi negant, & eundem illis, quæ Juriſdictionis ſecularis ſunt, adinſtar reliquorum Principum Eccleſiaſticorum, Cæſari ſubeſſe contendunt, *Theſ. Baſil. vol. 2. diſp. 13. th. 8.* cum & Chriſtus Dominus ipſe omnem Juriſdictionem Politicam à ſe abdicaſſe legatur. *Math. 20. vers. 25. Luc. 12. vers. 22. Joh. 6. vers. 15. & c. 18. vers. 36.* Atque Apoſtoli, Magiſtri ſui veſtigiis inſiſtentes, idem fecerint, *Joh. 20. v. 2. Math. 10. v. 20. & c. 28. in fin. 1. Petr. 5. v. 1. & 3.* ſic Chriſtus Dominus pro ſe & Petro ſolvit tributum Cæſari, *Math. 17.* Atque Chriſtus Dominus, Apoſtoli, & eorum Succeſſores, vixerunt ſub Principum ſeculi coactivâ Juriſdictione. Magiſtratus enim Politicus immediatè dependet, à Deo, *Rom. 13. v. 1. Sapient. 6. v. 4. Proverb. 8. v. 15.* Hinc hodieque omnis Juriſdictio, in temporalibus Eccleſiarum juribus, inter Principes Germaniæ controverſis, ex Concordatis cùm Nicolao V. Pontifice ad Cameram ſpectat. *Gilman. tom. 5. vot. unic. n. 2. & 3.* adeò ut nulla à Curiis Statuum Eccleſiaſticorum ad Pontificem concedatur appellatio. Atque Pontifices pœnam ſanguinis infligere nequeunt. *c. in Archiepiſcopum Extra. de raptor.* Ita ut Clerici, ob irregularitatem, nequidem ad accuſandum admittantur, *c. Sacerdotum. 2. q. 7.* quia Eccleſia neminem ad mortem condemnat, *c. ſententiam ſanguinis, nec. Cler. vel. Monach.* Et judex Eccleſiaſticus non poteſt exercere jura ſanguinis, *c. Clericis Extra ne Cler. vel. Mon. ſec. neg. ſe immiſc.*

Attamen Pontifex etiam in ſecularibus eſt Princeps Italiæ, ita ut diſputare de ejus poteſtate, vel ambigere in ſuo territorio ſit ſupervacaneum, *Gædd. in c 1. de ſequeſtr. fruct. n. 73. Frider. Tilemann. part. 2. diſp. 18. & 22.* Ideò, undecunque iſta poteſtas, ſivè ex donatione Conſtantinianâ, ſive ex aliis Impp. largitionibus provenerit, illibata eſt conſervanda, pro exaltatione Eccleſiæ Sanctæ Catholicæ, ex ſingulari providentiâ Divina, contra adverſarios oppugnantes. Dubio omni remoto, quod ſicut Imperator tribuit Deo, quæ ſunt Dei, ita Pontifex daturus ſit Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, utpotè qui eſt Imperator Romanorum, nec non Protector & Advocatus S. Eccleſiæ.

Adjungo adhuc ſequentia ex *Guilielm. Barclaio in tract. de Poteſt. Pontif.* Etiamſi Reges & Principes in Eccleſiæ gremium ſe conferant, & ſummo Pontifici ſe in adoptionem dent, inſignia tamen Imperij, & quidquid uſpiam temporalis Juriſdictionis aut patrimonij habent, eodem planè jure, quo ante, libera, integra & intacta retinent. Nimirùm, florente plurimùm Republica Chriſtianâ, mille circiter annis in Eccleſiâ, nulla de poteſtate temporali Papæ, non dicam expreſſa declaratio, ſed nec leviſſima mentio fuit. Nemo extitit, qui ſe Impp., jure Divino ſuperiorem in temporalibus non recognoſcentibus oppoſuerit. Quin imò, ut quiſque doctrina & ſanctimoniâ magis excelluit, ita Imp. ſubmiſſiùs obſervans, ejus ſe ſubditum & ſervum eſſe profeſſus eſt, exemplo *B. Gregorij Magni lib. 2. Epiſt. 61. indict. 11.* Nihilominus cum tempore ambitioſa exarſit dominandi libido, & magnâ Regum & Principum ſecularium æmulatione, quod ini-

initio merè fuit ſpirituale, temporalis poteſtatis acceſſione prolatum eſt. Quod ſtudium, licet nonnullis ad ornamentum dignitatis pertinere videretur, quâ Chriſti in terris Vicarius & B. Petri ſucceſſor fungitur, tamen eò arrogantiæ poſtea devenerunt Pontifices, ut non ſolùm Reges de ſolio dejicere, ſed & regna ampliſſima occupanti concedere ſibi licere in animum inducerent. Gladius excommunicationis magnam illis autoritatem addidit, qui magno terrori fuit, ut populus fulmen excommunicationis neque contemnere, neque negligere auderet. Neque cum tempore modò hæc poteſtas Pontificibus aperta, quaſi eam primis annis exercere non potuiſſent, quia potiùs ſpirituali poteſtate contenti, quam in omnes æquali jure exercebant, à temporali, quam ad ſe non pertinere ſciebant, abſtinuerunt.

---

# *Liber I. Tituli V. Pars VIII.*

## *PROSECUTIO SUPERIORIS DISCURSUS DE S. R. IMPERII ELECTORIBUS ET PRINCIPIBUS.*

SUMMARIA.

43. *DE Principibus Electoribus.*
44. *Originem Electorum incertam eſſe.*
45. *Eorum jura & potentia creverint.*
46. *Aliæ Electorum prærogativæ.*
47. *Jura Electoris Moguntini.*
48. *Officia Archicancellariatûs Trevirenſis & Colonienſis hodie non exerceri.*
49. *Præter hos tres Electores dari etiam alios multos Epiſcopos, qui ſimul ſint Principes Imperij.*
50. *An poteſtas Eccleſiaſtica cum temporali in eodem ſubjecto ſubſiſtere poſſint?*
51. *Status omnes Imperij dividi in Eccleſiaſticos & ſeculares, nec non tria Imperij Collegia.*
52. *Quot ſint Imperij Romani Circuli, & quæ Statuum Imperij requiſita ſeu notæ.*
53. *An aliquis immediatus eſſe poſſit, licet non ſit ſtatus Imperij, & quid de immediatâ Nobilitate Equeſtri?*
54. *De Electoratu Palatino & Bavarico ex Inſtrumento pacis.*
55. *Inveſtitura Ducis Brunſuico Hanoverani.*
56. *Elector Palatinus & Saxo ſunt Vicarij Imperij.*
57. *Controverſia inter Elect. Bavarum & Palatinum de Vicariatu.*
58. *Elector Bavariæ petijt confirmationem actuum Vicariatus ab Imp. & quomodo illa conceſſa.*
59. *Electores habent Collegium ſeparatum.*
60. *Unio Electoralis.*
61. Rheiniſche Verein.

PRæcipui inter Electores ſunt tres Ec-
cleſiaſtici, *Moguntinus*, *Trevirenſis*,
43 & *Colonienſis*, Archi-Cancellarij per
Germaniam, Galliam & Italiam. Eſt e-
nim hoc Archicancellariorum munus ſu-
blime, apex honorum, & velut animi am-
bientis honoriſtitium. Inter ſeculares *Rex
Bohemiæ* eſt Archipincerna, & in celebra-
tione ſolemnis Curiæ Imperatori primum
poculum porrigit. *Bavarus* eſt *Archida-
pifer*, & in ſolemni proceſſione geſtat po-
mum Imperiale. *Saxo Archimarſchallus*
præfert Imperatori, gladium evaginatum.
*Brandenburgicus Archicamerarius* Impera-
tori aquam porrigit, & in proceſſione
Sceptrum præfert. *Comes Palatinus Rhe-
ni Architheſaurarius* in ſolemni deductio-
ne Regis Coronati ad palatium in circum-
ſtantem populum nummos aureos atque
argenteos ſpargit. Singulique ſeculares
ſuos in iſtis officiis habent Vicarios. Hæc
jura quando iſti Principes nacti ſint, non 44
ita liquidò conſtat. Non enim deſunt,
qui ad Imp. Ottonem III. & Gregorium
V. Pontificem, Electorum Inſtitutionem
referant; vera tamen conſtitutio ſive Ot-
toniana, ſive Gregoriana à nemine hacte-
nus eſt reperta. Illud certum eſt, poſt
tempora Ottonis, ditiones ampliſſimas at-
tributas eſſe illis, qui prius officia præci-
pua in Aula Cæſarea obibant. Nam Ma- 45
giſtratuum nomina & officia olim fuerunt
Dux, Marchio, Landgravius, Comites va-
rij generis. Hodie, retentis nominibus,
majus jus ſui ſtatus acquiſiverunt, quia pri-
ſtina officia in ampliſſimarum ditionum
Principes perpetuò & hæreditariè ſunt col-
lata. Inter reliquos itaque Principes inſi-
gni

Digitized by Google

gni auctoritate conſpicui ſunt Electores,
46 quibus ſolis pleraque negotiorum ſolet proponere Imperator, cumque ipſis maximarum rerum transſigere momenta. Atque quidquid antiquitùs circà electionem Regum obſervatum fuerit, in qua ſucceſſivè populo, militiæ, & pluribus fortè ex Optimatibus locus fuit, ſenſim tamen illi Imperij Officiales, quos hodie Electores vocamus, in electoribus Impp. eminere cœperunt, donec illud jus ſibi ſolis videntur vindicaſſe, quod poſtea Aureæ Bullæ publica & ſolemni ſanctione confirmatum eſt, in qua, & eligendi ratio & Electorum poteſtas continentur. Hinc enim Collegium Electorale habet ſolemne, propriumque & ſingulare corpus ſeu Collegium, tam in Conventibus Imperij omnibus, quàm extra Comitia & ad alia negotia expedienda, cui innititur *pactum unionis*, quodque jus habeant, quotannis, & quoties volunt, ſe congregandi & rerum maximarum præconſultationem, vel cum Imperatore peragere poſſint. Singuli præterea Electores jus habent præſentandi duos in Camera Aſſeſſores, cùm aliàs integri Circuli non niſi totidem conſtituant. Inter Collegia in Comitiis Principes locum Ordinis autoritatiſque tenent, nec pro inveſtituris & Jurium confirmationibus quicquam taxæ in Aula Cæſarea ſolvunt.

Sunt itaque Electores tres Eccleſiaſtici, & quinque hodie ſeculares, ut modò ſupra dictum, Quibus adjunctus eſt nonus, Dux Brunſuico Hanoveranus, nullo adhuc officij Electoralis titulo inſignitus. *Moguntinus* inter omnes primum tenet Electora-
47 tum, cui nec Rex quidem Bohemiæ controverſiam facit. Decanus eſt Collegij, dirigens electionem, convocat Coëlectores, edicit diem, tum ad actum electionis, tum ad Diætas Electorales & Collegiales, jusjurandum reliquorum excipit, proponit, ſuffragia Colligit, concludit, decretum electionis pronuntiat, Capitulationem conficit, ſive ex votorum pluralitate perſcribit atque dirigit. Inſuper, ut Archicancellarius per Germaniam, ſubſcribit & ſubſignat, vel ipſe, vel per ſuum Imperij Vice-Cancellarium, Decreta Imperatoris & Imperij in Comitijs, & Conventibus, nec non extrà conventus, & alia Imperij nomine publicanda. Aſſervat Imperatoria ſigilla, Actorum Imperialium, Archivi, Matriculæ, Monumentorum & Documentorum depoſitarius & cuſtos eſt, ita ut etiam expeditionem Italicarum rerum per Vice-Cancellarium adminiſtret. Directorium habet in Imperij Comitijs aliiſque Conventibus, omni tempore locôque ſecundus à Cæſare. Solus in Aula Cæſarea Vicarium ſeu Vice-Cancellarium habet, Cancellariam Imperialem Aulicam & Cameralem conſtituit, & ex Salarijs & taxa Imperiali ſuſtentat. Eſt Protector & Director poſtæ Imperialis, viſitat Conſilium Imperiale Aulicum & Cameram. Legati Electorum Principum & Ordinum Imperij alijque deputati in Comitijs, ſoli ſe ſiſtunt Moguntino: Mandata & Credentiales offerunt, deſuper atteſtationes poſtulant, atque diſceſſuri ante finitum conventum veniam petunt, & quæ aliæ ſunt prærogativæ.

De *Archicancellariatu Electoriæ Trevirenſis* per Galliam & Regnum Arelatenſe, 48
nec non *Electoris Colonienſis* per Italiam hodie tanta dici non poſſunt, cùm ſolus Elector Moguntinus adhuc effectivè exerceat ſuum Archicancellariatum, reliqui duo officij ſui Archicancellariatus emblemata tantum & titulos retineant. In reliquis tamen omnibus tanquam Electores auctoritate ſuâ pollent, & prærogativis in A. B. attributis pleniſſimè fruuntur. *Electoris Trevirenſis urbs* præ alijs antiquiſſima, quæ ante Romam annis mille trecentis ſtetiſſe dicitur. Quinimò conſervatur *Trevirenſis & Colonienſis Archicancellariatus* in ijs locis, quæ in Gallia Italiaque de Jure ad Imperium ſpectant, licet modò ſint avulſa, & hujus Imperialis dignitatis exercitium hactenus excludant.

Cæterùm ſicut hæ tres perſonæ Eccleſiaſticæ, Archiepiſcopi videlicet Moguntinus, Trevirenſis & Colonienſis, Sacri ſimul ſunt Imperij Romani Principes & Electores, ita pariter inter reliquos Principes multi Archi-Epiſcopi reperiuntur, qui 49
non minus ac ſeculares, regalia ſua immediatè ab Imperio poſſident, Collectas Imp. ſolvunt, homagium præſtant, & ab ijs ad Cameram Imperialem, non Romam ad Pontificem appellatur *Mynſ. 1. obſ. 14. R. I. anno 54.* §. **Als ſich auch/ x. 164.** Talis enim fuit Veterum devotio, ergaque religionem affectio, ut omnia rectè proceſſura crederent, ſi ſuis Conſilijs Religio-

nis Antiſtites intereſſent. Licet enim E-
piſcopus, quà talis, temporalem non ha-
50 beat juriſdictionem, *c. lator x. qui fil. ſint. leg. c. ſi clericus. X. de foro compet.* nec ipſe Pontifex. *c. Venerabilem 34. X. de Elect. c. novit de judic. Bellarmin. in controv. de Rom. Pontif. l. 5. c. 5.* niſi ex defectu Juſtitiæ ſecularis. *c. licet. c. ex tenore. de foro comp.* vel reſcripto Imperiali, *auth. ſiquis. C. de Epiſcop. aud.* aut prorogatione vel conſenſu partium, *l. qui ex conſenſu. de Epiſc. aud.* ſicut olim priuſquam Imperator in Germania reſideret, & Camerale ſummum tribunal inſtitutum eſſet, non infrequens fuit, cauſas etiam graviſſimas, in Romana vel Epiſcopali aliqua Curia tractari, ut refert *Winzler. in tr. de Juriſd. Epiſcop. German. tit. 21.* Non tamen penitus incapaces Juriſdictionis ſecularis ſunt Epiſcopi, quin eam cum Eccleſiaſtica tractare poſſint, *Bellarmin. d. loc. c. 9. Petr. Bertand. de juriſd. Eccleſ. & ſecul. c. 3.* Quis enim neſcit Pontificem Romanum Secularē quoque in Patrimonio Petri exercere Juriſdictionem? Et quis Epiſcopis Germaniæ eam abnegare auſit? cùm præſertim tanti ea momenti eſſe in his perſonis videatur, ut ſine ea jam dudum ſedibus ſuis omnes Epiſcopi unà cum religione pulſi fuiſſent. *Bellarmin. d. c. 9. verſ.* Denique, ut hæc utriuſque poteſtatis conjunctio Columna & petra ſit Religionis Catholicæ. His igitur Principibus Epiſcopis hoc datum, ut quoad ſpiritualia Papam, quoad temporalia & Regalia Imp. recognoſcant; tanquam Epiſcopi ad Synodos & Concilia, tanquam Principes ad Comitia vocentur.

Nec Jura vel divina vel humana hîc repugnant. Nam Epiſcopi ſecularibus ſe negotiis ſaltem quà tales, immiſcere prohibentur, ne politica poteſtas cum Eccleſiaſtica confundatur, quanquam multa hîc objiciat *Carpzov. ad L. Reg. c. 3. ſect 9. in pr. uſque ad nu. 28.* ubi tandem conjunctionem utriuſque poteſtatis admittit, præſertim ſi jam ab initio fundationis Epiſcopi utramque obtinuerint poteſtatem, & ſi per illam à ſpirituali procuratione non avertantur. Hinc nec Auguſtanæ Confeſſioni addictos Pontifici temporalem in Patrimonio S. Petri poteſtatem denegare, ipſoſque Theologos eorum, Melanchtonem, Bucerum, Hedionem, Frechtum huic aſſertioni non contradicere: ſubjungens in fine prohibitionem Juris Divini ſaltem illos Epiſcopos concernere, qui verè tales ſint docentes Myſteria divina & Sacramēta adminiſtrantes, quæ propria Sacerdotum & Epiſcoporum cura. Noſtrates Epiſcopos hodiè ſacris his actionibus deditos haud eſſe, hinc prohibitione divinâ non tangi, & ex Proteſtantium ſententia titulo tenùs ſaltem eſſe tales, juraque Epiſcopalia ex pacto Religionis exercere.

Nota hæc eſſe videtur in Epiſcopos non levis, quæ, ſi aliquibus rarò, nunquam omnibus inuri poſſit. Moyſes, qui 40. annis populo præfuit, utramque exercuit poteſtatem, Eccleſiaſticam & ſecularem. Illam evincunt ſacrificia & preces, juſque ſacrandi Aaron & filios in Sacerdotes, hanc Juriſdictio per 70. viros. *Num. 11. Exod. 18.* quæ continuata in Samuele Propheta, Jonathâ, Simone, Mathathia, Davide uſque ad adventum Chriſti. Ecquis verò penes *Chriſtum Salvatorem* noſtrum utramque reſediſſe poteſtatem inficiari audet: *cui data eſt omnis poteſtas in Cælo & in terra?* cujus pedibus omnia ſunt ſubjecta. Nec rejecit ille poteſtatem temporalem, *Luc. 12.* uti ſuprà oppoſitum, ſed exercitium Juriſdictionis populi Judaici in Ethnicos. Noluit accipere Regnum electione mundana, cùm Rex eſſet jure hæreditario à Patre, noſque à regiminis mundani cupiditate, potius ad Regni Cæleſtis amorem traducere vellet. Temporalem nihilominus exercuit poteſtatem, dum flagello ejecit ementes & vendentes, numularioſque in templo. Hancque poteſtatem Chriſtus ad Petrum & ſucceſſores ejus derivavit, juxta. *c. omnes. diſt. 22.* ubi dicitur: *Salvator B. Petro terreni ſimul & Cæleſtis Imperij jura comiſit.* Et quamvis initio naſcentis Eccleſiæ, pauca Juriſdictionis ſecularis exercitæ veſtigia appareant, cum convertendis animabꝰ potiꝰ omne tempus attributū fuerit, Nihilominus *S. Auguſtin. Epiſt. 42.* teſtatur, ſe lites diremiſſe, & *Poſſidonius lib. 8. c. 19.* in vita ejus refert, ipſum vacâſſe litibus dirimendis aliquando uſque ad horam refectionis, aliquando tota die jejunâſſe, ut jus diceret, *Baron. tom. 3. anno Chriſti 398.* Quinimò ipſe *S. Auguſtinus Confeſſ. 6. c. 3.* de S. Ambroſio teſtatur, adeò ipſum cognitione alienarum litium obrutum fuiſſe, ut vix ei daretur reſpirandi facultas. De S. Chryſoſtomo & Sineſio Ptolemaidis Epiſcopo, quod

Digitized by Google

quod jus de Civilib⁹ controverſiis dixerint, tradit *Chockier in vindic. c. 4. n. 5. 6. 8. & c. 6.* probat hæc Apoſtolorum decretis eſſe conformia.

Quid quod tanto jam tempore, cujus initij non exſtat memoria, Archiepiſcopi & Epiſcopi, cum poteſtate Eccleſiaſtica obtinuerunt legitimè Ducatus, Comitatus, Baronias cum Juriſdictione temporali, ut certa tot annorum obſervantia non mutanda, ſed vetuſtas pro lege ſit. Et quamvis Jura Divina mutari haud poſſint quod tamen cum his juribus utriuſque poteſtatis conjunctio non pugnet à multis demonſtratum. Carolus M. devicta Saxoniâ decem, vel ſecundum alios octo fundavit Epiſcopatus, Bremenſem, Paderbornenſem, Hildeſienſem, Monaſterienſem, Oſnabrug. Mindenſ. Halberſtadienſem & Verdenſem, juſque inveſtiendi Epiſcopos à 153. Epiſcopis in Synodo congregatis obtinuit. *c. Adrianus 2. diſt. 65.* uti & Otto I. Imp. *c. in Synodo. de diſt.* ſed cum res poſtea traheretur in Controverſiam, tempore Henrici V. Imp. ita compoſita eſt, ut inveſtitura, quæ per annulum & baculum fieri ſolet à Pontifice, quæ autem per ſceptrum, regalia denotans, per Imperatorem expedienda ſit, ſecundum *Bullam Calixti Papæ de anno 1122. Calend. Oct.* apud *Naucler. in Chron. lib. 2. gen. 38.* Nec ſupereſt quod amplius objici poſſit, dum A. C. Status ipſimet, poſt Pacem Religionis, duplicem perſonam ſuſtinere dicuntur, Principis & Epiſcopi. *Leippold. de concurrent. Juriſd. q. ult. Petr. Syring. de Pace Relig. concluſ. 29.* ut Juriſdictionem ſecularem jure territorij, de quo ab Imperatore inveſtiti, auß Lands-Fürſtlicher und hoher Obrigkeit: Eccleſiaſticam verò, unà cum iis, quæ ſunt legis Diœceſanæ atque Ordinis, per eorum Superintendentes, vigore decreti Paſſavienſis, hodieque etiam jure territoriali exerceant. Quamvis temporalis poteſtas facilius perſonæ Eccleſiaſticæ, quàm poteſtas Eccleſiaſtica perſonæ ſeculari inhærere poſſit. Id quod animadvertens *Pet.* Wolffrum *in diſp. de princip. eorumque jurib. in Imp. Rom. concl. 10.* arbitratur, Principes A. C. non ſe gerere pro Epiſcopis, nec eo animo Juriſdictionem Pontificis & Epiſcoporum in ſuis territoriis ſuſpenſam exercere, ſed quoad externum ſaltem cultum, Religionis gerere curam. Deficit illis nimirùm Hierarchia Eccleſiaſtica, fundamentum poteſtatis Eccleſiaſticæ latet. *Quomodo enim prædicabunt, niſi mittantur, & quis mittet, niſi Superior in ordine hujus poteſtatis ſpiritualis?* Poteſtatem clavium Regni Cælorum Chriſtus Petro, Apoſtolis, Eccleſiæ tradidit. Qui ab his illam non habet, de tam ſublimi poteſtate gloriari non poteſt. Si *Miniſtri Eccleſiæ* apud A. C. addictos ſunt *Vicarij Principum*, à quibus, vel per alios Miniſtros & Conſiſtoriales eorum, inſtituuntur, ſubintrabit veritas regulæ, quâ negatur *alteri dare poſſe: quod quis ipſe non habet.*

Sufficiat obiter tetigiſſe has controver- 51
ſias. Status ſeu Ordines Imperij ſunt vel Eccleſiaſtici ut Electores Archiepiſcopi, Magiſter Ord. Teutonici, Epiſcopi, Abbates, Prælati, Abbatiſſæ; vel Seculares, ut Archiduces, Duces, Comites, Barones, Civitates Imperiales. Hi ſtatus in *tria Imperij Collegia* dividuntur; Quorum primum eſt S. R. I. Electorum, ſecundum Principum, Comitum, Prælatorum; tertium Liberarum Imperij Civitatum. Si 52
territorium conſideramus, in ſex circulos Romanum dividitur Imperium, ex *Rec. Imp. Auguſtano Anno 1500.* Franconicum ſcilicet, Bavaricum, Suevicum, Weſtphalicum, Belgicum, Saxonicum. Quibus poſtea ſub Imp. Carolo V. Auſtriacus, Burgundicus, Electoralis Rhenanus & ſuperior Saxonicus acceſſerunt. Erklärung deß Landfridens zu Nürenberg *anno 1522. tit. 2.* ubi denominantur: Der Oeſterreichiſch Kreiß/ der Burgundiſch / der vier Churfürſten am Rhein / der Ober-Sächſiſch / der Fränckiſch / der Bayriſch / der Schwäbiſch / der Rheiniſch / der Weſtphaliſch / der Niderſächſiſche. ut ſuprà fusè dictum de Circulis. Ex his illi tantum habentur pro Statibus Imperij, qui in Album matriculæ Imperij ſunt relati, qui votum & ſeſſionem in Comitijs habent, qui Collectas ſeu contributiones Imperio ſolvunt, quique immediatè Imperio ſubjecti & poſſeſſionati ſunt. R. A. *anno 1548.* §. Wann auch. *56.* ibi: Den außziehenden Stand ohne Mittel unterworffen / nicht Stimm und Stand in Reichs Verſamblungen / auch keine Lehen vom Reich hätte. R. A. *de anno 1654.* §. Uber diſes haben wir / x. *197.*

Redeamus iterùm ad S. R. I. Electores. Inter quos Electoratus ſeptimus in perſona Elect. Friderici Palatini extinctus, *Theatr.*

*Europ. Tom. 1. fol. 470.* Duci Bavariæ Maximiliano collatus, atque is de eo inveſtitus eſt, 23. Febr. anno 1623. d. *Tom. 1. fol. 725.* cujus Inveſtituræ ceremoniæ & ſolemnitates, cum alijs, ſuprà ſunt recenſitæ.

Poſteà tamen per *Inſtrumentum Pacis Weſtphal. art. 4. §. 2.* inſtitutus eſt Electoratus octavus pro Domino *Carolo Ludovico Comite Palatino*, ſequenti modo: Et primò quidem quod attinet *Domum Bavaricam, dignitas Electoralis*, quam Electores Palatini antehac habuerunt, cum omnibus Regalijs, Officijs, præcedentijs, inſignijs, & Juribus quibuſcunque ad hanc dignitatem ſpectantibus, nullo prorſus excepto, uti & Palatinatus Superior totus, unà cum Comitatu Cham, cum omnibus eorum appertinentijs, regalijs, Juribus, ſicut hactenus, ita & impoſterum maneant penes Dominum *Maximilianum Comitem Palatinum Rheni, Bavariæ Ducem, ejuſque liberos*, totamque Lineam Guilhelmianam. Quamdiu ex eâ maſculi ſuperſtites fuerint.

Viciſſim *Dominus Elector Bavariæ* pro ſe, Hæredibus ac ſucceſſoribus ſuis totaliter renuntiet debito tredecim Millionum, omnique prætenſioni in Auſtriam ſuperiorem, & ſtatim à publicata pace omnia Inſtrumenta deſuper obtenta Cæſareæ Majeſtati ad caſſandum & annullandum extradat.

Quod ad *Domum Palatinam* attinet, Imperator cum Imperio, publicæ tranquillitatis cauſa conſentit, ut, vigore præſentis conventionis, inſtitutus ſit *Electoratus octavus, quo Dominus Carolus Ludovicus Comes Palatinus Rheni, ejuſque Hæredes* & Agnati totius lineæ Rudolphinæ, juxtà ordinem ſuccedendi in Aurea Bulla expreſſum, deinceps fruantur. Nihil tamen Juris, præter ſimultaneam Inveſtituram, ipſi Domino Carolo Ludovico, aut ejus ſucceſſoribus, ad ea, quæ cum dignitate Electorali Domino Electori Bavariæ, totique lineæ Guilihelmianæ attributa ſunt, competat.

Deinde ut inferior Palatinatus totus, cum omnibus & ſingulis Eccleſiaſticis & ſecularibus bonis, juribuſque & appertinentiis, quibus ante motus Bohemicos Electores, Principeſque Palatini gaviſi ſunt, omnibuſque documentis, regeſtis, rationariis, & cæteris actis huc ſpectantibus, eidem plenariè reſtituantur: caſſatis iis, quæ in contrarium acta ſunt, idque authoritate Cæſarea effectum iri, ut neque Rex Catholicus, neque ullus alius, qui exinde aliquid tenent, ſe huic reſtitutioni ullo modo opponat.

Denique *Dux Brunſwicenſis Hanoveranus* 55
*19. Decembr. anno 1692. de nonâ Electorali dignitate* ab Imperatore per ſuos Ablegatos cum præſentatione Biretti Electoralis inveſtitus eſt.

Nec in hoc ſubſiſtit Electorum præeminentia. Sunt enim ex iis duo *Vicarij* vacante per mortem Imperatoris Imperij regimine, *Palatinus & Saxo*, *Aureæ Bullæ tit.*
*5.* cujus verba hæc ſunt: *Quoties inſuper* 56
*ſacrum vacare continget Imperium, Illuſtris Comes Palatinus Rheni, Sacri Rom. Imperij Archidapifer, ad manus futuri Regis Romanorum in partibus Rheni & Sueviæ, & in jure Franconico, ratione Principatûs ſeu Comitatus Palatini, privilegio eſſe debet proviſor Imperij, cum poteſtate judicia exercendi, ad beneficia Eccleſiaſtica præſentandi, recolligendi reditus & proventus, & inveſtiendi de feudis, Juramenta fidelitatis; vice & nomine Sacri Imperij, recipiendi, quæ tamen per Regem Romanorum poſtea electum ſuo tempore innovari & de novo ſibi juramenta ipſa præſtari debebunt, feudis Principum duntaxat exceptis, & illis, quæ* Fahnen-Lehen *vulgariter appellantur, quorum inveſtituram & collationem ſoli Imperatori vel Regi Romanorum ſpecialiter reſervamus. Ipſe tamen Comes Palatinus omne genus alienationis ſeu obligationis rerum Imperialium, hujuſmodi proviſionis tempore expreſſè ſibi noverit interdictum. Et eodem jure Proviſionis Illuſtrem Ducem Saxoniæ, Sacri Romani Imperij Archimarſchallum, frui volumus, in illis locis, ubi Saxonica Jura ſervantur, ſub omnibus modis & conditionibus, ſicut ſuperius eſt expreſſum.* Et quamvis Imperator ſive Rex Romanorum ſuper cauſis, pro quibus impeditus fuerit, habeat, ſicut ex conſuetudine introductum dicitur, coram Comite Palatino Rheni, Sacri Imperij Archidapifero, Electore Principe reſpondere, illud tamen Judicium Comes ipſe Palatinus non alibi præterquam in Imperiali Curiâ, ubi Imperator ſeu Romanorum Rex extiterit, poterit exercere.

Ac

Digitized by Google

57 At poſtquam, ut ſupra modò dictum, Dominus Elector Bavariæ Electoratum Palatini occupavit, poſteàque Palatino Electoratus octavus per Inſtrumentum Pacis attributus eſt, controverſia inter ambos exorta eſt, cuinam ex eis *Vicariatus Imperÿ* competat! Patentes & decreta partis utriuſque videri poſſunt, poſt mortem Imperatoris Ferdinandi III. glor. mem. in *Diario Europæo. p. 1. fol. 70. 79. 87. 310. 665. 698. 748.* ubi referuntur utriuſque Electoris publicatæ patentes. Inſonderheit hat Chur-Bayren anno 1657. ein Patent publicirt: daß weilen das Privilegium der Wildfäng den vorigen Pfaltzgrafen anderſt nicht / als wegen der vor diſem gehabten / nunmehr auff ihne transferirten Churfürſtl. Würde deß Erbtruchſaſſen-Ampts / und inſonderheit der davon dependirenden Vicariat gerechtigkeit gehabt / welche aber anjetzo von ihnen ab- und auff Chur Bayren kommen / als hat er alle Ständ ermahnt / dem Chur Pfältziſchen unbefugten Anſuchen und Beginnen kein ſtatt zu geben. *Diar. Europ. part 1. fol. 329.* Den 22. Auguſti 1657. hat Chur Bayren ein ferner Patent publicirt / weil Chur Pfaltz ein Reichs Vicariat Gericht angeſtellt / deme ſie contradicirt / und daſſelbe von Vicariat wegen annullirt und auffgehoben. *fol. 379.*

58 Cæterùm Elector Bavaricus, anno 1669. pro confirmatione ſeiner Vicariat actuum ſupplicavit, ſo Ihro Kayſerl. May. jedoch mit diſem Vorbehalt bewilliget / und ertheilt / daß ſie emtzigem Reichs Vicario über dero Ertzhauß die geringſte Juriſdiction geſtändig / und daß den Partheyen die remedia Juris gegen ein und ander Vicariat Gericht vorbehalten bleiben / quod ita intimatum Conſilio Imperiali Aulico per decretum de 11. Aprilis anno 1659. prout etiam ipſa poteſtas Vicariorum in ſupra citato Textu *aureæ Bullæ tit. 5.* in varijs caſibus eſt limitata.

Inter privilegia Electorum maximè emi-
59 net illud, quod Curiam ſivè Collegium formale, perpetuum & ſeparatum, tàm in Conventibus Imperialibus, quàm extrà ea habeant, *Capit. Leopold.* §. 36. in verbis: Bey ihrem geſonderten Raht / in Sachen das Heil. Reich belangend / geruhiglich bleiben und gantz unbetrangt laſſen. Huic privilegio
60 videtur inniti *pactum unionis*, ſivè fœdus Electorium. Idque vel *Electorum omnium*, Francofurti anno 1446. primò initum, poſteà Geilnhuſi anno 1502. ac Wormatiæ anno 1521. repetitum, & anno 1652., tradente *Hagemayer de Comit. Imp. c. 4. p. 18.* renovatum, de quo videri poteſt *Goldaſt. inter Conſtit. Imp. tit.* Der ſechs Churfürſten Brüderliche Einigung von des Heil. Röm. Reichs wegen. *p. 16. & ſeqq. & in* Politiſch. Reichshändlen / *p. 8. tit. 3. p. 217. Limn. Tit. 1. add. ad l. 3. c 2. n. 72.* vel
61 *Quatuor* ſolùm *Electorum Rhenenſium* particulare pactum, Veſaliæ ad Rhenum anno 1519. tempore interregni inſtitutum, *Goldaſt. de Regno Bohemiæ c. 7. n. 9.* & de his Unionibus Electoralibus diſponitur *in* §. *6. Capit. Leopold.* in verbis: Geſtalten Wir dann auch der Churfürſten Gemeine und ſonderbahre Rheiniſche Verein / als welche beede ohne daß mit Genehmhaltung und approbation der vorigẽ Kayſer rühmlich auffgericht / ſowol in diſen als anderen darin begriffenen Punctẽ / und was darüber noch weiters die Herrn Churfürſten allerſeits undereinander gut befunden und vergleichen möchten / auch unſeres Theils approbiren und confirmiren thun. Vigore harum unionum Electores adſtringuntur ſibi certo modo ſuppetias ferre, quando fortè inſultantur ab alijs, *Rhet. Inſtit. Jur. publ. lib. 2. t. 22.* §. *6.* per unionem ſcil. Electores arctiſſimæ Fraternitatis & æqualitatis vinculo conſtringuntur, *Union. de anno 1521.* §. *in verb.* In freundlich und brüderliche Einigung und Vergleichung gegen und miteinander begeben haben / ꝛc. *Carpzov. ad L. Reg. Germ. c. 5. ſect. 8. n. 24.* & *c. 6. ſect. 6. n. 24.* ubi uniones Electorum initas ſecundùm annos & tempora recenſet, quæ quia per Capitulationes Cæſareas ſunt approbatæ, nulla de earum ſubſiſtentiâ dubium ſupereſt. Sed quia non paſſim proſtant, & multis ignotæ planè ſunt, ideò earum tenorem verbotenùs adjungere placuit.

## Der ſechs Churfürſten brüderliche Einigung von des Römiſchen Reichs wegen anno 1521.

Von Gottes Gnaden / Wir Albrecht der Heil. Röm: Kirchen Tituli S. Petri ad Vincula Prieſter Cardinal / zu Mayntz und Magdeburg Ertzbiſchoff / Primas, Adminiſtrator zu Halberſtatt / und Marggraf zu Brandenburg / Richart zu Trier / Hermann zu Cöllen / Ertzbiſchoff / des Heil. Römiſchen Reichs durch Germanien / Gallien / das Königreich Arelaten und in Italien Ertz-Cantzler /

Ludwig Pfaltzgraf bey Rhein / Hertzog zu Bayrn / Friderich Hertzog zu Sachſen / Landgraf in Thüringen und Marggraf zu Meiſſen; Joachim Marggraf zu Brandenburg zu Stetin / Pommern der Caſſuben und Wenden Hertzog / ꝛc. Deß Heil. Römiſchen Reichs Ertz-Truchſeß / Ertz-Marſchall / und Ertz-Cammerer / alle des Heil. Römiſchen Reichs Churfürſten / bekennen und thuen Kund offentlich mit diſem Brieff allen denen die jhn ſehen oder hören leſen.

Als wir betracht und zu Hertzen genommen haben / wie unſere Churfürſtl. Verſamblung / zu Nutz und Nothurfft deß Heil. Röm. Reichs anfangs löblich geordnet / und herkommen iſt / auch wie ſich der und anderer beweglichen Urſachen halber / und ſonderlich zu Handhabung der Churfürſtlichen Ehren und Würde / etwan unſere Vorfahren / und Vor-Eltern / Churfürſten löblichſter Gedächtnus als die fürderſte Glider deß Heil. Reichs / den Ehre / Nutzen und Einigkeit deß Heil. Reichs zu trachten / und Tremung und Schaden deſſelben zu verhüten gebühret / in freundlich brüderlicher Einung und Verſchreibung gegen und miteinander begeben haben / nach meldung der Brieff darüber außgangen / deß einen Datum ſtehet zu Franckfurt in dem Jahr / als man ſchrib nach Chriſti Geburth tauſend vier hundert ſechs und viertzig / am Montag nach dem Sonntag als man in der Heil. Kirchen ſingt Oculi / und deß andern datum ſtehet zu Gailhauſen auff Dienſtag nach S. Peter und Paulus Tag der heiligen 12. Poten anno Domini Milleſimo quingenteſimo ſecundo; dieweilen aber der mehrer Theil unſerer Vorfahrer und Voreltern in der brüderlichen Einung begriffen verſtorben: So haben wir als die Nachfolger unſerer Vorfahren / und Voreltern auch angeſehē / und betrachtet / wie ſeltzam / ſchwerlich und ſorgfältig ſich die jetzige Läuff dem heilig Chriſtlichen Glauben / dem Heil. Römiſchen Reich / und ſonderlich teutſche Nation und allen Ständen / derſelben / ſich zu Zertrennung / Abfall und Verkleinerung ſcheinbarlich zeigen / darumb und ſolch ſo vil möglich darzu kommen / ſo haben wir / als billig den Fuß ſteiffen Vorfahren und Voreltern als Nachkommen und Erben derſelben nachgefolget und GOtt dem Allmächtig zu lob / dem heilig Chriſtlichen Glauben / der Röm. Maj. und dem Heil. Röm. Reich / und ſonderlich teutſche Nation zu friden / Ehre / Nutzen und Frommen / uns auch zuſammen in freundlich brüderlicher Einung und Verſtändnuß gethan / und uns gegen und miteinander verpflicht und verſchriben; vereinen / verpflichten / verſchreiben uns in und mit Krafft diſes Brieffs / wie hernach folgt.

Nemblich zum erſten / ſo ſollen und wollen wir einander / und unſer jeglicher den andern mit guten Rechten / und gantzen wahren Trauen und Freundſchafften meinen / haben / halten / und umb keinerley Sachen oder Geſchicht willen / wie ſich das Zufügen oder Machen mögte / mit oder gegen einander zu Vehden / Kriegen / Auffrühren oder zugreiffen kommen / in keiner Weiß / ohne alle Gefehrde.

Und auff daß diſe Einung und Vertrag deſto beſtändiger ſeyn und bleiben möge / wollen wir / daß die Außträg / ſo zwiſchen unſer jeden gegen den andern in beſonderen Verträgen / und Verſchreibungen hievor verfaſt / und auffgericht worden / auch diſer Einung halb in Weeſen und Kräfften ſeyn und bleiben / und hiermit repetirt / und erneuert ſeyn ſollen / als wären die von Wort zu Wort hierin begriffen und einverleibt.

Wo aber zwiſchen etlichen under uns nicht ſonderliche Außträg oder Verfaſſung wäre / under derſelben einer einicherley Anſpruch oder Fürderung zu dem andern gewonnen von Spänne wegen / die von neuem aufferſtehen / oder auß vergangenen Händlen flieſſen werden / daß GOtt nicht wolle / welcher unter uns dan bedunckt / daß jhme von dem andern ungütlich geſchehe / der ſoll demſelben ſchreiben und begehren / den andern vier auß uns fürter zuſchreiben und zubitten / als er auch thuen ſolle / umb Täge in der Sach anzuſetzen / welche wir auch alsdann in 2. Monat / darnach einen Tag beeden Theilen an ein gelegene Mahlſtatt / als zu Mayntz / Franckfurt / Gailhauſen oder Fulda / von jhren eigenen Perſonen / oder jhren trefflichen Rähten zuerſcheinen / benennen / und auff denſelbigen Tag beede Theil durch ſich ſelber perſönlich / oder jhre Vollmächtigte Anwäld erſcheinen / und die andere 4. auß uns / oder derſelben treffliche Rähte / Anſprach / Antwort / Widerred und Nachred von beeden Seithen verhören / von Worten zu Worten durch jhre Cantzley-Schreiber auffzeichen laſſen / Kundt und Kundtſchaffte / ob jemand die zuführen Noth hätte / oder begehrte / verhören / jhre Sach auffſchreiben / auch Brieff / Sigill und anderes / was die Partheyen vor- und gargegen fürbringen möchten / auff- und annemmen / und darauff be-

Digitized by Google

beſchlieſſen laſſen / und darnach mit allem Fleiß weeg ſuchen ſollen / ob ſie ſolche Zweytracht / Spänne / Mängel und Zweyung in der Freundſchafft und Gütigkeit vertragen / und hinlegen möchten.

Wo aber dieſelbige Spänne / und Mängel nicht alſo in der Freundſchafft und Gütigkeit vertragen oder hingelegt werden möchten / ſo ſollen die 4. Verhörer auß uns / oder derſelben verpflichte Rähte / alles daß ſie von beeden Theilen obgenannter maſſen gehört und empfangen / zu ſich nehmen und behalten / und ſich ein jeglicher unter den Vieren mit ſeinen gelehrten und ungelehrten Rähten / und andern Verſtändigen / nach ihrem gutduncken berathſchlagen / und je einer dem andern ſein und ſeiner Rähten und anderen Rahtſchlag in zwey Monats friſt / nach dem Beſchluß der Sachen / zu erkennen geben / und ſo ſich die Rathſchläg einander nicht vergleichen würden / alsdann ihre treffliche Rähte an der obgenannten 4. Mahlſtatt eine ſchicken / ſich des endlich und eintrechtiglichen halber zu entſchlieſſen / und wie ſie ſich entſchlieſſen / daß ſoll in ein Schrifft geſtellt werden; und darnach die 4. auß uns die beede Parteyen vor uns oder unſere treffliche Rähte an obgemelte Mahlſtätt / eine Urtheil außſprechen zuhören / erfordern / daſelbſt auch die Parteyen durch ſich ſelbſt oder ihre vollmächtige Anwäld erſcheinen / und Urtheil außzuſprechen begehren / und alsdann die Urtheil offentlich alsbald verleſen werden ſollen / und wie dieſelbige außgeſprochen und einhalten werden / dabey ſoll es ſtrack bleiben / davon kein Theil appelliren / recurriren oder reduciren ſoll / in keine Weiß; ſonderen Wir alle Churfürſten wollen daſſelbig / ſovil einen jeglichen berühren wird / annemmen / getreulich und gäntzlich halten / als wir diß auch jetzo alsdann / und dann als jetzo in Krafft diſes Brieffs mit unſerem guten Wiſſen und Willen annemmen / und einfolg thun wollen / ohne alle Weigerung und Gefehrd.

Und wäre es Sach / daß jemand / wer der wäre / niemanden außgenommen / einigen unſer uns von ſeinem Churfürſtenthumb / Fürſtenthumb / Herrligkeiten / Herrſchafften / Freyheiten / Pfandſchafften / Gerichten / geiſtlichen oder weltlichen Aemptern / Zöllen / Gelaithen oder Rechten tringen oder mit Gewalt überziehen / bekriegen / verunrechten / oder verbawen wolte / der oder dieſelbe / den ſolch begegnet / mögen ſolches die anderen an uns gelangen laſſen / und derhalben einen Tag in der obberührten Stätt einen / welche ihnen beliebt / benennen / dahin wir auch perſönlich / oder welcher auß redlicher Ehrhafft / die er auff ſein Warheit mit ſeinem Brieff und Sigel betheuren ſoll / perſönlich zukommen verhindert wurde / ſein vollmächtige Pottſchafft ſchicken / und nicht außbleiben ſollen / und alsdann rathſchlagen und handlen / wie und welcher maſſen ſolch Beſchwerung oder Verunrechtung abgewendet werden ſoll und möge / und wes wir / ſo perſönlich erſchinen / und deren Rähte / ſo perſönlich zukommen / wie obſtehet / verhindert wären / im Raht für das beſte ermeſſen und beſchlieſſen / dabey ſollen wir einander Handhabung / Hülff und Beyſtand zuthun ſchuldig ſeyn / wie dann auff ſolchen Tag für gut angeſehen / und beſchloſſen würdet; Wir mögen auch unſeren gnädigſten Herrn den Römiſchen Kayſer darin anruffen / uns dabey zuhandhaben / und zubehalten.

Wäre es auch daß einig Unglaub / Schiſma, oder andere widerwertige Empörung oder Samblung wider die Röm: Kayſerl. Mayeſt. oder andere Obrigkeit in der Chriſtenheit oder dem Reich entſtunde (da GOtt vor ſey) ſo ſollen und wollen wir uns zuſammen fügen / mit unſeren geiſtlichen und weltlichen Rähten auff einen Tag gegen Mayntz / Franckfurt / Gailhauſen oder Fulda / denen dann ein Ertz-Biſchoff zu Mayntz / der zu zeiten iſt / an der Stätt eine darumb beſcheiden ſoll / und daſelbſt miteinander zum beſten handlen / wie uns nach geſtalt der Sach / der Chriſtenheit oder dem Reich zu nutz oder nothdürfftig anſtehen würdet / ohn Gefehrd.

Porrò ob Adeliche der Ritterſchafft incorporirt geweſene Güter/ wann ſie durch Kauff/ oder ſonſten/ von Fürſten und Ständen deß Reichs acquirirt/ oder als Lehen denenſelben heimfallen/ und die Lehen mit den Eigenthumen conſolidirt werden/ der Ritterſchafft annoch die contribution davon erſtattet werden ſolle? reſolvit *Beſold. in Theſ. Pract. verb.* Ritterſchafft/ ad quæſtionem primam, in fine, ſequentem in modum: Dahero der Kayſerl. Mayeſtät auch freyer Reichs-Ritterſchafft ledig nicht zuzumuthen/ daß ſie die uhralten freye Adeliche Güter/ ſo jederzeit mit der Ritterſchafft gehebt und gelegt/ auch ratione der freywilligen Hilff/ ejuſvè juris inſignis, ihnen ohne entgelt/ oder anderwertige recompens entziehen laſſen/ weil dergeſtalt der Kayſerl. Mayeſt. die immediata ſubjectio, Krafft deren ſie die freywillige Hilff und andere Dienſt bey denen Adelichen Gütern ſuchen/ geſchmälert/ auch der Ritterſchafft ihr Corpus nulliret/ und gantz ſchädlich zerſtucket wird. Hingegen dem Röm: Reich/ wann die acceſſio ſolcher Adelichen Güter ad aliud territorium kombt/ die alte Anlag nicht vermehret/ ſonderen ein merckliches abgehet/ ob ſchon ſolche Güter mediatè dem Reich/ doch ohne ſonderbahren Nutzen zugethan verbleiben.

Bey der anderen quæſtion diſtinguiret *Beſold. d. loco, inter feuda data*, welche ein Fürſt oder Stand einem von Adel zu Lehen leihet/ und dannoch Lands-Fürſt darüber bleibet/ ſolche fallen den Fürſten widerumb/ cum ijſdem juribus, anheim/ Et inter *feuda oblata*, welche originariè und jederzeit bey der Ritterſchafft geweſen/ und von dero eigenthumlichen Inhabern einem Stand zu Lehen auffgetragen worden/ welche auff den Fall deß Abgangs der Vaſallen in vorigen Stand und Ritterſchafftlichen collectation bleiben/ weilen die vaſalli, ſo ihr Eigenthum zu Lehen aufftragen/ der Kayſerl. Mayeſtät/ und der Ritterſchafft dardurch nicht præjudiciren können. *Sixtin. de regal. c. 4. §. 67. 68.*

36 Tandem quoad nobiles Landſaſſios & ſubditos advertendum eſt, illos illacrymari ex diſpoſitione noviſſimi *Receſſ. Imp. de anno 1654.* §. Und gleich wie diſes 180. in fine: ſonderlich aber ſollen jedes Chur-Fürſten und Standes Landſaſſen/ Unterthanen und Burger/ zu Beſetz- und Erhaltung der ein oder anderen Reichs-Stand zuhörigen Vöſtungen/ Plätzen und Guarniſonen/ ihren Landsfürſten/ Herrſchafften und Obern/ mit hilfflichem Beytrag gehorſamblich an Hand gehen.

Idem diſponitur *in Capitul. Cæſ.* §. 3. Wir wollen auch nicht geſtatten/ daß wider außtruckliche Verordnung deß jüngſten Reichs-Abſchids/ die Landsſtände ſich deß Beytrags/ womit jedes Churfürſten/ Fürſten/ und Stands Landſaſſen und Unterthanen/ zu Beſetz- und Erhaltung deren/ einem oder anderen Reichs-Stand zugehöriger/ nöthiger Vöſtungen/ Plätzen und Guarniſonen/ wie auch Unſeres und deß Heil. Reichs Cammergericht Unterhalt/ an Hand zugehen ſchuldig ſeyn/ zur Ungebühr entſchlagen/ ſie dagegen leichtlich nicht hören/ ſondern à limine judicij ab/ und zur parition anweiſen laſſen. Hinc prætenſiones quorundam Statuum, hinc querelæ & lamentationes Landſaſſiorum & ſubditorum. Illi ad ſanctionem pragmaticam & rem deciſam provocant: hi exceptiones rei controverſæ & litigioſæ, fortalitij minus neceſſarij, immunitatis, libertatis, præſcriptionis, reverſalium, onerum horum per averſionem ingentibus pecuniarum ſummis redemptorum obmovent, allegantes inſuper *Gail. de arreſt. c. 10. n. 6.* ubi ait: ad cuſtodiam caſtrorum ſubditi non tenentur, ſed illa ſumptibus Dominorum pacis & belli tempore fieri debet. Et multos in hanc ſententiam noviſſimè citat *Ahaſver. Fritſch. in tr. de Excubiis n. 3.* ubi tradit, nullibi quicquam de hoc onere in jure eſſe conſtitutum aut generali conſuetudine introductum, allegans *Sixtin. de regal. lib. 2. c. 13. n. 69. Carpzov. p. 2. conſt. 51. def. 1. n. 1. Mev. ad jus Lubec. lib. 3. t. 6. art. 16. n. 4. Myler. de Statib. Imp. part. 2. c. 78. §. 4. Amaya ad l. un. C. ne ruſtic. ad obſeq. n. 17.* ubi refert, Legibus Hiſpaniæ Baronibus Regni id eſſe denegatum.

Limitat tamen hanc ſententiam *Fritſch. de loc. n. 5. & ſeqq:* niſi aliud legitimâ & firmâ conſuetudine ſit introductum, vel niſi pactum inter Dominum & ſubditos, vel neceſſitas tempore belli aut imminentis periculi adſit, per multos ibidem allegatos. *Gilman. tom. 3. verb. Subditi, & verb. Royda.*

Digitized by Google

*de, Theſ. Baſil. vol. 6. diſp. de operis ruſtic. th. 24. 25.* Et *in c. 4. n. 42.* aſſerit, id generaliter tenendum in hac excubiarum materiâ, cumprimis ſtatuta locorum & conſuetudines inſpici debere. Statutum enim, velut regina Civitatis, civibus facienda & non facienda præſcribit ac ordinat: onera civibus imponit, tollit, auget, minuit. *Ita Fritſch.* Adeſt autem hic non ſtatutum tantùm, ſed Sanctio Pragmatica, Directum Comitiale, quod ſtatibus Imperij poteſtatem tribuit, & Landſaſſiis vel ſubditis obedientiam & obſequium injungit. Parendum ergò, vel demonſtranda exceptio relevans, quæ ab hoc onere liberare poſſit. Equidem non extendenda nimis ſunt ſubditorum gravamina, atque ideò Imperator ad Statuum Imperij petitionem, deſiderantiũ Conſtitutionis in §. Und gleichwie diſes, ꝛc. extenſionem, daß ſolche ihren effect und würckung haben ſolte/ auch an dennen Orthen/ woſelbſt ein anderes zwiſchen der Lands-Herꝛſchafft und dennen Landſtänden paciſciret befunden würde; æquiſſimè declaravit, daß ſie darein nicht willigen könten/ ſondern daß die Churfürſten und Stände/ ſo ein mehrers/ als in dem vorangezogenen §. und gleichwie/ꝛc. begriffen/ gegen ihre Unterthanen und Landſaſſen/ rechtmäſſig hergebracht/ dabey gehandhabet; Hingegen die mediat-Ständ/ Landſaſſen und Unterthanen/ bey deme/ weſſen ſie berechtigt/ und wie es biß dato obſerviret worden/ in alle Weeg verbleiben und wann ſie graviret/ in Summis dicaſteriis gehöret werden ſollen. Sed uſque dùm cauſa diſcutiatur, & ſubditorum exceptiones libertatis, pactorum, reverſalium, redemtionis, examinentur, dùm Status Imperij fundatam in Comitiali decreto intentionem habent, Landſaſſiis & ſubditis injunctum, ut ſalvis juribus in poſſeſſorio & petitorio, interim juxtà Receſſum Imperij contribuant.

---

# *Liber I. Tituli V. Pars XI.*

## De *SUBDITIS STATUUM IMPERII, DIVERSIS EORUM SPECIEBUS, ET QUOMODO TRACTARI DEBEANT, NISI DOMINI, SUBDITIS PRÆSERTIM FEUDALIBUS PRIVARI VELINT.*

Summaria.

1. *De ſubditis & eorum differentijs.*
2. *Quis propriè ſit ſubditus, & quatenus domicilium faciat ſubditum.*
3. *Servos peregrinis poſſe comparari.*
4. *Bellum non Principi ſolùm, ſed omnibus intrà ipſius territorium videri indictum.*
5. *Naturam non impedire conſtitutionem ſervitutis & n. 6.*
6. *In ſervitutem etiam infantes captos redigi, & multò magis natos ex ſervis.*
7. *Quomodo deditus ſupplexque rapi poſſit in ſervitutem.*
8. *V. de ſuprà n. 3.*
9. *Quaſdam gentes ad ſervitutem natas eſſe.*
10. *Olim conditionem ſervorum fuiſſe duriſſimam.*
11. *Hodie inter Chriſtianos eſſe abolitam, nec niſi lytrum à captivis ſolvi.*
12. *A Turcis tamen contra Chriſtianos, & viciſſim ſervitutis jura adhuc obſervari.*
13. *Fit remiſſio ad authores plura de ſervitutis materia tractantes.*
14. *Ad hanc materiam hodiernas Ruſticorum & ſubditorum operas poſſe referri.*
15. *Quin & operas liberorum hominum mercede conductorum.*
16. *Liberum hominem ad operas perpetuas obligare ſe poſſe citra immunitatem libertatis.*
17. *Propter ſævitiam Dominos poſſe Juriſdictione & poteſtate privari.*
18. *Refertur deciſio in hac materia.*
19. *Quæ actio competat Fiſco ad feudum ex felonia apertum.*
20. *Vaſallum ſubditos, & rem feudalem malè tractantem, feudum amittere.*
21. *Operas à nonnullis pro fructu Juriſdictionis haberi.*

22. 2.

22. *Sed melius ex conventione, præſcriptione aut conceſſione deduci.*
23. *Hinc Dominum territorialem quoad operas nunquam habere fundatam intentionem.*
24. *Quia exactionem operarum jura prohibent.*
25. *Si ſubditi fateantur debitum operarum, illas nihilominus ad arbitrium boni viri reducendas eſſe.*
26. *Dominos in impoſitione operarum non eſſe Judices.*
27. *Exactiones operarum licitas dicenti probationem tituli incumbere.*
28. *Requiri ad præſcriptionem operarum tempus immemoriale.*
29. *Refertur ſævitia impetrati Rei.*
30. *Dominum ſævientem in ſervos, teneri eos dimittere.*
31. *An Vaſallus ante privationem prius admoneri debeat?*
32. *An aliquos ſubditos malè tractans, omnibus privari debeat?*
33. *Quomodo Vaſallus res feudales tractare debeat.*
34. *Enarrantur impetrati geſta circa eas.*
35. *Ob feudalium rerum deteriorationem Vaſallum feudo privari, qualis deterioratio eſſe debeat, aut hic fuerit.*
36. *An partem feudi deteriorans toto feudo privari debeat?*
37. *Gravem requiri cauſam ad privationem, & an ea filios quoque delinquentis tangat?*
38. *Aſſeritur privationem hoc caſu habere locum.*
39. *Quanta injuria & contumelia in Dominum ſit, ſubditos feudales malè tractare.*
40. *Vaſallum taliter delinquentem in Curiâ Domini ſtare non poſſe.*
41. *Filios quoque privari propterea poſſe feudo hæreditario.*
42. *An Agnatis devaſtationem Domino non denunciantibus poſſit etiam auferri feudum?*
43. *Statuitur illos ad proceſſum non citatos priùs audiendos eſſe.*
44. *Servos hodie veros non amplius dari.*
45. *Famulos noſtros mercede conductos ſervos non eſſe.*
46. *Subditos vel eorum liberos non poſſe cogi à Magiſtratu vel Dominis ad operas ſibi locandas.*
47. *Niſi proprijs operis non detineantur, & extraneis locare velint, tunc enim Dominum præferri.*
48. Leibeigene *ſunt ferè hodie adſcripti glebæ, & vindicari à Domino poſſunt.*
49. *Manumiſſionem prætendentes debent Inſtrumenta manumiſſionis oſtendere.*
50. *Quomodo quis jure civili ſervus efficiatur?*
51. *Pater & Patronus poſſunt vindicare ſeipſum venundantem.*
52. *Condemnati ad mortem hodie non fiunt ſervi pœna.*
53. *Debitor non ſolvendo exiſtens adjudicabatur creditoribus, qui ipſum poterant ſervituti mancipare, hodie habet beneficium ceſſionis bonorum.*
54. *Quid circa debitores obſervetur in Saxoniâ, & quid de carceratione debitorum* vom Schuldenthurn *ſtatuendum?*

DE Statuum Immediatorum Landſaſſiis & ſubditis nobilioribus dictum ſuprà, nunc etiam inferiores ſubditi & immediatorum & mediatorum conſiderandi ſunt; Inter eos infimæ conditionis ſunt illi, quos ſervos, Leibeigene vocamus. Communiter e- 1 nim omnes homines dividuntur, quod alij ſint liberi, alij ſervi, *l. 3. ff. qui ſunt vel alieni juris.* Dantur tamen etiam *Statuliberi*, quibus ſub conditione in teſtamento relicta eſt libertas. Hi dicuntur eſſe ſervi, *l. 9. in pr. ff. de Statulib.* & ut ſervi puniuntur, *l. 29. ff. d. tit.* cum quo textu ne pugnet *l. 14. ff. d. quæſt.* & *l. mores. 9, §. 16. ff. d. pœn.* quibus locis dicitur Statuliberum quaſi liberum puniendũ eſſe; diſtinguendum forte eſt, an delictũ comiſſum ſit in *Dominũ*, an verò in aliũ, an conditio libertatis longe remota ſit, an verò inſtet proximè. Porrò *adſcriptitij* medium & mixtum genus conſtituere videntur inter liberos & ſervos.

Poſſunt enim fieri Clerici præter Dominorum voluntatem, *Nov. 123. c. 17. in fine.* habent proprias poſſeſſiones & bona, *l. 4. C. d. agricol. & cenſit.* Et viciſſim participant de conditione ſervorum, cùm ſint in poteſtate Domini, *l. 21. C. d. tit.* Ex quo apparet, quod neque plenè liberi, neque plenè ſervi ſint.

Taleſque, reſpectu ſervitutis Romanæ, hodie videntur etiam eſſe noſtri temporis homines proprij, welche gleichwol eigene Güter haben / aber ihren Leib nicht dörffen verrucken unter ein andere Herrſchafft / ohne ihres Herren Vergunſt und Willen.

Ratio verò ſervitutis Politica hæc redditur, quod rebelles inter alia etiam ſervitute puniri & plecti debeant, ut quorum libertas pernicioſa erat, ſalutifera ſit ſervitus, & qui ſuperbire noverant in libertate, diſcant obedire ſubjecti, *c. octava. 12. q. 2.* nec dubium eſt, plurimas ſervitutis ſpecies ex iſtis principiis hodiedum exſtare. Hinc ſervi Eccleſiaſtici, quos victores Eccleſiis & Monaſteriis, tanquam vivas hoſtias, donaverunt & conſecrârunt. Hinc demortui ſervi *tertia pars bonorum* pertinet ad Dominum, vel optima vacca, aut veſtis defuncti, pro diverſa variorum locorum obſervantia. Hinc operæ ruſticæ, exſolutio deſs

Haupt-

Digitized by Google

Hauptrechts / Leibhennen / Rauchhennen / mortuarium. Hinc varia propriorum hominum nomina, & ſpecies, Wildfang / Hagenſtelz / Bachſtelzen / Badersleuth / &c. quæ vel ex prætenſione Sereniſ. Electoris Palatini contra quoſdam Imperij Status in Comitiis Ratiſbon. anno 1653. & annis proximè præteritis mota non incognita eſſe poſſunt. Non ergo putandum eſt, inanem planè operam poni ab interpp. Juris, ſi materiam ſervitutis perſonalis accuratius evolvunt; nam paſſim in Germania ſervorum ſpecies adhuc reperiuntur, & controverſiæ circa eos occurrentes, commodè decidi non poſſunt, quin ſubinde ad Jus Romanum, de ſervis diſponens, tanquam ad argumentum vicinum ſit recurrendum, nec quidquam tam remotum à foro videtur, quin ſagax & Judex vel Advocatus alicubi applicare queat. Plura de hac materia videri poſſunt apud *Don. Speidel. in Specul. obſerv. verbo*: Leibeigen / *Dav. Mev. tr.* von Abfolg der Bautsleuth / *Johan. Philippi Inſt. d. libertin. Eclog. 38. & 39.*

2 Controvertitur ſæpiùs, quis propriè ſit ſubditus? Subditum profectò non facit feudum, quin imò ſubditus & Vaſallus toto cœlo diſtinguuntur; & multò plus eſt, eſſe ſubditum quàm Vaſallum, quia ſubditus multò ſtrictius obligatur. Subditum facit præcipuè *homagium* perſonale, non reale, quod fit causâ bonorum. Subditus parere debet mandatis, præſtat homagium Erb- und Landshuldigung / quæ eſt vera agnitio ſubjectionis, gravatur oneribus & ſervitutibus, poteſt mulctari, comparet citatus ad tribunal, ad bellum, ad excubias arcis, ſequelam, delectum ſecundùm obſervantiam cujuſvè loci; Subditus eſt, qui Juriſdictioni in loco domicilij ſubeſt, atque *domicilium* regulariter facit ſubditum. *Theſ. Baſil. vol. 4. diſp. 2. l. m. 3. & Vol. 5. diſp. 11. l. ÿÿ. Gail. de pign. obſ. 15. n. 7.* quia domicilium cum quolibet foro concurrit. Poteſt autem quis domicilium habere in pluribus locis, & tunc in electione actoris eſt, in quo agere velit, *l. 5. l. 6. §. 2. l. 27. §. 2. ad municip.* ubi ſunt textus apertiſſimi, & ibidem *Brunnemann. Gail. 2. obſ. 35. n. 10. & de arreſt. c. 6. n. 21. Menoch. Art. qu. lib. 2. caſ. 86. num. 12. & 20. Carpzov. lib. 2. reſp. 54. & p. 2. deciſ. 194. n. 2. Zanger. de exc. p. 2. c. 1. n. 89. Mev. p. 4 deciſ. 256. n. 11. Coler. de proceſ. exec. p. 2. c. 1. n. 37.* R. A. *anno 1548.* §. wie wol auch in Ringerung Handlung & *in* §. aber der Grafen. R. A. *anno 1586.* §. in Fällen aber. *Inſtrum. Pac: art. 5. §. libera. 28. verſ.* niſi forſan in quibuſdam locis ratione bonorum & reſpectu territorij vel domicilij alijs Statibus reperiantur ſubjecti; Itaque talis conveniri poteſt, vel ubi larem fovet, vel ubi majorem partem bonorum poſſidet, *l. 2. C. ubi Senat. vel clariſſ. conven.* & ſi quis per Miniſtros ſuos foveat focum & ignem in aliquo loco, videtur ibi domicilium habere. *Coler. d. loc. n. 43.* niſi tantùm officij & commoditatis causâ, non animo habendi domicilij illic moretur. *l. 17. ff. ad munic.* & ibi *Brunnemann.* Quamvis enim ſi quis domicilium habeat in loco originis, licet alibi frequentiùs habitet, domicilium originis ſit potentius, cum duo vincula fortiùs ligent, tamen hoc non impedit, quò minùs in altero quoque foro poſſit conveniri; Nam filius civis, forum quidem ſortitur in loco originis, vel ubi pater habitavit, ſed id tum demum, ſi alibi domicilium non conſtituit, quia per domicilium alibi conſtitutum, originis jus & forum mutat. *Gail. 2. obſ. 36. n. 5. & 6. Mev. p. 3. deciſ. 71.* & ubi quis domicilium habet, forum ſortitur; Etenim ſequimur demum forum domicilij, ubi de alio contracto non conſtat. *Mev. p. 5. deciſ. 164. Struv. ſintagm. jur. civil. exercit. 9. th. 19.* Atque ſi pater moriatur, filij minorennes non poſſunt domicilium mutare, *Franck. lib. 1. reſol. 9. 16.* plura videri poſſunt apud *Richter vol. 2. conſil. 2. n. 12. Bruning. de homag. concl. 288. Gilmann. deciſ. 46. lib. 1. n. 36.* quia Reges & Principes, in aliorum provincijs dominia poſſidentes, eorum reſpectu pro ſubditis habentur, *Unrath. de jur. ſubject. th. 41. Leiſer. de Landſaſſ. th. 28. 29. & 37.* Atque ſic deciſum contra nobilem, qui poſſidens bona in Epiſcopatu N. ad domicilium originis fruſtra provocavit.

Revertamur ad materiam ſuperiorem de ſervis, qui quodammodò peregrinis comparari poſſe videntur. Sicut enim peregrinus in civitate non fruitur juribus civium, des Burger-Rechts / ita ſervus frui 3
nequit jure communi liberorum, des Völcker-Rechts. Si enim capti non occiderentur, ſed ſervarentur, ſervi fiebant. Nam ſi bellum indictum eſt, tunc diſſoluta ſocietate alteri alterum lædendi facultas con-

ceſſa eſt, Joh. à Feld. *in not. ad Hug. Grot.*
4 *lib. 3. c. 4.* nec ſolùm Principi, ſed omnibus intra fines hoſtiles exiſtentibus bellum indictum cenſetur, *Grot. de J. B. & P. lib. 3. c. 4. n. 6.* ubi tamen hoc jus belli non ab omni culpâ liberare, ſed facti tantùm ait præſtare impunitatem, quia crudeliſſimum
5 ſit, in deditum ſupplicemque ſævire. Nec impedit natura, quæ omnes homines æquales producit, quò minus captus in ſervitutem trahi poſſit, quia recta ratio nunquam talem conſtituit perſonarum æqualitatem, quæ mutari ex juſtâ causâ non poſſit, ideò fundata eſt ſervitus in jure victoriæ, ſeu ultione & vindictâ injuriæ ab hoſte illatæ, nec non coërcitione, ut impoſterùm ab ulteriori offenſione ſimus ſecuri.
6 Atque etiam infantes rediguntur in ſervitutem, quia in bonis externis puniri poſſunt propter delicta aliorum, ſicut in crimine hæreſeos & læſæ Majeſtatis. Poteſt ergo victor punire Rempubl. hoſtilem, reddendo eam ſervam, & puniendo etiam in infantibus, ſpoliando eos opibus, & privando libertate, quia ſunt pars Reipubl. hoſtilis, C. Lugo *de Juſt. & Jur. diſp. 6. ſect. 6. n. 12.* Et multò majori ratione ſervitus ad natos è ſervis extenditur, quia ſi parentes fuiſſent occiſi, illi naſcituri nunquam
7 erant. Licet enim nulla ratio juris gentium videatur permittere, ut is, qui ſe dedit, & arma ſubmiſit, occidatur: Servitus tamen vel ideò de ijs introducta eſt, quia adhuc reſiſtentes in bello occidi poterant, atque in hac ipsâ ratione, quod arma ſubmittentes occidere fas non ſit, conſiſtit jus gentium, quod ſervitutem introduxit.
8 Nec obſtat, quod jus gentium naturalis ratio inter homines conſtituit, ſervitus autem contra naturam eſſe dicatur, *§. 2. Inſt. de jur. perſ.* quia ſervitus eſt tantùm contra primam naturæ permiſſionem, ſed tamen ex aliâ ratione naturali juſtè introducta, quæ ſuadet hominem ſervare potiùs quàm
9 occidere. Sunt inſuper quædam gentes naturali feritati & ſervituti ſic aſſuefacti, ut ſerviliter tractari & coërceri debeant, ne ſcilicet effrenes in perduellionis rapiantur procacitatem, ut inquit, *Paul. Æmil lib. 3.* ideoque ſemper vigilandum eſt Dominis, qui ejuſmodi gentes regunt, ne contra eos inſurgant, & libertatem de facto acquirant. Sicut Tyrij à ſervis occiſi, & qui ſervi erant, Domini facti ſunt, *Juſtin. lib. 18. n. 3.*

Et quidem duriſſima olim fuit conditio 10
ſervorum, in quos Domini habebant jus vitæ & necis, eoſque ob leviſſimas cauſas occidebant, & patet ex libro Senecæ *de irâ lib. 3. c. 40.* de Phædio Pollione, *qui murenas in piſcinâ aluit carne ſervorum.* In Africâ catenis vincti, ad inſtar equorum, agros colere coguntur: apud Luſitanos ſervorum greges veneunt publicè pecudum in morem, teſte *Bodin. de republ. lib.* 11
*1. c. 5. n. 35.* Verùm ſicut jam apud Romanos jus ſervitutis ad humanitatem magis redactum eſt, *§. ſed hoc tempore. Inſt. qui ſunt ſui vel alien. jur.* ita cumprimis hodiè inter Chriſtianos, propter commune vinculum Chriſtianæ Religionis, ſervitus planè ſublata eſt, & captivi ſaltem ad Lytrum capienti ſolvendum obligantur, *König. in theatr. Polit. c. 1. n. 136. & ſeqq. p. 1.* Sie müſſen ſich rantzioniren oder abkauffen. Tur- 12
cæ tamen Chriſtianos in bello captos adhuc faciunt ſervos, & viciſſim, R. A. zu Speyer / anno 1542. §. und wiewol nun. verbo. viehiſche Dienſtbarkeiten. Nam Turcæ bello captos Chriſtianos adhuc in duriſſimam rapiunt ſervitutem, & rarò dimittunt pro lytro, ut ſic Chriſtianis terrorem incutiant, eoſque à militiâ contra portam Ottomannicam abſterreant. Eâdem ratione contra Turcas procedunt Chriſtiani, ut etiam ipſi feritatem & inſolentiam contra Chriſtianos dediſcant. Memini Turcas captivos in carceribus concatenatos detineri, & quoties Domino libuerit, fortè pro recreatione convivarum, à capite ad calcem egregiè fuſtigari, werden für Spaß auff Türckiſch geprügelt. Plura de 13
ſervis videri poſſunt apud Chriſtoph. Lehman. in der Speyer. Chronic. *lib. 2. c. 20.* ubi tractat von Anfang der Leibeigenſchafft in Teutſchland / was dieſelbe vor Beſchwerden habe / und durch was Mittel von derſelben abzukommen / *Frider. Huſan. tr. de homin. prop. Herm. Stamm. de ſervit. perſon. lib. 3. Dn. Speidel. in ſpec. hiſtorico polit. verbo* Leibeigene. *Mev. ad jus Lubec. lib. 1. t. 3. art. 3. & tr.* von Abfolg der Bauersleuth.
Ad hanc ſervitutem & ſervorum ma- 14
teriam meritò quoque referuntur operæ ruſticorum, quæ aut perficiuntur jumentis, mit Pferden oder Ochſen / aut manibus ſeu corpore, mit Handfrohnen / Getreidſchneiden / Heumachen / Bottſchafft lauffen / Waſchen / Jagen: & ſunt iſtiuſmodi operæ vel in-

Digitized by Google

indeterminatæ, ungemeſſene Frohnen / vel determinatæ, quæ ſunt favorabiliores. Nec tamen etiam indeterminatæ, quæ quotieſcunque opus eſt debentur, in infinitum ſunt extendendæ, ſed definiendæ arbitratu boni viri, ac de ſolitis ſolùm vel conſuetis intelligendæ. Regula enim circa operas in genere hæc tenenda, quod potiùs reſtringendæ quàm latius extendendæ ſint, *Carpzov. Reſponſ. Elect. 1. tit. 6. & 7. Knichen. de veſtitur. pact. p. 2. cap. 3. Köpen. p. 1. q. 13. Maul. de homag. tit. 4.*

15 Quin & operæ liberorum hominum quos mercede conducimus, ad hæc jura quodammodò applicari poſſunt, *Stamm. d. tr. lib. 2. per tot. Alexand. vol. 3. conſil. 75.* ubi dicit: licere Domino moderatè caſtigare ſervum vel ancillam. Nec dubium eſt, hominem liberum ad operas ſe obligare poſſe, etiam perpetuas: quod enim quis alteri in ſe jus ſubjectionis conſtituere poſſit, textus eſt in *c. grandi. de ſupplet.*
16 *negl. præl. in 6.* Ita Vaſalli non niſi ſub obligatione exhibendorum ſervitiorum feuda accipiunt; Emphyteutæ ſub annuo canone in perpetuum agros colunt. Imò quod quilibet homo liber pro poſſeſſionibus & prædijs ſuis operas perpetuas promittere & præſtare poſſit, poſt *text. in c. conſtitutus. X. de religioſ.* latè deducit *Matth. Coler. de proceſſ. executiv. p. 1. c. 9. n. 16. & ſeqq.* Si quidem non hominis liberi corpus, ſed operæ ejus in ſtipulatum deducuntur & æſtimantur, quod citra libertatis imminutionem fieri poſſe & receptum eſſe conſtat, *ex l. homines. 3 ff. de uſufr. leg. l. fin. ff. de his qui dejec. vel effud. l. in ſtipulationem 54. ff. de V. O.* ubi dicitur, ſolutionem hujus obligationis eſſe expeditiſſimam, ſi æſtimationem operæ malit libertus offerre, ne aliàs promiſſio ſapiat naturam ſervitutis. Aliud quippe eſt, ſervum fieri, aliud operas ſerviles præſtare. Unde non amplius vocatur in quæſtionem, an ſervitiorum præſtationes à ruſticis factæ valeant, quod communi omnium ſenten-
17 tiâ & praxi quotidianâ comprobatur. Ita tamen tractare Dominus homines ſuos proprios & ſubditos debet, ne propter ſævitiam in illos Dominicâ poteſtate & juriſdi-
18 ctione privari poſſit, prout anno 64. in causâ feudali inter vaſallum & ſubditos judicatum eſſe memini. Omiſſis proceſſus formalibus, cauſa talis erat.

Ut ergò ſalvo proceſſu ad rem ipſam 19
propiùs accedamus; videtur Fiſcus ad repetendum propter felonias commiſſas feudum rei vindicationem intentare, quia ſecundum *Mart. in ff. noviſſ. tom. 4. verb. omiſſio. c. 2.* Vaſallus propter culpam amittit dominium ipſo jure, ſed ad auferendam poſſeſſionem requiritur ſententia privationis declaratoria, quam cauſæ cognitio, citato Vaſallo ad videndum declarari ſe feloniam commiſiſſe, præcedere debet: Vel certè datur condictio ex moribus, *idem c. 4.* Et *Gudelin. de jure feud. n. 9.* ait, competit Domino ad rem recuperandam condictio causâ datâ, causâ non ſecutâ, *lib. 1. feud. t. 2.* quin & actio in rem directa, quam & prius habuit Dominus, ſed inefficacem in præjudicium Vaſalli, quem, quamdiu ingratus non fuit, feudo frui pati debuit; ſententiam tamen non ſolùm declaratoriam ſed & privatoriam requirit, quia feudum non amittatur ipſo jure, niſi in caſibus à lege expreſſis, cum *Zaſ. de Jure Feud. c. 16. n. 37.* cui conſentio. Sed ut ad commiſſum rectè agi poſſit, neceſſaria eſt ex parte agentis feudi probatio, ingratitudinis ex parte Vaſalli, *Mart. d. loc. c. 4.*

Ad probandam itaq; ingratitudinem 20
Vaſalli, adducitur 1. communis Feudiſtarum concluſio: Vaſallum ſubditos feudales malè tractantem, & re feudali abutentem, feudum amittere, Schrad. *de feud. p. 9. c. 3. n. 59. Roſenthal. c. 10. concl. 33. n. 45. Gail. 1. obſ. 17. n. 4. Mynſ. 5. obſ. 8. Vult. 1. c. 11. n. 36. Bocer. de amiſſ. feud. ex culp. Vaſal in reb. Dom. commiſſ. n. 57:* Ubi hanc communem receptamque & juri conſonam appellat ſententiam. His ſuppoſitis Fiſcus fundamentum ſuum collocat 1. in operarum exceſſu enormi, da die Unterthanen / deren etwa 60. in 2. Monaten 1666. Frohnen verrichten müſſen / in earum aſſiduitate, diu noctuque, & in unâ ſeptimanâ quinque vel ſex diebus præſtandâ: non prætermiſſis quoque diebus pietati Catholicorum ſacratis, & quidem cum denegatione panis, & interdum aquæ, ita, ut non ſolùm aliqui inediâ in ipſis operis perierint, ſed plurimi per earum aſſiduitatem pago expulſi, eâdemque ex causâ exteri nulli domicilium ibidem quærere voluerint.

Quibus querelis reſpondit quidem reus excipendo 1. operas ſibi indeterminatas de-

deberi. 2. Ita eſſe ab antiquo præſtitas, ſeye an diſen Orthen von Alters herkommen / & ſibi à Domino Feudi, ad quem etiam taliter redeant, conceſſas. 3. Ita ſubditos ſecum de illis præſtandis conveniſſe, & operas inter ſe diviſiſſe. 4. Impetrati frater affirmat, quòd ab annis 60. à morte Mauritij N. operæ in his locis indeterminatæ eſſe cœperint, non ſolùm intra ſed etiam extra diſtrictum feudalem, fol. protocolli 48. & ſeq.

Ex quibus exceptionibus perpendendum, quo jure impetratus nitatur. Mihi quidem nec jus, nec titulum ad exigendas operas indeterminatas habere videtur. Præſcriptione enim ſe tueri nequit, cum 60. tantùm annos, & quidem ſine ullâ probatione, allegat. Literis inveſtituræ, vel conventioni cum ſubditis non poteſt inniti, cùm in illis nec jota de operis reperiatur, hæc nec ullo tempore interveniſſe oſtendi
21 poteſt. Itaque licet operæ à nonnullis pro fructu Juriſdictionis habeantur, *Vult. Conſ. Marburg. 30. n. 208. vol. 2. Gail. 2. de arreſt. c. 10. n. 2.* præſertim ſi ratione fundorum, quos in vim beneficij à ſuis Nobilibus recognoſcunt ſubditi, eas præſtare teneantur, *d.*
22 *loc.* Iis tamen vix aſſentiendum, eò quod operæ potiùs, vel ex conventione, vel præſcriptione, *Thom. Maul. de homag. t. 4. n. 2. & ſeqq.* vel ex conceſſione Principis cum ſervitiis iſtis inveſtientis, quàm ex naturâ Juriſdictionis oriantur, *Moller. lib. 2. Semeſtr. c. 32. n. 1. Knichen. de pact. inveſtitur. p. 2. c. 3. n. 30.* cùm aliàs Juriſdictio cum operis nihil habeat commune, ſive illæ ex conventione, quando cenſitus, ſive agricola accepto manſo ſe obligavit ad hæc vel illa ſervitia, *Jacob. de S. Georg. rubr. de Rhoydis & oper. num. 5. Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 9. n. 60. Beſold. in theſ. pr.* vel à libertis pro beneficio manumiſſionis debeantur, *Huſan.*
23 *Tr. de homin. propr. c. 6. n. 53.* Ex quibus patet, quod Dominus territorij, quoad præſtationem operarum nunquam habeat fundatam intentionem contra ſubditos, ſed eas ſibi deberi aſſerens præcisè probare teneatur, ut ex multis allegatis tradit *Klock. conſ. 10. vol. 1. n. 738.* jus enim neminem ad ſervitia cogit, cùm potiùs exactio operarum ſit contra jus commune, ejuſque prohibitionem, *l. un. C. ne operæ à collat. exig.* & ibi
24 Brunnemann. ait: Ex hoc textu Dd. communiter aſſerere 1. operas eſſe probandas, & 2. debitas etiam operas ſubditis non multiplicandas, ſed iis ſuccurrendum, qui à Dominis ad immoderatas compelluntur, *Carpzov. p. 1. reſp. 53. Gail. 1. obſ. 17. n. 3. & 2. obſ. 61. n. 13.* Servitia enim ruſticorum potiùs reſtringenda, quàm extendenda, & ita exigenda ſunt, ut rus colere & ſe alere poſſint, *l. 19. ff. de oper. libert. Gail. 2. obſ. 62. in fin.* multò minus ruſtici ad ſervitia extra domum Nobilis adigendi, *Carpzov. lib. 1. reſponſ. 57.* Autor *præjud. Cameral. verbo Roydæ l. 1. C. ne ruſt. ad ull. obſeq. devoc. l. 2. eod.* ubi prohibentur officiales, ruſticos vel eorum jumenta ad aliquod obſequium compellere, ſub pœnâ publicationis bonorum & exilij perpetui. Cauſa ſeveritatis eſt in favore publico, ne à culturâ agrorum ſubducantur. In tantum, ut Magiſtratus ne quidem à volentibus ſubditis inſolitas operas exigere, nec ſubditus niſi cum proteſtatione exhibere debeat, ne in præjudicium poſteritatis pedetentim vergat, *Brunneman. ad d. l. 2. C. ne ruſt. ad ull.* Unde etiam olim Patrono operas à liberto vindicanti onus probandi, ſe eas in manumiſſione expreſsâ ſtipulatione ſibi reſervâſſe, incubuiſſe, probat *l. 1. C. de oper. libert.* & ab operis libertorum ad operas ruſticorum noſtri temporis Dd. communiter argumentari ſolere, tradit *Brunneman. ad l. 1. C. de oper. libert.* Idcircò licet ſub- 25
diti fateantur, ſe quaſdam operas debere, & Domino præſtitiſſe, tamen ſi indeterminatas ille petat, reducendæ ſemper ſunt ad arbitrium boni viri, *Wehner. verb.* Dingknotul abſque probandæ libertatis injunctione, quia ex præſumptione contra Dominum militante abſolvendi ſunt potiùs, ſecundùm præjudicium Camerale in cauſâ Stephan Rueden contra Schultheiß und Gemeind zu Bödigheim / allegante *Klock. conſ. 10. vol. 1. num. 742.* ubi porrò *n. 744.* ex multis autoritatibus deducit, quod Domini locorum in impoſitione vel taxatione
operarum non ſint Judices, nec poſſint ſibi 26
ipſis jus dicere, *Mynſ. 5. obſ. 8. n. 12.* & quod contrarium aſſerens *Gail. tr. de arreſt. c. 10. n. 1. & 2.* loquatur de eo poſſeſſore, qui titulum conventionis, præſcriptionis, vel conceſſionis habet; ſiquidem aliàs in dubio operarum poſſeſſionem vitioſam, & ſervitia per Dominorum vim extorta eſſe creditur, ut ideò præſcriptio non currat, *idem Klock. d. loc.* & in *relat. Camer. Schrad. de feud. p. 10. ſect. 5. n. 109.*

&

Digitized by Google

*& 117. Roſenthal. de feud. c. 5. concl. 83. n. 7. in lit. g.*

27 Ex quo fit, ut exactiones operarum licitas eſſe dicenti, probatio tituli, conceſſionis, privilegij, vel conſuetudinis non violentæ incumbat, etiam in poſſeſſorio 28 recuperandæ; Ita ut ad præſcriptionem operarum tempus immemoriale requiratur, quo demùm præſumptio metûs & extorſionis tollitur, quia hic de maximo agitur præjudicio, diminutione videlicet libertatis, quæ aurea & inæſtimabilis dicitur, maximè ſi de operis indefinitis, nullo nomine, modo, loco, aut tempore determinatis ſit controverſia, cum ijs Domini pellem ſubditorum excorient, & vix precarium relinquant ſpiritum, prout ex multis ad longum allegatis deducit, *Klock. d. loc.*

29 Nullo igitur jure operas indeterminatas à ſubditis deſiderat impetratus, & ijs hactenus illos iniquiſſimè oppreſſit. Sævitia illius vel ex eo patet, quòd ſubditos ad operas 5. vel 6. diebus in ſeptimanâ, toto ferè anno & præcipuis agriculturæ, meſſis, vindemiæque temporibus præſtandas, nec non pupillos, viduas, mulieres prægnantes, puerperas, lactantes, ſenes decrepitos, ſexagenarios & ſeptuagenarios (qui tamen in jure à muneribus laborem corporis requirentibus excuſati, *l. un. C. qui ætat. ſe excuſ.*) cum denegatione panis, & interdum aquæ, cùm tamen ipſe tertiam ſaltem pagi partem obtineat, crudeliter compulit, ut colendis proprijs agris, quærendo victui, curandis liberis, nullum ſuperfuerit temporis ſpatium, imò aliqui deſuper teſte prothocollo, miſerrimè fame perierint; quid quod nec quieti noctis, vel diebus dominicis aut feſtis pepercit, horâ ſeptimâ veſpertinâ domum redeuntes, horâ noctis duodecimâ ad operas iterum evocavit. Remiſſionem earum rogantes graviter multavit, & 5. & 6. perſonas ex ijſdem ſimul ad eas coëgit.

Jure autem communi ſtatutum eſt, 30 quod ſi Domini ſæviant in ſervos, teneantur eos dimittere ex dominio, *§. ult. Inſtit. de his qui ſui vel alien. jur. Mynſ. 5. obſ. 8. per tot.* cur non etiã Vaſallꝰ ſubditos feudales, quos more tyrannico miſerè, crudeliterque tractat? cùm plus juris habeat Dominus in ſervos ſuos, quàm Vaſallus in ſubditos feudales, eò quod illi pleno jure ſpectent ad Dominum, rei verò feudalis proprietas non pertineat ad Vaſallum. Quapropter ſi Vaſallus in ſubditos ſæviat infeudatos, eoſque malè tractet, hac de causâ privari feudo rectè poteſt, quia deterioratio feudi in perſonis gravior eſt læſio, quàm ſi rebus eſſet illata, per *text. in t. 52. & t. 55. in pr. lib. 2. feud.* Atque ipſe Dominus per injurias ſubditis illatas tangitur, *l. 1. §. aut per ſemetipſum. ff. de injur.* Sicque dignus eſt Vaſallus feudi amiſſione, dum vires ſubditorum minuit, Dominique decus & utilitatem non parùm attenuat, *t. 6. & t. 7. verſ. etſi aliquid. lib. 2. feud. Zæſ. de jure feud. c. 16. n. 34. Roſenth. de feud. c. 10. concl. 33. n. 45.* ubi id deducit per infinitas authoritates, affirmans neminem reperiri directò contradicentem, *Schrad. de feud. p. 9. c. 6. n. 61.*

Indeque in *c. ad Apoſtolicæ. §. præter hæc junct. §. nos itaque. de ſentent. & re jud.* Papa Innocent. IV. atteſtatur, Regem Siciliæ, Sedis Apoſtolicæ Vaſallum, quod feudales ſubditos illius regni ſervili quâdam duritiâ, ſævitiâque inhumanâ tractâſſet, in Conſilio Lugdunenſi planè exutum fuiſſe illo ſuo feudo, *Bocer. tr. de amiſſ. feud. ex culp. Vaſal. in rebus Dom. commiſſ. n. 25.*

31 Illud ſaltem hic objicitur, quod ad pœnam privationis infligendam requiratur prius à Domino monitum eſſe, per *text. in §. quicunque Advocatiam. lib. 2. feud. tit. 23. de pace tenend.* quo plurimi apud *Roſenthal. d. ſuprà loc.* citantur, ipſe tamen *Roſenthal. ibidem. n. 59.* nullâ omninò admonitione tali opus eſſe arbitratur, quia aliàs hoc abſurdum ſequeretur, quod ſævitia in ſubditos commiſſa non eſſet culpa reiterata, & Vaſallus non propter feloniam, ſed poſt præceptum & admonitionem propter inobedientiam privaretur, idcircò *§. Quicunque advoc.* Sic intelligendum eſſe, ut vitetur abſurdum, & admonitio non ſit neceſſitatis, ſed cautelæ, eaque requiratur tantum, quando ſubditorum tractatio non eſt ita gravis, non verò quando notoriè conſtat, Vaſallum ſæpè ſæpiùs malè tractâſſe, quo caſu ſine ullâ præviâ admonitione poſſit privari, *Menoch. vol. 1. conſ. 2. cauſ. fin. art. 3. n. 17. & 3. n. 200. Roland. Conſ. 40. n. 30. vol. 4.* præſertim cùm hic non in omiſſivis,



Digitized by Google

ſed commiſſivis verſemur, & feudo jam notabiliter deteriorato admonitio ſit ſuperflua *Menoch. remed. recup. 10. n. 96. & conſ. 2. ſupra citato*, imò juramentum fidelitatis ſatis moneat vaſtatorem feudi, & pro homine interpellet. Ut taceam impetratum ſtatim à commiſſ. ſubdelegatis monitum in exordio commiſſionis, ut à devaſtatione abſtineat, ſubditoſque immoderatis operis non gravet, quo tamen non attento, er die Unterthanen gezwungen / daß ſie noch täglich 6. Wägen mit Stein beyführen müſſen / daß ſie die Marcktäge nicht beſuchen können : der Gemeind über 12 Wägen mit Stein / welche ſie für ſich erkaufft und bezahlt / weggenommen / und zu ſeinem Schloßgebäu führen laſſen / und das Dorff an vier Enden in Brand zuſtecken gedrohet; & ſimilia, quæ longum eſſet hic omnia enarrare. Cùm verò iſta durante proceſſu, & poſt admonitionem Cæſaream ab impetrato geſta ſint, palam eſt, non niſi celeri remedio ſubditis poſſe conſuli, nec eſſe admonendum, quem conſtat fruſtrà admonitum iri, *Natt. Conſ. 174. n. 12.* Et cùm ſævitia iſta multis annis ſit continuata, hoc caſu nullâ admonitione opus eſſe apud omnes in confeſſo eſt, cùm factum, quod non amplius relevare poteſt, non ſit neceſſarium, *l. aliquando. §. ſi ſub ditione. ff. ad SC. Vell. Roſenth. c. 10. concl. 33. n. 52. Menoch. d. ſupr. loc. conſ. 2. vol. 1. Roland. conſ. 40. numer. 30. vol. 4.*

32 Nec diſputandum hic reor de quæſtione: An aliquos malè tractans ſubditos, omnibus tamen privetur? Quia omnes eâdem ſævitiâ & operarū inſolentiâ oneravit. Quando autem plures ſævitiæ ſpecies concurrunt, tantò magis Vaſallus privari poteſt & debet, *Roſenth. d. loc. n. 90.* Ideoque meritò avaritia Vaſallorum, & ſubditos deglubendi, ſervitijs intolerabilibus onerandi, vel pœnis mulctiſque ſub conquiſitis artibus & coloribus vexandi deteſtanda libido, hac privationis pœnâ refrenatur, ut ibidem loquitur Roſenth. Qua etiam impetratum ex ſupradictis plectendum eſſe nullus dubito, eòque magis, ſi rapinæ, injuſtitiæ, falſa, uſuræ, carcerationes immeritæ, de quâ delictorum lernâ latius infrà, juxta hanc operarum inſolentiam conſiderentur.

33 A perſonis interim accedo ad res feudales, circa quas utique ſic Vaſallus verſari debet, ne iis abutatur, *Gudelin. de jure Feud. p. 4. c. 5. n. 2.* cum dolo, & crimine notabilis deterioratio non careat, eò quod non videatur fieri ad aliud, quàm ad nocendum, *Zaſ. de jure feud. c. 16. n. 34.* Atque Vaſallum feudo privari, ſi eo malè utatur, idque per abuſum reddat deterius, conſtans & communis omnium feudiſtarum eſt ſententia. De reo autem prothocollum docet, daß er 40. meiſtentheils noch neue wolgebaute Häuſer in der Frohn niderreiſſen / 27. Brunnen ſchleiffen / weit über 1000. fruchtbare Bäum außhauen / die öde Plätz zu ſeinem Alodial-Schloß / Garten und Aeckern verwandlen laſſen / alſo das Lehen in ipsâ ſubſtantiâ & corpore geſchwächt / daß nunmehr 20. Pflug mitten in dem Dorff gehen. Die Gemeinſtuben / Stall und Hoff auſſer der Brucken / ſo noch ſeiner Güte halben 100. Jahr ſtehen können / abgebrochen und zum Garten gemacht.

Excipit quidem adverſus iſta reus 1. Quaſdam domos ſe emiſſe. 2. Quaſdam obtinuiſſe jure confiſcationis. 3. Quaſdam ante deſtructionem fuiſſe ruinoſas, quas ad præcavenda damna neceſſum fuerit demoliri. 4. Quaſdam periiſſe incendio. 5. Quibuſdam pro ſubditorum ſalute & perfugio ſuam arcem & habitationem ampliâſſe, in quâ ipſi ſæpius & ſe & fortunas ſuas conſervârint, 6. Fontes quoſdam ideò coopeRuiſſe, ne vel liberi, vel animalia in eos deciderent, cum & tales fuerint, qui levi labore & pretio poſſint reparari. 7. Es habē ſich in dem vorgeweſenen Krieg ein Kayſerl. Parthey in denen vor oder auſſerhalb deß Hoffs geſtandenen Häuſern verkrochen / ſo habe der Capitain N. darauff anbefohlen / die Häuſer nider zureiſſen / oder gewärtig zu ſeyn / daß ſie in Brand geſteckt würden.

Sed quàm ex vano hæc omnia petita ſint, vel inde apparet, quòd impetratus domos à ſubditis nullas emit, ſed teſte prothocollo, per violentiam, ſine ullo pretio, ſibi appropriavit, ideoque & multas areas reſtituit. 2. Quòd non tantùm ruinoſas ædes, ſed maximam partem bonas & habitabiles, imò novas deſtruxit, quæ in actis omnes ſpecificantur. 3. Ex quibus apparet, nullam ferè domum propter ruinæ metum neceſſariò fuiſſe deſtruendam, quinimò aſſertas impetrati hypothecas & onera debitorum falſa omnia & ficta fuiſſe. 4. Ex 40. domibus, de quibus quæſtio, incendio nullam eſſe con-

Digitized by Google

conſumptam, quæ enim taliter, & circa culpam impetrati periêre, de ijs nulla eſt controverſia. 5. Se in arce impetrati perfugium & aſylum habuiſſe ſubditi pernegant, haben vilmehr als der N. im Land/ und der Orth zur Gegenwehr nicht baſtant geweſen/ ihr Vieh/ Pferd/ Mobilien/ und allen Vorrath verlohren/ und dardurch zu armen Tagen kommen. 6. Seye kein einig Stuck Vieh oder Rind in Brunnen gefallen/ ſondern habe reus ſelbe nur zu dem End ſchleiffen laſſen/ daß er darauff zu Acker fahren möge/ wie auff allen Orthen/ wo die 40. Häuſer/ Scheuern und Ställ geſtanden/ von jhm beſchehe/ und die Unterthanen in der Frohn bauen müſſen/ könne auch nicht ſo ſchlechter Dingen ein Brunn graben werden/ gehöre groſſe Mühe und Arbeit darzu. 7. Quod juſſu Capitanei incendia minantis ædes deſtruendæ fuerint, dictum quidem à reo, ſed non doctum eſt. Quinimò ubi ſpeciatim de quavis domo inſtituta inquiſitio, impetratus nullam de Capitaneo faciens mentionem, deſtructionem titulo ruinæ, emptionis, hypothecæ, confiſcationis, plerunque tamen falſò & inani colorare & excuſare conatur.

Ex quibus circumſtantijs cum inſignis & magna feudi deterioratio eluceat, Vaſallus, feudo privari poteſt, *Bocer. tr. de amiſs. feud. ob culp. Vaſ. in reb. Dom. n. 20*
34 *& 37. Roſenthal. d. feud. c. 10. concl. 33. n. 2. & ſeqq.* ubi expreſsè ponit hanc ſpeciem; ſi Vaſallus arbores frugiferas incidat, proptereà feudo privari poſſe, præſertim ſi vigentes & bonæ adhuc ſint, atque etiamſi alias ſubſtituerit, cùm illæ tardè creſcant, & ad frugem ſimilem ſerò ac rarò perveniant: Requiritur tamen non arborum ſaltem paucarum, ſed notabilis & inſignis deterioratio, puta ſi ſylva glandifera, vel hortus pyris, pomis & olivis conſitus eſſet, & Vaſallus multas ex illis contra conſuetudinem horti aut ſylvæ illius extirparet; Hoc autem hic accidiſſe nemo negaverit, cùm impetratus ultra mille arbores fructiferas & bonas extirpaverit. Quod ſi autem Vaſallus arbores ſuccidens feudo cadit, quid fiet, ſi ſubditorum domos, horrea, fundos, ſtabula, fontes diruat, & ſolo adæquet, *Roſenth. d. loc lit. a. in gl.* præſertim ſi perpendatur, quod fundos feudales, areaſque deſtructarum ædium, arci & habitationi ſuæ, tanquam bono allodiali adjunxerit, ex ijs eam partim in hortos ſpatioſiſſimos convertendo. Qualis enim & quanta hæc eſt feudi Imperialis, ne dicam doloſa, transformatio? Et quid patrocinari poterit impetrato, ſi 40. domos dirutas, mille arbores eradicatas, 27. fontes, non tantùm ad vitæ ſuſtentationem, ſed & reſtinguenda incendia, non ſine ſumptibus factos, deſtructos, & vaſtatos eſſe, quiſquam conſideraverit? Non enim tectis, non pane, non ſale tam frequenter utimur, quàm fontibus, in quo elemento aquæ puræ aſſervando omnes naturâ impellente debemus eſſe diligentiſſimi, *Knipſchild. de jur. Imp. Civit. lib. 2. c. 26. n. 51.* Et Magiſtratus ad retinendos ſubditos, vitandamque deformitatem, potiùs ædificiorum Dominis ex officio reparationem injungere debet, quàm ipſe ſuâ ſponte ædes diruere & vaſtare, *Beſold. de increm. Imp. c. 2. n. 4.* Nec tamen contentus privatorum bonis impetratus, etiam bona & vias publicas communeſque die Allmenden/ ad allodialem ſuam habitationem traxit. Ut taceam quod inſuper ſubditos adegerit ad propriam ædium ſuarum deſtructionem, ſicque in propria viſcera (& quidem ſub comminatione pœnæ) ſævire compulerit. Inſuper lapidibus, & lignis ſolutarum ædium vel ad amplificationem ſuæ habitationis uſus ſit, vel ſubditos conſtrinxerit, ut ea N. uſque aveherent, ſuoque nomine ibidem divenderent.

Quibus omnibus ita in veritate facti con- 35
ſtitutis ego neceſſè nihil duco, examinare illam quæſtionem, utrum partem feudi deteriorans, toto nihilominus feudo, privari debeat, cum multæ hic deteriorationis ſpecies in omnibus ferè feudi partibus concurrant, & ita quidem, ut unica hæc ſeparatim conſiderata in totius tamen feudi grave damnum redundet, quo caſu totius feudi privationem locum habere tradit, *Roſenth. d. c. 10. concl. 33. n. 7. & 35.* Fiunt enim iſta omnia contra præſtitum fidelitatis juramentum, quo caſu Vaſallum feudo privari poſſe textus eſt expreſſus in *t. 21. de feud. ſine culp. non amitt. lib. 1. feud. & lib. 2. t. 6. in fin.* & ſi Vaſallus privari poteſt ſi ſolum ſciverit, quempiam grande damnum patrimonio Domini moliri, nec eum certioraverit, *t. 24. quæ ſit prim. cauſ. benef. amitt. §. præterea Vaſallus. lib. 2. feud.* multò

Digitized by Google

multò magis exui debet, ſi ipſemet grandem jacturam rebus Domini inferat, *Bocer. d. ſupra loc. num. 20. & ſeqq. Vult. lib. 1. de feud. cap. 11. num. 39.*

Adverſus iſta quidem omnia regerit impetratus, ad pœnam graviſſimam & odioſam privationis non facilè accedendum eſ-
36 ſe, niſi gravi & magnâ ex causâ, *Menoch. conſ. 1. n. 397. & conſ. 102. n. 7.* præſertim ſi feudum ſit improprium, wie diſes Erb⸗Pfand⸗und Burg⸗Lehen / quo Vaſallus privari non poſſit ex iisdem cauſis, ex quibus alij Vaſalli feudo privantur, *Crav. conſ. 6. n. 109.* eò quod in pœnalibus à feudo proprio ad improprium non fiat extenſio, & feudum pignoratitium empto non ſit ſimile, *Vultej. de feud. lib. 1. c. 8. n. 46. Weſenbec. conſ. 57. n. 8.* Tum verò dolum Vaſalli in deterioratione probandum eſſe. Sed hic impetratum multa per turbas bellicas excuſare poſſe, ut culpa potiùs tantùm, quàm dolus appareat, à quo tamen, & gravi privationis pœnâ quælibet etiam fatua & injuſta cauſa excuſet. Quinimò cùm Vaſallus jam ſeptuagenarius ſit, vicinuſque morti, idcircò haud magnum ſibi à privatione feudi præjudicium, nec fiſcali lucrum accedere, cum poſt mortem ſuis filiis ex perſonâ primi acquirentis feudi ſucceſſio debeatur, quibus ex delicto Patris feudum nequeat auferri. Præteritis inſuper belli temporibus ſubditorum vitam fortunaſque ſæpius conſervâſſe, ita ut etiamſi aliquo altero caſu feudum devaſtârit, tamen propter viciſſitudinariam meliorationem eo privari nequeat, *Schrad. de feud. p. 9. c. n. 59.* eò minus, quia jam quàm plurimis ſubditorum querelis reali ſolutione & rerum ablatarum reſtitutione ſatisfecerit, quo caſu mitigari pœna aliàs commerita poſſit & debeat.

37 Verùm enimverò licet gravis ſit pœna privationis, illa tamen certis in caſibus à jure feudali expreſsè ſtatuta eſt; tum verò *cauſa hæc* ita comparata, quod propter hunc ſævitiæ plenum in operis exigendis exceſſum, ſubditos ex feudo damnoſiſſimè ejecit, uſuris mordaciſſimis & anatociſmis vexavit, ſuos ſibi debitores in libro domeſtico rationum falsò inſcripſit, juſtitiam implorantibus denegavit, gratiam petentes gravius punivit, bonis, quæcunque ſibi commoda & utilia viſa ſunt, publicis & privatis tyrannicè abſque omni titulo & causâ ſpoliavit, carcerationibus immeritis ac perduris excruciavit, viduas & pupillos oppreſſit, uti prothocollum in omnibus paginis oſtendit. Si autem Vaſallus nimis crudelis ſit in ſubditos, feudo privabitur, ait *Menoch. tr. de recup. poſſ. remed. 10. n. 86.* & *de arb. jud. quæſt. lib. 1. cent. 1. caſ. 78. n. 4.* Quod tum maximè verum, ſi Vaſallus contra æquum & juſtum ſubditis vim inferat, juſtitiam deneget, imò prohibeat, ne aliis juſtitiam ex æquo adminiſtrent, *Schrad. p. 9. c. 6. 61. Rol. à Valle conſ. 18. n. 29. vol. 3.* 38
cum maxima & capitalis ſit injuria, miſeris ſubditis, modicum illud, quod habent, eripere, eoſque deglutire, *Rol. à Valle de loc. num. 23. & 28. Mynſ. 5. obſ. 8. n. 13.* hæcque mala ſubditorum tractatio, ſævitia, & injuſtitia etiam pertinet ad interitum feudi, contumeliâ Domini, & eſt privatione feudi digniſſima, *Alexand. in l. divortium §. Si feudum. n. 1. ff. Sol. matr. Gram. deciſ. 104. n. 18. 19. Hartm. in obſ. t. de feud. 54. obſ. 36.*

Quod ſi jam porrò juxta rapinas & emunctiones ſubditorum conſiderentur ſacrilegia, falſa formaliter perpetrata, finium & lapidum, der Marck⸗und Güterſtein exterminatio, prava feudi transformatio, Convaſallorum defraudatio, meritò quis dubitaverit, quomodo perſona tot delictis 39
comaculata ſtare in curiâ Domini poſſit? Inſuper ingentes minas effudit contra Imperatorem, quibus non ſolùm contra juramenti religionem peccavit, ſed etiam perſonam Domini deſpectui habuit, exindeque privationem feudi meruit *Roſenth. c. 10. concl. 35. n. 2.*

Cùm igitur neminem inveniam dubitantem vel contradicentem, an tot delictis aggravatus feudo privari poſſit & debeat, idcircò plures in hunc finem textus & autoritates colligere, ſupervacuum duxi; Juſtè ſiquidem faciunt Domini ſuperiores, ſi contra ſævitiam Nobilium miſeris & oppreſſis ſuccurrant, quia Imperatoris proprium eſt, è manu ſævientium liberare oppreſſum, *Thom. Gram. deciſ. 104. n. 8.* Illud ſaltem perpendendum, quid de filiis privandis, quid de agnatis ſtatuendum? Ubi conſiderandum; agi quidem hoc loco, de feudo improprio, von einem Erb⸗und Pfand⸗Lehen / ſo nicht auff die Söhne / ſondern auff deß primi acquirentis Erben gerichtet / quod tamen non minus quàm proprium feudum, ob ſævitiam & deteriorationem notabi-

tabilem amittitur, *Schrad. de feud. p. 9. c. 6. n. 74. verſ. 14. Roſenth. 10. concl. 33. n. 92.* per textum expreſſum *in c. un: de feud. non hab. propr. natur. lib. 2. feud. t. 48.* ubi dicitur, qualitercunque feudum datum fuerit, licet propriam feudi naturam non habeat, jure tamen feudi cenſebitur, ut ex cauſis ipſum amittat, quibus & verum feudum. Et amplius Roſenth. *c. 11. concl. 5. n. 2.* ait. : In feudo vero hæreditario vulgatam diſtinctionem ex *tit. 24. lib. 2. feud.*
40 *1.* denique adhibeo, quod nimirum ſi delictum commiſſum ſit in perſonam Domini, excluſis filiis, agnatis & omnibus deſcendentibus delinquentis, Domino, ut injuriæ ſuæ vindictam & ultionem conſequatur, applicetur, ubi infinitas authoritates allegat, aſſerens nullum eſſe qui diſſentiat. Domini autem ſtatum eſſe connexum cum ſtatu ſubditorum, ita ut mala eorum tractatio ad injuriam & contumeliam Domini pertineat, extra dubitationis aleam poſitum eſt. Honeſtas enim poſtulat, ut homines infeudati benè tractentur, quia ſubditi vaſalli ſunt ſubditi ſuperioris, ut Vaſallus non tantùm propterea abſtinere debeat, ne Dominum in rebus feudalibus offendat, ſed etiam ne eos lædat, quorum protectio & defenſio ad ſuperiorem pertinet, *Roſenth. d. l.* etenim ad nos quoque ſpectat injuria, quæ fit ijs, qui poteſtati vel affectioni noſtræ ſunt ſubjecti, *§. 2. Inſtit. de injur. l. 1. §. 3. ff. eod. Chriſtin. vol. 6. deciſ. 78. n. 23.* & indignum eſſe Vaſallum feudo, qui perſonas affectioni vel poteſtati Domini ſubjectas injuriâ afficit, habetur in *t. 7. de novit. form. fid.* quod eò magis hic locum ſibi vindicare videtur, quia Vaſallus poſt admonitiones Imperatorias non deſtitit, ſed in apertum earum contemptum in devaſtatione feudi & ſubditorum oppreſſione præfracto animo perrexit, ut docet idem *Roſenth. c. 10. concl. 33. n. 56. & 57.* imò etiamſi delictum in perſonam Domini non ſit commiſſum, tamen feudum hæreditarium filiis auferri poſſe, habet idem Roſenth. *d. c. 11. c. 5. n. 6.* citans Bart. Alciat. Fichard. Socin. Jun. Minſ. *conſ. 44.* Gail. *2. de pp. c. 13. 21.* ubi de feudo ex pacto cum loquatur, & id filiis ex delicto patris auferri poſſe neget, contrarium in hæreditario videatur ſtatuere. Id quod etiam probatur per text. *in c. 1. tit. Si Vaſallus feud. priv.* ubi dicitur: *Vaſalli delinquentis feudum, licet ad agnatos quandoque pertineat, filius tamen ad id nullatenus aſpirabit, niſi id iterum à Domino licitè acquirat gratiam ſibi faciente.* Ex quibus verbis apparet, nec defuncto delinquente eos aſpirare ad feudum poſſe, quia aliàs neceſſum non eſſet precibus hoc impetrare, *l. un. C. de theſaur. l. fruſtra C. de mil. veſt.* Et in *c. Si Vaſallus culpam t. Si de feud. defunct. content. fu.* dicitur: *Si Vaſallus culpam committat, propter quam feudum amittere debeat, neque filius, neque deſcendentes ad id feudum revocabuntur.* Ex quibus capitulis, & verbis eorum generalibus ſatis patet, filios ſemper à feudo excludi, ſive delictum in Dominum ipſum, ſive aliter commiſſum ſit. Si enim in Dominum aliquid eſſet perpetratum, tum neque agnati admitterentur, ut apparet ex *§. fin. lib. 2. feud. t. 24. quæ fuerit prim. cauſ. benef. amitt.* uti cum omnium ferè feudiſtarum applauſu pleniſſimè deducit, *Hart. Piſtor. lib. 2. p. 1. q. 16. per tot.* Ex quibus fundamentis, propter ſuprà recenſita enormia delicta, etiam filios cum Patre privandos eſſe concludo. Præſertim cum bona, quæ patri auferuntur, & quæ non amplius habet, ad filios tranſmitti non poſſint, *Herm. Vultei. de feud. lib. 1. c. 11. n. 20. Berlich. p. 3. concl. 37. n. 1. & 12.*

De agnatis & illud quæri poteſt, quia 41
proprias portiones in iſto fundo actualiter poſſident, ob ſie nicht auch deßwegen zuſtraffen / und ihrer eigenen an diſem Lehenbeſitzenden Antheil zu priviren / weilen ſie der devotion erlich und zwantzig Jahr zugeſehen / und contra fidem juramenti dem Lehen-Herrn hunc notabilem fundi interitum verſchweigen / und noch dazu deß Vaſalli felonias defendiren wollen / quia damnoſiſsimum hoc ſilentium grandem Domino directò adfert injuriam. Atque in jure feudali expreſſum eſt, *tit. 24. quæ ſit. prim. cauſ. benef. amitt. §. præterea Vaſallus. lib. 2. feud.* quod Vaſallus feudo ſuo privetur, ſi ſciverit, quempiam grande damnum patrimonio ſui Domini moliri, nec tamen de eo Dominum certioraverit. Sive dolo, ſive ex negligentiâ id facere omiſerit. Tenetur enim ſub pœnâ privationis tale damnum Domini avertere, ſi ſit in ipſius viribus & ſine periculo ſalutis fieri queat, qua obſtrictus eſt perſonam & bona Domini intacta ſervare, etiam cum prudentiâ ſive providentiâ

 ſuâ.

Digitized by Google

ſua. Nec enim tantùm jurat nullum dam-
num Domino inferre, ſed & alios pro viri-
bus repellere, & quam citò poterit, Do-
mino nunciare, ſi videlicet ſciat, velle
quem oppidum aut ſegetes incendere, vi-
tes & arbores incidere, *Roſenth. c. 10. concl.
17. n. 40. & ſeqq.* ubi text & Author. pluri-
mas allegat.

Quapropter ſicut impetratum & ejus fi-
lios, ex cauſis ſuprà poſitis cenſeo condem-
42 nandos eſſe; Ita in eâdem fere condemna-
tione ſunt Agnati, qui cum in eodem feu-
do ſuas obtineant partes, ejus devaſtatio-
nem videre & notare evidenter potuerunt,
ut adeò in notoriis poſſent etiam eâdem
ſententiâ condemnari, præſertim quia im-
petrati felonias inſuper defendere judicia-
liter conati ſint. Quia tamen ad hunc
proceſſum nunquam ſunt citati nec auditi,
& adeò eorum felonia in omittendo ſaltem
conſiſtit, conſultius judicârem, ſi in ſenten-
tiâ hoc adderetur? Und werden den agna-
tis hiemit 2. Monat zu ihrer Verantwor-
tung / warumb ſie 10. 20. 30 und mehr
Jahr der Lehens devaſtation / wider ihre Lehens-
Pflicht zugeſehen / angeſetzt: & moneri po-
teſt Fiſcalis ferner gegen ſie zu verfahren.

43 Duriſſimam ergò illam ſervitutem anti-
quam, circa annum Chriſti 1250. deſiiſſe
teſtatur *Bodin. lib. 1. de republ. c. 5.* & *Taci-
tus in hiſtoriâ de moribus Germanor.* tradit:
Germanos nunquam habuiſſe veros ſervos.
Homines enim proprij, in quibus maximè
adhuc ſervitutis ſpecies elucet, ad anti-
quam illam ſervitutem comparati reipsâ
ſunt liberi. Quamvis in Bohemiâ adhuc
durius habeantur, aut liberè donentur.
Famuli verò noſtri, qui mercede condu-
44 cti noſtris expenſis nobis inſerviunt;
tantò minus ſunt ſervi, quia nec vendun-
tur nec vindicantur actionibus civilibus,
ſed homines liberi ſunt in omnibus, Teſtes,
Judices & Procuratores in Judiciis eſſe poſ-
ſunt, teſtamenta condunt, & quoslibet
perficiunt contractus. Quare nec ſubditi,
45 nec eorum liberi à Dominis aut Magiſtra-
tib⁹ ſuis ad famulitia vel operas præſtandas
cogi poſſũt, quia coactio elocandi operas ſa-
pit ſpeciem ſervitutis: Quin etſi ruſtici alteri
ejuſdem conditionis homini operas ſuas e-
locaverint, amicitiæ ſolùm & familiaritatis
ratione adducti id plerumque facere ſo-
lent, atque id temporis eligunt, quod ipſis
magis eſt commodum, nulluſque ſubeſt ti-
mor, quod detineantur inviti, & ultrà
quàm commoditas eorum ferat, ipſis in-
jungatur, quod metuere apud Dominum
poſſunt, *Hartm. Piſtor. obſ. 101. n. 19. &
ſeqq. Carpzov. p. 1. conſt. 51. d. 9. n. 6. &
ſeqq. & lib. 1. reſp. 58. n. 8. & ſeqq. Richter.
deciſ. 93. n. 14. & ſeqq.* 46

Quod ſi verò propriis operis non deti-
neantur, ſed eas extraneo locare omninò
velint, tunc Domin⁹, re adhuc integrâ con-
currens, eandemque mercedem promit-
tens, meritò prærogativâ gaudet. Nec
enim ſubditorum intereſt hoc caſu, an ex-
traneo ſerviant, an verò Domino, cui et-
iam pietatis ratione & vinculo Sacramenti
præ altero magis aſtringuntur. Et ſi hoc de-
trectent, ad refuſionem intereſſe & dam-
ni Domino tenentur, *Hartm. Piſtor. d. obſ.
101. Carpzov. d. conſt. 51. def. 9. n. 8. & ſeqq.
Richter. d. 98. n. 43. & ſeqq.* Quod etiam
eâdem pietatis & reverentiæ ratione ad
miniſtros Eccleſiarum extenditur, ut ni-
mirum Parochiani operas ſuas ad culturam
agrorum aliis elocare nequeant, priuſquam
agri Parochiales ab ipſis conſiti fuerint,
*Carpzov. in Juriſpr. Eccleſ. lib. 2. def. 338.*

Cæterùm homines proprij hodierni, 47
Leibeigene Leuth / quibus devictis olim terræ
relictæ ſunt colendæ, ne provincia in ſoli-
tudinem redacta ipſis victoribus eſſet in-
fructuoſa, invito Domino recedere non
poſſunt, quia ſunt aſcripti glebæ, ipſique &
eorum liberi perpetuò coguntur adhærere
fundo, & ideò inter immobilia numeran-
tur, *Mindan. de Mandat. lib. 2. c. 67. n. 8.
Huſan. de propr. homin. c. 2. q. 5. n. 10.*
Hinc vocantur manentes, Hübner / ſo von
einem Herren oder Cloſter begüttert ſeynd /
qui fugitivi repetuntur, *l. cum ſatis 23. §. 1.
C. de agric. & cenſit.* adeoque cum omni
ſobole & peculio reſtituendi ſunt, actione
præjudiciali utili contra denegantem eos
comparatâ, *Mev. ad jus Lubecenſ. lib. 1.
tit. 3. art. 3. & tr.* von Abfolg der Bauers-
Leuth. *Henr. Hahn. ad Weſenb. ff. de ſtat.
hom. n. 5.* vel condictione ex *l. ſi Coloni. C.
de Agric. & cenſit. Menoch. recup. poſſeſſ.
remed. 10. n. 31.* Quod ſi manumiſſos ſe 48
dicant homines tales proprij, inſtrumenta
manumiſſionis oſtendere debent, ne civi-
tas ſervilis conditionis hominibus replea-
tur. De his Lehman. in der Speyeriſchen
Chronick *p. 2. c. 20. fol. 101.* §. ferner iſt. hæc
ſcribit: Es iſt zu vermuthen / daß offt die

Etli-

Digitized by Google

Städte und Obrigkeiten durch Leibeigene anſehentliche Leuth müſſen hintergangen worden ſeyn / als wenn ſie frey wären / weil man in folgenden Zeiten ſolchen Betrug mit diſem Mittel begegnet / daß ein jeder / ſo zu einem Burger wolte in Städten auffgenommen werden / mit brieflichen Schein / ſo man Manns-Recht nennet / müſſen darthun / daß er niemands eigen ſeye.

49 Jure civili ſervus efficitur, qui ſeipſum ſciens ſe eſſe liberum, ignoranti id emptori pretij participandi cauſâ venundat, *l. 5. §. 1. de ſtat. hom.* cui negatur facultas proclamandi in libertatem, *l. 1. & 3. ff. de his quib. ad libert. proclam. non licet*, niſi aliquando ex juſtâ cauſâ, ſi offeratur reſtitutio pretij; *l. 2. in pr. ſi lib. ingen. eſſe dic.* Et fruſtrà hic objicitur à Portio, quòd libertas ſit res inæſtimabilis, & ille læſus ſit ultra dimidium. Nam propter odium degeneris animi, & malitiam ſeipſum turpiſſimi lucri cauſâ venundantis, hæc benefi-
50 cia ipſi non competunt. Si tamen filius-familias eſt, pater jure ſuo vindicare poteſt, *l. 1. §. 2. de R. V.* atque etiam patronus, *l. 4. ff. de lib. cauſ.* neque enim patroni & patris jus hoc modo interverti debet. Condemnati etiam ad mortem olim fiebant ſervi pœnæ, ut ſtatim omnia jura ci-
51 vium Romanorum amitterent; Quod tamen hodiè abrogatum eſt, & condemnati ad mortem inter vivos vel per ultimam voluntatem, ante vel poſt condemnationem, de rebus ſuis diſponere non prohibentur, ex generali omnium ferè locorum conſuetudine, *Matth. Coler. p. 1. deciſ. 34. n. 6.* Similiter olim debitor non exiſtens ſolvendo adjudicabatur creditoribus, qui-
52 bus ex LL. XII. Tabb. licitum erat, eum vincire, verberare, in carcerem conjicere, ſervituti mancipare, quin &, ſi vinculorum pœna ſperneretur, in partes ſecare, & inter ſe corpus illius partiri, ut iſtius Legis duriſſimæ meminit *Aul. Gell. Noct. Attic. lib. ult. c. 1. Mev. ad jus Lubecenſ. lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 1. & ſeqq.* Hodiè verò flebile ceſſionis bonorum beneficium creditoribus eſt indultum. Sed in Saxoniâ debitor obæratus adhuc per Judicem creditori ad manum pignoris loco addicitur, & ſi ſuſpectus fieri incipiat, etiam compedibus tantiſper detineri poteſt, donec operis & ſervitijs ſuis, vel aliâ ratione debitum diſſolverit, Landrecht Weichbild *art. 39. lib. 3. c. 27.* König *de Proceſſ. c. 138. n. 11. Herm.* Stamm *de ſervit. perſon. tit. 1. c. 4. n. 3. Coler. de Proceſſ. execut. p. 1. c. 3. n. 160. & c. 6. n. 114.* Sicque debitor ita ad- 53
judicatus ſit proprius homo Creditoris, quæ eſt ſervitus anomala ad cuſtodiam & operas pertinens, *Mev. ad jus Lubec. lib. 1. tit. 3. art. 1. n. 85. & ſeq. Henr.* Hahn *ad Weſenb. tit. de ceſſion. bon. n. 3.* Alibi in carcerem publicum conjiciuntur decoctores, in den Schuldthurn non attentâ ceſſione bonorum, Hahn *d. loc.* quam pœnam tum legibus publicis, tum moribus in Italiâ, Hiſpaniâ, Angliâ, Galliâ & Belgio, atque etiam paſſim in Germaniâ, præſertim in celebrioribus ejus Emporijs invaluiſſe, plerunque ad id aſſignatâ certâ cuſtodiâ, teſtatur *Mev. d. l. n. 33.* Nec dubium eſt, ejuſmodi ſtatuta & mores, contra malitias debitorum, ipſam rationem & utilitatem commendare.

Varia ſunt inſuper alia ſæpè ſubditorum onera, dum juvare Dominum inopem tenentur, müſſen jhm ein Kuchelgeld reichen / canes Dominorum venaticos alere, & ſimilia, de quibus videri poſſunt *Maul. de Jurib. Dominor. & ſubdit. Franciſc. Balthaſ. de operis ſubdit. Auth. præjud. Cameral. verbo Rhoidæ*, & ubique obſervandum, an obſervantia, conventio vel præſcriptio ſubditos liget.



Digitized by Google

# *Liber I. Tituli V. Pars XII.*

## De
## *POTESTATE PATRIA.*

### SUMMARIA.

1. *PArem reverentiam utrique Parenti deberi.*
2. *Matri tamen poteſtatem in liberos non competere.*
3. *Patriam poteſtatem hodiè non eſſe ſublatam, licet ceſſent quidam effectus juris Romani.*
4. *Redditur ratio, quare Matri poteſtas non competat.*
5. *Quinam hodie ſuperſint effectus Patriæ poteſtatis.*
6. *Inſignem inter alios effectum eſſe Patriæ poteſtatis, jus vindicandi filium apud alium exiſtentem, quod recenti præjudicio demonſtratur.*
7. *Nec vindicationi obſtare, ſi Pater à ſacris alterius Religionis ad fidem Catholicam ſe convertat.*
8. *Quomodo conſtituatur Patria poteſtas.*
9. *Patrem non poſſe cogi, ut emancipet filium niſi raris caſibus.*
10. *Quare Patri olim conceſſum fuerit in liberos jus vitæ & necis.*
11. *Liberos cavere ſibi debere à maledictione Parentum.*
12. *Si diſpliceat Patri filius, ejus famam apud bonos onerari.*
13. *An Judæorum infantes Parentibus auferri & baptizari debeant.*

1 IPſa natura liberis præcipit, Matrem æquè ac Patrem venerari & obſervare, cùm una omnibus parentibus ſit ſervanda reverentia, ut inquit JCtus *in l. Parentes 6. ff. de in jus voc.* Hinc vocabula: Parentes, liberi, conjugium, reverentia, obſequium, alimenta, & ſimilia, à pleriſque dicuntur eſſe juris naturæ: cùm etiam ex ſententiâ *Ariſtotelis 1. Pol. 8.* Naturæ lege & præſcripto liberi Parentum imperio ſubjiciantur, vid. *Grot. de I. P. & B. lib. 2. c. 5. n. 1. 2. & 7.* Ut propterea injuriam facere Juri Romano, qui æqualem utrique Parenti ex eo honorem deberi negant, tradat *Treutl. vol. 1. diſp. 1. 1. th. 5. lit. b.* imò eadem Matri reverentia, & jam poſt obitum Patris inconcuſſa permaneat.
2 Hæc omnia tamen eò extendi non poſſunt, ut propterea Mater liberos habeat in poteſtate. Nam ſi principia juris civilis ſpectemus, ex iis ſoli Patri hæc poteſtas vindicatur, *§. 3. in fin. Inſt. de hæred. qual. & differ.* fundatur quippe jus Patriæ poteſtatis ſuper jure familiæ, & eſt portiuncula quædam publicæ ac ſupremæ poteſtatis, communicata Patribus in vim Juriſdictionis domeſticæ, ad ſublevandos Magiſtratus multis litigiis. Licet hodiè in multis reſtricta ſit Patria poteſtas, qualis olim apud Romanos fuit, præſertim in liberis ætatis jam perfectæ, qui ipſi panem ſuum propriis laboribus & induſtriâ comparant, bey nunmehr erwachſenen Kindern / welche ihr Brod ſelbſt verdienen können / oder ihr gewiſſes außgeſetztes Deputat von den Eltern erlangt haben: in his enim Patria poteſtas, ſecundùm mores Romanos, non eſt amplius in uſu, nec Pater filio propriâ autoritate pœnam perpetuæ cuſtodiæ dictare poteſt, prout ex *reſponſ. Facultat. Jurid. Witteberg. de anno 1642.* tradit *Volckm.* Bechmann *ad Dig. lib. 1. Exercit. 5. h. t.* Nihilominùs tamen ex conſenſu omnium gentium, remanet Parentibus filios modicè caſtigandi poteſtas, longeque ſanctiorem cultum à civibus ſuis etiam Magiſtratus ſibi polliceri poteſt, ſi liberi Parentibus ſuis, hominibus privatis, ſubjacere & obſequi ſint aſſueti. 3

Hinc falluntur, qui Patriam poteſtatem penitùs hodiè putant exſpiraſſe, nec niſi reverentiam liberorum erga Parentes ſupereſſe & obſervantiam. Nec enim uſpiam poteſtas Patria ſublata eſt. Non confundenda ſcilicet eſt Patriæ poteſtatis eſſentia cum exiſtentiâ, poteſtas Patria Romana cum poteſtate ex jure gentium, effectus generales, cum ſpecialibus & civilibus,

quia utique jus gentium apud omnes adhuc obſervatur. Neque dubium eſt, alias quoque gentes, præter Romanam, habuiſſe in liberos poteſtatem, cum forma eſſentialis Patriæ poteſtatis ſit à Jure gentium, quam ſcilicet gentes longè ante Rempubl. Romanam exercuerunt. Patribus ergò competit poteſtas in liberos, à quibus ipſi vitam & alimenta accipiunt, nec unquam beneficia Parentum condignâ gratitudine poſſunt rependere. Matri tamen poteſtas hæc non tribuitur, licet eodem procreationis fungatur munere, *§. 15.*
4 *Inſt. de ſucceſſ. ab inteſt.* & matri infans ante partum oneroſus, in partu doloroſus, poſt partum laborioſus ſit, *c. 2. extr. de converſ. infid.* ratio eſt, quia mulieres ipſæ ſunt poteſtati maritorum ſubjectæ, & filius ſequitur familiam Patris non Matris. Imperium enim domeſticum eſt monarchia quædam, cui duos præeſſe, aut unum in duorum poteſtate fuerit abſurdum: nam Reginæ Reverentia quidem, ſed non poteſtas debetur.

5 Quamvis ergò ſublati ſint quidam effectus Patriæ poteſtatis, ut jus vitæ & necis, vendendi filium, acquiſitio per eum in omnibus *&c.* cùm etiam Numa legem Romuli jam limitaverit, ut Patri non liceret amplius filium vendere, poſtquam matrimonium contraxiſſet, indignum putans nuptam amiſsâ virginitate ſine facto ſuo ſervo cohabitare, cui libero erat copulata, *Plutarch. in Romul.* reliqui tamen effectus manent, & ſeſe oſtendunt in teſtamenti factione, in datione tutorum, in ſubſtitutionibus, in uſufructu bonorum adventitiorum filij, in acquiſitione, ſi quid ex re Patris obveniat filio, *l. 6. C. de bon. quæ lib. 79. de acquir. vel omitt. hæred.* Item quod Parentes abſolutam, aut concedendi aut abnuendi matrimonij liberorum ſuorum minorennium jure noſtro civili habeant poteſtatem, licet in majorennibus diſſenſus Parentum liberorum nuptijs nullum adferat impedimentum, niſi cauſa ſubſit. Quod Pater modicè caſtigare filium poteſt: Si verò graviorem animadverſionem res exigat, eum Judici offerre debet, *l. 3. &*
6 *4. C. de Patr. poteſt.* Quod filiusfamiliàs ſine conſenſu & autoritate Patris quicquam polliceri aut contrahendo ſe obligare, aut in judicio experiri non poteſt, niſi in peculio caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi, in quibus pro Patrefamiliàs habetur. Quod jus vindicandi filium competat Patri, ſi filius apud extraneum, vel etiam apud Matrem detineatur & abductus ſit, *l. 1. §. 1. ff. de R. V. l. 1. §. poſt edictum ff. de ventr. inſpic.*

Exemplum recens præbet nobis caſus, qui anno præterlapſo contigit. Rediit in ſinum Religionis & Eccleſiæ Catholicæ perſona illuſtris & nominis & familiæ, conſorte thori adhuc reformatæ religionis aſſerta profitente. Cum itaq; ille animæ ſalutem curaret, conjux capto conſilio clanculum evadit, & proles unà ſecum in Hollandiam abducit omnes. Certior factus Parens proles repoſcit. Quæ cùm occultarentur, & certæ ponerentur ante reſtitutionem conditones, mandatum de exhibendis liberis ſine clauſulâ petiit Pater contra Matrem detentricem. Videbantur obſtare primò, quaſi jura Patriæ poteſtatis hodie non amplius ita vigeant, ut per mandata S. C. vindicare filios Pater poſſit. Opus eſſe cognitione cauſæ & proceſſu, antequam præceptivè aliquid ſtatuatur, cùm cauſa aliquando juſta ſubeſſe poſſit, cur apud Matrem potiùs filius morari debeat. Sic enim habet textus in *l. 1. §. 3. ff. de lib. exhibend. Si verò Mater ſit, quæ filium retinet, apud quam interdum magis quàm apud Patrem morari filium debere, ex juſtiſſimâ ſcilicet causâ & Divus Pius decrevit, & à Severo reſcriptum eſt: æquè ſubveniendum erit ei per exceptionem.* Cui conſonat textus in *l. 3. §. 5. ff. eod. Etiamſi autem maximè probet Pater filium in poteſtate ſuâ eſſe, tamen causâ cognitâ Mater in eo retinendo potior erit. Obtinuit enim Mater ob nequitiam Patris, ut ſine diminutione Patriæ poteſtatis apud eam filius moretur.* Idem ferè ſancitur in *l. un. C. de divort. fact.* ubi dicitur: *Divortio facto, competens Judex æſtimare debet, an apud Patrem vel Matrem liberi morari ac nutriri debeant.*

Verùm ſicut interdictum de exhibendis liberis nullam regulariter exceptionem admittit, *cur apud eum ſit is, qui exhiberi debet, omnimodò reſtituendum Prætor jubet, d. l. 1. §. 2.* ita pariter, quia nullam habuit Mater arripiendæ fugæ & liberos abducendi cauſam, cùm maritus amplectendo Religionem Catholicam nihil contraxerit piaculi, ſed animæ ſaltem ſuæ proſpexerit ſaluti, ideò *22. Novemb. 69.* Man-



Digitized by Google

datum contra Matrem, ſub pœnâ amiſſionis omnium commodorum, quæ ipſi ex pactis dotalibus, aut aliàs, obvenire poterant, decretum eſt. Nullam nimirum hic
7 juſtiſſimam cauſam, qualis ex legibus ſuprà allegatis requiritur, neque Patris nequitiam Mater allegare, minus probare poteſt. Atque hodiè propter piam inter Chriſtianos Matrimonij conſtantiam rarò evenit, ut liberi apud Matrem morentur, niſi fortè culpâ viri uxor cohabitare nolit, *Mindan. lib. 2. de Mandat. c. 52. n. 6.* ubi *n. 13.* ad inſtantiam tutorum quoque Mandata S. C. de exhibendis pupillis decerni tradit. Nec verò Religionis prætextu hic aut Patriæ poteſtatis aut tutorum jura interverti poſſunt, quia Leges publicæ & Inſtrumentum Pacis id omninò prohibent, ex quibus juxta Religionem Catholicam Auguſtana Confeſſio & reformatæ Religionis profeſsio toleratur, ut nullum pati debeat ullius juris præjudicium, quem Spiritus S. gratia in gremium Religionis Catholicæ & inter Chriſtianos antiquiſſimæ reducit.

Itaque non eſt credendum illis, qui ex eo ſolo conantur perſuadere Patriæ poteſtatis abrogationem, quod quoſdam ejus-
8 dem effectus hodiè ceſſare videant. Ea verò conſtituitur juſtis nuptijs, legitimatione, adoptione vel arrogatione. Aliqui enim liberi ſunt in poteſtate ſtatim ab origine & per nativitatem, qui naſcuntur ex nuptijs vel verè vel opinione juſtis; aliqui modò à lege in Patriam poteſtatem redi-
9 guntur. Quæ Patria poteſtas tanto ſemper fuit in pretio, ut invitus Pater nullâ ratione adigi poſſet ad filium emancipandum; niſi vel Pater peccandi neceſſitatem ei inferret, vel ſupra modum durè tractaret, vel præmium emancipationis accepiſſet, vel impubes adoptatus ſe liberari major factus poſtularet, *auth. ſi lenones. C. de Epiſcop. aud. l. fin. ſi à Patr. quis fuer. manum. l. ſi cui. de condit. & demonſtr. l.*
10 *non unquam 32. ff. de adopt.* Jus verò vitæ & necis antiquitùs Parentibus vel ideò conceſſum fuiſſe videtur, quia conducebat ad continendam reverentiam & officium liberorum in Parentes, terrendamque impietatem, in quam facilè juvenes ex levitate, ad contemptum Parentum, à quibus tot acceperunt beneficia, prolabi poſſent; & quia Legislatores crediderunt, nunquam eò ſævitiæ perventuros eſſe Parentes, ut in proprium ſanguinem ſine causâ exercerent crudelitatem. Hinc etiam nullâ lege hoc jus vitæ & necis, ſed tantùm deſuetudine ſublatum eſt, tanquam ipſa natura ſatis prohibeat hoc nefas, quæ ad prolium potiùs amorem & conſervationem impellit. Ob hunc itaque naturalem in liberos affectum, nullis tutius tutela liberorum quàm Patribus potuit committi. Sed non aſperandi ſunt à filijs 11
Patres, ne benedictionis perdant gratiam, aut maledictionis in ſe provocent vindictam, de quibus Sacra pagina *Geneſ. c. 9. & 27.* nec non 49. atteſtatur, quia benedictio Patris firmat domos filiorum, maledictio verò Matris eradicat fundamenta, *Eccleſ. c. 3.* nec ægrè ferre filij debent Patris in ſe poteſtatem, à quo tot beneficia nativitatis & alimentorum, vitæque recepêre ſubſidia, quæ pari menſurâ nunquam poſſunt rependere. Unde Valerius Maxim. *lib. 1. c. 1.* ſcribit, *pari vindictâ expiandam eſſe parentum ac Dei violationem.* Et inter exempla ſummæ indulgentiæ Imp. Antonini Pij refert Jul. Capitolin. *in ejus vitâ;* quod parricidam in inſulam deſertam poſuit, quia naturæ Legibus illi vivere non licebat. Sola enim maledictio 12
Patris jure Divino morte digna cenſetur, & lapidandus filius contumax & protervus in Patrem, *Exod. 21. Deut. 21.* Hinc filiorum opinio oneratur, quando Patri diſplicent, *l. ea quæ Pater. 13. ff. ex quib. cauſ. irrog. infam.* quia tales turpiter & flagitiosè vivere præſumuntur, *l. ſi filiam. C. de inoff. teſtam.* Parentum tamen officium quoque in tali pietate, prudentiâ & providentiâ conſiſtere debet, ne naturalem in liberos propenſionem & affectum unquam exuiſſe videri poſſint.

Placet hic annectere quæſtionem, *an* 13
*Judæorum infantes invitis parentibus auferri poſſint & debeant, ad S. Baptiſmi lavacra?* Videtur enim pertinere ad materiam de poteſtate patriâ, & fusè eam diſcutit *Udalr. Zaſius poſt Comment. ad digeſt. tit. de Judæis. q. 1.* affirmativam propugnando. Patriam poteſtatem obſtare non poſſe in his, quæ impedimento ſunt fidei, atque ideò in matrimonio, cujus longè fortius eſt vinculum, fidelem ab infideli recedere poſſe, *1. Cor. 7. c. ſi infidelis 28. q. 1.* nec ſubeſſe hic aliam differentiam, niſi

Digitized by Google

niſi quod infans Judæi facto alterius ſeparetur à patre, conjux verò propriâ voluntate diſcedat â conjuge. Cùm verò lex charitatis nos doceat, ut ſubveniamus conſtitutis in periculo mortis temporalis, quâ ratione derelinquere poterimus illos, qui ſempiterni interitus damno laborant. Poterit ergò negligentia Chriſtianis imputari, ſi cùm in poteſtate eorum eſſet, parvulos infideles fonte ſalutis non laverint. Nec exiſtimandum eſt, ſolis Parentibus neglecti baptiſmatis culpam imputari, cùm ad Chriſtianos maximè Principes & Magiſtratus pertineat omni operâ ſtudioque anniti, ut divinus honor promoveatur, animæque ſacro fonte ab originalis peccati piaculo purgatæ ad Dei cognitionem venerationemque in veræ Religionis profeſſione perducantur. Hinc eſt, quod Principes in jure noſtro Patres nominantur eorum, qui ſibi ipſis auxilium adferre nequeunt. Atque ſi patria poteſtas nullam adferre filio perniciem debet in rebus ſecularibus, ut propterea Pater delatam filio hæreditatem in præjudicium illius repudiare non poſſit, *l. fin. C. de repud. hared. l. 13. §. 3. ff. de acquir. haredit.* ſed prætor, ſi palàm ſentiat fraudem, ſuas ininterponere queat vices: quantò magis Principibus curæ eſſe debent animæ filiorum, ut à Parentibus non corrumpantur, nec derelinquantur in faucibus originalis peccati, ſed potiùs æternam ſtabilemque adeant hæreditatem. Quod tantò ferventiùs proſpicere Magiſtratus decet, quantò majori intervallo temporalia ſpiritualibus poſtponuntur. Sicut ergò Patri ſubſtantiam filij prodigenti adminiſtratione interdicitur, ita Principes Chriſtiani Judæis æternam hæreditatem prolibus ſuis eripientibus potiùs abſtrahere debent, quàm permittere, ut hæreditatis cæleſtis aditionem illis oblatam improbi Genitores repudient atque adimant. Cùm utique Pater filios, quos contra pietatem malè tractat, vel ad peccandum urget emancipare cogatur, *l. fin. ff. ſi quis à parent. manum. ſu. l. 12. C. de epiſc. audient.* & ſi Chriſtianorum filij invitis etiam Parentibus ad baptiſma perduci poſſunt, Patriâ poteſtate non attentâ, Judæis profectò plus juris in filios ſuos attribui non debet.

Verùm D. Thomæ contraria ſententia praxi quotidianâ totius Chriſtianitatis comprobatur, & quis, inquit Conſtantinus Imperator, in *l. poſſeſſionum C. comm. utr. judic.* ferat, liberos à parentibus, à fratribus ſorores, à viris conjuges ſeparari? Cùm præſertim filij Judæorum baptizati in eum ſtatum provehantur, quo Patribus indigentibus ſubvenire nequeunt, ut præceptum divinum, quo jubemur honorare parentes obſtare videatur, nec etiam major ſit poteſtas Principum in filios Judæorum, quàm in ipſos Parentes, quos tamen ad ſuſcipiendum baptiſma perurgere nequeunt. Cùm verò filij in jure dicantur eſſe pars & portio Patris, *l. fin. in fin. C. de impub. & alijs ſubſtit. l. cum ſcimus. C. de agric. & cenſit.* ut parentes majori in filijs, quàm in ſeipſis injuriâ percellantur, *l. iſti. in fin. ff. quod met. cauſ.* & dulcior, teſte Hieronymo *in lib. de amore parentum*, ſit Parentibus vita filiorum quàm propria: hinc meritò Parentibus non auſferendi videntur filij, ne ipſe Pater auſferri videatur, cui ad fidem vis inferenda non eſt ex omnium ſententiâ. Et cùm SS. Patres nihil unquam hac de re ſtatuerint, quorum tamen multi in ſummo erant Imp. & Principum favore, uti apud Conſtantinum Sylveſter, apud Theodoſium Ambroſius, apud Philippum Sixtus, apud Juſtinianum Johannes, *&c.* quibus facilè fuiſſet hanc prolium Judaicarum direptionem Impp. perſuadere, & in effectum traducere; quia tamen omnes ſilentio ſuo negotium hoc tacitè improbârunt, & maximam habet autoritatem Eccleſiæ conſuetudo, idcircò contra eam novi aliquid introducere, eamque velut culpæ & negligentiæ arguere indignum fuerit. Et cùm ad baptiſma recipiendum ſuſcipientis intentio requiratur, vel vera, vel interpretata per parentum & neceſſariorum aſſenſum, Judæorum parvuli, ob parentum reſiſtentiam baptiſmi capaces non ſunt, prima enim parvulorum cura ad parentes pertinet & conſanguineos, quibus deficientibus demùm Prætoris ſive Principis partes ſuccedunt. Quod ſi verò liqueret Judæis, filios ſuos à Chriſtianis ad S. Baptiſmi fontes abſtrahendos, nec ipſis reſtituendos eſſe, potiùs parricidali manu jugulum recens natis frangerent, & paternas manus innocenti proluerent ſanguine, cujus ſceleris cauſam Eccleſia præbere non debet. Etſi enim Magiſtratus ſit, qui punire

re crimina poſſit, & ſuppliciorum gravitate à peccandi malitiâ abſterrere delinquentes, quot nihilominùs occulta patrarentur homicidia, & quotuſquiſque induratæ cervicis Judæus hac ratione commoveri poſſet? Cùm igitur jura de Judæis ad fidem non cogendis generaliter loquantur, *diſt. 45. c. 5.* inter parentes & parvulos nulla videtur facienda eſſe diſtinctio, præſertim cùm paginæ Sacræ affirment, *Matth. 24. Luc. 21. Marc. 13.* quod generatio hæc non præteribit, donec omnia fiant.

---

# *Liber I. Tituli V. Pars XIII.* De *ADOPTIONIBUS.*

SUMMARIA.

1. *ADoptionem hodiè non amplius eſſe in tam frequenti uſu.*
2. *Per adoptionem olim Imperatores eſſe factos.*
3. *Quod confirmatur aliarum Gentium exemplis.*
4. *Enarratur ritus adoptionis apud Longobardos.*
5. *Adoptionem hodiè ab uſu non receſſiſſe.*
6. *Adoptivis ſimillimos eſſe liberos ex duobus matrimonijs, per unionem prolium,* Ein-Kindſchafft/ *unitos.*
7. *Quæ ſint requiſita unionis prolium.*
8. *Quæ adoptionis forma.*
9. *Uno requiſito omiſſo actum corruere.*
10. *Non obſtante jure pacta de futurâ ſucceſſione prohibente, uniones prolium conſuetudine receptas eſſe.*
11. *Quando diſſolvatur unio prolium, demonſtratur præjudicio.*
12. *Adoptio & arrogatio quomodo differant.*
13. *Quid arrogator impuberis præſtare teneatur?*
14. *Quibus arrogatio vel adoptatio permiſſa ſit, vel non.*
15. *Reginas hoc jure civili probibitivo non teneri.*
16. *Effectus adoptionis & arrogationis recenſentur.*

1 INter modos acquirendæ patriæ pote-
ſtatis haud poſtremus eſt adoptio, quæ
olim magis frequentabatur, quàm ho-
diè ſit in uſu. Ita ſuprà titulo præce-
denti dixi per adoptionis medium multis
Imperatoribus viam ad Cæſareum thro-
2 num & Imperiale Diadema patuiſſe. Sic
enim Cocceius Nerva Cæſar Ulpium Tra-
janum adoptavit, cæteroquin extraneum,
& mox in Curiâ deſignavit Cæſarem, ut
ait Xiphilinus ex *Dione in Cocceio Nerva.*
Sic Adrianus adoptatus eſt à Trajano & vi-
ciſſim ſibi ſucceſſorem Antonium delegit;
Atque ita licebat Imperatoribus Imperij
ſimul & fortunarum hæredes inſtituere,
prout hoc fuſius deducit Gregor. Tholoſan.
*in Syntagm. Jur. lib. 10. c. 6. n. 17.* Eadem
adoptionis jura etiam Francis olim non 3
ignota fuerunt, quia Clodovei anno 7.
Sigibertus Rex Galliarum, Hildericum
Filium Grimvaldi Majoris domûs adopta-
vit in filium & Regni ſucceſſorem. He-
bræi quoque antiqui & poſteri adoptione
uſi ſunt teſte Joſepho *lib. 1. antiq. c. 15.*
Eadem jura apud Aſſyrios & Græcos vi-
guerunt. Inde Pallas apud Tritonidem
Lacum Infantula expoſita à Dionyſio Jove,
Lybico etiam cognominato, adoptata in
filiam fuit, quæ omnem militiam primo
Lybicos docuit. Sic à Pantide Ægeus,
ab Ægeo Theſeus adoptatus eſt, referen-
te *Plutarch. in Theſ.* Ritus autem ad- 4
optionis varij olim fuêre. Longobardi
hunc obſervavêre modum, ut Pater ad-
optivus capillum incideret filij adoptandi.
Quemadmodum *Paul. Diacon. lib. 6. Hiſtor.
Longobard. c. 15.* meminit: Carolum Fran-
corum Regem miſiſſe filium ſuum ad Luith-
prandum Longobardorum Regem, ut
juxta morem capillum ejus incideret, qui
etiam Cæſariem incidens Pater ejus effe-
ctus, multis Regijs muneribus donatum
Patri remiſerit.

Ex quibus patet frequentiſſimos olim 5
fuiſſe adoptionis actus, qui licet hodiè ſint
rari, tamen adoptionis jura nullibi ſunt
ſublata. Nec enim prohibitum eſt filios
adſciſcere illis, qui vel matrimonij onera
detrectant, vel ſterile habent conjugium,
vel infortunium liberorum degenerum &
improborum aliorum adoptione emen-
dant, ut deducit *Joh. Philippi in Uſu Inſt.
pract. lib. 1. t. 11: Ecclog. 73.* ubi ait: In ſuæ
Comitivæ Diplomate ſibi anno 1651. con-
ceſſum eſſe, quod filios adoptivos & arro-
gatos facere poſſit. Vocantur verò liberi 6
adoptivi, eingewünſchte und angenommene
Kin-

Kinder / quibus hodiè ſimillimi ſunt illi, qui ex diverſis matrimonijs procreati per nuptias duorum conjugum ita uniri ſolent, ut utrique conjugi pro naturalibus liberis habeantur & pariter ſuccedant, quæ unio prolium, Ein-Kindſchafft nominatur.

7 Fiunt autem uniones prolium maximè in Germaniâ noſtrâ plurimis in locis, accedente Magiſtratus autoritate, ac propinquorum, tutorum, curatorúmve conſenſu, quorum curæ incumbit, examinare facultates pupillorum, novique Patris aut Matris, ne periculo vel damno ſubjiciantur proles, quibus jam ex ſucceſſione in bona defuncti parentis jus quæſitum eſt, *Gail. 2. obſ. 125.* Nam cùm adoptioni ſimillima ſit unio prolium, exacta cauſæ cognitio, certæque ſolennitates in eâ ut ad-
8 hibeantur neceſsè eſt. Sicut igitur in adoptione requiritur adoptandi conſenſus, tutoris vel curatoris minorennium autoritas, amicorum utriuſque lineæ præſentia, Magiſtratus competentis confirmatio, nec non inſinuatio in actis publicis, *l. quod ne curatoris. ff. de adopt. l. 2. & l. fin. C. eod. l. hac autem §. ſed non defendi. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.* ita pariter in unione prolium hæc requiſita adeò præciſè obſervare neceſsè eſt, ut uno vel altero ſolùm omiſſo
9 actus unionis non ſubſiſtat, *Jac. Rick. tr. de un. prolium c. 6. n. 22. Gail. 2. obſ. 125. n. 7.* Cùm enim uniones prolium nihil aliud ſint, quàm pacta futuræ ſucceſſionis acquiren-
10 dæ, quæ omni ex jure prohibita, *l. licet. l. fin. C. de pact.* quia tamen in Germaniâ conſuetudine ſunt receptæ, talis cónſuetudo vel ſtatutum ſine dubio valet, ſi unionis contractus cum exactâ cauſæ cognitione perficiatur, ſi præſentibus conſanguineis, tutoribus vel curatoribus excutiantur facultates eorum, quorum nomine parificatio prolium petitur, ut æſtimatio fieri poſſit, an ea utrique futura ſit ſalutaris, eaque demùm à competenti Judice confirmetur, ut deducit *Gilman. tom. 1. part. 3. vot. 13. n. 8. & 9.* ubi dicit, hac ratione in Camerâ probatam eſſe ordinationem Moguntinenſem, de unione prolium, eò quod plenam exactamque cauſæ cognitionem requirat, quia cujuſlibet privati judicio & voluntati talis contractus unionis non ſit permittendus.

11 Memini diſceptatum fuiſſe, an mortuis prolibus primi vel ſecundi matrimonij, unio prolium diſſoluta ſit, ut non obſtante Vitrici vel Novercæ perſonâ, alij tutores privignis à Magiſtratu dari poſſint? Sed avertit intentionem Magiſtratus requiſitus Judex, & pro Vitrico ſententiam tulit, anno 1670. menſe Auguſto, quia unio prolium non unius tantùm ſed & alterius matrimonij liberorum commodo contracta & firmata, adeòque proles Vitrici, hic verò illarum quoque ſucceſſione, caſu eveniente, frui & gaudere poſſit. Atque de hac materiâ videri poteſt *Meiſner. tom. 4. deciſ. 6. per tot.* præſertim *n. 31. 43. 44. & ſeqq.*

Adoptionis porrò nomen generale eſt, 12
comprehendens ſub ſe arrogationem & adoptionem in ſpecie dictam. Differunt autem arrogatio & adoptio 1. *Subjecto*, quia arrogatur pubes ſui juris, & poterat ipſe fieri autor arrogationis; ſed adoptatur ille, qui Patriæ poteſtati eſt ſubjectus. 2. Differunt *formâ*, nam arrogatio fit autoritate Imperatoris, adoptio fit Imperio Magiſtratus: Ratio differentiæ eſt, quod in arrogatione ſtatus agitur cauſa, ſiquidem is, qui ſui juris erat, per arrogationem juris fit alieni: de ſtatu autem civis Romani publicè à populo, vel poſt L. Regiam ab Imperatore populum repræſentante peragitur. Ut proindè arrogationem dicant eſſe de reſervatis Principis, ac niſi ejuſdem interveniat autoritas, Patriam poteſtatem non tranſire in arrogantem, *Tuſc. lit. A. concl. 214. in fin.* Eandem verò etiam poteſtatem reliquos Principes Electores, Duces, Comites, Barones, inter ſuos ſubditos obtinere docet *Harp. Inſt. de adopt. in §. adoptio. n. 5.*

Honeſta tamen ut ſit utiliſque arroga- 13
to arrogationis cauſa, neceſsè eſt, ut cautionem præſtet arrogator, ſi intra pubertatis annos deceſſerit pupillus, reſtituturum ſe bona illis, qui ſi adoptio facta non eſſet, ad ſucceſſionem ejus venturi erant, *§. cum a. impubes. 3. Inſt. d. t.* atque alijs impuberem arrogare non permittitur, quàm ijs qui ſanctiſſimâ affectione ducuntur, vel aliàs naturali cognatione juncti ſunt pupillo, *l. 17. §. 1. h. t.*

Arrogare autem regulariter pupillum ne- 14
quit tutor vel curator, *d. l. 17. §. 1* niſi aliquando ex ſingulari causâ hoc ipſi permittatur, *l. 32. §. eod.* nec adoptare permittitur niſi illis, qui liberos non habent, *l. 3.*

*C. h. t.* quia jus gentium excogitavit adoptionem, ut ſuppleat liberorum indigentiam. Nihilominùs causâ cognitâ datur interdum liberos habentibus adoptandi licentia, *l. 17.* §. *3. h. t.* Fœminæ quoque, niſi ſingulari Principis indulgentiâ, & in ſolatium liberorum amiſſorum, adoptare nequeunt, §. *10. Inſt. h. t. l. 5. C. eod.* præſertim verò id ſaltem de viduis intelligendum eſt, quia fœminæ, quæ maritum habet, non permittitur, ut ſeparatim ſeu
15 ſeorſim ſibi filium adoptet. Reginis tamen hæc jura civilia non obſtant. Inde Johanna Neapoleos Regina Ludovicum Andium Ducem, Caroli Francorum Regis fratrem adoptavit, eique regnum ſuum adoptionis nomine reliquit; repudiato Alphonſo Arragonum Rege, quem prius Pontificis Autoritate adoptarat. Sic quoque Henricus Pomeraniæ Dux, anno 1408. à Margaritâ Wolmarâ, Daniæ Reginâ adoptionem meruit, *Bodin. de republ. lib. 1. Beſold. in delib. jur. lib. 1. c 13.*

16 Effectus arrogationis eſt, ut filij in poteſtatem Patris arrogantis tranſeant, *l. 2.* §. *fin. & l. arrogatio. ff. de adopt.* ejuſque familiæ, dignitatis & honoris participes fiant, bekommen daß arrogantis Patris Namen / Schild / Helm / und Wapen / *l. in omni. 13. ff. h. t.* ut indè arrogantis nobilitas etiam ad filios arrogatos pertineat, *l. Senatoris. 5. & l. liberos. 10. ff. de Senat.* Nobilis autem à plebejo arrogatus nobilitatis ſplendorem non amittit, *l. 35. h. t.* quia adoptio & arrogatio utilis ſemper eſſe arrogato debet. Præterea filius Patri arroganti tam ex teſtamento quàm ab inteſtato, ſi in arrogatione ad mortis uſque diem permanſerit, ſuccedit, *l. pen.* §. *fin. C. de adopt.* nec niſi relictâ quartâ parte omnium arrogatoris bonorum, Paterno in teſtamento præteriri poteſt, *l. Papinianus. 8.* §. *ſi quis impubes. ff. de inoff. teſt.* Et viciſſim pari jure utitur arrogator in conſequendâ filij puberis arrogati hæreditate, quo legitimi & naturales Parentes fruuntur, *d. l. pen.* §. *fin. C. h. t.*

Idem ferè etiam adoptionis eſt effectus. Quia adoptione dignitas adoptati augetur, & communicatur adoptivo, *l. 35. ff. h. t. junctâ l. 5. de Senator.* confertur jus agnationis & gentis, h. e. jura & inſignia gentis, *l. 23. h. t.* jus familiæ, *l. 1. eod.* quo ipſo etiam gentis inſignia, ſacra, aliaque ei competentia adoptatus conſequitur, *l. 1.* §. *4. ff. unde cogn.* Hodiè comm. diſtinguunt Dd. quod plebejus adoptatus ab avo materno, vel aliâ conjunctâ perſonâ, fiat nobilis, & tranſeat in ipſius poteſtatem; non verò ſi adoptetur ab extraneo. Hæc enim adoptio tantùm jus ſuccedendi tribuit ab inteſtato Patri adoptivo, nullam verò poteſtatem Patriam, §. *2. Inſt. & l. pen. C. h. t.* ubi dicitur, in ejuſmodi Patrem adoptivum nihil tranſire: & ibi noviſſimè *Brunneman.* quamvis *Ant. Math. in not. ad* §. *2. Inſt. h. t.* & Arumæ. *exercit. 2. th. 20.* contradicant, quibus ſatis reſpondit *Eraſm. Ungepaur. exerc. 3. q. 8.* atque quod extraneus Pater adoptans non habeat filium adoptatum in ſuâ poteſtate, Colleg. Jurid. Salan. menſe Majo anno 1618. reſpondiſſe tradit *Bechman. in commentar. Pand. lib. 1. h. t.*

Quod ad feuda attinet, arrogatus à feudali arcetur ſucceſſione, *c. adoptivus. ſi de feud. defunct. controv. fuer.* quoniam nemini, niſi naturali tramite à primo deſcendat acquirente, ad feuda patet aditus. Nec Vaſallo conceditur, ut arrogando fraus fiat Domino & ſucceſſori, *Roſenth. de feud. c. 7. concl. 30. n. 33.* Quod ſi arrogatio cum Imperatoris conſenſu expreſsè in hunc caſum fiat, ut arrogatus in feuda ſuccedat, *Curt. Jun. conſ. 138. Menoch. vol. 6. conſ. 503. n. 21.* arrogato patrocinantur, cùm in Principis poteſtate ſit juris poſitivi immutatio. Alij verò in feudo Paterno contractu & providentiâ majorum acquiſito, iniquum eſſe exiſtimant, agnatorum jus intervertere, & ad alieni ſanguinis homines feudalem derivare ſucceſſionem, niſi feudum vel novum vel hæreditarium ſit, & adoptatus Parentis exiſtat hæres. Eadem ferè recidit quæſtio, *an Princeps in præjudicium agnatorum filiam Vaſalli admittere & inveſtire poſſit*, de quâ videri poteſt *Roſenth. c. 7. concl. 46. Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 2. q. 12. per tot. Brunus conſ. 1. 2. 3. & ſeqq.* & nos alibi fuſius.

Liber

# Liber II. Tituli I. Pars I.

## De TUTELA ET CURA, NEC NON ACTIONIBUS INDE PROVENIENTIBUS.

SUMMARIA.

1. COmmendatur utilitas materiæ.
2. Duæ ponuntur Conſtitutionis tutelaris partes, naturalis & civilis.
3. Quid in Receſſibus Imperij hac de re ſit conſtitutum?
4. Quæ circà pupillos Magiſtratus debeat eſſe cura?
5. Nulli tutori ſinè decreto Magiſtratus adminiſtrationem capeſſere licet.
6. Tutor inventarium conficere, cautionem & juramentum præſtare tenetur.
7. Non poteſt alienare bona ſine decreto, & ad rationes reddendas tenetur.
8. Refertur formula juramenti tutorii.
9. Quæ tutorum circà pupillos cura ſit & officium?
10. Quid Sacræ literæ de pupillis præcipiant?
11. Quid in Canonibus Apoſtolicis hac de re ſtatuatur?
12. Timentes Deum, ſecundum Tholoſanum, difficulter ad tutelam accedere, & quarè? n. 14.
13. Reges, Duces & Principes non excipi à præſtandis tutelæ requiſitis.
14. Conſulendum eſſe pupillis, nec excuſationem à tutela admitti niſi legibus expreſſam.
15. Difficilem tutelæ adminiſtrationem avaris & injuſtis ſaltem eſſe.
16. Definitur tutela & dividitur.
17. Hodiè tutoris officium etiam poſt pubertatem durare.
18. Licere tamen ex juſtis cauſis poſt pubertatem officium deponere.
19. Cur anno 25, cura finiatur?
20. Cur fœminæ citiùs fiant puberes quàm maſculi?
21. Fœminam anno 18. maſculum 20. veniam ætatis impetrare poſſe.
22. Filios Electorum anno 18. ad gubernationem admitti, reliquos Principes non niſi impetratâ veniâ ætatis.
23. Teſtamento etiam ſervum dari poſſe tutorem.
24. Quomodo mater poſſit dare tutorem?
25. Hodiè omnes tutores ferè eſſe dativos.
26. Non poſſe adminiſtrare, ſinè tutorio & confirmatione, etiamſi ſint Principes.
27. Creditorem vel debitorem pupilli, nihilominus ejus eſſe poſſe tutorem teſtamentarium.
28. Tutela legitima defertur proximiori agnato vel cognato, & inter plures concurrentes magis idoneo defertur adminiſtratio.
29. Omnibus tamen Mater & Avia, ſi velit, præfertur.
30. Secundò nubentes, amittunt tutelam, nec viduæ denuò factæ recuperant.
31. Tutores dativi à quibus hodiè dentur?
32. Vaſalli impuberis tutorem quis conſtituat?
33. Tutorem teſtamentarium in feudalibus & allodialibus admitti.
34. Quid ſi pupillus diverſos agnoſcat Judices?
35. Inter plures tutores primò eos conveniri debere, qui adminiſtrarunt, & n. ſeq.
36. Tutore mortuo qui geſſit, non ejus hæredem, ſed contutorem eſſe conveniendum.
37. Otioſam non relinqui debere pecuniam pupilli, ſic tamen ut aliquid pro alimentis reſervetur.
38. Finita tutelâ ſalarium tutorem petere non poſſe, niſi id ab initio ſit ei conſtitutum.
39. Id tamen certis caſibus aliter ſe habere, ut ſalarium officio Judicis implorato poſſit obtineri.
40. In ſalario conſtituendo eſſe attendendam patriæ conſuetudinem.
41. Conſtitutionem ſalarij hodiè arbitrariam eſſe.
42. Quæ veniant in actionem tutelæ contrariam?
43. Tutori tanquàm patri Mandata S. C. de exhibendis pupillis decerni.
44. Cauſas pupillares immediatè fundare Juriſdictionem Imp.
45. Reſpectum religionis poteſtati tutoriæ non obſtare.
46. An mater tutrix ſola adminiſtrare, vendere, aut tranſigere poſſit? quod affirmatur.



Digitized by Google

47. *Idque in aliquibus locis, etiamſi nec ſecundis nuptijs, neq; St. Velleiano renuntiaverint.*
48. *Matrem poſſe utiliter tranſigere in rem pupillorum.*
49. *Mater tenetur eſſe tutrix, aut alium tutorem filio petere debet.*
50. *Quomodo curator ad litem detur minorenni?*
51. *Quid ſi mater tutrix non ſit, ſed ſaltem pro tali habeatur? n. 59.*
52. *An alienatio prædij hypothecati à matre facta revocari debeat?*
53. *In alienationibus neceſſariis decreto non eſſe opus, ſi ex diſpoſitione vel contractu defuncti proveniant.*
54. *Reſtitutionem vel nullitatem non attendi, niſi merita quoq; cauſæ pro impetrante militent.*
55. *Læſionem conſiderandam eſſe ſecundum tempus contractus.*
56. *Quid in æſtimatione bonorum obſervandum?*
57. *Si contrà plures diverſi fori tutores agatur, fundatam eſſe immediatè Juriſdict. Imperatoris.*
58. *Quod procedit, etiamſi contrà tutores, & contrà eum, qui negotia pupillorum geſſit, diverſis actionibus actor experiatur.*
59. *Vitrici bona, qui viduam tutricem, nondum redditis rationibus & ſolutis reliquis duxit, pupillis tacitè eſſe obligata, ſicut & actoris à tutrice conſtituti.*
60. *Idque procedere, etiamſi vidua ſaltem ſe pro tutrice geſſerit.*
61. *Cæſaream Juriſdictionem fundari, ſi res in diverſis territoriis ſitæ ſint idque etiam in nominibus debitorum procedere.*
62. *Nomina ad quem locum referenda?*
63. *Quid operetur proteſtatio, quatenus & in quantum?*
64. *Si Judex procedit, vel ſe competentem pronuntiat, & pars non appellat, proceſſus valet.*
65. *Poſt litis conteſtationem fori mutationem reo non prodeſſe.*
66. *Utrum actio, ad fundandam cauſæ continentiam, contra plures inſtitui, & actor poſteà reliquos dimittere, actionemq; contra unum tantum proſequi poſſit?*
67. *Hac in materia id procedere aſſeritur.*

1 UT omnia in jure noſtro pro publica privataque felicitate ſalubriter conſtituta ſunt, ita inter omnes Conſtitutiones hæc quoque potiſſimùm eminet, quæ pro pupillis minorennibuſque introducta eſt. Duas verò tutelaris conſtitutionis cauſas eſſe, alteram naturalem, alteram
2 civilem, noviſſimè tradit Ioh. Leonh. à Pühel *de tutel. Elector & Stat. Imp. in proœm. Naturalis* proponitur in § *impuberes autem 6. Inſtit. de attilian Tut.* quòd videlicet juri naturali conveniens ſit, ut is qui perfectæ non eſt ætatis, alterius tutelâ regatur. Cùm enim ipſa natura cognationem quandam inter homines conſtituerit, *l. ut vim 3. ff. de Juſt. & jur.* Interfuit certè hominis, alium ope egentem, auxilio alterius, rerumque adminiſtratione juvari. Altera verò cauſa *civilis* eſt ſalus reipublicæ. Iſta namque ad finem præfixum eò feliciùs velociusque conſequendum ſollicitam omninò curam adhibuit, quò ætati imperfectiori non modò reſpectu perſonæ, verùm etiam ratione patrimonij conſervandi, utpotè cui à parentibus hoc fieri iniqua fatorum noverca denegavit, dignè proſpiceretur. Hinc nec Conſtitutiones Imperij hanc præterière curam, ſed *in Refor. polit. Auguſtanâ Anno 1558. tit. 31.* nec non *Ordin. polit. Francofurtanâ Anno 1577. tit. 32.* ſequentia de pupillorum & minorennium Tutoribus & Curatoribus conſtituta leguntur. 3

Wiewol in gemeinen beſchribenen Rechten ernſtlich diſponirt / und verſehen iſt / daß den Pupillen und minderjährigen Kindern / von ihren Vormünderen mit Fleiß und Ernſt fürgeſtanden / und derſelben Nutz und Wolfahrt / geſucht und gefürdert werden ſoll; So befind ſich doch vilmahls / daß in ſolchen Sachen / von den Vormündern betrüglich gehandelt wird / den Pupillen und minderjährigen Kindern / zum mercklichem Nachtheil und Schaden. Wann aber nun den Obrigkeiten zuſtehet / in 4 dem gebührlich und billich Einſehens zu haben / damit die Pupillen und minderjährige Kinder unbetrogen und unvernachtheilt bleiben. So wollen wir allen und jeden Churfürſten / Fürſten / Prælaten / Grafen / Herren / vom Adel und Communen / hiemit ernſtlich aufferlegt und befohlen haben / in ihren Fürſtenthümen / Herrſchafften / Obrigkeiten und Gebieten / dermaſſen Vorſehung zu thun / und zuverordnen daß den Pupillen und minderjährigen Kindern jederzeit / biß ſie zu ihren vogtbaren Jahren kommen / Vormünder und Vorſteher / da die ihnen von ihren Eltern in Teſtament oder letſten Willen / nicht verordnet / oder ihre angebohrne Freund und Verwandten ſich der Vormundſchafft / auß rechtmäſſigen Urſachen nicht unterziehen wolten / oder darzu untauglich und ungeſchickt wären / gegeben werden.

§. 2. Daß ein jeglicher Vormünder / er ſey 5 gleich in Teſtaments weiß verordnet / oder durch das Recht / oder Richter gegeben / ſich der Vormundſchafft nicht underziehen ſoll / die Verwaltung ſey ihme dann zuvor durch Obrigkeit decernirt und befohlen.

§. 3.

6 §. 3. Item / daß er nach befohlener Verwaltung / von allen Gütern / ligend und fahrend / Schulden / Brieff und Regiſtern / ein Inventarium auffrichte / und rechtmäſſige genugſame Caution, und Verſicherung thue / auch mit Gelübden und Ayden beladen werde / daß er ſeinen Pfleg-Kindern / und ihren Gütern / treulich und ehrlich vorſeyn / ihre Perſohnen und Güter verſehen und verwahren / die Güter nicht in ſeinen eigenen Nutzen kehren / oder wenden / noch dieſelbige ohn Vorwiſ-
7 ſen / Erkandnus und Decret der Obrigkeit veräuſſern / verpfänden / oder beſchwehren / und jährlich nicht allein auff Erforderung der Obrigkeit / ſondern auch ſelbſt / Vermög ſeines anbefohlenen Ampts / auch geleiſten Pflichts / und Ayds / gebührliche Rechenſchafft anbieten / und thun / umb ſein Verwaltung Red und Antwort geben / und alles anders handlen / das einem getreuen Vormünder eignet und zuſtehet / alles bey Vermeidung der Straff gemeiner Rechten / indem dann alle und jede Obrigkeiten / Vermög Göttlicher und Unſerer Kayſerlichen Gebott fleiſſigs Auffſehens zuthun / auß tragendem Ampt / ſich ſchuldig erkennen / und darumb keines Vormünders Fahrläſſigkeit noch weniger Vervortheilung bey ſeinem Pfleg-Kind / oder deſſen Gütern ungeſtrafft hingehen laſſen ſolten.

Juramentum verò tutorum traditur in *Ordin. renovatâ:* etlicher Puncten belangend den Gerichtlichen Proceſs, des Cammer-Gerichts / Anno 1538. verbis ſequentibus:
8 Ihr N. von N. als Anwalt M. ſollet auff Euren eingebrachten Gewalt / von wegen deſſelben M. in ſein Seel geloben / und zu Gott und auff das heilige Evangelium ſchwöhren / daß ſie alles und jedes / ſo C. von D verlaſſen Sohn / deß Vormünderſchafft er Beſtettigung begehrt / was gut / und nutzlich iſt / thun und handlen / was unnutz und ſchädlich / vermeiden / unterlaſſen / und verhüten / deſſelbigen Jungen Güter und Perſohn zu ſeinem Nutz / in gutem Glauben und Treuen vertretten / und im beſten verſehen / Inventarium von ſeinem Haab und Gütern machen laſſen / ihrer Adminiſtration und Handlung / zu gebührlicher und rechter Zeit / Rechnung thun / mit vollkommener Überlifferung alles deß / ſo der Vormundſchafft halben zu ihren Handen kommen / und dem Jungen zuſtehen wird / und daß ſie ihm ſchuldig bleiben / und ſonſt alles das thun wöllen / das getreuen Vormündern zugehört / alles bey Verpfändung ihrer Haab und Güter / ohne alle Gefährde.

Tutoribus ergò cura pupillorum incum- 9
bit, quos veluti proprios liberos amare, ab injuria defendere, & in diſciplina, timoreque Domini educare tenentur. Ad eos ſpectat pupillorum conditionem pro viribus facere meliorem, nunquam deteriorem. Facultates à parentibus relictas diligenter illis conſervare, & augere potiùs quàm conſumere: Si verò nullas habeant, ipſos tamen omni benevolentiæ genere taliter proſequi, veluti ſuos tractari liberos vellent, ſi in parem inciderent calamitatem.

Sicut enim Sacræ literæ multa in favo- 10
rem orphanorum decernunt, ita graviſſima comminantur illis, qui pupillos lædere, vel contemnere præſumpſerint. *Viduæ & Pupillo*, ait Dominus, *Exod. 22. non nocebitis, ſi læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam, percutiamque vos gladio, & erunt uxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli.* Job inter virtutes & facta ſua memorat: *auris audiens beatificavit me, eò quòd liberâſſem pauperem vociferantem, & pupillum, cui non eſſet adjutor, c. 29.* & hinc Deus, pro demonſtrandâ ſuâ in pupillos propenſiſſimâ affectione, paſſim in Sacris literis eorum ſe partem vindicem-
que appellat: Quantùm verò pupilli ſan- 11
ctis Apoſtolis fuerint curæ, ac ſolicitudini, manifeſtant hi à Divo Clemente illorum diſcipulo excepti Canones, *l. 4. Conſt. Apoſt. c. 1. & 2. ſi quis Chriſtianus orphanus fiat, ſivè puer, ſivè virgo, benè erit, ſi aliquis ex fratribus puerorum ſuſcipiat, & filij loco habeat, hoc enim qui faciunt, opus magnum præſtant, Orphanorum patres facti, & à DEO conſequentur hujus officij mercedem. Si quis deſpexerit, cùm ſit dives, Orphano quidem providebit Orphanorum Pater, & viduarum Judex, illi verò occurret aliquis, qui ipſius parſimoniam devorabit, fietq; in illum, quod dicitur: Quæ comederunt Sancti, comederunt Aſſyrij. Viduam veſtram coram vobis alieni devorant.* Hinc non eſt mirum, quòd *Tholoſ. ſyntagm. jur. lib. 12. c. 6. n. 1.* ait: eos qui memoriam Dei habent, difficulter ad tutelam accedere, ex *Nov. 72. c. 6.* non ſolùm ut labores evitent, ſed etiam, ne pupillorum gratiâ in animæ periculum incidant. Ut taceam, quòd bona tutorum



Digitized by Google

pro geſtis & non geſtis tacitè ſint obligata pupillo, ſic ut non implentes conditionem,
12 pupillo utilem ad intereſſe teneantur. Licet aliàs adeò favorabile ſit tutelæ officium,
13 ut etiam Reges, Duces & Principes, Tutores vel Curatores exiſtentes, perindè ut alij ante adminiſtrationem ipſis à Judice competente decretam, ſuprà dictum juramentum, aliaque requiſita præſtare cogantur, veluti praxis quotidiana docet atque ex *Schrader. de feud. part. 10. Sect. 20. n. 236. Albert. Frid. Manlius in tract. de tutelis tit. 12. §. ſtatuit tamen Schrader:* ubi hanc aſſertionem multis argumentis confirmat. Conſulendum tamen eſt pupillis, nec eorum cauſa ſub ullo prætextu
14 deſerenda. Quæ enim modò ſuprà de difficultate tutelarum diximus, quaſi ea cum animæ periculo conjuncta eſſet, in eum accipienda ſunt ſenſum, ut nemo facilè lucri gratiâ ſe tutelis ingerat, aut animo non conſervandi, ſed deglutiendi patrimonij pupillaris ad tutelam accedat, ex
15 ipſo textu *Nov. 72.* Nam aliàs inviti ad tutelam cogi poſſunt, nec ab eâ ſuſcipiendâ, niſi cauſæ in *tit. ff. de excuſation. tut.* expreſſæ excuſant. Contrà tutores verò malè adminiſtrantes varijs remedijs pupilli adjuvantur.

16 Definitur tutela, quòd ſit *vis ac poteſtas in capite libero, ad tuendum eum, qui per ætatem ſeipſum defendere nequit.* Dividitur in *teſtamentariam*, *legitimam*, & *dativam.* Et quamvis jure communi finiatur tutela pubertate pupilli, quæ æſtimatur in maſculo anno 14. in fœmellâ 12.
17 Hodiè tamen tutoris officium poſt pubertatem durat, & tutela in curam tranſit, ut qui tutor fuit impuberis, curator puberis maneat, nec ſuperiore invito ſe excuſare poſſit, quæ generalis ferè Germaniæ conſuetudo eſt, *Gail 2. obſ. 96.* ut ſic alterum oculum in jus ſcriptum, alterum in mores noſtri ſeculi debeamus habere intentum. Idcircò tutor & curator unâ voce Vormun-
18 der appellantur. Sic tamen, ut ſæpè ex legitimâ cauſâ, finitâ per pubertatem tutelâ, & rationibus diſtractis adminiſtrationem deponere, & petere liceat, ut adulto curator detur, *Gail. d. loc. n. 6. in fin. Mev. ad jus Lubec. p. 1. t. 7. art. 1. n. 12. & ſeqq.* Quamvis enim magnus ſit pupillorum favor, non tamen debet cum alterius damno, vel Reipublicæ nocumento eſſe conjunctus, ut munus hoc juſtis ex cauſis deprecari non liceat, ſivè delatum tantùm, ſivè jam ſuſceptum ſit. Manet inſuper adhuc differentia, ut finitâ tutelâ anno pupilli 14. tutores poſteà Curatores dicantur, uſque ad annum 25. Quòd ſi quis curioſè inquirat, cur potiſſimùm placeat ætate 19
25. annorum curam finiri? Reſpondet Ulpianus *in l. 1. §. 2. quia poſt hoc tempus completur virilis vigor.* convenienter ſententiæ Phyſicorum, qui tradunt anno 25. quo corpus creſcere deſinit, etiam animam ad ſummum perfectionis ſuæ gradum pervenire, eâque demum ætate conſtantis animi veſtigia emergere, conquieſcente illâ humorum & corporis perpetuâ agitatione ac perturbatione, cui adoleſcentes obnoxij.

Nullum verò diſcrimen ætatis quoad 20
finiendam curam eſt inter maſculos & fœminas, ſicut in tutelâ vel pubertate. Quia pubertatis termini nuptiarum gratiâ ſunt conſtituti, ad quas quia citiùs feſtinant fœminæ, maturiùs biennio liberantur. Romani enim Virginem duodennem jugo maritali aſſueſcendo magis idoneam exiſtimarunt. Aſt licet fœminæ corpore citiùs adoleſcant, non tamen animo, judicio & prudentiâ viros antevertunt, ideò ipſis bonorum adminiſtratio ante annum 25. non conceditur. Quia tamen aliquan- 21
do ante annum 25. ad perfectum Judicium aliqui perveniunt, ideò maſculus anno 20. fœmina verò 18. poſſunt ætatis veniam impetrare, *l. 2. C. de his qui ven. ætat. imp.*

Filij verò Principum Electorum anno 22
ætatis 18. ad jus Electionis & Principatus gubernationem admittuntur, *A. B. c. 7. n. 9. & 10. Leonh. à Pühel in tr. de tutel. Elect. c. 11. n. 85. & ſeqq.* Modica quidem ætas; ſed inſtitutio quæ illis adhibetur, nec non converſatio Doctorum & Seniorum, quæ juventutis perfecta educatio eſt, *Nov. 5. c. 3.* defectum ætatis ſupplent. Sæpiſſimè etiam juniores perſpicacioris ingenij ſunt quàm ſenes, *l. 37. ff. de ædil. Edict. l. 91. de V. O.* quod licet etiam verum ſit, in alijs Principibus, illi tamen, niſi Principatus aliud ferat, ætatem legibus præſcriptam debent adimplere, vel non niſi impetratâ ab Imperatore veniâ ad gubernationem admittuntur, *Springer. in Jurispr. publ. fol. mihi 75. & 248. Brunneman. ad l. 2. C. de his qui ven. ætat.* ubi ait, quòd

Digitized by Google

quòd tamen Principes præ reliquis privatis hoc habeant, quòd etiam ante 20. annum veniam ætatis impetrare poſſint.

Eſt autem conceſſio veniæ ætatis privilegium, quo Princeps minori jus legitimæ ætatis tribuit, ut tanquam major, ſine curatore, agere & bona ſua adminiſtrare poſſit. Hoc jus in Imperio eſt de *reſervatis Imperatoris*, cumprimis quoad conceſſionem veniæ, quæ fit Principibus vel Comitibus, ad capiendam adminiſtrationem Ducatuum vel Comitatuum; qui etiam pro obtinendo hoc privilegio, atteſtata Tutorum de ſuâ virtute & capacitate adminiſtrandi ad ferre ſolent, ut Imperator tantò magis ad impertiendam gratiam moveatur. Idem tamen jus etiam Statibus & Principibus, in ſuis Territoriis, ratione ſuorum ſubditorum, competit. Quamvis autem de jure Romano minores veniam ætatis impetrare volentes, maſculi viginti, fœminæ verò octodecim annis non majores eſſe debeant, *l. 2. C. de his qui ven. æta. impetr.* id tamen hodiè tam præcisè non obſervatur, cùm ſit juris poſitivi, ac ſufficiat, ſi de Minoris providâ rerum agendarum dexteritate conſtiterit. Quod ſi ſimpliciter venia ætatis conceſſa fuerit, non cùm ſpecificâ expreſſione ad univerſa negotia civilia peragenda, tunc minor non poteſt prædia abſque decreto Magiſtratus alienare, *l. 3. C. de his qui ven. ætat. impetr.*

Quod ad *Tutelam Electoralem* attinet, hæc in Aurea Bulla certam formam *Tit. 7.* præſcriptam habet, quod ſcilicet ea ad *proximum Electoralis filij Agnatum* pertinere debeat, excluſo, ut multi autumant, teſtamentario, quem fortè pater defunctus conſtituit, quippe quod Teſtator huic publico juri ſpeciali, cui Electoralis tutela legitima innititur, derogare nequeat. Notum tamen eſt, quid in familia *Comitum Palatinorum*, tam ſuperiori, quàm hoc ſeculo, Friderico IV. Electore, Johannem Bipontinum, præterito proximiore Agnato, Friderico Ludovico Neoburgico, Tutorem filijs minorennibus conſtituente, contigerit. Acerrimè hæc controverſia eſt agitata. Cauſam Bipontini atque adeò teſtamentariæ tutelæ vim, ſuperiorum juſſu, *JCti Heidelbergenſes, Marquard. Freher. tr. de tutela Elector. Palatin. Dionys. Gothofred. de tutel. Teſtam. legit. exclud.* defenderunt. Pro Neoburgico autem, & legitimâ Tutelâ, *Joh. Zeſchling, & Zacharias Fridenreich* certarunt, quorum ſententiam quàm plurimi approbaverunt, quos omnes allegat *Gabr. Suederus in introd. ad jus publ. part. Special. ſect. 2. c. 3. n. 11. Beſold. de Elect. & ſucceſſ. Reg. lib. 3. c. 4. n. 11. Dn. Pühel. de tutel. Elector. c. 7.* Limitat tamen *Sueder. d. loc.* hanc ſententiam cum *Conringio in Not. ad Lampad. p. 3. c. 4. n. 25.* niſi graves & prægnantes cauſæ repulſam proximioris Agnati ſuadeant. 23

Debet autem tutor Electoralis eſſe juſtæ ætatis 25. annis major, ita ut ſi proximior Agnatus adhuc minor ſit, locus ſit remotiori, qui eſt ætatis perfectæ, niſi familia privilegio veniæ ætatis gaudeat; atque extenditur hæc tutela non tantùm ad Electoratum, ſed etiam reliquas hereditarias provincias, ab Electoratu diverſas, & durat uſque ad Pupilli annum 18. completum. Regimini Tutelari nonnunquam adjunguntur certi Conſiliarij tutelares jurati, Regiments oder Vormundſchaffts Räth/ qui tamen in arduis cauſis nihil decidunt.

Potiſſima ratio eſt tutelæ teſtamentariæ, propter poteſtatem patriam, affectumque & conſilium paternum, nec non propter bona quæ ad filios derivant, in quibus acquirendis totâ vitâ deſudarunt. Itaque tutela teſtamentaria Parentibus non in liberos tantùm jam natos, ſed & poſthumos nepoteſque permiſſa eſt. Ita ut etiam ſervum in teſtamento ſuo tutorem dare liberis parens jure Romano poſſit. Multi enim iniquitate fortunæ ſervi, digni ſunt; ut etiam liberis imperent. Exinde Veteres non dubitârunt ſuis pupillis præficere virtutem in ſervis deprehenſam, & tam Pædagogos quàm tutores ex ſervis deligere. Sic legimus Anaxilaum Rhegynorum Tyrañum cuidã Micytho ſervo ſuo crediſſe tutelam liberorum, cum univerſi regni adminiſtratione, Laur. Beyerling. *in Theatr. Vit: human. tom. 7. tit. T. verbo Tutela.* Ser- 24
vi enim hoc ipſo, quòd dentur tutores, fiunt liberi. *Mater* dare tutorem non poteſt, niſi accedente confirmatione Judicis, cum inquiſitione, *l. 2. de confirm. tut.* quia liberos non habet in poteſtate, & quia fragile eſt mulierum conſilium, *l. 22. C. ad SC. Vellej.* Hodiè tamen res ita compara- 25
ta eſt, ut quoad effectum omnes tutores dativi eſſe videantur, cùm omnes æqua lance

ce

Digitized by Google

ce omnia à tutoribus requiſita præſtare teneantur, *ſuprà cit. reformat. de anno 1548. & 1577.* Carpzov. *lib. 2. reſp. 82.* ex quibus textibus nulli omninò tutori, ſivè teſtamentarius ille ſit, ſivè legitimus, ſivè dativus, adminiſtratio ſinè decreto Magiſtratus eſt permiſſa: niſi fortè teſtator expreſſè voluerit, tutorem propriâ authoritate bona pupilli apprehendere, Schneidvv. *ad pr. Inſt. de legit. agnat. tut. n. 14.* Cavalcan. *tr. de tut. & curator. n. 23.* Carpzov. *d. reſp. 82. n. 2.* aliàs tutor, cujuscunque ſit qualitatis, ad defenſionem pupilli non admittitur, niſi per tutorii exhibitionem per-
26 ſonam ſuam legitimet. Quod ipſum etiam in tutelis Principum & Illuſtrium perſonarum requiritur, quibus poſt præſtitam Juramenti Religionem, aliaque requiſita, tutorium expeditur, quo in tutelæ adminiſtratione confirmantur. Et profectò tantò magis in Principum Imperii aliarumque Illuſtrium perſonarum tutelis requiſita probè ſunt obſervanda, quantò majus Reipublicæ præjudicium, cujus adminiſtrationi ſunt præficiendi, ex illorum educatione & regimine poſſet provenire.

Hæc etiam prærogativa tutori teſtamentario tribuitur, quòd licet aliàs minoris creditor vel debitor, nec tutor ei
27 nec curator dari poſſit, *Nov. 72. & auth. minoris Creditor C. qui dare tut. & curat. poſſ.* additâ quoque pœnâ, Creditori quidem jacturæ actionis, ſi diſſimulato credito pro tutore ſe gerat; Debitori verò nullitatis ſolutionis, ſi diſſimulatâ obligatione idem attentet, Ant. Perez. *in Cod. tit. qui tut. vel cur. dare poſſ.* ſcilicet ne tutores iſti, qui omnia pupilli inſtrumenta & bona in ſua poteſtate habent, probationes crediti & debiti proprij ſubvertere poſſint; Ab hac tamen conſtitutione excipitur tutor teſtamentarius, Charond. *in reſol. notab. p. 3. t. 21. c. 1.* Ant. Peretz. *in Cod. d. tit. n. 5.* Ioh. Philippi *in uſu pract. Inſtitution. lib. 1. tit. 14. Eclog. 79.* ſi modò teſtator creditum ſciverit, quia non poteſt videri approbâſſe fidem eorum, quos creditores eſſe ignorabat. Nec non & ille tutor pœnâ amiſſionis plectetur, qui durante tutelâ creditum quoddam, ſivè per ceſſionem, ſivè alio quocunque modo acquirit, & non manifeſtat. Quis enim non præſumeret tutorem id in fraudem pupilli facere? *Nov. 72. c. 1. & 5.* Carpzov. *reſp. 88. n. 18.*

Inter agnatos autem tutela legitima de- 28
fertur proximiori gradu, agnato, vel etiam cognato ex *Nov. 118. c. 5.* ubi quoad tutelam differentia agnationis & cognationis ſublata eſt. Quia ſicut ceu agnatis cognati pariter ſuccedunt, ita quoque ad tutelam legitimam pariter vocantur, *d. Nov. 118. c. 5. Auth. ſicut hereditas. C. de legit. Tut.* Quòd ſi plures concurrant, magis idoneo adminiſtratio committitur, cum reliquorum tamen periculo, tacitâque bonorum hypothecâ, per text. expreſſum in *l. ſi plures ff. de legit. tutor.* Agnatis tamen 29
præfertur *Mater & Avia*, ſolo videlicet pietatis intuitu, quæ Juris ſubtilitates reſpuit, & his perſonis intuitu amoris, quem ergà liberos fovent, tutelam, ſi velint, præ reliquis agnatis defert: ſi modò ſint majorennes, *l. l. C. quando mul. tut. off.* inſuperque St. Vellejano & ſecundis nuptiis judicialiter renuntient. *Auth. Matri C. quando mul.* Carpzov. *Juriſpr. p. 2. c. n. def. 14.* Quòd ſi enim ad has acceſſerint, pelluntur à tutelâ, *auth. Sacramen-* 30
*tum C. quando mul. tut. off.* per rationem expreſſam in *l. lex quæ tutores. 22. §. lex enim. C. de adminiſtr. tutel.* ita ut etiam viduæ factæ tutelam non recuperent, *Mynſ. 2. obſ. 33. Guttierez de tutel. p. 1. c. 8. & 9.*

Quia fœminæ à tutelâ excluduntur, ità ut quamvis pater teſtamento caveat, ut præter matrem vel aviam, alia fœmina, ſoror vel agnata teſtatoris admittatur, talis tamen diſpoſitio non ſubſiſtit, ſine ſpeciali diſpenſatione Principis, id quod factum in *Duce de Mirandula Franciſco Maria*, nato *die 30. Sept. anno 1688.* qui Amitam ſuam Magnam, Brigittam, tutricem habet; id quod verò factum ex ſpecialibus tunc temporis circumſtantijs, quæ Agnatis proximis obſtabant, atque cùm hâc conditione, ut alius ipſi contutor adjungatur. Et ſimile Exemplum refert *Samuël Strykius in tract. de tutel. matern. Princip. c. 2. §. 2.* Quia in ſimilibus caſibus, qui à jure communi exorbitant, omnes circumſtantiæ probè ſunt conſiderandæ, ut per fœminarum fragilitatem, Principibus pupillis, & toti Provinciæ nullum inferatur damnum.

Quod ad tutores dativos attinet, hodiè mutatâ Reipubl. formâ, quilibet Magiſtratus

tus

Digitized by Google

tus Municipalis & Civitatum Judex, qui habet mixtum Imperium, indiſtinctè tutores dare poteſt, *O. Pol. de anno 1548. & 1577.* Quod conſuetudine paſſim obſervatur. Et Excelſum Judicium Imperiale Aulicum, nec non Camera Imperialis immediatè Imperio ſubjectis tutores dat, *O.C. p. 3. t. 3. Gail. 1. obſ. 1. n. 42. Mindan. de proceſſ. c. 12. n. 2. & c. 20. n. 1. Reinking. de regim. ſec. & eccl. p. 2. cl. 2. c. 14. n. 22.* Hodiè enim Judex ordinarius vel conſti-
32 tuit, vel confirmat tutorem. Sicque Vaſalli impuberis tutor datur vel confirmatur à judice ordinario, ejuſque datio in dubio extenditur etiam ad feuda. Nec ideò Dominus feudi tutorem conſtituit vaſallo, niſi Dominus feudi ſimul vaſalli illius ordinarius ſit Judex, & vaſallus ejuſdem ſubditus, ein Landſaß / exiſtat, prout contra *Schrader. & Roſenthal. de feud. c. 12. concl. 10. n. 49.* diſſerit *Beſold. in delib. jur. ex ff. lib. 26. &*
33 *27. q. 1.* Si verò vaſallus filijs ſuis in teſtamento conſtituat tutorem, is tam in feudalium quàm allodialium adminiſtratione alijs præfertur, *Beſold. tr. de tutel. c. 5.* cùm nempe feudum, ſalvâ ejus ſubſtantiâ, in libera ſit adminiſtratione vaſalli. Sicque mater vel avia quoque tutrix eſt feudalium bonorum. Idque extendunt etiam ad regna, in quibus non niſi maſculus ſuccedit. Cùm aliud ſit tutela, aliud ſucceſſio: & utrobique diverſa ratio militare comperiatur, *Beſold. d. tr. de tutel. c. 12. ad fin. & de ſucceſſ. & elect. reg. 3. diſſ. 4. n. 9.*

34 Porrò autem ſi pupillus quoad facultates, aut etiam domicilij & bonorum ratione diverſos agnoſcat Judices, ſic ut quæſtio incidat, uter in dando tutore ſit præferendus? *Beſold. dict. loco in delib. jur.* exiſtimat, utriuſque Judicis Decreto tutorem eſſe conſtituendum, *arg. l. 30. §. 1. ff. de accuſat. tut.* ubi etiam citat Godofredum, *ad l. unic. C. ubi petat. tut. & Matth. Stephani lib. 1. de Juriſd. c. 23. n. 38.* Alij verò putant tutorem ab eo Judice conſtituendum eſſe, cujus Juriſdictioni pupillus eſt ſubjectus, eò quòd hic actus propriè perſonam minoris concernat, & proinde in eo foro, ubi minor domicilium habet, expediri debeat, *c. fin. vers. delegatus de Judicijs in 6. Mynſing. 1. obſ. 87. Carpzov. 2. Conſtit. 15. defin. 26. Philipp.* Richter *deciſ. 11. n. 12.*

Cæterùm quamvis gratuitum munus ſit tutela, & omnes tutores pupillo maneant obligati: nihilominùs interdum ſalarium conſtituitur tutoribus, & ſi duo ſint tutores, quorum alter adminiſtravit, alter non, hic non tenetur rationem reddere, niſi pro ab utroque neglectis & non adminiſtratis, *l. tutores. §. in eum. ff. de adminiſt. tut. l. 2.* 35
*C. ſi tutor vel cur. non geſſ.* ubi Brunneman. ait: Si peccatum eſt aliquid in committendo, tunc ille priùs conveniendus eſt, qui geſſit, alter tantùm in ſubſidium. Si verò in omittendo, tunc omnes æqualiter tenentur, quia peccârunt omnes pariter negligendo. Aliàs qui non geſſit, habet beneficium Ordinis, *l. ult. C. de divid. tutel. Munoz de Eſcobar. de ratiocin. adminiſt. cap. 4. n. 12.* ubi ait: niſi ex qualitate rei vel alijs circumſtantijs conſtare poſſit, quòd utrique data fuerit poteſtas in ſolidum adminiſtrandi, tali caſu poſſe ambos ſimul conveniri, *Boër. deciſ. 60. n. 1. & 2. l. 1. C. quo quisq. ord. conven.* ex quo textu tradunt cautelam, ut ſemper qui non geſſit, citetur ad aſſiſtendum liti, ratione illius, qui geſſit, quia hoc caſu ſtatim factâ excuſſione abſque novo proceſſu, poterit pro reliquorum ſolutione conveniri, *Eſcobar. d. loc. n. 14.* ubi etiam *n. 15. ex Petr. de Antiboli in ſuo tract. de muner.* refert, quòd illo, qui geſſit, mortuo, priùs conve- 36
niri debeat ille, qui non geſſit, quàm heres illius, quia heres ſocij, ſocius dici non poſſit ejus, qui non geſſit, ex *text. in l. heres ſocij. ff. pro ſocio* & ſimili caſu ita obtinuiſſe teſtatur. Habent enim tutores beneficium excuſſionis, ut ille, qui geſſit, priùs conveniatur, & ſi hic non ſolvendo ſit, finitæ tutelæ tempore demum reliqui teneantur, ſi poſtea ſolvendo eſſe deſinat, reliqui nullum damnum ſuſtinebunt, *Leuven. in cenſur. forens. c. 18. n. 14.*

Quòd ſi itaque unus adminiſtravit, qui ſolvendo adhuc exiſtit, alter conveniri nondum poteſt, Richter *deciſ. 55. n. 14.* præſertim ſi poſt acquiſitam cognitionem contutorem accuſavit; & ſibi ſoli adminiſtrationem concredi poſtulavit, quo caſu ad reddendas rationes ſuper à ſe geſtis, ſinè dubio ſolus ille tenetur, *Munoz de Eſcobar. de ratiocin. admin. c. 3. n. 23.* Si namque in emittendo etiam tutor peccat, notiſſimum eſt juris inſtitutum, quod quilibet adminiſtrator fructum per negligentiam



Digitized by Google

non perceptorum, in rationibus onerari debeat, *l. ſi ſinè herede.* Modeſtinus *ff. de admin. tut.* Menoch. *de arb. jud. lib. 2. caſ. 209. n. 22. & 23.* Leuven. *in. cenſur. forenſ.*
37 *c. 17. n. 9.* ubi ait : quòd tutor non debeat temerè otioſam relinquere pecuniam, deducto tamen eo, quòd morbo, vel inopinatæ neceſſitati, pro modulo facultatum, ſatis eſſe videtur, ut videlicet tutor ad alendum pupillum aliquid penes ſe habeat, *l. tutor qui 7. §. idem ſolent. 8. ff. de. adminiſtr. tut.* quod etiam Imp. Juſtinianus ſub comminatione miſſionis in bona tutoris ſeriò inculcat, *§. 9. Inſtit. de ſuſpect. tut.* Richter *deciſ. 12. n. 8.* Finckelthaus *obſ. pract. 39.* Nam *Nov. 72.* ex communi ſententiâ vel ſano ſenſu accipienda eſt, vel nunquam ad uſum pervenit, Finckelthaus *d. loc.* Et tutorem non quamvis ſummam modicam teneri dare ad lucrum, ſed demum ſi ſumma notabilis ſit congeſta, tradit *Chriſtin. vol. 3. deciſ. 167. n. 2.*

38 Quinimo licet tutela gratuitum ſit munus, ut eâ finitâ ſalarium peti in rationibus non poſſit, certum tamen eſt tutorem juſtè petere poſſe, ut ſalarium ſibi ab initio conſtituatur, Munoz de *Eſcobar. de ratiocin: c. 27. n. 34.* ut ſic ſalarium veniat in actionem tutelæ contrariam, *Manz. in tr. de tut. tit. de contrar. tut. & util. act. per l. 33. §. fin. ff. de admin. & peric. tut.* ſi ſcilicet ſalarium aliquod à Magiſtratu conſtitutum eſt, *Montan. de tutel. c. 40.*
39 *n. 11.* Quòd ſi verò tutori ſalarium nullum ab initio eſt aſſignatum, non dubito tamen per officium Judicis peti & conſtitui poſſe, præſertim quando propter adminiſtrationem negotia propria relinquere eum oportet, qui aliàs ex officio ſuo victum quærere ſolet, *l. 11. §. 1. ff. ad exhib.* Si officium grave & multi laboris eſt, ſi hæreditas opulenta & tutor pauper, quæ cauſæ ex arbitrio Judicis dependent, Finckelthaus *obſ. pract. 62. n. 25.* ubi ſententia, & præjudicium, ne dum tutor in alijs laborat, patrimonii ſui jacturam faciat. *Garſ. de expenſ. c. 20. n. 14.* Munoz de Eſcobar. *c. 27. n. 47.* Nam licet tutelæ munus regulariter ſit gratuitum, *l. 33. §. 3. ff. de adminiſt. tut.* cùm gratuitam & abſtinentem ab omni lucro præſtare fidem tutor debeat, *d. l.* tamen id aliter ſe habet, ſi Judex perpenſis laboribus tutoris, & facultatibus defuncti ſalarium definiat, Finckelthaus *d. l.* Munoz *d. l. n. 29. & ſeqq.*
*& 47.* ubi ait ; quòd in præſtando ſalario 40
Judex præ oculis habere debeat conſuetudinem Patriæ, in quâ ſit adminiſtratio, ut voluit, Senat. *Genuens. deciſ. 115. n. 4.* Quin & cautos eſſe debere adminiſtratores, ut ab initio adminiſtrationis ſibi ſalarium conſtitui faciant per Judicem, quia cùm ad acceptandum tale miniſterium compelli poſſint, ſi ſimpliciter adminiſtrationem ſuſcipiant, præſumuntur potiùs amore Dei & charitatis exercendæ, nec non ex naturali benevolentiâ ergà proximum, quàm pro præmij temporalis lucro id munus exercere, *arg. l. ſi paterno affectu. C. de negot. geſt.* Quod ſi tamen Advocatus, creatus tutor minoris, ei patrocinium in judicio præſtiterit, tunc profectò, ſicut ſi tutor agricola fundum ſui minoris propriis manibus coluit, vel tutor Sartor veſtimenta ſui minoris propriis manibus ſarſit, hujus laboris præmium reportabit, eò quòd hic labor ſit extra adminiſtrationis officium, in quo aliàs neceſſariò expendendum fuiſſet, *Munoz d. loc. n. 54.* ita pari ratione tutor mercedem ſeu ſalarium reportabit, quod cuilibet in re alienâ laboranti regulariter eſt præſtandum, ex *l. idemq. §. idem Labeo ff. Mand.* quia non ſit æquum, laborem eſſe vacuum à mercede, nec os alligandum bovi trituranti ; idem *Eſcobar. 28. n. 13.* Et moribus noſtris 41
ſalarii Conſtitutionem arbitrariam eſſe teſtatur *Carpzov. defin. forenſ. p. 2. c. 11. defin. 40. in fin.* poſt *Anton. Fabr. ad Cod. lib. 5. tit. 36. defin. 1. n. 3.* Et Simon Van Leuven *in cenſur. forenſ. c. 18. n. eod.* ait : extraneis tutoribus, ſi ejus conditionis ſint, ut manibus ſuis victum quæritent aut aliàs ſalarium petierint, certum honorarium arbitrariè conſtitui uſitatum eſſe. Et illuſtribus tutoribus illuſtris pupilli recompenſationem tribui ratione adminiſtrationis, tradit *Klock. tom. 1. Conſ. 6. 90.* Planè *Chriſtin. ad leges municipal. Mechlin. t. 19. art. 11.* ubi ait ; regulam, quòd jure civili, officium tutelæ ſit gratuitum, hodierno tempore communiter fallere, & Mechliniæ ipſis mercedem ſecundùm æſtimationem pupillarium Magiſtrorum conſtitui, huncque morem commendat, & exemplis variarum gentium illuſtrat, citans quoque Damhouder. *in patrocin. pupill. tit. de tutor. mercede,* & talia multa, refert. *Munoz*



Digitized by Google

*de Eſcobar de ratiocin. admin. c. 28. in pr.* ubi ait : generaliter in totâ Hiſpania tutorem habere decimam fructuum minoris, *n. 2.* de quâ decimâ tut. ſcribit Baëza integrum tractatum. Et hactenus multa ſe in adminiſtratione hujus tutelæ præſtitiſſe & paſſum eſſe, tutor hic prætendit. Non ſine magnâ incommoditate & periculo ſuſtinuiſſe concurrentiam trium Jurisd. præſertim uſquedum vina ab officio N. fuerint relaxata, arreſtâſſe Studioſum Juris ſuſpecti arguiſſe viduam matrem, abduxiſſe à vitio prodigalitatis, & tandem totam reſiduam ſubſtantiam è periculo dilapidationis in ſuam cuſtodiam & ſecuritatem tranſtuliſſe; Denique multas gemmas, & margaritas, pretio 1979. florenorum æſtimatas, partim ex prodigalitate & luxu tutricis in aliis jam manibus exiſtentes, partim ab ipsâ occultatas, ſolâ ſuâ induſtriâ recuperâſſe & ad maſſam hæreditatis intuliſſe, deſſentwegen ſich die klagende Erben anno 60. bey Reichshoff-Rath ſelbſten erklärt/ daß ſie wegen deß Gerhaben Fleiß/ und Mühe/ und dahero verdienter Recompens bey der Theilung gehörige conſideration haben wolten. Et tanto tempore durantis adminiſtrationis cum damno ſubſtantiæ propriæ & neglectione clientum, quos aliàs habere potuiſſet, hic advocando, implorando, & diſcurrendo deſudâſſe, idcirco petit quovis anno pro ſalario 100. florenos ab anno 54. uſque 59. ſicque ſummam 500. florenorum.

42 Deinceps etiã certũ eſt, quòd actio tutelæ contraria detur ad ea, quæ propter tutelam tutori abſunt, *lib. 3. §. 1. de contr. tut. act. Weſenb. in part. n. 4.* ut quod de ſuo impendit, reſtituatur, quia nimis grave eſſet ſi labores & moleſtias, & inſuper ſumptus pro pupillo factos, ſuſtinere deberet. In tantum ut & lucrum petere poſſit, à quo per negotia pupillaria fuit impeditus. *Weſenb. d. l.* nec non ex pecuniâ de ſuo impensâ uſuras & acceſſiones, *l. 3. §. 4. de contr. tut. act. Leuven in cenſur. forenſ. c. 18. n. 17. Hahn in obſ. ad Weſenb. t. de contr. tut. action. n. 4.* Quia in actionibus bonæ fidei uſuræ debentur à tempore moræ, *l. 23. §. 2. de uſur.* & tutor aliàs potuiſſet ſuas pecunias alibi in uſuras collocare. Et iſtæ uſuræ tam diu ipſi debentur, donec pecunia reddatur, *l. 3. §. 4. de contr. tut. act.* ubi ratio : *nec enim ſterilis debet eſſe pecunia. Manz. de tutel. p. 2. t. 4. q. 4. n. 36. & ſeqq.* quamvis hoc limitet, *n. 42.* quòd tutor hodiè uſuras non poſſit conſequi, ſed intereſſe tantùm lucri ceſſantis, vel damni emergentis petere, quodſi probare nequeat, præter pecuniam ſuam nil conſequitur. *Weſenb. de uſur. n. 9.* Sed mores ſeculi noſtri hujuſmodi rigorem ferre non videntur, nec Creditores onere probandi ſuum intereſſe gravari ſolent, quod imò potiùs præſumitur, & 5. pro cento ſinè probatione adjudicantur, quia gratis nemo alterius neceſſitatibus ſuccurrit, & aliàs pupilli indefenſi manerent, & negotia eorum neglecta. Itaque ponderatis omnibus circumſtantiis pro tutore pronuntiatum eſt.

Comparatur etiam poteſtati patriæ poteſtas tutoria, ut tutori æquè ſicut patri 43
mandata ſinè clauſulâ de exhibendis pupillis decerni debeant, prout præjudicia Cameralia refert *Mindan. de mand. l. 2. c. 50. n. 13.* quia tutores conſtituti ſunt, ut dignam vitæ bonorumque pupilli curam gerant, nec propterea tutori præcipua tutelæ pars, inſpectio nimirum in perſonam pupilli, contra omnia jura ſubtrahi poſſit. Sunt- 44
que cauſæ pupillares Imperatoris Juriſdictioni immediatè ſubjectæ, *Gail. 1. obſ. 1. n. 27.* quæ idcircò in *Ordin. Cam. p. 3. t. 3.* inter cauſas extraordinarias, & præ reliquis promovendas collocantur.

Nec religionis reſpectus poteſtati tuto- 45
riæ in pupillum obſtare poteſt, cùm jure noſtro indubitatum ſit, etiam Judæum pupilli Chriſtiani tutorem eſſe poſſe, per textum *in l. 15. §. 6. ff. de excuſ. tut.* quâ de causâ non obſtante religionis diſcrimine inter tutorem, & pupillum, mandatum ſinè clauſulâ de pupillo exhibendo tutori decretum eſſe memini, licet Leonhard. à Pühel *in tractatu de tutelis Electorum & Principum, c. 4. n. 12.* hoc caſu alium adhuc tutorem paris cum pupillo religionis adjungendum eſſe exiſtimet.

De matre tutrice quæſtio aliquando 46
mota eſt, utrùm mater ſola adminiſtrare bona pupilli, vendere aut tranſigere poſſit? Qua de re dubitare non licet ex *Auth. Sacramentum, & auth. ad hæc quando mulier. tut. off. fung. poteſt.* ubi mater tutrix legitima eſſe, pro pupillis in Judicio experiri, eas defendere, & procuratorem conſtitue-



Digitized by Google

ſtituere poteſt, *Carpzov. de proceſſu tit. 5. art. 5. n. 50.* imò mater tutrix eſſe poteſt, licet non renuntiet Senatus-Conſulto Velleiano & ſecundis nuptijs, prout Chriſtineus *volum. 3. libro 5 deciſ. 149. n. 3.* atteſtatur, quòd moribus Mechliniæ & Galliæ matres non renuntient, nec SC. Velleiano, nec ſecundis nuptijs, & tamen ſint filio-
47 rum tutrices. Et *Carpzov. Reſp. 82. lib. 5. tit. 8. n. 11.* tradit: præſtanda à tutore non ubivis locorum in Imperio obſervari, proindè conſultum eſſe hac in re conſuetudinem potiùs & obſervantiam cujuſque Regionis attendere, quàm verbis legum &
48 receſſuum Imperij inhærere. Habet igitur mater liberam in bonis filiorum adminiſtrationem, ut etiam utiliter transſigere poſſit in rem pupillorum, *Gilman. Symphor. vol. 1. p. 3. vot. 16. n. 9.* citans *Bald. in l. Præſes C. de transact. & Dd. in l. pactum Curatoris C. de pact.* atque ſi præſtanda non præſtet mater, non præſumitur quidem adminiſtrâſſe tanquam tutrix, ſed tamen tanquam mater, Marta. *ff. noviſſi-*
49 *morum tom. 5. verbo. tutor.* Imò ſi mater diceret, ſe non eſſe tutricem, non tamen abſolvenda eſſet, donec alium tutorem nominaret, *Fab. in Cod. lib. 5. tit. 18. def. 2.* ubi ait: incumbere Matris officio & pietati filio tutorem petere, cùm alioqui filio intereà decedente, ipſius hereditate mater in pœnam negligentiæ privetur, *l. 1. §. ſi mater. ff. ad SC. Tertull. l. matres. l. omnem C. eod.* Si verò filius adultus eſt, illi ipſi incumbit, ſibi ut curatorem petat, *l. 6. qui pet. tutor. vel cur.* vel hoc negligente, idem faciat, qui litem cum pupillo habet, *l. 1. d. tit.* Et quomodo minori curator ad litem detur, videri poteſt *Gail.*
50 *lib. 2. obſ. 108. & ibi Greveus. Mynſ. 2. obſ. 31.* & hinc in *§. Inviti Inſt. de Curator.* dicitur: *Invitis adoleſcentibus Curatores non dari, præterquàm ad litem.* Certi enim juris eſt, quòd minorenni Curator ad certum negotium dari poſſit ut illud ſub ipſius autoritate ſubſiſtat, *t. t. quib. caſ. tut. vel. cur. habenti tutor vel cur. dari poſſ. Joh. Philippi in Inſtit. uſu pract. lib. 1. tit. 23.*
51 *§. 5.* atque etiamſi mater tutrix non ſit, ſi tamen ab omnibus pro tali habeatur, & bona adminiſtret, geſta ipſius ſuſtinentur autoritate publicâ, *l. Barberius. ff. de off. Prætor.* Quid quod tutor, etiam antè præſtita ſolennia poteſt conſtituere actorem, *Marta Digeſt. noviſſ. c. 33. verb. tutor.* & quamvis pupillo nil poſſit acquirere protutor, nec eum obligare, *l. 3. §. 4. ff. jud. ſolv. l. 2. ff. de eo qui pro tutor. neg. geſſit.* in arbitrio tamen Judicis eſt, geſtionem talem approbare, *l. 1. §. 5. ff. quod falſ. tut. autor. geſt. eſſe dic.* ibi: *niſi Prætor ratum habuit, quod his autoribus geſtum eſt, tunc enim valebit per Prætoris tuitionem, non ipſo jure. Manz. in tr. de tutor. p. 2. tit. 6. q. 1. n. 12.* Autoritas enim & confirmatio Magiſtratus valere facit, quod aliàs invalidum eſt, & firmat, quod infirmum eſt, *l. 38. ff. de adopt. l. 2. ff. de confirm. tut. Gail. 2. obſ. 1.* Si itaque pupillo utilis contractus à matre celebratus eſt, de ſubtilitatibus non eſt diſputandum.

Ponamus ergò, patrem pupilli debitorem fuiſſe, & matrem tanquàm tutricem alienâſſe in creditorem ceſſiſſeque hypothecam. Non videtur revocari aliena- 52
tio poſſe, ſi læſione careat. Nam licet res pupillares alienari ſinè decreto Judicis & cauſæ cognitione nequeant, *l. 22. C. de adminiſt. tut.* ita ut deficientibus his requiſitis, impediatur translatio dominij, & minor rem ſuam cum fructibus, à quocunque poſſeſſore, poſſit vindicare, *Tulden. in Cod. de præd. minor. non alienand. n. 5. l. 5. C. l. 5. §. ult. ff. eod.* Si tamen à defuncto jam conſtituta fuit hypotheca cum clauſulis executivis, tunc non tàm minor quàm defunctus alienare videtur, *Harpp. Inſt. ad. tit. de locat. conduct. §. 3. n. 504.* quia minor perſonam defuncti repræſentat, nec tam contrahit, quàm contractus à teſtatore initi fidem abſolvit, *Montan. de tutel. c. 33.* nec enim minor majori ſuccedens alia poteſt jura prætendere quàm defunctus habuit, cui beneficium minoris ætatis non competiit, per *l. 5. C. de temp. in integr. reſtit.* ubi hæc verba: *Si majoris fuerit minor jura nactus, quantùm ad eas pertinet cauſas, quas ex perſonâ majoris conſecutus fuerit, non plus temporis pro reſtitutione in integrum habere debebit, quàm quantum defuncto ſupererat.* Ideòque nullâ ſolenni- 53
tate, decreto vel cauſæ cognitione opus eſt in his alienationibus neceſſariis, quando debitum eſt jus hypothecæ, conſtitutaq; deſuper per opportunas clauſulas executio provenit à parente pupilli, vel aliquo alio, cui pupillus ſucceſſit, tunc enim, quia licitum eſt cuivis legem rei ſuæ dicere, quam velit,

Digitized by Google

velit, pupillus alienando nihil novi contrahit, ſed tantum contractum defuncti exequitur. *Brunneman. ad l. 2. C. quando Decreto non eſt opus.* Nec enim pupillus vel minor ita ſuccedens majori habet beneficia minoribus aliàs indulta, modò *d. l. 5. §. 2. C. de tempor. in integr. reſtit.* Nec videtur hoc prædium in bonis pupilli unquam fuiſſe, cùm bona non intelligantur, niſi deducto ære alieno. Quæ omnia clariùs elucent per verba textus *in lib. 1. C. quando Decreto non eſt opus, ibi:* neque enim in eâ re Præſidis auctoritas eſt neceſſaria, ſi minor vel tutores voluntati defuncti pareant. Neque fit alienatio ex liberâ volunate, ſed ex neceſſitate, ut, quæ pertineat ad effectum pignoris anteà conſtituti, ut ait *Chriſtineus vol. 3. deciſ. 178. n. 3. & ſeqq. Manz. de tut. part. 2. tit. 9. q. 2. n. 32. & 38.* ubi ait: pupillus poteſt ſine decreto vendere, vel inſolutum dare, ſi pater fundum ſtipulanti promiſit, vel jure hereditario ſucceſſit alij, qui erat obligatus, per textus expreſſos *in l. 5. §. 6. & 7. ff. de reb. eor. qui ſub tut. vel cur. ſunt.* Quibus aſſertionibus tamen non id agimus, ut tutores decretum à Judice nunquam petere debere ſtatuamus, ſed quòd, ſi contractus â matre vel tutore ſit initus, ille non confeſtim pro nullo declarari, ſed ex circumſtantiis de eo judicari debeat. Poteſt enim exceptio retenſionis vel doli objici à poſſeſſore, niſi aliundè ſtatim illi ſolutio fiat. Et-

54 ſi namque ſupponamus, matrem ſe ſaltem geſſiſſe pro tutrice, pupillumque legitimè non fuiſſe defenſum, tamen reſtitutio non eſt illi indulgenda, ſi ex cauſæ meritis conſtat, defenſionem ipſi non competere, *Ludovic. deciſ. 43. n. 10. & deciſ. 485. n. 6. Creſp. de Valdaurâ obſ. 108. n. 27.* Si ſcilicet apparet debitum eſſe liquidum, nec aliundè creditori, niſi ex alienatione hypothecæ potuiſſet ſatisfieri. Nam quare propter alligatam nullitatem, reddi deberet minori quod mox iterum actori eſſet adjudicandum? Et quis dubitat matrem filij negotia gerere poſſe? *l. 24. C. de uſur. l. 2. & 3. C. de negot. geſt.* quem ſi à moleſtia Creditorum, à ſumptibus proceſſûs, & curſu uſurarum liberat, negotia non malè adminiſtrâſſe dici poteſt, quia non agitur de obligatione, ſed liberatione pupilli, qui ſolvere poteſt abſque ſolennitate, ſolutioque valet, & rei ſolutæ Dominium transfertur, *l. 1. §. 14. ff. ad. SC. Trebell. Salgado in labyrinth. Creditor. p. 1. c. 27. n. 25.* Decretum Judicis non requiritur, niſi ut conſtet de veritate & liquiditate debiti, nec non de neceſſitate alienandi, quæ circumſtantiæ, ſi ex actis appareant, fruſtra de ſolennitate anxiè inquiritur. Nec nullitatis allegatio in ſupremo Principis Dicaſterio ſufficit, niſi ſupplicans inſuper aliud, quod ipſum relevare poſſit, alleget, quia nullitas eſt defenſio oppreſſorum, qui non tantùm in ſolennitate, ſed in re ipſa læſi ſunt, *Vant. de nullit. tit. 1. in pr. & n. 18.* nullitates enim cauſæ principali non præjudicantes, & tantùm figuram Judiciorum ſolennitatesq; recipientes, in Camera non attenduntur, *Ordin. Cam. p. 3. t. 34. §. 1. Gail. 1. obſ. 42. & 75. n. 6. & 7. Mynſ. 1. obſ. 27. & cent. 4. obſ. 62. & 5. obſ. 93. Klock. Relat. Cam. 4. n. 80.* Unde nullitates frivolas appellat *Meiſner. deciſ. Cam. tom. 5. deciſ. 22. n. 4.* quæ proceſſum magis, quàm merita cauſæ concernunt. Nam Princeps proceſſum vel contractum nullum ex defectu ſaltem juris poſitivi, ratum habere poteſt, ſi tantùm conſtat de meritis cauſæ, & confirmatio fit cum cauſæ cognitione, & ex certa ſcientiâ, egregiè *Vant. t. 14. n. 24.* quem allegat *Klock. Rel. Cam. 3. n. 33.*

Læſio quoq; ex antecedenti bonorum 55 æſtimatione deſumi non poteſt, quia pretium rei punctualiter ſciri nequit, ſed ſecundùm tempus contractus, conſiderandum eſt, & tanti res valet, quanti poteſt vendi, *Beſold. in theſaur. pract. verbo* Anſchlag. Quodſi ad æſtimationem deveni- 56 tur, illa juxta conſuetudinem loci, juxta reditus ex re percipiendos, *l. 16. C. de reſc. vend. l. pen. in pr. ff. de rebus eor. qui ſub. tut. vel. cur. ſunt.* fieri debet, omiſſaque partium citatio eam non vitiat, *Mev. p. 1. deciſ. 29. & 31.* Itaque pro contractu à matre tutrice inito pronuntiatum eſt.

Quod ad actionem tutelæ & negotiorum geſtorum attinet, illa vel contra unum, vel contra plures dirigitur tutores, atque ex continentiâ cauſæ, ſi contra plures aga- 57 tur, immediatè fundari poteſt Juriſdictio Imperatoris; Et quidem connexitas cauſæ evidens eſſe videtur in hac actione, cùm de uno patrimonio redintegrando tractetur, & Judicium reddendarum rationum ſit individuum. Itaque ſi plures ſint diverſi fori tutores, licet diſpari fortè actione te-



Digitized by Google

neantur, expedit tamen, ut ſe coram uno Judice defendant, ut cognitio unius partis adminiſtrationis aptiorem conferat alterius intelligentiam. Sicque tutor & curator ad eundem Judicem ire debent, *l. 5. C. de arb. tut.* licet ille tutelæ, hic negotiorum geſtorum actione teneatur. Si enim quis negotia mea gerit, non multa negotia ſunt, ſed unus contractus, *l. 16. ff. de neg. geſt.* ex quo ratiocinij quæſtio, coram omnium tutorum ſuperiore Judice eſt ventilanda, ne continentia cauſæ dividatur, & pupilli in plures proceſſus diſtringantur. *Vultej. l. 1. n. 11. C. ubi de ratioc. ag. oport.* Et ſi quis ſaltem negotia geſſit pupillorum, nihilominùs indubitatum eſt, eum negotiorum geſtorum actione teneri, *l. 6. §. 2. ff. de neg. geſt.* & actus ſui rationem reddere teneri, ut ait *Gajus in l. 2. eod. Eſcobar. de ratiocin. c. 3. n. 3.* idque eodem modo ac ſi tutor fuiſſet, ipſumque judicium reddendatum rationum ita eſt individuum, ut ex con-
58 tinentiâ cauſæ fundetur Juriſdictio: non quòd tutores, & hic negotiorum geſtor, eâdem actione conveniantur, ſed quia omnes ad redditionem rationum tenentur, quâcunque demum actione ad id compellantur, ſivè tutelæ, protutelæ, ſivè negotiorum geſtorum, quia de uno ex toto pupillorum patrimonio redintegrando agitur. Ideoque ſi principaliter obligatus ſub uno Principe, alter verò acceſſoriè obſtrictus, ſub alio degat, poteſt actor procul dubio utrumque coram omnium ſuperiore convenire, nec locus eſt privilegio de non evocando, *Autor præjud. Cam. apud Gilman. verb. continentia.* verſ. item fidejuſſores, *Mindan. de contin. cauſ. c. 4. n. 25.* Vitricum verò pro alienâ obligatione ſaltem acceſſoriè teneri deducit *Carpzov. lib.*
59 *1. reſp. 34. n. 12.* ubi dicit: At hoc ita, niſi vidua prædefuncti patris, vel etiam *vitricus*, aut quivis alius ſe pro tutore, vel curatore geſſerit, bonaque patris vel legitimam paternam adminiſtraverit, quo ipſo adinſtar tutoris bona ſua videtur tacitè obligâſſe: non ſolùm enim in tutoris, ſed etiam in bonis ejus, qui cùm tutor reverâ non eſſet, tamen pro tutore vel curatore negotia geſſit, pupillus habet privilegium tacitæ hypothecæ, textus & Dd. in *l. pro officio. C. de adminiſt. tut.* Imò ſi non protutor, ſed *actor* tantùm fuiſſet, à matre filiorum tutrice conſtitutus, etiam hujus bona, ſicut tutorum vel curatorum, tacitè ſunt pupillis obligata, *Mantic. de tac. & ambig. conv. lib. 11. tit. 16. n. 17.* Si itaque mater mortuo marito liberorum tutelam ſuſcepit, & ad ſecunda vota tranſijt, priuſquam alios liberis tutores petierit, ac rationibus redditis reliqua exſolverit, bona ſecundi mariti liberis tacitè obligata eſſe indubitati juris eſt, *l. pen. C. in quib. cauſ. pign. tac. cont. ibi: Mariti quoque ejus præterita tutelæ ratiocinijs bona jure pignoris tenebuntur obnoxia. Nov. 22. c. 40. Gail. 2. obſ. 90. n. 2.* manet itaque vitricus cum bonis ſuis pro adminiſtratione uxoris acceſſoriè ſaltem obligatus, etiamſi non appareret uxori, adminiſtrationem legitimè fuiſſe decretam: cùm enim ſe pro tutrice geſſerit, & pro tali publicè habita fuerit, aliâ confirmatione opus non erat, per tradita *Rot. Rom. in Recentior. deciſ. 3. n. 4. 5. & 8.* Maximè quòd etiam aliàs tradant, Vitrici 60
bona eſſe obligata, etiamſi duxerit eam, quæ de facto tantùm liberorum tutelam adminiſtravit; ita enim favorem pupillorum exigere, fierique in pœnam negligentiæ vitrici, quòd viduam ad præſtanda non monuerit, alioqui futurum, ut melior ſit conditio culpoſi, quàm diligentis, & de facto ſe ingerentis, quàm de jure adminiſtrantis, *Molin. ad Dec. Conſil. 591. Brunneman. ad l. 2. C. quando mul. offic. tutel. fung. poſſ. in fin. Carpzov. Reſp. 34. num. 12.* Contrà *Fab. C. lib. 8. tit. 7. definit. 2. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 16. num. 5.*

Tùm verò indubiè fundatur Juridictio 61
Cæſarea, ſi res pupillares in diverſis Territoriis ſitæ ſunt, ità ut privilegium, de non evocando, nullatenus obſtare poſſit, Mindan. *de continent. cauſ. c. 3. n. 4. Um. de proceſſu diſp. 4. n. 20.* quam regulam in ſpecie quoque locum habere in nominibus debitorum, ex communi Dd. Sententiâ tradit *Carleval. de Iudicijs lib. 1. tit. 1. diſp. 2. q. 3. n. 146.* ubi addit nomina eo in loco eſſe exiſtimanda, ubi exactio de jure & facto fieri poteſt. Et quamvis actiones per ſe nec ſint res mobiles, nec immobiles, ſed tertiam conſtituant ſpeciem, ſicque loco propriè non circumſcribantur, communiter tamen annui reditus inter immobilia numerantur. *Gail. 2. obſ. 11.* etſi præ- 62
tereà ad locum aliquem referenda ſint nomina, ſanè non ad eum, ubi corpora

In-

Digitized by Google

Inſtrumentorum reperiuntur, nec ubi Creditor reſidet, ſed potiùs ad eum, ubi debitor, & ubi ſolutio exactioque facienda eſt, referenda veniunt: per text. *in l. Titium & Mev.* §. *Tutores*, *ff. de adminiſt. tut. Grivellus deciſ. 123. n. 12. & ſeqq.* Nec relevat, ſi reus conventus proteſtetur de non comparando aliter; *niſi quatenus & in quantum*, quia per hanc proteſtationem reſcriptum ut ſubreptitium, non impugnatur, & aliàs eſt facto contraria, ſi reus ad ulteriora progrediendo ab eâ recedit. *Gail. 1 obſ. 73. n. 6.* vel ſi procedente judice proceſſum non impugnet, quia tunc proceſſus erit validus, *Vant. de nullitat. tit. quib. mod. ſent. null. defend. poſſ. n. 58. Scaccia, de appell. q. 17. lim. 6. memb. 6. n. 55.* eo ipſo enim eſt competens Judex, qui ſe talem pronunciat, ſi indè pars vel non appellet, vel appellationem deſerat, *Klock. Relat. 7. n. 45. Scaccia d. loc.* Atque etiam ſi tutor, poſteaquam in jus vocatus eſt, alterius fori eſſe cæperit, tamen in eâ causâ jus revocandi forum non habet, quaſi præventus *l. 7. ff. de Judic.* cùm enim forum ſecundùm primam ejus conditionem cenſeatur competens, nullam habet fori præſcriptionem, text. *in. l. fin. §. 1. de in jus voc. Mindan. de contin. cauſ. c. 5. num. 15.*

Quinimò ſi actio contra plures tutores fuit inſtituta, eam contra unum tantùm actor poteſt proſequi, quod *Berlich. part. 2. deciſ. 22. n. 229.* conſulit, nempe qui ſubditum alterius ad Judicium ſuperius evocare intendit, ut alium in alterius territorio domicilium foventem, ſaltem dicis gratia ei adjungat, & ſic ambos in judicio ſuperiore, conveniat, lite verò conteſtata, alterum denuò dimittat quod feliciter in duabus cauſis practicatum eſſe refert; Sed rectiùs contrarium reſpondet *Carpzov. lib. 2. Reſp. 17. n. 12.* quod non ſit audiendus actor, qui reo principali captioſè adjungat alium, in hunc ſolummodò finem, ne ſibi beneficium primæ Inſtantiæ opponi poſſit. Sed remittendum eſſe ad Judicem rei in primâ Inſtantiâ competentem, ne per indirectum, & fraudulenter beneficium primæ Inſtantiæ intervertatur reo, quod directò ei invito adimi nequit, *c. pervenit. 13. cauſ. 11. q. 1. Vultej. ad l. 1. C. de Iurisd. n. 59.* Id quod tamen in hac materiâ faciliùs procedit, quia tutores ipſo quidem jure omnes in ſolidum tenentur, ſed habent beneficium Ordinis, ut primo loco exigatur is, qui adminiſtravit, ſi ſolvendo ſit, *l. ult. C. de divid. tutel.* nec enim in totum dimittuntur reliqui, ſed tantùm conceditur illis beneficium ordinis, manetque continentia cauſæ, cujus vi, illo qui adminiſtavit excuſſo, omnes coram eodem Judice reſpondere, & rationes reddere tenentur, quæ ſententia præjudicio confirmata eſt.

*Liber*

# Liber II. Titulus II.

## De
## TUTORIBUS.

SUMMARIA.

1. Proponitur caſus, ubi pater bona filij adventitia adminiſtravit.
2. Nec Patrem, nec ejus relictam Viduam & filiam ad rationes reddendas teneri.
3. Præſertim quia pater à Teſtatore, qui filium heredem inſtituit, fuit ab illis liberatus.
4. Imò etiam de jure communi pater nec ad inventarium conficiendum, nec ad reddendas filio rationes obligatur.
5. Heredes tutoris non tenentur edere libros, ſi juratò affirment, ad ſe non perveniſſe.
6. In adventitijs filij debetur patri uſus fructus.
7. Inter conſanguineos ſufficere præſumptivam probationem bonæ adminiſtrationis.
8. Arreſtum iniquum ſtatim relaxandum.
9. Tutores ſub prætextu officij non debere alteri injuriam inferre, ſecùs ex proprio teneri.

Contigit in facto, ut Baro N. Nepotem pupillum ex fratris filio heredem inſtitueret, rogando heredis pupilli Patrem, ut adminiſtrationem hereditatis, uſque ad heredis majorennitatem ſuſcipe-
1 ret. Recuſavit Pater adminiſtrationis curam, eò quòd nollet ſe difficultatibus reddendarum rationum, & aliis tutelarum incommodis onerare. Sed quia Teſtator ipſum per reſpõſorias literas *ab omni rationum redditione liberavit*, tùm demùm & ſub hac conditione, adminiſtrationem ſuſcepit. Continuata eſt adminiſtratio uſq; ad majorennitatem & conjugium filij. Poſt conſignata ſunt à parte omnia filio, in præſentia Agnatorum, dominium nempè N. cum pecuniis, fructibus omnibuſque pertinentiis. Recepit omnia grato animo filius, gratias egit maximas parenti, poſſedit hereditatem tredecim integris annis, ſine ullâ contra patrem vel minimâ querelâ. Naturæ debitum perſolvit filius ante patrem, relictis duobus filiis impuberibus: mox etiam fatis concedit parens, relictâ Viduâ & filia ex ſecundo matrimonio, quibus, per *Inſtrumentum donationis inter vivos*, certa mobilia aſſignavit, & quidem in compenſationem bonorum pertinentium ad ſecundum matrimonium, & quæ tamen pater filio primi matrimonij adhuc vivus ceſſit & attribuit. Tutores Nepotum nihilominus injuſtè expoſcunt rationes à Viduâ & filiâ, & arreſto gravant omnes reditus & bona quoque propria. Hæ negant ſe ad rationes reddendas obligatas
eſſe. 1. Ex eo, quod defunctus liberatus 2
fuerit à teſtatore ab onere reddendarum rationum, quæ liberatio in jure ſubſiſtit &
valida eſt, per *L Aurelius* §. *Titius. ff. de* 3
*liberat leg. Phil. Paſchalis de virib. patr. poteſt. p. 3. c. 9. n. 11. & ſeqq. Maſtrill. deciſ. 24. n. 16.* cùm & cautio remiſſa à Teſtatore non poſſit amplius peti, etiamſi heres dilapidet, *L. fin. ff. ut legat. ſeu fidei comm.*
*caus. cav.* 2. Quod pater, etiam ex jure 4
communi, propter adminiſtrationem bonorum filij, nec ad inventarium nec ad rationes reddendas teneatur, ex ſententia in Camerâ Imperiali receptâ, *Gail. 2. obſ. 72. n. 15. & 16. Mynſ. 2. obſ. 93. n. 5.* ubi ait: hanc eſſe veriorem ſententiam, in Camerâ approbatam, & præjudicijs confirmatam, quia pater ob reverentiam non tenetur filio reddere rationem ſuæ adminiſtrationis, *Roland. de Valla in tr. de invent. q. 26. n. 1. Klock. vol. 1. Conſil. 65. Brunnemann. in C. l. 6. tit. 61. ad Auth. idem eſt, de bon. quæ lib. Sichard. ad L. hac edictali* §. *his illud n. 18. C. de ſecund. nupt. Ant. Gabriël lib. 5. commun. concluſ. tit. de uſufruct. concluſ. 1. n. 48. Cornazan deciſ. 119.* & alij allegati à *Klock. d. loc. Marta Digeſt. noviſſ. Tom. 1. verb. inventarium. c. 10. Phil. Paſchal. in tr. de Virib. patr. poteſt. part. 3. c. 2. n. 82.* per textum expreſſum in

*L. cum*

*L. cum oportet.* §. *non autem*, ibi: *neque*
*ratiocinia ei ſuper adminiſtratione inferre.*
*C. de bon. quæ lib.* Communiſſima enim
eſt ſententia ab omnibus approbata, quod
pater, legitimus adminiſtrator, non teneatur
conficere inventarium, multò minus
rationes reddere, quia hoc ſit ſpeciale in
patre, per *d. l. cùm oportet*, eò quod pater
habeat plenam adminiſtrationem &
actu & habitu. *Montanus cum Gutierez &*
*Cavalcan. tract. de tutel. & curat. c. 32.*
*effect. 5. n. 88. pag. mihi 137. & c. 38. n. 109.*
*pag. 241.* ex vi ſcilicet patriæ poteſtatis,
& cùm nullus affectus ſit, qui vincat paternum.
Niſi forſan pater ipſe tutorem ſe
formaliter conſtitui patiatur, & omnia à
tutoribus præſtanda agnoſcat, in quibus
terminis aliqui DD. loquuntur. 3. Quod
vidua & filia non ſint hæredes defuncti,
ſed ſaltem donatariæ certorum mobilium,
ex Inſtrumento donationis inter vivos.
5 4. Quod etiam hæredes defuncti tutoris
libros edere & producere non teneantur, ſi
ad eos non pervenerint, ſed ſufficiat, jurejurando
affirmare, ſe illos non habuiſſe,
*Marta. ff. noviſſ. tom. 1. tit. rationum*
*redditio. c. 2.* ita ut nec ex dolo defuncti
ſuper adminiſtratione hæres teneatur,
*Idem d. loc. c. 4.* 5. Eò minùs quia in bonis
filij adventitijs uſus fructus patri debe-
6 tur, *Inſt. lib. 2. c. 9. L. 1. C. de bon. matern.*
*L. cum oportet. 6. C. de bon. quæ lib.* 6. Inter
conſanguineos, etiamſi formales tutores
eſſent, tamen quævis præſumptiva &
conjecturalis probatio bonæ adminiſtratio-
7 nis ſufficiat, ſecundùm *Abbat. in can. 12.*
*n. 5. vers. ita pro Curiâ. Damhuder. in tr.*
*de tutel. & curat. n. 33. Munot. de Eſcobar.*
*de ratiocin. c. 25. n. 4.* 7. Quia tutores ſinè
beneficio inventarij adierunt hæreditatem
pupillorum avi, cum confuſione actionum
omnium, ſi quas contra defunctum
habuiſſent. 8. Quia ex alijs Inſtrumentis
tota hæreditatis ſubſtantia patet, quæ filio
acceptandi eſt tradita. 9. Quia nepotes
hæredes avi, non ſolùm bona immobilia
familiæ, Stammgüter / ab avo adminiſtratore
acceperunt, ſed etiam multa mobilia,
& alia bona pro liberis ſecundi matrimonij
expreſsè reſervata. Unde 10. ſuſtinere
non poſſunt, quod Vidua & filia ſecundi
matrimonij, tanquam *hæredes mobilares*,
ex tenore ſtatutorum illius Provinciæ,
ſolvere teneantur debita: quia, ut
dictum, nil acceperunt titulo hæreditatis,
ſed titulo particulari inter vivos. Tùm
verò Statutum in illo ſolùm caſu liberis ſecundi
matrimonij ſolutionem debitorum
injungit, ſi ſuccedatur ab inteſtato, ſi filij
ſecundi matrimonij omnia bona ad illud
pertinentia mobilia & immobilia ſoli receperint,
ſi nulla alia adſit Teſtatoris ordinatio,
quæ omnia in contrarium hîc reperiuntur.
Itaque lata eſt à Judice primæ
Inſtantiæ ſententia abſolutoria pro viduâ &
filia. Nec aliter fieri ex juſtitia poterat;
Nam quamvis vitrici bona, ſi duxerit uxorem
tutricem filiorum ſuorum, tacitè ſint
obligata, *L. pen. C. in quib. cauſ. pign. tac.*
*contrah.* ut monitum modò ſuprà; tamen
id non procedit in muliere ducente maritum
tutorem, utpotè quæ per ſe incapax
tutelæ; nec quadrat ad Tutoris Viduam
& filiam in circumſtantijs ſupra deductis.
Hinc ſuſtineri poteſt arreſtum injurioſum 8
& iniquum, ſed ſtatim relaxari debet,
etiam invitâ parte contrariâ, *Peck. de jur.*
*ſiſt. c. 45. n. 21. Gail. de arreſt. Imp. c. 3. n. 15.*
cùm arreſti illegitimi nulla vis nullusque
effectus juris ſit, *Mev. p. 5. deciſ. 222.* Et
ſi cauſæ arreſtorum non conſtent, vel in
continenti probantur, ex quibus illa valent,
non eſt injungenda probatio, ſed ſtatim
fieri debet relaxatio, *Mev. p. 9. deciſ. 93.*
etiamſi arreſtans cautionem offerat, quia
cautio non ſpectat ad Iuſtitiam arreſti, nec
liberat Iudicem ab officij neceſſitate, qui
propterea non debet alium iniquâ impoſitione
vexare, cujus intereſt, potiùs non
affligi, quàm poſt damna remedium quærere:
hoc enim alienum eſt à judicantium
officio, qui non debent, niſi omnibus exactè
perpenſis, de jure & juſto ſtatuere;
hinc incumbit ijs, arreſta injuſta, ſi ſeducti
ea decreverint, ſtatim revocare, quia
repugnat juſtitiæ, injuriam ex quacunque
ratione alicui inferre. Nec cautio poteſt
arreſtum injuſtum facere juſtum, aut mutare
juſtitiæ rationem, quod eſſet calumnijs
nocentiſſimis licentiam dare, ut egregiè
decidit *Mev. p. 7. deciſ. 85.* ſub expenſis
tutorum de proprio, quibus non licet
ſub prætextu officij tutelaris nec pupillis
nocere, nec alteri injuriam inferre.



Digitized by Google

# Liber II. Titulus III.

## De JUDICIIS.

SUMMARIA.

1. Refertur cauſa impulſiva ad Iudicia conſtituenda.
2. Judicia ſemper fuiſſe in omnibus Rebuspublicis.
3. Eorum neceſſitas.
4. Cauſa efficiens.
5. Princeps diſtribuit Juriſdictionem & Judicia, reſervatâ ſibi ſuperioritate.
6. Olim ipſi Imperatores judicabant, & n. ſeq.
7. Propter eorum publica negotia Tribunalia ſunt inſtituta.
8. Conſilij Aulici antiquitas.
9. Diſtingui debet hoc Judicium à Comitiis Imperialibus.
10. Hodiè hoc Judicium legibus publicis confirmatum eſſe, omniumq; locorum & temporum Judiciis poſſe comparari.
11. Camera Spirenſis à quo & quando inſtituta ejusq; variæ translationes.
12. Hodiè ſedes ordinaria eſt Spira, & hujus rei ratio.
13. Sedes tamen hæc ex causâ belli vel contagionis mutari poteſt.
14. Cauſa impulſiva erigendæ Cameræ.
15. Judicium Aulicum multò antiquius eſſe.
16. Viſitatio Conſilij Aulici ad quem ſpectet?
17. Conſilium Aulicum etiam in Comitiis ſuam exercere juriſdictionem.
18. Ordinationem ſeu inſtructionem quis primò huic judicio præſcripſerit?
19. Decens eſſe, ut utrumq; Tribunal, Conſilij Aulici & Cameræ certis legibus regatur,
20. Cameram ſingulis annis debere viſitari.
21. Quæ ſit viſitationis cauſa & finis.
22. Qui viſitatores eſſe debeant?
23. Quæ ſint Perſonæ Conſil. Imp. Aulici, Præſes vel Vice-Præſes.
24. Præſidis dignitas & officium.
25. Quæ qualitates debeant eſſe Conſiliariorum, & n. 28.
26. Imperatorem toti Imperio jus dicere.
27. Numerus Conſiliariorum quantus & cujus Religionis?
28. Enumerantur ulteriores inConſiliario Imper. Aul. requiſitæ qualitates.
29. Differentia inter ipſos Conſiliarios refertur.
30. De horum Conſiliariorum dignitate, & inter alios præcedentiâ.
31. Referuntur inſuper alia Conſiliariorum Privilegia.
32. Conſiliarios, Imp. Aulicos neminem Superiorem vel Judicem agnoſcere, præter Cæſaream Majeſtâtem.
33. De Judicij Imperial. Aulici ſede ſeu loco.
34. Aſſeſſores Cameræ ab Ordinibus Imperij præſentari & nominari.
35. In ipsâ tamen Juſtitiæ adminiſtratione ab Imperatore dependere.
36. Cameram cum Judicio Aulico Jurisdictione concurrere.
37. Enumerantur cauſæ in quibus Cameræ nulla conceditur concurrentia.
38. Si de præventione lis fit, ea vel per documenta litis pendentiæ, vel per Mandata expeditur.
39. In Judicio Aulico ſæpè Commiſſiones ad cauſarum cognitionem decerni; quod nullum habet locum in Camerâ.
40. Conſilium Aulicum decernere ad Cameram reſcripta pro excitandâ Juſtitiâ.
41. Aliquando cauſam à Conſilio Imperatori referri & decidendam relinqui.
42. An Imperator ipſe in propriâ perſonâ judicare debeat?
43. Judicia non eludenda ſed exequenda eſſe.
44. Judicem eſſe objectum calumniis, & tot habere amicos vel inimicos quot ſententias pronuntiat.
45. Magnum onus eſſe judicandi neceſſitatem.
46. Quæ homini potiſſimùm obſervanda?
47. De integritate & Juſtitiâ in Judice requiſita.
48. De pœnâ corruptorum Judicum, & eos corrumpentium.
49. An & quando liceat Judici aliquid accipere remiſſivè.
50. Non ad partes, ſed ad Superiorem ſpectare de Judicis delicto cognitionem.
51. Pro Judice eſſe boni viri præſumptionem.

TAnta videlicet hominum à teneris usque perverſitas eſt, ut citrâ contentiones cohabitare genus humanum non poſſit, & hinc fra-

fratrum quoque gratia rara ſit, imò inter Parentes liberoſque ſimultates oriantur & rixæ, quibus dirimendis ſedandiſque commoda fuerunt ſtatuenda remedia, ſup-
1 remæ nimirum Majeſtatis terror, Magiſtratûs poteſtas, & Judiciorum vigor. Quamvis enim tramites recti ipſis hominum mentibus in creatione ſint impreſſi, non tamen reprimitur depravatæ malitia naturæ, nec jus quoque legitimum, legumque ſanctiones, factiones, motꝰ & violentias in civitate tollere poſſunt, niſi ſint, qui jura regant, & iuri dicendo ſint præfecti,
2 ut ait Pomponius in *l. 2. §. 13 ff. O. J.* Hinc in omnibus omnium gentium, Rebuspublicis Judicia fuiſſe cõſtituta ex varijs antiquitatis monumentis patet, prout id præclarè deducit, *Lehman. in Chron. Spirenſ. lib. 2.* nec non *Conring. in diſſert. de Judiciis Imperij Germanici.* Ubi ex *Cæſare & Tacito* refert: regionibus & pagis Principes præfuiſſe, eoſque inter ſuos dixiſſe jus, & minuiſſe controverſias: adeoque propter parentum merita, jam tum etiam adoleſcentulis Principis ſeu Judicis dignitatem eſſe aſſignatam, quia Judices per electionem ad illud officium pervenerint, ſicque ad defunctorum liberos aliquando parentum redierint honores. Judiciorum ergo in omni Republ. ſumma eſt, & inevitabi-
3 lis neceſſitas, *Ahaſver. Fritſch. Exercitat. jur. publ. p. 2. Exercit. 5. de Judic. Aulic. in pr.* Hinc Hebræorum JCti dicti inter ſeptem illa præcepta, quibus non Iſraelitas ſolùm, ſed orbem univerſum obſtrictum exiſtimant, quæque ipſis jus mundi, & præcepta filiorum Noachi appellantur, Sextum de Iudicijs numerant, *Seldenus de Synedriis veterum Hebræorum lib. 1. c. 2. & de jure naturæ & gentium lib. 1. c. 10.*

4 Iuriſdictionis itaque & judiciorum *cauſa efficiens remota* eſt judicium gentium, quia naturalis ratio, juriſdictionem inter omnes gentes conſtituit. *Propinqua cauſa* eſt populus, qui eo ipſo, dùm ſibi Regem conſtituit, etiam Iuriſdictionem vel abſolutam, vel limitatam in eum transfert. Unde nunquam defuerunt ab antiquiſſimis temporibus. Quamvis eorum non eadem ſemper, ſed multùm diverſa fuerit pro Imperij & temporum ra-
5 tione facies. Sicut ergo tunc Juriſdictio in Principe tanquam in capite & fronte reſidet, ita ipſe eandem inferioribus per conceſſiones, inveſtituras, Commiſſiones, ita viciſſim diſtribuit, ut tamen ſibi ſupremam reſervet manum, & per appellationes, reviſiones, nullitates, ſumma & ultima controverſiarum deciſio in ipſum refluat, poſtquam nullum ulterius remedium ſupereſt. Summus nimirum Princeps omnes judicat, ipſe à nullo judicatur, ad eum gravati appellant, ab eo non appellatur.
In Imperio Romano *Cæſarea Majeſtas* uni- 6
verſalem in omnes exercet Juriſdictionem, prout ab omni ævo Majeſtati Principis convenit, pro Tribunali ſedere, & controverſias civium dijudicare. Sic apud Goldaſtum legitur Ordinatio Friderici II. Imperatoris Anni 1236. quâ conſtituit, daß der Hoff-Richter alle Tag ſoll zu Gericht ſitzen. Anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo ſecundo præſidebat ei Heidelbergæ Imperator Ludovicus Bavarus, Aſſeſſoribus, Ruperto Seniore & Iuniore Palatinis, alijſque Comitibus, Baronibus, Equitibus & Nobilibus; quod patet ex Diplomate Hermanni Marchionis Badenſis, quod inter Documenta rediviva Monaſteriorum in Ducatu Würtembergico ſitorum edidit autor anonymus, atque addit ibi Notator; cauſas breviter conſueviſſe tùm exponi Imperatori, & quicunque circa illum erant Magnatibus (qui magno ſemper numero aulam Cæſaream ſequebantur) ijſque ſententiam ſuam dicentibus, tandem, ſecundum vota, quæ ipſe ſaniora putabat cauſam definire ſolitam. Ita nimirum, nondum nato Camerali Judicio cauſæ Imperij ad aulam Cæſaream devolvebantur, R. A. zu Cölln Anno 1512. §. zum dritten / ibi: Nachdem täglich der Partheyen Händel und Sachen auß dem Reich an unſern Kayſerl. Hoff erwachſen. Cum ve- 7
rò impoſſibile ſit, Imperatorem ſemper litibus decidendis vacare, cui major ſalutis publicæ cura, & graviorum moles negotiorum incumbit, hinc tribunalia inſtituta ſunt, quæ ejus vice certantibus juſtitiam adminiſtrent.

Hodiè præcipua Germaniæ Judicia, undè controverſiarum illuſtrium fata pendent, ſunt Judicium Imperiale Aulicum, der Reichs-Hoffraht / & Judicium Camerale, das Kayſerl. Cammer-Gericht. Quod ad prius attinet, aliis dicitur Senatus Imperij Aulicus, aliis Conſilium Aulicum Impe-



Digitized by Google

ratoris, aliis Judicium Imperiale Aulicum. Aliquando etiam venit nomine Aulæ Cæſareæ, *Capitul. Imperial. Art. 18.* ibi: Entweder ad Aulam Cæſaream, oder ans Kayſerl. Cammer-Gericht zu Speyer. Nec non vocatur, Jhro Kayſerl. Majeſtát hóchſtes Gericht / Reichs-Hoff-R. Ordnung. *tit. 5. §. 25.* Sed quidquid ſit de nomine, & quamvis quidam hujus Judicij antiquitatem & veros Natales diſſimulare velint, certum
8 eſt, quod Impp. Germanici ab immemoriali tempore Tribunal hoc in ſuâ Aulâ habuerint, cujus Aſſeſſores hodieque Imperatores ſoli conſtituunt, iisque ſalaria conferunt. Hinc in præfatione der Reichs-H. R. Ordnung. de hoc Judicio dicitur: daß ſolches zur Befórderung und Vollziehung der Rechten / Gerechtigkeit und Regiments im Róm. Reich von undencklichen Jahren auffgerichtet: hique Conſiliarij ſoli Cæſari ſacro juramenti vinculo ſunt adſtricti. Nec abſurdè videtur ejus origo ab ipſis propè initiis Imperij Romani, quâ illud Reipublicæ opponitur, deduci poſſe. Nec enim ab antiquitatis & hiſtoriæ imperitiâ abſolvi poſſet qui negare vellet, Imperatores eo nomine in Palatio Prætorium habuiſſe, in quo ipſi Sellæ curuli inſidentes, circumſtantium Conſiliariorum ſententias rogarent, ac de cauſis cognoſcerent. Hoc illud eſt Concilium Principis, cujus mentio fit in *pr. l. 13. ff. de excuſat. tutor.* alibi Conſiſtorium vocatur, *l. fin. C. de offic. diverſ. Ju-*
9 *dic. &* Conſiſtorium ſacrum *l. 8. C. de ll.* Diſtingui nihilominus debet hoc Judicium à *Comitiis Imperialibus*, deſcribique poteſt Judicium Aulicum, quod ſit *Collegium Judicis & Aſſeſſorum in Aulâ Cæſareâ de cauſis Imperij jus dicentium*, ex mente *Ahaſver. Fritſch. d. Exercit. jur. publ. p. 2. exerc. 5. §. 4.* Hinc etiam vocatur Reichs-Hoff-Raht / non quod ab Imperio etiam dependeat, ſed quod cauſæ, quæ ibi tractantur, Imperium & Principes ſeu Status plerumque concernant. Ubi tamen cavendum eſt, ne cum Imperialibus Comitiis confundatur, in quibus Imperator itidem de negotiis Imperij deliberationem ſuſcipit, ea tamen propriè Judicium non ſunt, ſed conſiliis de legibus generalibus ferendis plerunque abſolvuntur, controverſiæ nullæ ferè ibidem agitantur, ſed omnia expediuntur de plano, ut monet *Jac. Speidel. in Spec. obſ. verb.* Reichs-Hoff-Raht / cum Judicij Aulici longè alia ſit ratio. Hoc Judicium, quamvis aliqui olim oppugnatum eſſe invidiosè aſſerant, id tamen poſtea tam in Tranſactione Pragenſi, quam Tractatu Pacis Monaſterienſis ita confirmatum eſſe, ut indubitatæ ſit autoritatis, ipſimet ejus oppugnatores, inficiari non audent. Nec 10
enim violentis *Hippolythi à Lapide* conſiliis indulgendum, qui Dicaſterio huic ſimulque Juſtitiæ literas dimiſſorias dandas eſſe ex turbulento ſenſu ſuo ſuadet. Melius de Imperio & publicâ tranquilitate meritum eſt hoc Conſilium Imperiale, quàm ut vanis irrequieti hominis perſuaſiunculis ejus conſtitutio, aut ſtatus debeat convelli. Hoc enim Judicium, unà cum Imperiali Camerâ, eam meretur conſiderationem, ut quod olim erat Judæis in Paleſtinâ *Sanhedrim*: quod Græcis Athenienſibus *Areopagus*. quod Gallis hodie *Parlamentum*, Bohemis *Appellatio Pragenſis*, Polonis, Anglis, Danis, Suevis, *Senatus Regni*: Hoc nobis in Imperio Romano Germanico ſit Dicaſterium Imperiale Aulicum, & Camera Spirenſis.

Alterum enim Imperij ſummum judi- 11
cium eſt *Camera Spirenſis*, à Rege Romanorum Maximiliano primo ejus nominis, communi ſtatuum conſenſu conſtituta *Anno 1495. ultimâ Octobris*, in quâ 3. Novembris ejuſdem anni, prima audientia celebrata eſt Francofurti ad Mœnum, ut teſtatur *Gail. de p. p. c. 1. n. 28.* poſt biennium Francofurto Wormatiam, abinde Noribergam, Ratiſbonam, rurſus Wormatiam, Noribergam, Eſlingam, ac denique *Anno 1557.* Spiram tranſlata, ubi hodiedum eſt ipſius quodammodo propria, fixa & ordinaria ſedes: Quia ſi non haberet con- 12
ſtantem locum ſæpe viri graviſſimi vel non ſuſciperent, vel abdicarent Cameræ officia, ſicque minus idonei neceſſitate ferente eſſent admittendi, *Ord. Cam. p. 2. t. 34. in pr.* Si tamen bellum vel contagio in- 13
gruat, tunc impetrato conſenſu Imperatoris & Statuum, licebit vel exercitium intermittere, vel alio transferre, donec impedimentum ceſſet, *d. loc. Ord. C.* R. A. zu Speyr. *Anno 70. §. 105.* R. A. *Anno 1594. §.* Was ſonſten zu unterſchidlichen / *Anno 104.* De tranſlatione etiam hujus judicij in locum ſecuriorem deliberatum fuit in Diætâ Monaſterienſi, *Inſtr. Pac. Cæſar. Suec. art. 5. §. præterea cum ob emanatas*: Sed



Digitized by Google

ea conſultatio difficultatibus involuta adhuc ultimam manum deſiderat, ut videre eſt ex *R. J. de anno 1654.* §. als auch bey dem allgemeinen / ibi : und haben Ihro Kayſerl. Majeſt. berührte translation noch zu Zeit nicht thunlich befunden.

14 Cauſa erigendi Dicaſterii Cameralis Maximiliano Imperatori ratio illorum temporum, quod ſe publicis Imperij Romani curis, & graviſſimis domi foriſque bellis impeditum, dirimendis privatorum litibus, quarum inſolita tunc ſuccreſcebat multitudo, minùs vacare poſſe putaret: Itaque ex uſu eſſe Reipublicæ exiſtimavit, ut præter Cæſaream Aulam, certum adhuc aliud Tribunal inſtitueretur, ubi preſſi læſique tutum haberent refugium, & vice Imperatoris Statuumque de cauſis cognoſceretur. Quin imò expoſcebat hoc ipſorum litigantium ratio, qui antea magnis ſumptibus Imperatorem ipſiusque Curiam den Reichs-Hoff-Raht / ſequi tenebantur, hoc autem inſtituto Judicio conſulitur expenſarum magnitudini, & Aula Cæſarea cauſarum judicialium mole ita levatur, ut juſtitiæ adminiſtratio etiam expeditior reddatur, *Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2.*
15 *p. 1. c. 3. n. 4.* Iudicium itaque Imperiale Aulicum multò antiquius eſt Camerâ, ſemperque Imperatorem ſequitur, à quo etiam ſolo Aſſeſſores ejus ordinantur, & congruis providentur ſalariis, de quorum ratione ſupra *tit. 9. n. 29. & ſeqq.* aliquid diximus.

16 Viſitatio verò hujus Conſilij adhibito Electore Moguntino peragitur, *Inſtr. Pac. Cæſ. Suec. Art. 5. §. Viſitatio Conſilij Aulici 55. Capit. Imp. §. neque erimus contrarij 42.*
17 Hocque judicium âutoritatem & Juriſdictionem ſuam etiam in Comitijs Imperialibus exercet, atque obtinet. Leges autem
18 ejus ſeu Ordinationem Primus *Ferdinandus Imperator, Auguſt. mem. anno 1549.* promulgavit, Maximilianus II. *anno 1596.* auxit, Mathias Imperator renovavit *anno 1614.* ultimam verò Ordinationem Ferdinandus III. Imperator in Comitijs Ratis-
19 bonenſibus anno 1654. præſcripſit, cujus normâ hodiedùm Senatus Imperialis Aulicus utitur. Decens nimirum erat, ut cùm Cameræ Imperialis certa circa proceſſus decernendos regula, & ordinatio præſcriberetur, Conſilium quoque Imperiale Aulicum ſuâ non careret amuſſi, ſicque duo iſta Imperij Tribunalia ſuas ordines limiteſque pariter agnoſcerent. Hinc in *Inſtr. Pac. Cæſ. Suec. art. 5. § 54.* Sancitum: *Quoad proceſſum Judiciarium Ordinatio Cameræ Imperialis etiam in Judicio Aulico ſervabitur per omnia:* Quæ tamen conſtitutio quomodo accipienda ſit, ipſa poſt Inſtrument. Pacis Comitijs Ratiſbon. anno 1654. publicata ordinatio conſilj imperialis Aulici, nec non ipſe citatus §. *Inſtr. Pac. 54.* circa Reviſiones demonſtrat. Hinc in *Ordin. Conſil. Imp. Aul. tit. 2.* §. So wollen / hæc leguntur, darauff dann unſere Reichs-Hoff-Rähte ein ſonders Auffmercken haben / auch / ſo vil müglich / deſſelben unſers Kayſerl. Cammergerichts-Ordnung / und in allen Sachen gewöhnlichen Proceſs, Termin und Solennitäten / gebrauchen und obſerviren / inſonderheit aber in allen Proceſſen keine Subſtantialia außlaſſen / jedoch allen Uberfluß und Verzüglichkeit abſchneiden / die terminos ohne erhebliche Urſachen nicht erſtrecken / und in alle Weg / ſo vil die Subſtantz eines gerichtlichen Proceß anlangt / ſonderlich darinn unwiderbringliches Præjuditz zu befahren / von der Ordnung / wie ſie im Kayſerl. Cammer-Gericht eingeführt und verbeſſert werden möchte / in ſubſtantialibus requiſitis Proceſſus nicht abweichen ſollen. Undè patet, Imperatorem ordinem judiciarium, de jure civili introductum, & quatenus ſaltem ſolennia reſpicit, obſervari non teneri, *Knipſchild. de civil. Imp. lib. 2. c. 33. n. 35.* ſed in Imperatoris conſiſtorio, juris apicibus neglectis, ex æquo & bono, inſpecta veritate procedi, *c. ad petitionem 22. X. de appell. Gail. 1. obſ. 42. n. 1. Gilman. tom. 3. verbo Comera, verſ. Summo. Reinking. de regim. ſecul. lib. 1. cl. 3. c. 12. n. 37.* quem ſupra quoque *tit. 3. p. 2. n. 22* in hunc ſenſum allegavimus, proindeque Imperator Conſiliarios Aulicos ad inutilia ſolennia judicialia non obſtringit. Unde atteſtante Lindenſpüer *in diſſert. de Imp. & famil. orig. mut. fol. 105. n. 47.* hæc inſignis promanat utilitas, *quod in Senatu Imperiali Aulico, cauſæ graviſſimæ etiam, celerrimè, cum ſufficienti tamen cognitione, expediantur, illiq; qui bona nituntur causâ, fructum Juriſdictionis, Imperatoriaq; Majeſtatis æquiſſimam vocem, ſine longo ſufflamine plerunque ſentiant. Ac licet ſtatus nonnulli conqueſti fuerint de præpoſtero & ſummario in omnibus ferè cauſis adornato proceſſu, &*

*celerrimis Mandatis executivis* der Reichs-Hoff-Raht / *Imperatoria tamen Majeſtas reſpondit*, daß ihres Wiſſens der Reichs-Hoff-Raht erkennet / was den Rechten und Reichs-Conſtitutionen fürgenommen / was Ihr Mayeſt. gebühret. Hactenus citatus author, & ex eo *Abasver. Fritſch. de loc.* §. 20.

De viſitatione Cameræ Imperialis in *O. C. Wormatienſi, anno 1521. tit. 5.* ſequens
20 habetur conſtitutio; Fürter zu mehrer Beſtändigkeit diſes unſers Cammer-Gerichts / ordnen / ſetzen und wollen wir / daß hinfürd jährlich das Cammer-Gericht / durch unſer Statthalter und Regiment / die Zeit / und dieweil das Cammer-Gericht bey vorgemeldtem unſerem Regiment ſeyn wird / viſitirt werde. Wo aber ſich begebe / daß das Regiment vom Cammer-Gericht abgeſondert / oder nicht im Weſen ſeyn würde / ſoll es alsdann mit der Viſitation gehalten werden / wie auff dem jüngſt gehaltenen Reichs-Tag zu Coſtantz beſchloſſen iſt / alſo lautend: Und damit ſolch unſer Königlich Cammer-Gericht die obbeſtimmte Zeit auß / deſto ſtattlicher und bleiblicher unterhalten / auch die Ordnung deſſel-
21 bigen / deſto weſentlicher gehandhabet / und alle Nothdurfft deſto baß verſehen werden möge / ſo haben wir uns mit den Ständen deß Reichs / und ſie widerumb mit uns vertragen und vereiniget / daß zu Außgang eines jeden
22 Jahrs auff einen nämblichen Tag / den unſer Cammer-Richter ſetzen und verkündigen wird / wir oder unſere darzu verordnete treffentliche Räht / und zween auß hernachbenannten / Churfürſten / Fürſten / oder ihren treffentlichen Rähten / bey dem gedachten unſerm Cammer-Gericht erſcheinen ſollen / alle und jede deß Cammer-Gerichts fürgefallene Gebrechen und Nothdurfft zu verhören / zu ordnen / zu handlen und zu verſehen / und von unſerm Cammer-Richter / den obberührten Beyſitzern / und unſerm Königlichen Fiſcal / allen ihres Einnehmens und Außgebens Rechnung zu empfahen / die angezeigte Fiſcaliſche Gefälle zu ermeſſen und erwegen.

Ex quo textu apparet, ſingulis annis viſitationem Cameræ peragendam eſſe, quod etiam ſtatuitur in *R. I. de anno 1532. tit. 2. §. 33. in R. I. Norimb. anno 1643. §. 33. & 34.* ubi hæc de viſitatatione Cameræ materia quoque tractatur, & de Commiſſariis ſtatuitur ſequentem in modum: Darzu die Röm. Kayſerl. Majeſt. ihre anſehenliche Commiſſarien verordnen will / und ſeynt von gemeiner Reichs-Stände wegen zu Viſitatorn fürgenommen / beyde Churfürſten / Maintz und Sachſen / welche zu ſolcher Viſitation ihre treffentliche Rähte ſchicken / der Biſchoff zu Würtzburg in eigener Perſohn erſcheinen / oder einen andern Fürſten ſeines Standes an ſeine Statt erbitten und vermögen / und Marggraf Georg zu Brandenburg einen Raht darzu verordnen / Abbt zu Kempten / oder Abbt zu Weingarten / und Graf Martin zu Ottingen eigener Perſohn auch erſcheinen / und die Stat Augſpurg einen geſchickten Raht ſchicken / und die Viſitation und Reformation / als obſtehet / verrichten und vollführen helffen ſollen; Und daneben iſt für nothwendig erwogen und beſchloſſen / daß die jährlich Viſitation deß Cammer-Gerichts / wie ſolches in dem Reichs-Abſchid zu Regenſpurg im 32. Jahr / der mindern Zahl / geſetzt und verſehen iſt / hinfüro gehalten / und das Cammer-Gericht jährlich / allweg auff den erſten Tag May / an dem Orth da es ſeyn würdet / viſitirt / und ſo vil Noth / reformirt werden ſoll.

Perſonæ Dicaſterij Imp. Aulici; ſunt, 23
vel Summus Præſes & Judex, qui ipſe Imperator eſt, ejus loco aliquis ex Illuſtri Principum, Comitum, Baronumve Imperij ordine conſtitutus, & vocatur der Reichs-Hoffrahts-Præſident / quod munus hodie pro dignitate gerit, Celſiſſimus & Illuſtriſſimus Dn. Dn. *Johannes Adolphus, Sac. Rom. Imp. Princeps de* Schwartzenberg Dominus in Hohenlandſperg / Gimborn / Muraco / Frauenburg & Wintingaco, Eques aurei Velleris, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarius Intimus, Vice-Præſidentis officium implet Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Dn. Dn. *Frobenius Maria, Comes à* Fürſtenberg / Heiligenberg / Wertenberg & Mößkirchen / Cathedralium Eccleſiarum Colonienſis & Argentinenſis, reſpectivè Vice-Decanus & Capitularis, Sacræ Cæſareæ Majeſtatis Camerarius. Textus *Ordin. Conſil. Imp. Aul. tit. 1. in pr.* ſic habet: Unſer Kayſerl. Reichs-Hoffraht / deſſen obriſtes Haupt und Richter allein / wir und ein jeder Röm. Kayſer ſelbſt iſt / ſolle hinfüro jeder Zeit mit einem verſtändigen / wie zu Führung eines ſolchen Ambts vonnöthen wol qualificirten Præſidenten / der ein Reichs-Fürſt / Graf / oder Herrn-Stands ſeye / mit gnugſamer Anzahl Reichs-Hoffrähten beſetzt werden / Præ- 24
ſidis ergo in hoc judicio proxima poſt Impera-

Digitized by Google

peratorem eſt dignitas, ejuſque muneris eſt, rogare Aſſeſſorum de rebus poſitis ſententias, dirigere Senatûs negotia, cavere ne quid decedat autoritati judicij vel Aſſeſſorum; in abſentiâ verò ejus, Vice-Præſidentis hæ ſunt partes. Aſſeſſores, qui & ipſi judices ſunt, vocantur Reichs-Hoffrähte / quorum qualitates deſcribuntur, *cit. loc. Ord. Conſ. Imp. Aul.*

25 gleichsfalls von Fürſten / Grafen oder Herren / Rittermäſſigen graduirten / oder ſonſten gelehrten / wohlerfahrnen / anſehnlichen / frommen und geſchickten Perſonen / ſo im Reich Teutſcher Nation gebohren / erzogen / und auch der Teutſchen Sprach wohl erfahren / gutes Namens und Herkommens / bevor auch darinnen begüttert / in den Rechten und Reichs-Sachen wohl geübet / und die Gerichtliche Proceß zu referiren tauglich und geſchickt ſeyn / damit männiglichen ſchleunige und unpartheyiſche Juſtitia adminiſtrirt werde. Idemque in *Capitulatione moderni Invictiſſimi Imperatoris Leopoldi* conſtitutum, §. *40*.

26 Per hoc Dicaſterium Imperatoria Majeſtas Ius & Iuſtitiam toti Imperio adminiſtrat, & conſtat illud ordinariè octodecim perſonis, inter quas ſex Conſi-
27 liarij Auguſtanæ Confeſſioni addicti aſſumuntur, ut eveniente caſu parietas judicum ex utraque Religione obſervari poſſit, ſicque Statibus A. C. nulla conquerendi cauſa relinquatur, quaſi favore vel odio Religionis aliquando gravarentur. Non minùs verò in citato *Ordin. Conſil. Imp. Aul. loco* §. alle diſe achtzehen: illud inſuper ſan-
28 citur: Es ſollen auch alle diſe Räht / der Reichs- und andern Sachen / ſo vor dieſelbe kommen müſſen / ſowol auch zum Theil der Nationen und Sprachen / ſo an unſerm Kayſerl. Recht ſuchen / ſovil müglich kündig / in den Rechten wohl fundirt / gelehrt und geübt / und insgemein alleſambt dermaſſen beſchaffen ſeyn / daß ſie von den Rechts-Handlungen / deßgleichen anderen Sachen unſers Kayſerthumbs / und demſelben anhangenden / Reputation / Würde / Hoheit / Rechte und Gerechtigkeit betreffend / ſo offt es vonnöthen / wiſſen Bericht zuthun / fürzutragen / zu tractiren und zu handlen / damit ſie nicht allein in unſerm Kayſerl. Reichs-Hoffraht / ſondern auch auff Reichs-Tägen / und in andern zutragenden Gelegenheiten / mit Ruhm und Nutz mögen gebraucht werden / zu welchem End dann / die jenige / ſo vorhero in deß H. Römiſchen Reichs Churfürſten und Stände vornehme Dienſten nicht begriffen geweſen / bey ihrer Annehmung an unſerm Reichs-Hoff-Raht dem Examini unterworffen ſeyn / und einen definitivè geſchloſſenen Proceß oder Acta, ſelbſten / ohne Hülff oder Zuthun eines andern / vermög ihrer bey dem Examine leiſtender Pflicht / referiren ſollen.

Hæc porrò inter Conſiliarios eſt diffe- 29
rentia, quod Comites & Barones à Præſidis dextro, Literati verò ſiniſtro ejus conſideant latere, R. H. *O. tit. 1.* §. Die Seſſion der Reichs-Hoffräht belangend. Et quamvis ejuſdem *Ord. tit 5.* §. Demnach dann. Sancitum, ut in cauſis Statûs, in Staats-Lands- und dergleichen Sachen / ſententiam ſuam primi dicant Equeſtris Ordinis Conſiliarij, in reliquis verò cauſis juſtitiam ſpectantibus primæ ſint partes & vota literatorum. Prout tamen Præſidis circa hæc eſt arbitrium, ita hactenus ſine diſcrimine prima ſemper vota Literatorũ fuerunt. Omnium 30
horum Conſiliariorũ maxima dignitas eſt, quibus nimirum Imperator illum tribuit honoris gradum, ut inter omnes ejus Conſiliarios, ſolis Intimis exceptis, primas ubique obtineant, R. H. *O. tit. 1.* §. So iſt auch unſer allergnädigſter Befehl / Will und Meinung / daß unſere Reichs-Hoffrähte / ſampt oder ſonders / allen Rähten von andern unſern Mitteln (auſſerhalb geheimen Rahts) in gleichen Stand vorgehen / und vor denſelben die Præcedentz und Ober-Stelle haben ſollen; quæ conſtitutio hac ratione niti videtur, quod authoritas dignitaſque Conſiliariorum ſit dignitas ipſius Principis, *Warem. ab* Ehrenberg: *de fœder. c. 1. p. 67.* & tàm Imperatoris quàm partium litigantium reſpectus hanc Conſiliariorum præeminentiam requirat. Poſt hanc etiam præcedentiæ prærogativam, mox & alia ipſis privilegia tribuuntur in *eod.* §. verbis ſequentibus: Ingleichen ſoll unſer Reichs- 31
Hoffrahts-Præſident und Rähte / auch anderer Perſohnen zum Reichs-Hoffraht gehörig / ſo lang ſie ihr häußlich Anweſen bey und an dem Reichs-Hoffraht haben / ſampt allem ihrem Haußgeſind und Haußhaltung / auch ihren verlaſſenen Kindern und Wittwen ſo lang ſie ſich nicht anderwerts verheyrathen / oder anderſt wohin begeben / aller perſonal-Aufflagen und Beſchwehrung / auch von Vermundſchafften und anderer Gerichts-Zwang / frey / und in unſerm Kayſerlichen Schutz und Protection

tection begriffen ſeyn / jedoch ſollen ſie ſich Gaſtung und Kauffmannſchafften nicht gebrauchen / da auch die Wittwen / oder ihre Kinder ſich in andere Orth begeben wolten / ſollen dieſelben / ohne Unterſchid der Religion / freyen Abzug haben / und keine Nachſteur zubezahlen / ſchuldig ſeyn.

32 Egregia hæc prærogativa eſt, quod Conſiliarij Imp. Aulici neminem, niſi Imperatorem pro judice ſuo agnoſcant. Pari ratione cum perſonis Cameralibus, quæ non obſtante concurrentiâ judicij Aulici cum Camerâ, circa negotia perſonas Camerales concernentia, ita immediatè ſub Camerali Juriſdictione eſſe videntur, ut concurrentiæ locus non ſit, *Ord. Cam. p. 1. t. 49. pr.* R. A. *anno 1654.* §. hingegen / *141.* ubi dicitur: daß ſie anderer Gerichts-Zwang frey ſeyn / und damit durch niemand in keine Weg beſchwehrt werden ſollen: & quod ſpecialiter unus caſus, quo cauſa ad Imperatorem vel Conſilium Imper. Aulic. ſpectat, excipiatur, *Ordin. Camer. p. 3. tit. pen.* §. *14. Blum. in Proceſſ. Cameral. tit. 26. numer. 12. & ſeqq.* quo privilegio ſi Camera potitur, ut perſonæ Camerales ad aliud forum trahi non poſſint; multo inſolentius & contra clariſſima Ordinationis & Conſtitutionum Imperialium verba, à quibuſdam judiciis inferioribus in Aulâ Cæſareâ juriſdictionis exercitium in conſiliarios Imp. Aulicos attentatur.

33 Locus Judicij Imper. Aulici ordinarius ferè Viennæ eſt, cum hac tamen obligatione, ut ſemper Aulam Jmperatoris ſequatur, R. H. O *tit. 1.* §. Alle diſe / in verbis: und unſerm Kayſerl. Hof / je und alle Zeit / welcher Orthen derſelbe gehalten wird / nachfolgen. Unde etiam in Citationibus, quibus partes eò vocantur, iſta ſemper verba leguntur: An unſerem Kayſerl. Hof / was Enden derſelbe alsdann ſeyn wird. Imperatore tamen Poſonium abeunte, Conſilium Viennæ perſtat.

In eo autem vel maximè Conſilium Imperiale Aulicum à Camerâ differre videtur, quòd Imperatores, qui Juſtitiæ ullâ in re deeſſe noluerunt, & ut Ordines Imperii ad Judicij iſtius conſervationem in conferendis ſumptibus redderent alacriores, facilè admiſerunt, ut, qui initio in Comitiis conſtitui ſolebant ejus Aſſeſſores, ab ordinibus ſpeciali jure præſenta-
34 rentur, nominarenturque. Ex quo factum ut in ipſa, *Ordinat. p. 1. tit. 8.* Aſſeſſores Ordinum loco in Camera collocati dicantur, quia ſine dubio, ſi ipſis Statibus huic Iudicio aſſidere commodum fuiſſet, per Cæſares, tanquam jus in aprico & integrâ fide reddituros, id iis licuiſſet. Itaque quamvis Aſſeſſores ab Ordinibus præſentati, ſi ipſam præſentationem, & præſentationis rationem intueantur, haud malè eorum loco poſiti dicantur, in ipsâ tamen adminiſtratione hunc reſpectum abeſſe, & Aſſeſſores Statuum cum Imperatoriis in unum corpus vel Collegium ita coaleſcere, ut ab 35
ipſo Imperatore non minùs dependere credi debeant, & ab eo Iuriſdictionem accepiſſe; undè nullum Jurisdictionis negotium in Camerâ ſub alius quàm Imperatoris nomine & ſigillo emanat, ut diſſerit adverſus *Hippolit. à Lapide Sluter. p. 1. cap. 10.* adeoque Appellationes ex notiſſimo & quotidiano ſtylo non ad Imperium, ſed ad Cæſaream Majeſtatem, vel ſuæ Majeſtatis Judicium Camerale interponuntur.

Deinceps, quamvis Camera concur- 36
rentem cum Iudicio Imper. Aulico habeat Iuriſdictionem, quod Cameræ *in titul. 2.* R. H. *Ord.* apertè tribuitur, §. So wollen wir auch / daß unſer Reichs-Hoffraht ſonſten / und in denen Fällen / darinnen wir und unſere Vorfahren am Reich unſerem Cammer-Gericht concurrentem Iuriſdictionem, zu mehrer Beförderung der Parthéyen / und unſerer Ubertragnuß mitgetheilt / demſelben ſeine ſtarcken Lauff laſſen / und per avocationem nicht verhinderen / wann nemblich ſolche Sachen allbereit daſelbſt durch außgewürckt und inſinuirte Citationen anhängig gemacht worden: Quales cauſæ ſunt, *Pacis Religioſæ & profana, cauſa Fiſcalis, litigioſæ poſſeſſionis, Pignorationis, Arreſti, Mandati, Relaxationis ad effectum agendi, Conſtitutionis Legis diffamari, Protectionis ſeu denegationis Juſtitiæ, compromiſſi, Violationis Privilegij Cæſarei, quæ ex continentia cauſæ, aut ejus ratione rei immediatè ſub Imperio ſitæ eò pertinent, ac in cauſis appellationum quæ ſummam appellabilem excedunt.* In his enim omnibus integrum eſt actori ab initio, vel judicium Imperat. Aulicum, vel Cameram adire, & litis inſtituendæ telam texere. At in *cauſis Re-* 37
*galia feuda concernentibus, cauſis Italicis, confirmationibus privilegiorum, Venia ætatis*

*tis conceſſione, Reſtitutione famæ, tùm quoque cauſis criminalibus Statuum Imperij*, Iudicium Imper. Aulicum ita ſolum obtinet Iuriſdictionis exercitium, ut nullus in
38 talibus Cameræ concurſus pateat. Quod ſi verò ratione præventionis oriatur controverſia, ſolent à partibus documenta litispendentiæ peti, quæ poſtea loco declinatoriarum fori in altero Iudicio producuntur. Si hæc non attendantur, decernitur *Mandatum* de non impediendo proſequi litem, nec trahendo ad aliud Iudicium quàm ubi cœpta, cui additur interdum *Citatio* ad videndum ſe incidiſſe in pœnam *l. ult. §. ult. C. de in jus vocand.* ubi conſtitutum legitur: *qui ſemel in jus vocavit, ſi poſt admonitionem reo oblatam eum ad alium Judicem ob eaſdem cauſas vocaverit; & eum indemnem præſtet, & cauſâ cadat, etſi juſtam habuit actionem.* Prout hæc omnia praxis quotidiana demonſtrat, & acuratè deducit Ahasver. Fritſch. ſæpe citatâ *Exercit. 5. Jur. publ.* §. 14. ubi refert formalia talis Mandati 23. Decemb. Anno 1650. decreti.

39 Inſuper etiam ratione proceſſus differt Camera & Iudicium Imper. Aulicum, quod in hoc decernantur aliquando Commiſſiones ad cauſam audiendam zur Verhör der Sachen / ita ut Commiſſariis detur facultas cognoſcendi cauſam uſque ad ſententiam, quales in Camerâ non decerni extra dubium eſt. De Commiſſionibus autem iſtis *tit. 2.* R. H. *Ord.* §. Und weil / ſic habet: Weil auch ferner bey uns vor Alters wohl hergebracht / daß wir zu mehrer Befürderung der Juſtitz / und Rettung der Betrangten / in Sachen / ſo ohne daß in prima Inſtantia bey uns angebracht und erörtert werden können / oder da wir als Unmittelbahrer Ober- und Lehen-Herr angeruffen werden / oder ſonſten ander Umbſtänd halber vor uns als Römiſcher Kayſer gehörig / Commiſſiones, zu Verhörung der Sachen / allein ausgehen laſſen / vorderiſt / zu unſerem Kayſerlichen Außſpruch an unſerm Kayſerlichen Hoff remittirt und überſendet werden; Als thun wir unſerm Reichs-Hoffraht in obſpecificirten Fällen / dergleichen Commiſſiones hinfüro zu erkennen / gleichfalls vorbehalten / doch daß denen Partheyen hierinnen / wider der Sachen Eigenſchafft keine Summarii: noch übereylte Proceß oder zu kurtze Dilationes auffgedrungen / ſondern ihnen ihre Nohtdurfft / als wie ſie vor unſerm Reichs-Hoff-Raht ſelbſten thun könnten / zu handlen vergönt werde. *In Inſtrum.* quoque *Pac. Cæſ. Suec. art. 5.* §. *18.* de Commiſſionibus iſtis hæc habentur: *Placuit etiam, ut Commiſſarij quidem res à ſe geſtas referant, & vota ſubjungant, inſtar tamen ſententiæ nil definiant.*

Quin imò & hæc Iudicij Imper. Aulici 40
prærogativa eſt, quod in eo Imperiale Reſcriptum ad Cameram impetrari poteſt, pro excitandâ Iuſtitiâ, ut maturè & celeriter impetranti adminiſtretur, prout experientia & uſus Iudicij quotidianus docet. Hinc cum nuper menſe Decembri anno 1670. Princeps Imperij ſe gravatum eſſe à Camerâ conquereretur in Comitijs Ratiſbonenſibus, Ordines Imperij cauſam commendaverunt Imperatori, humillimè rogantes Ihre Kayſerliche Mayeſtät wolten N. bey ſeinen alt-hergebrachten Gerechtigkeiten und Freyheit erhalten / und deßwegen bey dem Cammer-Gericht Vermittelung thun. Et cum Imperator moratoria vel alia confert Privilegia, Cameræ ſimul inhibetur, ut nullos contra ea proceſſus impoſterum decernat. Amplius hoc etiam in Iudicio Imp. Aulico obſervatur, R. H. *Ord. tit. 5.* ut interdum cauſa ex Conſilio ad S. Cæſ. Majeſt. determinanda referatur, §. Wo aber die Stimmen in ziemlicher Anzahl zertheilt / und unſer Præſident vermercken würde / daß beeder Theil Meinung mit ſtattlichen Grund-veſten Urſachen beſtercket / oder da in unſerm Reichs-Hoffraht Sachen vorkommen werden / darinnen unſere Reichs-Hoffräht ſich nicht vergleichen möchten / dahero wegen ihrer Hochwichtigkeit deren Erledigung bey uns vonnöthen / ſo ſolle unſer Reichs-Hoff-Rahts-Præſident auſſerhalb unſerem Vorwiſſen nichts endliches ſchlüſſen / ſonderen nachdem ſelbige Sach zu vörderiſt am fleiſſigſten Erwogen / beyder Theil ſchrifftliche Meinungen kürtzlich dem Secretario in die Feder / und zum Prothocoll gegeben werden / und alsdann dem Referenten ein ſchrifftliches Gutachten / mit allen umbſtändlichen und wichtigen Bedencken auffzuſetzen / dem Correferenten aber anderen Theils Meinung gleichfalls in ein anders Gutachten zubringen / anordnen.

Quia ergo Iudicia bona fundamenta 41
ſunt regnorum, cum *propter injuſtitias, injurias & dolos transferantur regna de*



*gente*

Digitized by Google

*gente ingentem*, *Eccleſ. c. 10.* Hinc Con-
42 ſtantinus Imp. in *l. un. quando inter pupill. & vid.* conſtituit, quod Imperator vel Rex in perſonâ propriâ, potiſſimùm de miſerabilibus perſonis, & à potentioribus impijsque oppreſſis judicare debeat. Ita judicavit ipſe Mydas Rex Phrygiæ Gordij filijs, qui & ſellam regiam, in quâ jus ſolitus dicere, in templo Delphico ſacravit. *Herod. in 1.* dicebat Rex Perſarum jus in throno aureo, purpura pro tapetibus extenſa, adſtantibus, qui in haſtis mala aurea deferrent, *Athen. lib. 12. cap. 3. Dipnoſophiſton.* Quemadmodum & hodie judicibus adſtant cum haſtis vel baculis hoſtiarij. Alexander quoque Magnus jura dicebat cum Proceribus, ſedens in throno aureo, *idem d. lib. c. 18.* Iudicabat & ipſe Gelon Syracuſarum Rex, *idem eod. cap. 15.* & Iulius Cæſar *Appian. Alexand. lib. 1. bello civil.* Et apud Moſſyneos perpetuò Rex jura poſcenti cuicunque reddebat, ſed majori cum ſeveritate: quod & ipſe pœnas lueret, ſi malè judicâſſet, quod ex verbis Apollonij Rhodij collige, is enim ſic ſcribit, *Apoll. Rhod. lib. 2. Argonaut. verſ. 528.*

*Porrò in altiſſima Rex domo ſedens,*
*Æqua multis jura populi dictitat,*
*Miſer. Si enim alicui jura reddendo erraverit,*
*Fame ipſum eâ die includentes, afficiunt.*

*Gregor. Tholoſan. in Syntagm. jur. univerſ. lib. 47. c. 20. n. 15.* quarè autem hodiè judicia & cauſarum deciſiones per tribunalia exerceant Imperatores, jam ſuprà annotavimus. Hoc enim fine jurisjurandi religione pro juſtitiâ ſanctè adminiſtrandâ obſtringuntur Tribunalium Iudices, & præcipuæ cauſæ ad Imperatoriæ Majeſtatis ſæpè referuntur deciſionem. Imò verò hodiè in Imperio noſtro ipſorum ſtatuum & partium litigantium obſtare voluntatem, quò minus Imperator ipſe in cauſis illorum judicet, ſed tribunalibus ſuis hanc relinquat judicandi provinciam, ſatis demonſtrat *Capitulat. Imp. §. Neque erimus contrarij 42. & R. H. Ord. tit. 5.* Was auch einmal. Præprimis tamen Imperatori proſpiciendum eſt, ut judicia cum authoritate ſuam ſortiantur executionem, ſine ullâ eluſione.
43 Id circò qui ſupremam poteſtatem habent, ſingulari curâ providere debent, ut authoritas judicum, & loca judiciorum, ab omni injuriâ ſic defendantur, ut liberè judicia & ſine metu potentum exerceri poſſint, neque ſimilia ſint araneorum telis, quæ parvas capiunt muſcas, magnas dimittunt.

Nullum itaque periculoſius, & calumniarum aculeis magnis objectum munus eſt, quàm judicis. Nihil enim, ut *Carpzov.* 44
*lib. 6. reſp. Elect. 97. in pr.* ait, eſt hodie familiarius litigantibus, quàm ut vel in Collitigatorem, vel in ipſum etiam judicem convitiando, cavillando, & maledicendo, ſcriptis pariter atque verbis procacius, & effrenatius invehantur, ſi nempè cauſâ, quàm ſibi juſtiſſimam perſuaſerunt, cadant. Ut verè Conſiliarius quidam in Aulâ Electorali Saxonicâ Nobiliſſimus dixerit, Judicem tot amicos ſibi acquirere, vel inimicos quot ſententias judicando publicari fecerit: quæ victori ſemper placent, ab illo laudantur, ab hoc vituperantur. *Hactenus* 45
*verba Carpzovij:* Magnū ſcilicet onus eſt, judicandi neceſſitas, in quâ ſingulari virtute opus, & diſcretione, ut dignitas ejus ſuſtineatur, & decus, ut ſerventur præſcripta legum, & ſecundùm juſtitiæ normam ſuum cuique tribuatur. Præſertim cum hodie Teſte *Heresbachio de republ. adminiſtrand. cap. 17. pag. 299.* actiones forenſes ad meras Rabularum degenerarint rixas, quibus judicio contendentes circumducuntur; Quæ inutiles & non neceſſariæ Proceſſuum ambages meritò reſecandæ, & ad priſcam gravitatem judicia conſtituenda ſunt, *Herman. Lather. lib. 2. c. 5. n. 24.* prout in *titul. ult. lib. praeced.* ex Receſſ. Imperij plura ad hanc materiam ſunt adducta.

Duo ſcilicet nobis ſunt neceſſaria, *Con-* 46
*ſcientia*, quoad nos, *Fama*, quoad alios, *can. null. cauſ. 12. q. 1. in pr.* Finckelthauß *obſerv. 1. n. 10.* nunquam tamen famam ſuſtinere poſſet Judex, niſi vel autoritas Principis, vel partis victricis deprædicatio, maledicentiam alterius retunderet, & cohiberet. Equidem judicium & juſtitiam virginem eſſe pudiciſſimam, jam pridem *Plato* ſcripſit *lib 34. Dial. 12. de legib.* quæ nullâ corruptione pecuniæ, nullâ gratiæ vel timoris, affectionis vel odij paſſione tentanda eſt. Idcircò in Judice tanta re- 47
quiritur integritas & fides, ut non ſolùm à malo, ſed & ſuſpicione mali debeat eſſe alienus, *Exod. cap. 18.* præſertim ut munera nō accipiat, Reichs-Hoffrahts-Ordnung/ *tit. 1.* §. Und weilen dann. Quorū acceptatio eſt prævaricatio veritatis, *c. qui recte 11. q. 3. c.*

*non.*

Digitized by Google

*non licet. eod. cap. non ſanè 14. q. 5.* quia Judex cupidus citò vendit judicium, *c. pauper. 11. q. 3.* & Xenia & dona excœcant oculos judicum, *Eccleſiaſt. 20.* Excœcant prudentes & ſubvertunt verba juſtorum, *Exod. 24.* Hinc *Eſaias cap. 5. verſic. 23.* exclamat, væ abſolventibus improbum propter munus, & juſtitiam juſti auferentibus ab eo. Maledictus, qui accipit munera, ut percutiat animam ſanguinis innocentis, *Deuter. 27. 26.* graviter Deus punit vendentes pro argento juſtum, & pauperem pro calceamentis, *Amos cap. 2. verſic. 6.* convertentes in abſynthium judicium & juſtitiam in terra relinquentes, *Amos cap. 5. verſic. 7. 10. & 12.* uterque enim qui abſolvit probum & condemnat juſtum, abominationi ſunt *Jehovæ, Proverb. cap. 17. ver-*
48 *ſic. 15.* Proinde etiam Imperatores Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius in *l. 3. C ad l. Jul. repet.* monent Judices & cognitores omnes, ut à pecuniis atque muneribus manus abſtineant, nec alienum jurgium ſuam putent eſſe prædam. Conſtantius Imperator in *l. fin. C. de pœn. Jud. malè judicant*: eum qui pretio, aut gratiâ perperam judicaverit, in æſtimationem ſumptuſque litis cum infamiâ condemnandum ſtatuit. Diocletianus verò & Maximinus Impp. in *l. venales 2. C. quando provocare non eſt neceſſe*, venales ſententias, quæ à corruptis judicibus proferuntur, etiam, citra provocationis auxilium ipſo jure infirmas eſſe ſanciverunt: ut etiam, ſi arbiter Compromiſſarius per ſordes aut dolum aut evidentem gratiam dedit ſententiam, per exceptionem ejus impeditur executio, & compromiſſi pœna evitetur, *lib. 3. C. de arbitr. l. ita demum 46. §. fin. ff. eod.* & plura egregiè in hunc ſenſum deducta videri poſſunt apud *Gre-*
49 *gor. Tholoſan. Syntagm. lib. 36. cap. 28. per tot.* Nec enim licet judici vendere juſtum etiam judicium *l. 2. §. fin. ff. de condiction. ob turp. cauſ. l. 10. C. de accuſat.* cùm Judex aliquid accipiens ut bene pronuntiet, turpiter tamen faciat, *cap. 66. qui rectè. 11. q. 3.* ſicut & qui dedit, *c. non ſanè 14. q. 5.* etſi liceat Advocato vendere juſtum patrocinium, & JCto rectum conſilium, *cauſ. 11. q. 3. c. 17. Græv. part. 1 pract. concluſ. per tot.* imò ne quidem judici ſub eo prætextu licet accipere, ut accelerent judicium, quia cùm hoc ad officium ejus pertineat, *l. properandum C. de Judiciis*, turpiter accipit ob eam cauſam, quam gratis præſtare tenetur. Inſuper etiam ipſi litigatores, qui judices vel corruperunt, vel corrumpere tentarunt, certis ſubjiciuntur pœnis, nam Antoninus Imperator in *l. 1. C. de pœn. Judic. malè judic.* diſpendio actionis punit eum, qui diffidentia juſtæ cauſæ in pecuniæ corruptelâ ſpem negotij poſuit, & pecuniam ejus rei gratiâ vel adverſario vel judici dedit. Et *Ulpianus in l. 2. & 3. ff. de condict. ob. turp. cauſ.* reſpondit; crimen etiam contrahi, ſi quis det, ut in bonâ causâ ſecundùm ſe judicetur, eò quod talis judicem corrumpere videatur, & ideò litem perdere debeat. Quæ autem judici munera acceptare, & quando permiſſum, ſi præſertim causâ finitâ, ſine prævio pacto vel promiſſione, ſponte & liberaliter offeruntur, videri poteſt *Minſ. cent. 2. obſerv. 75. per tot. Menoch. de arbitr. Judic. quæſtion. cap. 343. Alvarez. de Velaſco de Judice perfecto rubrica 9. annotat. 7. numer. 9. & annotat. 10. Cardin. Lugo de Juſtitiâ & Jure, Diſputat. 37. Sect. 9. per*
*tot.* 50

Atque profectò non ad litigantium calumnias, ſed ad Superiorem & Principem ſpectat iſta cognitio, ſi Iudex limites juſtitiæ ſeu imperitiâ ſeu corruptione motus tranſilierit: Si enim cujusque maledicentia ſufficeret, quis innocens eſſet? Quid verò Judici iniquè judicanti metuendum ſit, extra Divinam Nemeſin, quæ graviſſimè injuſtitias ulciſcitur, inſuper ſtatutum
eſt in *O. C. p. 3. t. 53. per tot.* & præſertim 51
*§. fin.* nec non *Receſſ. Imp. anno 1654 §. 109.* Aliàs pro Judice ſtat præſumptio, quod ſit vir bonus & honeſtus, ab ipsâ bonitate taliter appellatus, *l. continuus 137. §. Cum ita 2, ff. de V. O. l. vir bonus, ff. judic. ſolv. l. penult. ff. de Procurat.* quippe cùm Iudex à Iuſtitiâ nomen habeat, qui, ſecundùm conſcientiam & præſcripta legum, omnes ſuas dirigat actiones, ut contrarium aſſerenti demonſtratio incumbat. Præſumitur enim Iudex puras Deo, Principi & legi ſervare manus. Qui non excandeſcit adverſus eos, quos malos putat, nec precibus calamitoſorum illacrymatur *l. 19. §. 1. ff. off. Præſid.* Qui ſemper recogitat, litigatores ſub hominibus, Judices autem Deo inſpectore cauſas proferre trutinandas, *l. 14. ante finem verſic. Sic etenim C. de Judic.* Itaque Judex talis eſſe præſumitur, qualis eſſe debet, donec probetur



Digitized by Google

contrarium, quem ſcilicet *timor* DEI impellit, & præſervat à timoribus humanis. Hinc qui ſentit ſe pectus minus armatum gerere, deberet Judicis munus, etiam ultrò oblatum recuſare, multò minus ambire, juxta monitum Sapientis *Eccleſiaſt. cap. 7. verſic. 6. Noli quærere fieri Judex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ut forte extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in æquitate tuâ.* Quid enim ſi major vis acceſſerit, ſi Principis urgeant imperia, ſi Potentum & Magnatum terreat reſpectus, ſi munerum ſplendor animum Judicis oppugnet? ſi ad rem injuſtam & innocentis oppreſſionem, in Nabothi alicujus vineam & ſanguinem, varijs iſtis medijs Judex impellatur? Timore Domini imbutus cogitabit Achabi cædem & Jezabelis canes! Si Princeps minas, ferrum, flammas addat? Iudex plenus timore Domini intuebitur fornacem Babylonicam, lacum Leonum, Eleazarum, Machabæos! DEI enim partes ubivis debent eſſe potiores, illius minæ pœnæque magis extimeſcendæ. Cum judicibus enim accuratiſſimas ſeveriſſimaſque inibit rationes, juſtus & ſupremus Iudex DEUS: *qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur: quoniam cùm eſſetis miniſtri Regni illius non rectè judicaſtis nec cuſtodiiſtis legem juſtitiæ, neq; ſecundùm voluntatem DEI ambulaſtis*: Horrendè *& citò apparebit vobis, quoniam judicium duriſſimum his, qui præſunt, fiet*, Sapient. *6. verſic. 5. & 6.* uti prudenter deducit R. P. Carol. de Grobendonck / *de ortu & progreſſ. Spirit. Polit. lib. 10. c. 28. per tot.* Hinc Iudices animo revolvere debent, de judicijs ſuis DEI exſpectanda eſſe judicia. *Ego*, inquit ipſe apud Pſalmiſtam, *Pſalm. 74. verſic. 3. Juſtitias judicabo*, & apud Ezechiel. *c. 7. verſic. 27. ſecundum judicia eorum judicabo eos.* Hinc præcavenda Iudici eſt perſonarum acceptio, munerumque cupiditas, ne ſubtili aliquâ legum interpretatione prætextus quærat in favorem potentum aut divitum pronunciare. Liber debet eſſe animus Iudicis ab inordinatis paſſionibus, ut ſuo rectè fungatur officio. Nam ut D. Iſidorus ait: *Judicium humanum pervertitur timore, cupiditate, amore, odio;* quæ ſunt quatuor principes paſſiones, quibus hominum animi concutiuntur. Hinc Diocles, cùm eſſet a Medis vocatus ad controverſiam quandam dijudicandam, voluit tutam ſibi arcem conſtrui, addique cuſtodes ut ſine metu judicare poſſet, *Herodot. l. 1.* Quemadmodum enim violentiæ metus à foro excuſat clientes, ita Iudices à judicando; alioquin judicium illorum non poterit liberum cenſeri, & vim ſententiæ nanciſci. *Cupiditas* verò, cujuſcunque tandem rei ſit aviditas, ita mentis oculos perſtringit, ut judicij veritatem non cernant. *Odium* judicum animos exulcerat, ut dum malè alicui volunt, rectè pro illo judicare non poſſint, cùm malevolentia eos à veritatis conſideratione abducat. Idem de *amore* dicendum, qui ſecundum *Euſeb. Strom. lib. 8. cap. 14. Bonus & nimium indulgens etiam pravarum rerum eſt interpres*, ut proinde Iudex à foro toties abſtinere debeat, quoties in eo judicandi ſunt ipſius conſanguinei, propinqui, aut alio quovis vinculo neceſſitudinis conſtricti: unica verò tribunalis lex ſit juſtitia & reſpectus ad DEUM. Sic evaneſcent calumniæ ceſſabuntq; querelæ, quibus aliàs Iudices exponuntur, cùm ſuper injuriâ conqueri non poſſit, quem non tam Iudex, quàm lex ipſa condemnabit.



Digitized by Google

# *Liber II. Titulus III.*
## De
## *JUDICIIS.*

**Summaria.**

52. Quis Cancellariam Imperialem dirigat? & quæ ejus Perſonæ?
53. De Ordine expeditionis, & modo, quâque in linguâ fiat.
54. De Procuratoribus ſeu Agentibus Conſilii Imper. Aulici, eorumq; juramento,
55. In quibus cauſis Judicii Imper. Aulici Juriſdictio fundata ſit?
56. An etiam cauſæ ad pacem Religioſam ſpectantes huc pertineant?
57. Non requiri tot numero Conſiliarios A. C. quot ſunt Catholici.
58. Cauſas Statuum criminales etiam ad hoc judicium pertinere.
59. Imò & matrimoniales.
60. Cauſæ graviores ad Imperatorem cum voto referuntur.
61. Publica privatis ſemper anteferri.
62. Ex cauſâ publicæ utilitatis controverſiæ deciſionem differri poſſe.
63. A Senatus Imper. Aulic. voto in Conſilio Secretiore non facilè diſcedi.
64. Statuum primas inſtantias illibatè obſervandas eſſe.
65. Privilegium electionis fori quinam habeant?
66. Officium Judicis in quo conſiſtat?
67. Cauſæ cognitionem accuratè & diligenter faciendam eſſe, & cur?
68. Judicem teneri ipſummet acta perlegere, & per alium id expedire non poſſe.
69. Requiri in judice legum peritiam.
70. Litibus Rempubl. everti.
71. An detur caſus pro amico?
72. De Judiciis ambiguis.
73. An liceat Judici ſequi ſententiam probabilem relictâ improbabiliore.
74. In Advocatis rem extra dubium eſſe.
75. Officium Judicis implorare, quid ſit?
76. Iudex qui ſecundùm jura procedere debet, quando æquitatem ſequi poſſit?
77. Judicem non debere in jure informari ab Advocatis.
78. Sententia quæ ſit nulla?
79. An Judex ſecundum conſcientiam, an ſecundum acta & probata debeat judicare?

HActenus de perſonis ad ipſum Senatum Imper. Aulicum ſpectantibus. Ad Cancellariam Iudicii Aulici & Cameræ Spirenſis deputatus eſt Archi Cancellarius Imperii, Archi-Epiſcopus & Elector Moguntinus, ejúsve loco Vice Cancellarius Imperij; quod hodie munus obit *Illuſtriſſimus & Excellentiſſimus Dn. Dn.* Leopoldus Wilhelmus, *S. Rom. Imp. Comes de* Königseck *&* Rotenfels / *Dominus* in Aulendorff *&* Stauffen / *Sacra Cæſarea Majeſtatis Conſiliarius Intimus, & Imp. Vice Cancellarius, &c.* Reliquæ Cancellariæ perſonæ ſunt Secretarij, Regiſtrator, Taxator, Scribæ, & Pedellus, ſeu der Thürhüter / quorum munia ex ipsâ Ordinatione & praxi meliùs addiſcuntur. Secretarii nimirùm duo ſunt, quorum unus in linguâ Germanicâ alter in Latinâ expedit negotia. Hæ enim ſolæ linguæ in hoc judicio ſunt in uſu ita ut ſi fortaſſis acta appellationis, documenta, depoſitiones teſtium, ex Patriâ Leodienſi, Italia, aut aliis locis exhibeantur, addi tamen ſemper verſio Latina vel Germanica debeat, R. H. *Ord. tit. 3. §.* Ferner ſoll in dergleichen. non obſtante eo, quod ſecundùm ſuprà dicta, Conſiliarii, quantum poſſibile eſt, linguarum gnari eſſe debeant. Proceſſus decreti expediuntur à Secretarijs, expeditiões referẽs relegit, ac quæ videntur, corrigit: gravioris verò momenti reſolutiones earumq; expeditiones in pleno Senatu perleguntur, R. H. *Ordin. tit. 6. in pr. §. 1. & t. t.* Lecta & approbata mittuntur ad Cancellariam, deſcripta iterùm perluſtrantur, an nulla irrepſerint calami vitia: Inde à Secretario ad Imperii Vice Cancellarium ad ſuſcribendum, demùm ad Imperatorem perferuntur, ut ipſe ad ſcriptione Auguſti nominis ſui ultimum robur addat. Tandem apponitur Sigillum, ſolu-

52 (margin, beside "Vice Cancellarius Imperij") · 53 (margin, beside "beant. Proceſſus decreti")



Digitized by Google

ſolutâque Taxâ, partibus vel earum Procuratoribus ſeu Agentibus expeditiones traduntur.

54 De Procuratorum porrò, der Agenten/ officio & qualitatibus requiſitis videri poteſt, R. H. *Ordin. tit. 7. per tot.* nec non *Chriſtoph. Beſold. in Theſaur. Pr. verb. Agent.* Eorum numerus 24. vel 30. excedere regulariter non debet. Antequam verò recipiantur, de eorum legitima nativitate, patriâ, bonis moribus & doctrinâ conſtare debet, quo fine per duos, aut unum Aſſeſſorem Conſilij Imper. Aulici examinantur, factâque ab hoc relatione in pleno Conſilio de bonis eorum qualitatibus & ſufficienti doctrinâ, in numerum Procuratorum cooptantur. Decens enim eſt, hos Procuratores eſſe Iuriſperitos, & ſufficienti doctrinâ inſtructos, ne cauſas, quæ hic tractantur graves, ſeu ex malitiâ, ſive ex imperitiâ, confundant potius & perturbent, quàm ad juſtam deciſionem promoveant. Suſcepti verò juramentum præſtare tenentur, daß ſie die Sachen der Partheyen / nach ihrem beſten Verſtehen / handlen / und darinn wiſſentlich keinerley Falſch oder Unrecht / gebrauchen / noch gefährſchub und dilation / zu Verlängerung der Sachen ſuchen / und deſſen die Parthey zuthun oder zuſuchen nicht unterweiſen / mit den Partheyen kein Geding oder Vorwart machen / ihre Heimlichkeit nicht offenbahren / den Kayſerlichen Reichs-Hoffraht / und deſſen Mittels-Perſohnen ehren und fürdern / vor Gericht Ehrbarkeit gebrauchen / die Partheyen über gebührenden Lohn nicht beſchweren oder erhöhen / und dafern deß Solds wegen Irrung entſtünde / wie daſſelbe durch den Reichs-Hoffrahts-Præſidenten / und die Reichs-Hoffräht entſchiden würde / begnügig ſeyn / und es darbey bleiben zu laſſen / auch der Sachen / ſo ſie einmal angenommen / ohne erhebliche Urſach und deß Rechten Erlaubnuß ſich nicht entſchlagen / ſondern biß zum End getreulich dienen / und der Reichs-Hoffrahts-Ordnung nachkommen ſollen und wollen. Extra has perſonas legitimè aſſumptas & juramenti Religione adſtrictas, nulli permittitur cauſas in hoc judicio tractare, niſi fortaſſis Electorum & Statuum aliquis ſpecialiter alium quendam curæ negotiorum ſuorum judicialium præficere velit, qualis omninò admittendus eſt, ea tamen lege, ut de cætero Ordinationem ſtylumque obſervet.

Quæ cauſæ in judicio Imper. Aulico di- 55
ſcuti & determinari poſſint, traditur in *ejuſd. Ordin. tit. 2. in pr.* In unſerm Reichs-Hoffraht ſollen alle und jede Sachen / das H. Römiſche Reich / deſſelben Hoheit / Recht / Herrlichkeit / Gerechtigkeit / Pfandſchafft / Löſung / Regalien / hohe und nidere Lehen / Privilegien / Indult / Confirmation / und anders / wie ſolches Namen haben mag / und in Summâ, was nach der unfehlbaren Juſtitien dirigirt und decidirt werden ſolle / inſonderheit alle und jede Parthey-Sachen / die Rechts / Gewonheit / Connexität und Conſequentz halber für unſer Kayſerl. Gericht gehören / oder von den erſten Inſtantien durch Mittel der Appellationen / Supplicationen / Dictionis nullitatis, implorationis officij oder in andere alle Weg ſich dahin wenden / darüber erkennet / und die Nohtdurfft außgefertiget werden. Cùm verò tot non 56
ſint Aſſeſſores A. C. quot ſunt Catholici, dubitare quidam præſumſerunt, an etiam *cauſæ ad Pacem Religioſam ſpectantes* huc pertineant, *Cubach. de Conſtit. Rel. c. 11. n. 19.* ſed cùm eo in caſu, ubi inter ſtatus diverſæ Rligionis lis eſt, ſelecti æquali numero, Conſiliarij utriuſque Religionis cauſas examinent & definiant R. H. *Ord. tit. 1.* §. Wir wollen auch. cauſa diſſenſionis ſublata eſt. Cùm etiam in cæteris Imperij negotiis, Catholici omnes in unam conveniant ſententiam, A. C. verò Conſiliarij contrariam defendant, licet illorum plures, horum multò pauciores ſint, vota tamen pro paribus habeantur, illiuſque controverſiæ deciſio deferatur ad Imperatorem. Quod ſi A. C. Aſſeſſor Catholicis, aut ex his unus illis accedat, illa pars majora reportat, cujus vota acceſſione illâ augentur. Et quamvis fictitia hæc, ut vulgò nominant, Conſiliariorum Religionis paritas Autori der Grund-veſt / *pag. 270.* non ſatisfaciat: At-
tamen *Dn. Fritſch. in ſuprà dictâ Exercit.* 57
*5. n. 8.* fatetur labi illum Autorem & ex *Inſtr. P.* id erui non poſſe, quod tot realiter & quoad numerum conſtitui debeant Conſiliarij A. C. quot ſunt Catholici, id quod conferenti locum facilè appareat: & exindè vana eſt omnique deſtituta fundamento quorundam querela. Cauſas quoque Criminales ad hoc judicium pertinere tradit

Digitized by Google

dit *Myler. de Princip. & Statib. Imp. Rom.*
58 *German. c. 20. n. 22. & ſeqq. Knipſchild. de*
*Civitat. Imp. lib. 2. c. 33. n. 23. Tabor. de Exe-*
*cut. rei. judic. Theſ. Baſil. vol. 5. diſp. 11.*
monitumque *ſuprà lib. 1. tit. 10. inpr. n. 24.*
quod etiam quotidianâ praxis comprobat.
Sed per viam appellationis cauſæ crimina-
les non recipiuntur, niſi ſuper nullitate pro-
ceſſus ad Superiorem inſtituatur provoca-
59 tio. Cauſæ quoque Statuum matrimonia-
les hinc non excludendæ, ſi in poſſeſſorio
agatur, vel ſuper proceſſus nullitate, pro-
ut nuper *hoc anno 71.* decretum reſcriptum,
ad recipiendam conjugem in conſortium
matrimonij; donec de cauſâ legitimè co-
gnoſcatur; & videri poteſt *Reinking. de*
*Regim. Eccl. & ſec. lib. 3. cl. 1. c. 10. per tot.*
*Burgoldenſ. ad Inſtr. Pac. p. 2. diſc. 20. fol.*
*204.*

60 Cauſæ graviores, quæ publicum Impe-
rij Statum concernunt eumque commove-
re poſſent, ſi intempeſtivâ deciſione reſol-
verentur, poſtquam in Judicio Imper. Au-
lic. ad ſententiam uſque trutinatæ ſunt, re-
ferri ad Imperatorem ſolent, cum voto,
mit Gutachten/ ut in Conſilio ſecretiore di-
ſcutiatur, an rerum circumſtantiæ, & Status
publici ratio permittat, ut hoc tempore
in cauſâ pronuntietur, & an ſine motu in Im-
perio ſententia executioni mandari poſſit.
61 Cedunt enim ſemper privata publicis, &
ſalus populi ſuprema lex eſt. Utilitas pu-
blica ait Imp. *in l. 3. de primip.* præferenda
eſt contractibus privatorum. Quoties e-
nim Reipublicæ intereſt, privatas res in u-
ſum publicum deſtinari, toties cives à jure
ſuo diſcedere oportet, & niſi volent, cogi
poſſunt. Quod etſi iniquum, imò miſe-
rabile videatur, in favorem tamen Reipu-
blicæ indultum eſt, *Arnold Clapmar. de ar-*
62 *can. rerumpubl. lib. 14. c. 16.* Itaque deci-
ſionem controverſiæ differri poſſe, ſi exe-
cutio difficilis, & alia publici Status metu-
antur incommoda, extra dubium eſt, &
exempla allegat *Ahaſver. Fritſch. d. Exer-*
63 *cit. 5. n. 24.* quibus plura poſſent adjici. De
cætero verò non diſceditur à voto Senatûs
Imper. Aulici, obſtante *Capitul. Imp. art.*
*42.* & R. H. *Prd. tit. 5.* §. Was auch ein-
mal in gemeldetem unſerm Reichs-Hoffraht in
contradictorio Judicio cum cauſæ cognitio-
ne, und mit unſerm Vorwiſſen ordentlicher
Weiſe gehandelt und beſchloſſen iſt/ darbey
ſoll es allerdings verbleiben/ und von niemand
anders von neuem in cognition gezogen / noch
deſſen Execution verhindert werden. Imò
liberrimum eſt ſuæ Majeſtati, in cauſis ma-
joribus, & undè tumultus in Imperio time-
ri poſſent, inſuper etiam quorundam utriuſ-
que Religionis Electorum & Principum ſen-
tentias & vota requirere, *Inſtrum. Pac. art.*
*5. §. 20. verſ. quoad Proceſſum.*

Illud obſervandum, quod licet olim 64
dubia fuerit quæſtio, an *privilegia primæ*
*Inſtantiæ* Statibus conceſſa, Cæſareæ quo-
que Iuriſdictioni præjudicent, de qua vi-
deri poteſt *Paurmeiſter. de Juriſdict. lib. 2.*
*c. 4. n. 123.* ubi negativam ſequitur: Ho-
die tamen res clara eſt, tàm ex *Inſtrum.*
*Pac. art. 5. §. 20. verſic. 4.* in verbis: *In*
*Conſilio Aulico non minus, quàm in Camera*
*Imper. Judicio, privilegium primæ Inſtan-*
*tiæ, Auſtregarum jura, & privilegia de*
*non appellando Statibus illibata ſunto, nec*
*per mandata, aut Commiſſiones, aut avoca-*
*tiones, aut alio quovis modo turbantor:*
quàm etiam in *Capitul. Imper. art. 18.* &
*R. I. de anno 54.* §. Benebens ſollen Cam-
mer-Richter. 105. & R. H. *Ord. tit. 2.* §.
Wir befehlen. Reges verò Sueciæ ratione
eorum, quæ poſſident in Germaniâ, tan-
quam Duces Bremenſes, Verdenſes, aut
Pomeraniæ, Principes Rugiæ & Domini
Wiſmariæ, nec non Duces Brunſvvicenſes
& Luneburgenſes, inſuper *beneficium Ele-*
*ctionis fori* habent, ut integrum ipſis ſit,
vel in Aulâ Cæſaris, vel in Camerâ Imper. 65
intentatam, prout maluerint, excipere
actionem, ſic tamen, ut intra tres menſes
à die denuntiatæ litis declarare debeant,
coràm quo ſe judicio ſiſtere velint, *Inſtr.*
*Pac. Caſ. Suec. art. 10. verſic. econtrà verò.*
*Roding. lib. 1. tit. 20. pag. 292.*

Quod ſi itaque cauſæ in Iudicio propo- 66
nuntur, ad *Judicis officium* pertinet cogno-
ſcere & judicare. *Cauſa cognitio* in hoc
conſiſtit, ut Iudex veritatem negotij exa-
minet, deindè & juſtitiam, quorum alte-
rum ad factum refertur, alterum ad jus,
*l. 5. ff. de in integr. reſt.* Cauſa verò cogno- 67
ſcenda eſt accuratè, non perfunctoriè aut
ſummariter, ſed adhibitâ plenâ & juſtâ in-
quiſitione juris & facti, ut nihil eorum, quæ
ad intentionem actoris, & defenſionem rei
pertinentia afferuntur, quodque Iudicij
natura non repudiat, prætermittat Iudex,
quin audiat, cognoſcatque, *l. 11. C. de Ju-*
*dic. ibi DD.* Nam cùm hodie res judicia-



Digitized by Google

ria tot legibus, ſanctionibus pragmaticis, Novellis, Conſtitutionibus Provincialibus & municipalibus ſit onerata; tot commentarijs, gloſſis, notis, ſubtilibus interpretationibus impedita, ſtyli variatione perplexa, Advocatorum & Procuratorum argutijs, exceptionibus, provocationibus, ſubterfugiis perturbata, ut Iudex, niſi ſingulari diligentiâ ad omnia illa attendat, facilè in perplexitates & vix explicabiles labyrinthos ſit involvendus: hinc in *Ordin.*
68 *Conſil. Imper. Aulic. tit. 4.* §. Es ſollen auch/ ſancitum: die anvertraute Sachen/ jhren Pflicht und Ayden nach/ alles ſelbſten gantz/ und mit ſolchem Fleiß leſen/ daß ſie einer jeden Parthey billiches Recht/ und derſelben Behelff getreulich und vollkommentlich zu referiren wiſſen/ und ſo wenig von den anderen Rähten/ als künfftig von der Parthey ſelbſten auß den Actis mögen überzeugt werden/ daß ſie einer Parthey etwas nothwendiges zu referiren vergeſſen/ überſehen/ oder fürſetzlich außgelaſſen haben. Prodeunt enim in dies novi IurisConſulti, & ſententias ſuas ut communes tot auctoribus aſtruunt, ut numero lectores terreant; inſurgunt alij, & contrarias nominum integro exercitu firmant; alij etiam communes ſe dicunt adferre contrà communes, & prioribus derogatis ſuas volunt eſſe communes; imò ſinguli pro ſe eoſdem ex tàm pugnantibus, mutuoque ſe interimentibus ſcriptoribus producunt.
69 Quid hic agat Iudex, niſi magnam habeat legum peritiam, tùm communium, tùm propriarum, civilium, municipalium, publicarum, receptorumque morum & conſuetudinum, quia ſecundùm leges ſententiam ferre debet. Quarum ſi rudis ſit, ſimilis erit Medico medicinæ ignaro, qui ægroto, quem curandum ſuſcepit, necem adfert. Magna itaque diligentiâ doctrinâque, opus eſt, ut quod lex generatim ſtatuit, & multis ſcriptorum ſubtilitatibus involvitur, Iudices ſingularibus cauſis, quæ agitari in tribunalibus ſolent, poſſint applicare, & quod generales legum ſanctiones, quæ privatum aliquod factum, in judicio diſcuſſum circumſtant, noverint ac-
70 commodare? Nam cùm litibus civium potentia diminuatur, odia & diſſenſiones alantur, proindè ſummâ diligentiâ providere Iudices debent, ne Reſpublica legibus fundata litibus evertatur.

Quid verò ſi Judicio offeratur caſus, per argumenta æqualia, ab utraque parte tàm dubius, ut ſe ad aliquam partem determinare facilè non poſſit, an in his circumſtantiis dabitur *caſus pro amico*, ut Judex
gratificari poſſit, parti cui velit? Equidem 71
*Theſaur. deciſ. 206.* tales caſus pro diabolo appellat, *vid. Herm. in not. ad Weſenb. de Juſt. & Jur n. 10. Hippol. à Collib. in ſuo Princip. in addit. ad c. 4. lit. K. fol. 105.* Quarè alii rem ſorte dirimendam, quæ tamen ſæpius cadit in partem deteriorem: Alij inter partes dividendam, cum *Menocb. de retin. poſſ. remed. 3. n. 775. Zoeſ. ff. lib. 5. tit. 1. n. 32.* per *text. in. l. 41. de hæred. inſt.* alij *arg. l. 84. §. fin. d. legat. 1.* partes ad tranſactionem cogendas eſſe exiſtimant. Aſt quia per diviſionem rei alter, cui res integra debetur, ejus parte defraudatur, neque Judex datus eſt, ut partes invitas ad transactionem compellat, ſed potiùs, ut judicet, prout ipſi religio ſuggerit, *l. 79. de Jud.* Sententia enim & litis deciſio ab ipſo requiritur, ut eâ de cauſâ à Judicio abſtinere nequeat, niſi Collegas habeat, ut in caſu *l. 56. ff. de re jud.* Hinc quæſtione juris dubii & paribus interpretum opinionibus utrinque agitati, ſi partes tranſigere nolint, & judicandum ſit Judici, non dubito dari caſum pro amico; & Judicem ſalvâ conſcientiâ ad alterutram opinionem ſe determinare & eam ſequi poſſe cum *Valentiâ, Seyr o & aliis.* Cùm ex vi officii ſui & juſtitiæ, hoc in caſu non teneatur magis uni, quàm alteri favorabilis judicii bonum applicare; ſi enim paria ſint rationum pondera, utramlibet ſequi poſſe Judicem, Panorm. tradit *in c. 1. de conſtit. n. 15.* quia quamlibet ſequendo prudenter operatur, D. Tabarel. *de fatis: de judic. c. 5. t. 17. n. 2. & c. 6. t. 3. n. 47.* ubi quærit an Judex peccet, ſi aliquid accipiat, ut hanc potius, quàm aliam ſententiam ſequatur. Neque hic eſt reſpectus perſonarum, qui impedit juſtitiam, qualis tantùm improbatur in *l. 13. ff. ad. Trebel.* Nec alteri infertur injuria, ſi quæſtio ſecundùm hunc determinetur. Nam Judex hic judicat ſecundùm veritatem judicialem, & credit hunc hominem habere jus: ergò poteſt pro illo judicare cum illâ æquali probabilitate, *Card. Lugo diſp. 37. ſect. 10. n. 115.* ſtante enim æquali probabilitate circa jus utriuſque partis, potius eſt, ut Iudex ſe exponat periculo ab-

aberrandi à vero , adjudicando uni, cui voluerit, ſolidum ; quàm ut certam &. & evidentem injuſtitiam committat, privando verum Dominum re ſuâ ex dimidiâ parte ; Iudex enim ex officio tenetur in veritatem inquirere, & pro eâ ſententiam ferre, quod non faceret, ſi pro utroque pronunciaret, illisque bona, in quæ jus habent æquè probabile , divideret : cùm ſecundùm veritatem totius rei dominium ſit tantùm penes alterum. Cedit enim jus apparens, quod utrique æquale eſſe videtur, juri reali, quod ſecundùm rei veritatem penes unum eſt : nec poteſt licitè eligi jus apparens, niſi cùm de jure reali evidenter non conſtat, cùm tamen hic ſupponatur jus reale alteri parti indeterminatè ſumptæ ex integro & non
72 tantùm ex parte competere : Et hanc ſententiam defendunt *Sanchez, Sotus, Valentia, Manuel, Ledeſma, Vaſquez, Azor.* *De Judiciis ambiguis*, in quibus Judices non habebant quod dicerent , tractat *Greg. Tholoſ. Syntagm. lib. 36. c. 24. n. 27. Valer. Max. lib. 8. c. 1.* ſcribit ; Apud M. Popilium Lenatem Prætorem , quandam , quòd matrem fuſte percuſſam interemiſſet, cauſam dixiſſe , de quâ neutram in partem ſententiæ latæ ſint, quia abundè conſtiterit, eam veneno necatorum liberorum dolore commotam, quos avia filiæ infenſa ſuſtulerat, parricidium ultam eſſe parricidio: quorum alterum ultione dignum, alterum abſolutione non dignum judicatum eſt. Sic *idem*, nec non *Gellius lib. 12. c. 7.* refert , quòd cùm materfamiliâs Smyrnæ virum & filium occidiſſet , eò quòd ille hujus optimum juvenem interemiſſet ex alio viro genitum , delatâ ad Proconſulem Aſiæ Dolabellam quæſtione, hæſitans Dolabella , quid inter ultionem & ſcelus ſtatui oporteret , rem delatam ad ſe rejicit Athenas ad Areopagi cognitionem : Sed Areopagitæ quoque non minus ſapienter, quàm Dolabella manſuetè, inſpectâ causâ, & accuſatorem & reum poſt centum annos citaverunt : differendo damnandi atque abſolvendi inexplicabilem cunctationem tegentes. Plura *apud Tholoſ. d. loc.* videri poſſunt.

73 Major difficultas eſt, quando Judex alteram opinionem judicat eſſe probabilem, an liceat ſequi minus probabilem ? Quod quidam admittunt, cùm nec temerè nec imprudenter agat, utpotè ratione probabili ductus. Melior tamen eſt ſententia contraria, quod Judicis ſit cauſam dirimere, prout magis conſentaneum ei videtur, & unicuique jus ſuum reddere, ſecundùm merita cauſæ , quæ potiora videntur pro illâ parte , quæ majorem probabilitatem habet, niſi opinio minus probabilis ſit in praxi receptâ, *Zaſ. ff. de Jud. n. 34.* Nam à ſententiâ communi, niſi ei ſit contrarius textus & evidens ratio. non facilè diſcedendum, *Zaſ. ad l. 23. ff. de ll.* ſententiæque communes plerunque in praxi ſunt receptæ, *Brunnem. ad ff. tit. de leg. l. 23. n. 2.* ubi monet, juventutem quoque in Academiis ad practicas ſententias deducendam eſſe, ne in Judicijs dediſcere modò debeant privatas opiniones quas in Academijs audiverunt. Advocatus autem 74
ſententiâ minus probabilem ſine dubio ſequi poteſt, quia nihil aufert alteri, ſed tantùm fundamenta Juris & facti ſuo clienti faventia Judici proponit : Sic tamen id ei licet, ut clienti veritatem juris cauſæ ſuæ aperiat, nec certius illi promittat ſententiam quàm debet. Peſſimè enim illi agunt, qui ſemper lites & actiones ſuadent, magniſque ſcripturarum voluminibus, & longâ verborum farragine miſeris clientibus victoriam pollicentes , eos improbè circumducunt, ſaltem ut loculos eorum emungant, licet prævideant injuſtitiam cauſæ, de quibus *Carpzov. p. 1. conſt. 15. per tot.*

*Officium* porrò *Judicis* non ſolùm deno- 75
tat ea, quæ judici facienda incumbunt, ſed etiam quatenùs differt actione, & vel eâ deficiente, vel etiam in ſubſidium officium judicis implorari dicitur. Hinc in fine ſupplicationum ferè omnium adjici ſolet clauſula : *cum humili imploratione nobilis officij Judicis*, quia ex eo præter morem judiciorum ordinarium atque uſitatum, ſine ſolennibus & ſtrepitu judicij, cauſæ expediuntur & diſceptantur, *Vin. Inſt. lib. 4. tit. 6. §. 1. n. 6.* adeoque officium judicis cum omnibus actionibus concurrit, & æquitate quâdam ſtrictam formularum ſententiam inflectit. Pinguius enim eſt officium judicis, tùm propter æquitatem, quæ in illo exuberat ; tùm propter celeriorem expeditionem; ut deducit ex *Jaſone* & aliis *Rutger. Ruland. de Commiſſ. lib. 2. c. 4. n. 18. cum ſeqq.* Summariè enim proceditur, quan-



Digitized by Google

do agitur ex officio judicis, & illud imploratur, *Carpzov. de proceſſ. tit. 1. art. 1. n. 50.* quod præſertim de *officio nobili* judicis procedit. Aliud enim etiam judicis *officium* eſt *ſubſidiarium* quod inſtitutæ actioni accedit, cujus vi Judex poteſt judicare ſuper eo, quod rei principaliter petitæ ſuccedit, *c. conſtitutus, X. de relig. dom l. quintus 7. in fin. ff. de alim. leg.* Dicimus etiam officio judicis nobili nullam obligationem ineſſe, *l. qui per colluſionem 49. §. fin. ff. de action. emp.* & à legibus municipalibúsve Statutis ab omni actione excluſum, à poſtulatione tamen officij judicis non excludi, *l. planè 38. & l. fin. ff. de action. empt. Klock. relat. Camer. 3. n. 91. & ſeqq.* Quæ tamen omnia ſic intelligenda ſunt, ut officium judicis actori quidem ſubveniat, ſed ita, ſi ipſe fundamentum ſuæ actionis probaverit, quia ſecus ex hac imploratione nulla poterit utilitas ad actionem redire.

76 Præterea Judex in omni re debet æquitatis magis quàm ſtricti juris habere rationem, *l. placuit 8. C. de Judic. l. benignius 18. ff. de legib.* Nam ut *Cicero pro Cæcin.* ait: *Scriptum ſequi calumniatoris eſt: boni Judicis Scriptoris voluntatem, autoritatemq́ defendere.* Quod præſertim procedit, quando rigor juris eſt generalis, tunc enim ab eo recedere licet judici, ob circumſtantias, quæ variant caſum & efficiunt, ut is generali legi omiſſus videatur. Ita lex jubet, ut deponenti reddatur gladius, ſi tamen ille factus ſit interim furioſus, æquitas diſſuadet. Lex vult latroni ſpolia deponenti ea reſtitui, æquitas jubet, ut potius Domino reddantur: *l. 31. ff. depoſ. Zæſ. ff. de Judic. n. 38.* Si verò rigor eſt in caſu ſingulari expreſſus, tunc ſolius Principis eſt mitigare rigorem, *l. 1. C. de ll.* nec Judex poteſt prætextu æquitatis à verbis legis recedere, quia lex licet dura, tamen ita ſcripta eſt, *l. proſpexit, 12. qui & à quib. manum:* & ſententia contra rigorem juris lata non valet, *l. 19. de Appell.* Atque intereſt Reipublicæ legibus eſſe aſtricta Magiſtratuum judicia, neque iis, niſi ex ipſis legibus interpretandi poteſtatem permitti: Aliàs enim nunquam non Judex æquitatem ſibi fingeret, & leges impunè violaret: *Heig. p. 2. q. 22. n. 16.* Hinc *Bald. in l. 2. circa fin. C. de ſentent. ex brev. recit.* Sicuti, inquit, medicus debet mederi ſecundùm canones artis, Ita Iudex ſecundùm leges; nec eum excuſat inanis conſcientia, quia injuriam facit legibus, quibus ſe meliorem vult videri, *Novell. 82. §. 2.* Utcunque verò ſupremis tribunalibus laxior ſit æquitatis tribuendæ poteſtas, quæ vice Principis judicare cenſentur: quare etiam jurant ſe facturos, quod æquius & melius viſum fuerit, *Auth. hodie C. de Jud.* Tamen etiam inferiores judices ex æquo & bono judicare non prohibentur, *Zæſ. ff. de Judic. n. 46.*

Neque opus eſt, ut Advocati judicem 77
in jure informent & demonſtrent, ex corpore juris, Gloſſâ & Interpretib. quid de jure ſit judicandum: Hoc enim ridiculum & inconveniens eſſet, non ſecus ac ſi ægrotus medico curam præſcribere vellet ex *Galeno* aut *Hippocrate*, *Carpzov. p. 1. c. 1. d. 4. n. 6.* nam Iudex iſta ſcire debet & ſupplere, *l. n. C. ut quæ deſunt Advoc. part. jud. ſuppleat.* aliàs judicandi munere indignus eſt; & teſtimõia Authorũ nil probant, ubi deciſio ex legibus & rationibus requiritur, *ſed* tantùm bonam opinionem conciliant, *Johan. à Felden in notis ad Grot. in prologom.* Planè citrà allegationum plauſtra, unum alterúmve autorem vel legem in terminis allegare Advocatis non eſt interdicendum, *per l. ſi quis obrepſerit, ad l. Cornel. de Falſ. Carpzov. d. l.* R. A. *anno 54. §.* Zu dermaliger. 99. Sententia contra formam juris la- 78
ta nullius momenti eſt: veluti, quæ cauſa non cognitâ, aut non publicè & palàm ac more majorum, aut non præſentibus iis, inter quas res agitur, dicto *tit. C. quem. & quand. Jud.* vel quæ ſcripto recitata non eſt, *C. ne ſent. ex brevic. rec.* quæ tamen hodie ita non obſervantur, neque ſententiæ palàm aut præſentibus partibus recitantur, ſed victor latam ſententiam victo inſinuari curat, pro cujuſque judicij obſervantiâ. Item nulla eſt ſententia, quæ abſolutionem aut condemnationem non continet, *l. 3. C. de Sent. & interloc.* quâ ſine certâ quantitate prolata, *C. de ſent. quæ ſine cert. quant.* quæ lata eſt contra rem judicatam, à quâ provocatum non eſt, *l. 1. quando provocat. non eſt nec.* quæ expreſſim contrà leges, Senatus conſulta, aut Conſtitutiones data *l. ſi. expreſſim 19. de appell. l. 1. §. 2. quæ ſent. appellat. l. 2. C. quand. provoc. non eſt nec.* & ſi quæ ſunt ſimiles. Cúmque hujuſmodi ſententiæ auctoritatem judicati non habeant, etiam ſine appellatiõe cauſa denuò induci poteſt,

dd.

Digitized by Google

*dd. ll.* Sed quid ſi horum nihil objici poſſit, & tamen ſententia injuſta dicatur? placet ſententiam valere, & ſtandum eſſe rei judicatæ, ſi appellatum non erit, aut non intra tempora ad appellandum conſtituta, *l. præſes. 27. l. cum prolatis. 32. de re jud. d. l. 2. C. quand. provoc. non eſt nec.* uſque adeò ut nec reſcriptum Principis contra ſententiam recipiatur *l. ult. C. ſent. reſc.* Verùm hoc ita eſt, ſi nihil amplius proponatur, quam ſententiam in hypotheſi injuſtam eſſe, quia de jure litigatoris Judex pronuncians eum condemnavit, quem abſolvere debebat, aut contrà. Ut ecce actor centum nomine ſortis, & viginti uſurarum nomine petit: reus negat, uſuras uſurarum nomine à ſe peti poſſe ex conſtitutionibus: Iudex reum in eam quantitatem, quæ petita eſt, condemnat, exiſtimans, eas conſtitutiones nihil ad rem facere. Quamvis id imperitè & injuſtè faciat, rei tamen judicatæ, ſtandum eſſe reſponſum eſt, *d. l. præſes junct. d. l. cum prolatis de re judic.* Aliud eſt, ſi pronunciaſſet, uſuras uſurarum peti poſſe: tunc enim unà cum reo ſimul ipſas conſtitutiones damnaret, qualis ſententia eſt ipſo jure nulla, *l. 19. de Appell. l. 1. §. 2. quæ ſent. ſin. appell. l. 2. C. quando provoc. non eſt nec.* puto tamen hodie indiſtinctè appellandum eſſe, etiam cùm ſententia eſt nulla, & quidem taliter, ut appellatio à nullitate intra decendium fieri debeat, niſi nullitas ex parte judicis aut litigatoris ſit inſanabilis, quo caſu appellatio adhuc intra triginta dies interponi poteſt, *R. I. de anno 54.* §. Bey den jenigen. 116. *Chriſtin. vol. 4. deciſ. 117.*

79 Quia autem Iudex in Iudicando ſequi jubetur fidem rerum judicatarum, *l. 6. §. 1. de offic. Præſ.* plerique cenſuerunt, etiamſi liquidò Iudici privatim conſtet, falſitate aliquâ, vel teſtium vel inſtrumentorum, bonam cauſam lædi, tamen ſecundùm acta & probata, ut loquuntur, eum judicare debere, non ſecundùm privatam ſcientiam. Adeoque in foro animæ excuſatum eſſe, qui ſecundùm probata eum, quem aliàs ſcit eſſe innocentem, condemnat, per *c. paſtoralis §. quia verò, de offic. & poteſt. Judic. delegat.* ubi Pontifex ait; Iudicem ordinarium debere exequi ſententiam delegati, etiamſi ſciat eſſe injuſtam. Quia Judices, ut publicæ perſonæ, uti debent publicâ informatione & ſcientiâ, fidemque adhibere his tenentur, quæ ſibi, ut judicibus nota ſunt, non his, quæ nôrunt, ut privati: Quæ ſententia communis eſt, eamque tenet S. Thomas cum Theologis, Canoniſtis, & Juris Conſultis communiter, Teſte *Chriſtin. vol. 2. deciſ. 148. Speidel. in obſerv. verb.* Richterlicher Entſcheid. *Cardin. Lugo diſp. 37. ſect. 4. n. 42.* ubi tamen monet: Judicem teneri omnia media tentare, ad reum liberandum, excogitando cauſas ad repellendam accuſationem, maximâ dexteritate examinando teſtes, circa loci & temporis circumſtantias, ut exemplo Danielis eos inveniat diſſidentes. Imò ſi ſine ſcandalo fieri poſſit, diſſimulare in carceris cuſtodiâ, ita ut innocens fugere poſſit. Et eodem loco recenſet ſententiam mediam eorum, qui de cauſis criminalibus, in quib⁹ agitur de pœnâ vitæ vel mutilationis: & cauſis civilibus, ubi agitur de pœnâ pecuniaria exilij aut privationis officij, diſtinguunt, quia Reſpublica licet non habeat dominiũ ſupra vitam & membra Subditorum, tamen habeat illud ſuprà alia bona, ut adveniente juſtâ causâ propter bonum commune, videatur judici dediſſe hanc poteſtatem, ad eum finem, ut ſecundùm leges & probationes judicetur, ne contemnatur ordo judicialis, cujus obſervatio ſummoperè conducit ad pacem & quietem Reipublicæ. Hanc tamen ſententiam poſtponit priori tanquam communiſſimæ & probabiliſſimæ, *n. 43.* & addit *n. 48.* quod eadem ratio habeat locum in carnifice & aliis miniſtris, qui exequuntur ſententiam: quod nimirum poſſit illam exequi contrà reum, quem aliundè ſciunt eſſe innocentem: ſed tamen juxta allegata legitimè condemnatum, niſi ſententia intolerabilem contineat errorem, & ſic manifeſtè iniqua, veluti quando carnifices ex peccato judicis occidebant Martyres, quæ executio adeò erat contrà bonum publicum Religionis, ut non poſſet præponderare utilitas publica obedientiæ, & ſubordinationis debitæ ſuis Superioribus, illi graviſſimo malo contra Religionem.

Hinc concludit *Vinn. Inſt. lib. 4. tit. 17. de offic. Jud. n. 5.* Iudicem ex actis & probatis judicare quidem debere, ut tamen nunquam judicet contra conſcientiam, ete-

etenim jubetur Iudex judicare ſecundùm ea, quæ probantur. At qui hoc facit, non poteſt non judicare, ſecundùm conſcientiam. Quippè probare latinis eſt, fidem facere, cui autem fides facienda, niſi Iudici? huic enim, eorum, quæ allegantur, examen demandatum eſt, & ita demandatum, ut ex animi ſui ſententiâ æſtimare debeat, quid aut credat, aut parum probatum opinetur, *l. 3. de teſtib.* & prout Religio ſuggerit, ſententiam proferat, *l. 79. §. 1. de jud.* Imò verò, ſi ea, quæ allegantur, pugnant cum ſcientiâ Iudicis, fidem Iudici facere non poterunt, cùm falſa ſunt, & Iudex Religione metuque juſtiſſimi Numinis prohibetur ſecundùm ea judicare. Una enim & ſimplex eſt veritas: ac proinde dividi conſcientia & ſcientia Iudicis in publicam & privatam non debet. Ex quibus concludit *Vinn. d. loc.* ut Iudex ex conſcientiâ pronunciet, veritatemque aſſerat ſpretis teſtimoniis, quamvis ea falſa eſſe ille ſolus ſciat, maximè ſi Iudex talis ſit, à quò nulla datur provocatio, nec aliud veritati, niſi in illius fide, eſt præſidium. Si verò Iudex eſt, à quo provocari poteſt, cauſam apud ſuperiorem, quantum in ſe eſt, adjuvet. Quod etiam admonet, *Card. Lug. dict. loc. n. 41.* Et *Speidel. dict. loc.* ait: Si judex dubitet, ei non licere publicâ authoritate contrà conſcientiam judicare, tutius facturum, ſi alium Iudicem ſubſtituat, aut, deleget, ne judicij fiat reus. Ex quibus omnibus conſtat rariſſimè poſſe contingere, quod Iudex non poſſit liberare reum, quem novit innocentem, ſi tamen contingat caſus, & teneatur judicare, ex ſententiâ ſuprà relatâ, ſecundùm acta & probata judicare poterit. Ne temerè publica teſtimoniorum ſpernatur authoritas, & feneſtra aperiatur pravis hominibus paſſim gratificandi cui velint, obtentuque ac colore ſcientiæ aut conſcientiæ id ipſum excuſandi & defendendi.

---

# *Liber II. Titulus IV.*

## De *SENATORIBUS.*

### SUMMARIA.

1. *Senatores qui, & quodnam eorum officium?*
2. *Cui conſilio comparari hodiè poſſit Senatus Romanus?*
3. *Senatores quales fuerint?*
4. *Magni æſtimaſſe religionem, & cauſas illas omnium primò deliberaſſe.*
5. *Forma rogandi ſententias qualis fuerit?*
6. *Ordo triplex, Patritiorum, Conſcriptorum, Pedariorum, & Pedarij unde ſic dicti?*
7. *Senatorum filij qualem honorem exhibuerint Parentibus & cognatis?*
8. *De causâ efficiente Senatorum.*
9. *Fœminas à Senatu excludi.*
10. *De ætate Senatorum.*
11. *De cenſu ſeu ſalario Senatorum, & quàm liberales in eos fuerint Impp.*
12. *De numero Senatorum.*
13. *Quis hodiè ſit Senatus Romanus?*
14. *Quis & quomodo in hunc Senatum admittatur?*
15. *Venetum Senatum Romano non poſſe comparari.*
16. *Senatus in Liberis Imp. Civitatibus aliquam ſimilitudinem habere.*
17. *Senatum in Lib. Imp. Civitatibus eſſe loco Principis.*
18. *Omnes Magiſtratus conſtitui ab Imperatore.*
19. *Alios Senatus ſeu Conſilia eſſe, in quibus tractatur de publico ſtatu Reipubl. alios in quibus Juſtitia tantùm partibus adminiſtratur.*
20. *De Conſiliariorum honore & præcedentiâ.*
21. *Quæ ſint JCtorum præmia?*
22. *Prærogativa Conſiliariorum Imperialium.*
23. *Cujus ætatis Conſiliarij eligendi?*
24. *Adulatores non eſſe admittendos.*
25. *Eos tandem ab ipſiſmet Principibus rejici & puniri demonſtratur exemplo.*
26. *Meliorem eſſe Statum Reipubl. ſub malo Principe cum bonis Conſiliarijs, quàm è contrà.*
27. *Concluditur quæſtio de ætate Conſiliariorum.*
28. *Diſcutitur, an expediat Principi regimen auſpicanti prædeceſſoris ſui Conſiliarios mutare, an retinere?*
29. *Quod ſalarium liberale Conſiliarijs ſit conſtituendum.*
30. *Officia & qualitates Conſiliariorum examinantur.*
31. *An & quando Senator vel Conſiliarius ab officio removeri poſſit?*

In

IN hoc titulo & ſeqq. uti etiam in titulis *lib. 1. Cod. à tit. 26. uſque ad 48.* tractatur de Magiſtratibus eorumque officijs, quæ res hodiè conversâ Imperij facie magis ad Hiſtoriam quàm ad Iuriſprudentiam pertinet. Iuvat tamen obiter officia Magiſtratuum, qualia tempore Imp. Ant. Severi, & ſequenti fuerint, percurrere, nam ſequentium deinceps Impp. ætate ſemper alia Magiſtratuum extitit ratio.

1 Seminarium Magiſtratus fuit ordo Senatorum ſive Senatus, ex quo præcipui Magiſtratus ſolebant eligi. *Senatores* autem erant cives Romani publici conſilij causâ per legitimam electionem conſtituti, ſive Senatus erat conventus ad capiendum de Republ. conſilium ordinatus, more inſtituto majorum, hancque de Senatu Romano materiam *Sarius Samoſcius*, ſeu potiùs *Carolus Sigonius*, ſingulari tractatu enodavit. Atque ut ſuprà *tit. 4. n. 7.* monui, etiam poſt translatam à populo poteſtatem in Principem, Senatus nihilominùs non ceſſavit autoritas, *l. 8. C. de ll.* & eadem ferè videtur fuiſſe ratio Senatus Romæ, quæ hodiè in Angliâ aut Galliâ eſt
2 Parlamentorum. Sic & alle Verfaſſungen der alten Königreich und Fürſtenthumb/ ſind auff ein Landſchafft geſtellt / & Senatum ſemper venerati ſunt Principes boni, *Beſold. in delib. jur. lib. 1. n. 36.* Idcircò *Spartianus* ſcribit, Hadrianum Imp. in tantum extuliſſe Senatus faſtigium, ut cùm Tatianum ex præfecto Prætorij, ornamentis Conſularibus præditum, faceret Senatorem, nil ſe amplius aut majus habere,
3 quod in eum conferret, teſtatus ſit. *Senatus* autem videtur à *ſenio* & *ſinendo* dictus, quod Senatores & viri ætate graves, & judicio maturi eligerentur. Senatores quippe autores eſſe debent ſententiarum Reipubl. conducibilium, nil adulationi, nil
4 odio tribuentes. Idcircò cùm Religio præcipuum ſit Reipubl. fundamentum, Senatus Romanus magni ſemper Religionem fecit, quemadmodum *Varro ad Cn. Pompejum* ſcribit, ut nil aliud prius quàm quod ad Religionem pertinet, in Senatu proponeretur, nullaque, quanquam graviſſima cauſa, vel quæ celeritatem requireret, hunc morem anteverteret. Forma ſeu Ordo conſultationis & rogandi ſen-
5 tentias varius fuit. Nam aliàs primus rogabatur, qui à Cenſoribus Princeps in Senatum lectus fuerat, aliàs qui deſtinati Conſules erant. Quidam à Conſul. ſtudio & neceſſitudine ducti, quem iis viſum fuerat, honoris gratiâ extra ordinem ſententiam primùm rogabant, Capito *Attejus in lib. de officio Senatoris.* Quando autem Romæ ſententiam rogabatur Senator, jus ei erat, perpetuâ oratione, & quamdiu volebat, dicendo diem conſumere: adeò ut nonnullos horis ſeptem, pleroſque totos dies, concionem in Senatu habuiſſe tradat *Alexand. lib. 4. c. 11.*

Senatores verò triplicis fuêre ordinis: 6
Alii enim Patritii, alii Pedarii, nonnulli Conſcripti appellabantur. *Patritij* ſunt hi maximè, qui ex centum illis Patribus à Romulo lectis geniti ſunt, *Conſcripti* verò Senatores hi, qui Regum, Conſulum, Cenſorúmve decreto in Senatum lecti ſunt. *Pedarios* autem Senatores variis rationibus appellatos eſſe invenio. Alii enim exindè ſic dictos putant, quod quidem ſederent in Senatu, verùm ſententiam non rogarentur, ſed in aliorum ſententias pedibus diſcederent, Veteri namque conſuetudine, quoties ingens erat turba ſuffragia ferentium, pedibus diſcedebant in ſententiam, *Liv. decad. 1. lib. 7.* inquiens: *Ubi ſententiam meam vobis peregero, tum quibus eadem placebunt, in dextram partem taciti tranſibitis, qua pars major, erit eo ſtabitur conſilio;* & paulò poſt: *Quibus hæc ſalutaria videntur, agitedum in dextram partem pedibus tranſite.* Quin etiam qui vultu & geſtu ſignificant ſe aſſentiri, toto corpore in ſententiam diſcedere dicuntur. Alij pedarios Senatores exindè dictos putant, quod Senatores, qui Curulem Magiſtratum geſſerant, curru veherentur in Curiam, honoris gratiâ, in quo curru ſella erat ſuprà quam conſiderent: At verò qui Magiſtratum Curulem nondum cœperant, pedibus in Curiam irent, ſicque Senatores pedarii nominarentur, Feneſtella *de Magiſtr. Roman. c. 1.* Deinde etiam Romæ 7
Vetus Conſtitutum fuit, ut adoleſcentes Senatorum filij, primo ætatis flore Parentes & neceſſarios in veſtibulo Curiæ operirentur, illoſque Senatu egreſſos domum reducerent & comitarentur, *Alex lib. 4. cap. 11.*

Quod ad cauſam efficientem Sena- 8
torum attinet, A Lycurgo Spartanorum



Digitized by Google

Legiſlatore Seniores conſtituti ſunt, qui de Republ. cum Regibus, qui duo erant numero creati, conſultarent. Is ordo velut arbiter fuit interRegiam poteſtatem & vim multitudinis, ne aut hæc contumaciâ ſæviret, aut imperio illi; Octo & viginti Senatores (tot enim Ariſtoteles fuiſſe ſcribit) duobus Regibus aſſidebant, ne nimiùm Democratia invaleſceret providentes, & rurſus ne qui regnum tenerent, tyrannicum quid molirentur. Hi igitur veluti Præſides & cuſtodes Reipubl. tantæ autoritatis fuêre, ut ſi populus Regem aut Magiſtratum quippiam juſſiſſet, id ſic ratum foret, ſi Senatus autor fieret: Leges quoque à populo latæ non aliter ratæ fuerunt, quàm ſi Patrum conſenſu approba-
9 rentur, *Alex. lib. 4. c. 11.* Quoad *ſexum* Senatorum, Lege ſancitum Romæ fuit, ne mulieres cujusvis negotij causâ Senatum aut Curiam adirent, niſi quod Heliogabalus, effœminatiſſimus Imperator, Senatulum mulierum in Colle Quirinali conſtituit primus, & præter mores inſtitutaque majorum ut ad ordinem Senatorium Mater admitteretur, à Senatu pervicit. Sed Claudij & Neronis Impp. tempore, cùm non pro dignitate videretur, Agrippinam Patrum conſultationibus admitti, decrevêre Patres, ut à tergo abditis foribus ſtaret, velo diſcreta; quod viſum arceret, auditum admitteret, ſæpè dictus *Alexand. lib. 4. c. 11.* Mulierum tamen conſilium clam & ſeparatim datum non ſemper ſpernendum eſſe, exemplis demonſtrat *Reinhold. Condit. in ſpec. fid. polit. c. 10. n. 23. & ſeqq.*

10 Si *ætatem* conſideramus Senatorum, ſenes primùm lecti: Sed Auguſtus Cæſar liberis Senatorum, quò celeriùs Reipubl. aſſueſcerent, protinùs virilem togam induere & Curiæ intereſſe permiſit. *Suetonius.* Idem verò poſteà, ut niſi exacto quarto & vigeſimo ætatis anno in Senatum neminem admitterent, præter admodùm paucos, ob egregiam virtutis indolem, edicto cavit. Apud Bithynos certè minorem annis 30. in Senatum aſciſcere nequicquam licebat. Veneti verò in feſto D. Barbaræ, juvenes aliquos Patritios, qui vigeſimum ætatis annum impleverint, ſorte extrahunt, qui in majoribus Comitiis jus ferendi ſuffragia habeant. Alioquin enim ante 25. annum in Senatum non admittuntur, *Egnatius lib. 3. c. 2.* & *Sabellic. de Mag. Ven.* Atque ut rei quoque dome- 11
ſticæ Senatorum eſſet proviſum, quò liberius ipſi conſultationibus publicis vacare poſſent, cenſus Senatorius apud Romanos olim fuit nummorum octingentorum millium: quem Cæſar Auguſtus & ſecuti Principes ad duodecies centies ſeſtertiùm auxerunt: & ne quis eorum inops aut egens foret, illos largo viatico & magnis muneribus ſunt proſecuti, *Alex. dict. lib. 4. c. 11.* egregiâ & hodiedùm Principibus imitandâ liberalitate.

Numerus Senatorum varius fuit. Cre- 12
tenſes *decem* habuêre Præfectos Senatorum loco, qui de rebus maximis decernebant. Apud Epidauros *centum & octoginta* rempublicam adminiſtrabant, ex quibus nobiliſſimos popularium deligebant Senatores, quos *Artinos* vocabant & *Conopides*, *Alex. lib. 4. c. 11.* Maſſilienſes rem omnem urbanam per Optimates & ariſtocratiam regentes, omnes legum æquitate ſuperabant: Conſilium ex *ſexcentis Viris* inſtituentes, quos Cimitos, id eſt, honorificos appellabant, *Val. Max. l. 2. c. 1. Strabo lib. 4.* Timuchos vocat. In Gnido *ſexaginta* præfuêre ex Optimatibus, Amnemones appellati, ad quos res maximas & graves referebant, *Alex. lib. 4. c. 17.* Senatus Athenis fuit *quingentorum*, qui unà cum tribunis & quæſtoribus, Seneſque cum Junioribus de rebus ſingulis decernebant, *Alex. lib. 4. c. 11.* Apud Seres maximus Ordo ex *quinque millibus* Conſiliariis conſtabat, in apparatu belli elephantem ſinguli præſtare tenebantur; Crotoniatæ congregato *mille Virorum* numero de rebus gravioribus conſultabant, *Alexand. lib. 4. c. 11.* Apud Argivos *octoginta* Viri, item apud Mantinenſes: In Elide autem XL. Senatûs vice fungebantur. *Idem.* Senatores à Romulo *centum* creatos fuiſſe, qui ob honorem Patres dicti ſunt, quorum conſilio reſpublica domi foriſque niteretur: & deinde urbe cum Sabinis & Tacio communicata centum alios additos fuiſſe, ſcribit *Livius lib. 1. decad. 1.* Primus P. Val. Poplicola, Patrum numerum à Superbo cædibus imminutum explevit, & ampliſſimum Ordinem auxit, *quatuor & ſexaginta ſuprà centum* ex equeſtri ordine in conſilium cooptatis, ita ut *trecentorum* numerũ faceret, qui adlecti dicti ſunt. Quos enim poſt exterminatos Reges, ætate graves,

Digitized by Google

ves, ſpectatæque probitatis videbant, Se-
natui tanquam graviſſimo ſanctiſſimoque
conſilio adſcribebant. Quibus cum alij
in locum decedentium ſuffecti & in Sena-
tum literis adſcripti eſſent, conſcriptos vo-
cabant, modò plures, modò pauciores: ita
ut frequens Senatus, & quidquid erat Pa-
trum, ex ferè trecentis Senatoribus conſta-
ret, *Alex. lib. 4. c. 11.* Hodiè in Senatibus
Civitatum numerus ferè eſt Viginti quatuor
Senatorum; in aliis Conſiliis numerus à vo-
luntate Principis dependet, niſi quod ali-
quando certus ſtatuitur, ut à poſtulantium
moleſtiis Principes ſint liberi, loco in Sena-
tu non vacante.

13 Sacer *hodiè* Electorum, Principum,
Comitum, Prælatorum, & Liberarum Im-
perij Civitatum Senatus in Comitiis Impe-
rialibus congregatur, magnuſque adeò &
eminens honor eſt, ſi quis in hoc Senatu ad
ſeſſionem & votum admittatur, ſicque Sta-
tus Imperij fiat. Nam Status Imperij for-
ma & verus character eſt jus ſeſſionis &
ſuffragij in Comitiis, *Theſ. Baſil. vol. 4. diſp. 17.*
Cujus conceſſio Summi Principis reſerva-
tū eſt & præmium, ſi quem ſcilicet ſedere
dignatus eſt in Orcheſtra Comitiorum, *Theſ.*
14 *Baſil. vol. 2. diſp. de exempt. th. 28.* Atque
hac de re, quo modo cum aſſenſu totius
Senatus Imperialis, certiſque inſuper con-
ditionibus, ad ſeſſionem & votum admiſſi
ſint quidam Principes, quos Imperatoria
Majeſtas introduci mandavit, videri poteſt
*R. I. de anno 1654.* §. Uber diſes haben wir/ ꝛc.
197. in verbis: Uber diſes haben wir die bey
nächſt-verwichenem Reichstag mit der Chur-
Fürſten und Stände Einwilligung in den Für-
ſten-Raht auffgenommene Fürſten/ ꝛc. auff
der Chur-Fürſten und Stände vorgehendes
Wiſſen und Conſens, bey diſem Reichstag/
zu würcklicher Seſſion/ und Stimm/ jedoch
derſtalt introduciren laſſen/ ꝛc. Qui Sena-
tus Imperialis non ſolùm antiquo Roma-
norum Senatui par eſt, ſed & dignitate
ſplendoreque ſuo longiſſimè antecedit, nec
non prærogativis longè nobilioribus deco-
ratus eſt.

Piſo quidem *Soacius in tr. de Romanor.
& Venetor. Magiſtrat. inter ſe compar.* pro-
bare nititur, veram imaginem Senatus Ro-
mani, Venetum exprimere Senatum.
15 Verùm cùm Veneti Senatores non ſint
Conſiliarij, qui vel Principi vel populo
conſilijs adſint, quemadmodum Senatus
erat Romanus, hinc non poteſt illi æqui-
parari, cùm Venetijs Senatores ſint Opti-
mates Ariſtocratiæ, nil plebi, nihil Duci
Majeſtatis relinquentes. Quod ſi reſpi- 16
ciamus Senatus, Senatoreſque Liberarum
Imperij Civitatum, illi fortaſſis aliquate-
nùs etiam aſſimilari Senatui Romano poſ-
ſunt, ſed ſecundùm diverſam earum for-
mam prout aliæ ad Ariſtocratiam, aliæ ad
Democratiam magis inclinant. De di-
gnitate & autoritate Senatus Civitatum
Imp. ſequentia refert *Chriſtoph. Lehmann.*
in der Speyer. Chronick/ *c. 13. lib. 4. fol. 311.
& ſeqq.* von Würdigkeit eines Rahts in
Reichs-Städten ſchreiben die Gelehrten/ deß
Innhalts: Wie den Menſchen die Vernunfft
regirt/ den Leib die lebendige Seel/ die Sonn
den Himmel/ ein Schiff der Steurmann:
Alſo ſey ein Raht der Statt Verſtand/ Leben/
Liecht/ und Ancker des Fridens. Und wie
der Leib ohne lebendige Seel/ todt und erſtor-
ben; alſo könne ohne einen Raht die Statt
nicht beſtehen. In einer jeden Reichs-Statt 17
iſt der Raht gleich einem Fürſten/ oder Gra-
fen des Reichs in ſeinem Lande/ wird auch
von der Burgerſchafft an ſtatt eines Fürſten
erwählt und geſetzt: Und gleichwie andere
Unterthanen jhrem Lands-Fürſten/ Grafen
und Herrn zu Treu/ Huld und Gehorſamb/
vermittelſt leiblichen Eyds/ verbunden: Alſo
auch die Burgerſchafften in Reichs-Stätten
jhrer Obrigkeit dem Raht. Omne enim
jus Civitatis à populo translatum eſt in Ma-
giſtratum, qui repræſentat Civitatem,
*Gilman. vol. 1. p. 1. tit. 2. vot. 1. n. 3.* & in
Principis locum Senatum elegit, Idem *tit.
3. not. 9. num. 5. & 6.*

Cæterùm conſtitutio Magiſtratus reſer- 18
vatum eſt Principis: nam teſte Halycar-
naſſ. *antiq. Rom. lib. 5.* Lex Romæ fuit,
quâ graviſſimè cautum, ne quis Roma-
num Magiſtratum gereret injuſſu populi,
mortis pœnâ in violatorem propoſitâ & im-
punitate illi, qui talem interemiſſet, pro-
miſsâ. Cùm verò populus reſervata &
jura ſua in Principem tranſtulerit, hæc
quoque ad eum pertinere dignoſcitur. Id-
que in majorum Magiſtratuum conſtitutio-
ne immediatè obtinet; quod ſi ab inferio-
ribus Magiſtratus conſtituantur, hoc me-
diatâ Imperatores fit autoritate, à quo tan-
quam fonte omnis Juriſdictio promanat,
*Lancell. in templ. omn. jud. 1. c. 1. §. 4. fol.
341.* Cùm enim ab Imp. in diverſis locis
cun-

Digitized by Google

cuncta pervideri nequeant, plures ſubordinatos eſſe oportet Magiſtratus, qui Imperatorem juvent, hocque modo Imp. multos oculos, aures, manus & pedes habere dicitur, *Herm. in Faſcic. jur. publ. c. 11. n. 88. Chriſtin. vol. 1. deciſ. 3. n. 1.* ubi ait: Principes gravioribus impeditos negotiis, ut litibus intereſſe nequeant, ac ſæpè etiam ob juris imperitiam judicandi muneri (quod ſummam Jurisprudentiam requirit, §. *1. in Auth. de Judicibus*) ſatisfacere non queant, ſolere ſuo loco conſtituere Senatus, Conſilia, Magiſtratus, qui eorum nomine ſubditis Juſtitiam adminiſtrent.

19 Diſtingui tamen poſſunt Senatus; quod alij ſint conſtituti Imperij & Reipubl. conſervandæ causâ, der Kayſerliche/ oder anderer Chur-Fürſten und Stände geheimer Raht/ in quibus cauſæ Status publici, pacis, belli, fœderum & iſtiusmodi proponuntur & diſcutiuntur. quas ſegregatim in ſecretiore Conſilio deliberant cum Principe ſelectiores Conſiliarij & quarum ſcientiam minus latè evagari cupiunt, *Beſold. in Theſaur. Pr. verbo* geheime Räht/ ubi refert inſtructionem Conſiliariorum Intimorum in Saxoniâ, & in quibus potiſſimùm cauſis ipſorum officium & induſtria conſiſtat, quam inſtructionem omitto, quia praxis quotidiana docet.

Alij verò Senatus tantùm occupati ſunt in adminiſtrandâ Juſtitiâ, Juſtitz und Parthey-Sachen/ & tales Senatus vocantur plerunque Tribunalia, Dicaſteria, Conſilia, Cameræ, uti ſunt Conſilium Imperiale Aulicum, & Camera Spirenſis, nec non alia Electorum, Principum & Statuum Conſilia in Germaniâ, ihre Cantzley- und Regierungs-Rähte. In quibus tamen ſæpius ita ſtatus publici ratio cum adminiſtratione Juſtitiæ concurrit, ut ſollicitè providendum ſit, ne vel Juſtitia lædatur,
20 vel Reſpublica ſentiat damnum. Quoad honorem & præcedentiam Conſiliarij Secretiores primas ſibi vindicant; proviſum tamen eſt in *Ordinat. Conſil. Imp. Aul. tit. 1.* §. ſo iſt auch Unſer/ &c. ut Conſiliarij Imp. Aulici ſubſequantur, in verbis: So iſt auch unſer allergnädigſter Befelch/ Will und Meinung/ daß unſere Reichs-Hoff-Räht ſambt und ſonders/ allen Rähten von anderen unſeren Miteln/ (auſſerhalb geheimbden Rahts) in gleichen Stand vorgehen/ und vor denſelben die præcedentz und oberſte Stell haben ſollen. Nec ſeparari Collegium Imperiale Aulicum debet, ut alio primoque tempore perſonæ illuſtres, alio Literati ſeparatim ad conventꝰ vocetur, quia memini noluiſſe iſtos tentatū hoc ludibrium ſufferre, & ultimo loco invitatos non comparuiſſe. Equidem in Curiâ Electorali Heidelbergenſi hunc ab antiquo morem ſervatum fuiſſe refert & teſtatur *Guilielm. Anton. Fridenberg. in Epiſt. gratulatoriâ ad Theod. Hœping.* quæ ejuſdem tractatui de jure Inſignium præmiſſa eſt, ut Nobiles ſiniſtro, Doctores dextro, & ſic digniore ſcamno inſidere ſoleant & teneantur, *Andr. Cruſ. de præeminent. ſeſſ. on. & præced. c. 32. n. 14.* In Galliâ quoque eos, qui per Jurisprudentiam, dignitatem Senatoris & Conſiliarij Regij adipiſcuntur, eo ipſo Nobiles fieri, & poſteris ſuis Nobilitatem parare, Arreſtis Parlamentorum ſancitum legimus, idque hodiènum in Galliâ obſervari compertum habemus, Idem *Cruſ. d. loc. n. 19.*

Demonſtrant paſſim Hiſtoriæ antiquæ & Diplomata, præcipua Aulæ Cæſareæ officia olim JCtis fuiſſe concredita, quæ hodiè Comites & Illuſtres perſonæ occupant. Cauſa mutationis hæc ferè occurrit, quod JCti ipſimet vel poſt aliquot annorū adminiſtrationem in Comitum & Baronum ordinem tranſierint; ſicque alijs anſam præbuerint ejuſmodi officia ambiendi: Vel quod perſona illuſtris ſemidocta plus ſibi hodiè famæ & exiſtimationis conciliet, quantùm non ſibi profundiſſima JCti præclariſſimi prudentia poſſit comparare. Quamvis aliàs plerique generis claritatem literarumque peritiam collidi inter ſe & diſſidere putent, quo errore factum eſt, ut diſciplinæ olim ingenuæ ad plebem tranſierint, à Nobilibus repudiatæ; quaſi non ſatis generoſus eſſet ordo ille, ſi gloriam literarum admitteret. Alia mens fuit 21
*M. Tullij Ciceronis*, qui Principes Civitatis fuiſſe ſcribit JCtos, & *Tacitus Annal. 3. in fin.* teſtatur, per Jurisprudentiam Principem in Civitate locum acquiri. Exempla non è longinquo peti debent, uſurpamus quotidiè oculis familias Comitum vel Baronum, quorum aut avos aut Parentes Jurisprudentia ad illos honores evexit, & qui tamen JCtos tam alto jam deſpiciunt ſupercilio, quaſi Doctorum Juris ordo longiſſi-

Digitized by Google

giſſimè infrà ipſorum exaltatam dignitatem depreſſus jaceret, nec ulla ſupereſſet, paucorum licet annorum memoria. Non ſic Iohannes à Bebenburg, Epiſcopus Bambergenſis, qui generis ſui faſtigium glorioſo Doctoris titulo cohoneſtavit. Non ſic Ulricus de Gemmingen & Sebaſtianus de Rotenhan, Electores Moguntini, Philippus de Flersheim & Philippus de Roſenberg, Epiſcopi Spirenſes, Doctores Juris, Iohannes Dux Megapolitanus Doctor Theologiæ, alijque plures Duces, Comites, Barones, Nobiles, *Cruſ. d. loc. n. 26. & ſeq.* quibus adjungi poſſunt, quæ ſuprà *tit. 2. p. 2. n. 27. & ſeqq.* à me ſunt adducta. Quod ſi verò in perſonâ aliquâ nobilitas ſimul generis & ſcientiæ concurrat, cum dignitate officij, illi meritò primæ deferuntur.
22 Præſertim verò Conſiliarios Imperiales Aulicos non ſolùm ſecundùm qualitatem Jurisprudentiæ & ſcientiæ, ſed & ſecundum gradum Imperialis officij conſiderari decet. Cùm enim Conſilio aſſiſtant Diademati & Sceptro Imperiali, ſint è Senatu Imperatoris, ad quem ſumma Imperialium defertur negotiorum, ſint Conſiliarij præcipui, cum quibus Imperator, tanquam ſummus Conſilij Præſes & caput, Imperiale in omnes Status judicium exercet, quis tanto capiti convenientem his Conſiliarijs prærogativam denegabit, cùm omnes Officiales honorem & præcedentiam ſuam à Domini ſui præeminentiâ metiantur.

Si porrò Senatus Romani ſuprà recenſitas qualitates noſtris temporibus adaptare
23 libet. Prima de *ætate* Conſiliariorum quæſtio occurrit, quæ potiùs ex Principis voluntate dependet, quàm ut certi quid ſtatui poſſit. Expedire tamen exiſtimant, ut ſenibus juvenes doctrinâ clari intermiſceantur, ut ſi ſenes laboribus non ampliùs ſupereſſe poſſint, juniores Conſiliarij cum iis labores ſuſtineant, & in ſeminarium juſtitiæ aſciti longiori tempore huic operi vacare poſſint, & cæteros ſupervenientes de ſtylo Senatus informare, *Ant. Theſaur. in præfat. deciſ. 3. n. 7.* Ubi tamen *n. 9.* ait, ſi agatur de *Senatu Reipubl. gubernandæ causâ* ordinato, cùm id munus in judicio & experientiâ annorum conſiſtat, majorem ejuſdem Senatus partem debere eſſe Seniorem. Ita Rex Roboam primò requiſivit conſilium à viris ſenibus, qui Salomoni à Coſiliis fuerant, & magnam rerum, ſtatum publicum concernentiū notitiam habebant, experientiâ ſolidatam. Quid enim tutius, quàm in rebus ſubitis, perplexis, & materiam ſtatus concernentibus conſiliarios adhibere prudentes? Quia verò Ro- 24
boam Conſilium ſenum aſpernatus eſt, & ſeorſim convocavit juvenes, ſuos adulatores, quâ peſte publicum ſtatum penitùs perdendum præſentior in regum aulis nulla dari poteſt, oſtendens vota ſenum ſibi non placere; illicò omnes, non quod Regi regnoque utile eſſe crederent, ſed quod Regi placiturum videbant, ſuggeſſerunt; quâ ratione publicus regni ſtatus vehementiſſimè perturbatus eſt. Non poteſt quis ſcilicet Conſiliarius ſimul eſſe & adulator, ut Regi Antipatro dixit Phocion. Imò Principes ipſimet, quamvis adulationibus fucatiſque laudibus delectari ſoliti, tandem ſuos adulatores ſupplicio affecerunt. Caligula Ma- 25
cronem habuit aſſentatorem, qui nihil omittebat eorum, per quæ dicti Imperatoris gratiam & favorem ſe credebat poſſe conciliare & conſervare. Omnia cenſebat honeſta, quæ Principi ſuo videbat eſſe grata; eò uſque, ut etiam propriæ ſuæ uxoris Enniæ fieret leno, eique mandaret, ut in omnibus obediret Principi libidinoſiſſimo & vehementer mulieroſo, dicens: Non ſolùm ſibi uxorique ſuæ utile fore, ſed etiam honorificum, ſi Cæſari ultrò deferret id, quod alteri ſine utriuſque infamiâ concedere non poſſet. Paruit mulier & imperio mariti, & imperatoris libidini. Sed uti olim Julius Cæſar proditionem amabat, oderat proditorem: ita Cæſari Caligulæ diſplicuit adulator. Unde quodam die, poſtquam adulationis fructum carpſiſſet, Macronem ad ſe accerſitum ſic compellavit: Nónne tu vir egregiè uxori tuæ mandaſti, ut adulteria committeret; Lenoni autem omni mortis ſupplicium eſt legibus conſtitutum, itaque etiam tibi utpote propriæ uxoris lenoni moriendum eſt. Moxque nullis ejus auditis rationibus & precibus, ipſum adegit, ut majorum ſuppliciorum metu, ſibi ipſi violentas manus inferret, *Dion. in Cajo Caligula.* R. P. Carol. de Grobendoncq. *in ſuo tr. de ortu & progreſſ. Spir. polit. lib. 8. c. 9. n. 143.* ubi plura exempla refert.

Cæterùm non ſolis juvenibus viris proprium eſt adulationis vitium, quaſi hi ſoli



Digitized by Google

à conſilijs propterea prohibendi, etiam ſenes illud ſæpiùs occupat. Ideòque videmus quotidiè viros juvenes viginti quinque vel triginta annorum ad conſilia & cauſas graviſſimas aſſumi, eaſque feliciſſimè tractare. Soli adulatores excludendi, tanquam peſtes Reipubl. & malorum fabrica-
26 tores. Quicquid enim boni Conſilarij præſtant in ſtatu Reipubl. conſervando, & collapſo erigendo, hoc mali efficiunt in ſubvertendo, adeò ut tolerabilior ſtatus Reipubl. videatur, ex mente Politicorum, ſub malo Principe, cujus boni ſunt conſiliarij, quàm ſub bono Principe qui Conſiliarios malos habet, eò quòd unus à pluribus faciliùs corrigi poſſit, quàm ab uno plures, *Everh. à Weyhe iu duro de Paſcolo. Lipſ. de Conſt. lib. 3. c. 10. n. 7. Althuſ. c. 27. n. 32. in polit.* Idcircò literis proditum legimus, Alexandrum Severum Imp. ut officiariorum qualitates rectè cognoſceret, in more habuiſſe nomen eorum, quos ad munus publicum vocaret, publicare, ut populi famam de ijs cognoſcere meliùs poſſet,
27 *Caſſiodor. lib. 11. var. rer.* Concludo hanc de ætate Conſiliariorum quæſtionem, mediam viri ætatem conſilijs commodiſſimam eſſe, quod Marcellus in *l. 69. §. 1. ff. de leg. 3.* his verbis expreſſiſſe videtur: *Exiſtimari poteſt juvenis, qui adoleſcentis exceſſit ætatem, quoad incipiat inter ſeniores numerari.* Tales Senibus miſcendi ſunt. Nam inter duo extrema ſenium & adoleſcentiam, media virilis ætas rebus gerendis habiliſſima eſt. In adoleſcentibus caro non arida, ſed ſucci plena, ſanguis non frigidus, ſed fervidus, calor non extinctus ſed vivus, appetitiones non brutæ ſed concitatiſſimæ, atque hinc proprij judicij miratores, alieni contemptores ſunt, *Ant. Guevarr. Horolog. Princ. lib. 2. c. 14.* In ſenibus, vires corporis affectæ, memoria labans, vigor animi obtuſus, ſenſus oculorum atque aurium hebetes, ut vix perſona, ſed umbra nomenque ampliùs videatur, uti P. Licinius Calvus verba fecit, apud *Liv. lib. 5. Anno ab U. C. 359. Condit. in Spec. fid. Polit. c. 10. n. 10.* Lex à quinquageſimo anno militem non cogit, à ſexageſimo Conſiliarium aut Senatorem non citat, *Senec. de brevit. vitæ c. ult.* Hinc mediam ætatem à trigeſimo uſque ad ſexageſimum conſilijs oportuniſſimam exiſtimat *Hippolyt. à Collib. in Conſiliar.* Sed hæc omnia ex circumſtantijs dimetienda ſunt. Videmus enim ſæpiùs Senes ſeptuagenarios adhuc vegetos & memoriâ valentes, longâque rerum experientiâ claros, quorum provida in conſilijs prudentia meritò adhibetur. Neque de extremâ ſenectâ, ſed mediâ & paulùm vergente ætate, vigore corporis & animi nondum deficiente, ea quæ de ſenibus dicta, ſunt accipienda.

Illud etiam hic expendi poteſt, *an expediat Regi aut Principi gubernacula regni adeunti, ſui prædeceſſoris Conſiliarios mutare aut retinere?* Machiavellus docet, 28
& milites & Conſiliarios mutandos eſſe, ut novi unicè dependeant à novo Principe, & ab eo ſe ſciant eſſe aſſumptos. Unde futurum ſit, ut ejus commodis fideliùs ſtudeant, eumque tanquam ſuum in Republ. creatorem, ament & revereantur. Veteres Conſiliarios non facilè avelli poſſe à principiis, quibus præcedens Princeps rationem ſui regiminis inædificabat: Unde novus Princeps vel cogeretur prædeceſſoris ſui regendi rationibus, quamvis non optimis ſe conformare, vel ſuorum conſiliis deſtitui. Quid quòd Conſiliarij veteres non ita futuri ſint ſolius Principis, ſicut eſſent, ſi ab ipſo ad Conſiliariorum munus delecti fuiſſent, & aſſumpti; Ex dignitate quoque novi Principis erit, ut ſub Regiminis ſui primordiis populo perſuadeatur, ipſum prædeceſſore ſuo in arte regendi non eſſe inferiorem ſed notaſſe multa, quæ egeant correctione, & à ſe ſint emendanda; Quod à ſe præſtitum iri novus Princeps nullâ aliâ re populo efficaciùs perſuadebit, quàm ſi prædeceſſoris ſui Conſiliarios loco moveat, eò quòd ea, quæ à Principibus fiunt, non tam ipſis, quàm eorum Conſiliariis vulgò ſoleant aſcribi. Amovendo itaque prædeceſſoris ſui Conſiliarios, novus Princeps cenſebitur id facere in pœnam, vel odium pravorum Conſiliorum, quæ illi ſuo Principi ſuggeſſerunt, & aſſumendo novos, populo opinionem ingeret; quòd longè melioribus & Reipublicæ populoque utilioribus conſilijs in ſuo regimine uti decreverit. Annon id novo Principi magis erit glorioſum, quàm ſi veteres Conſiliarios retinendo oſtenderet, ſe prædeceſſoris ſui veſtigiis inhærere, iiſdemque conſiliis populum gubernare velle, quaſi ipſe pro-

Digitized by Google

proprio marte parùm poſſet: ſed omnem gubernandi rationem cogeretur à prædeceſſore mutuare.

Verùm ut hæc quæſtio commodè reſolvatur, Principis defuncti gubernatio conſideranda eſt, de cujus Conſiliariis retinendis vel dimittendis diſputatur. Nam cùm facta Principis plerunque Conſiliariis aſcribantur, hinc populus futuræ malæ & bonæ gubernationis ſpem metúmve concipit à genio Conſiliariorum, quos videt à novo Principe aſſumi vel retineri. Prudenter itaque retinet Princeps novus Conſiliarios Principis defuncti, ſi ejus gubernatio proba fuit, populo grata; & viciſſim prudenter eos amovet, ſi illius regimen improbum fuit, & ſubditis inviſum. Nam ſi peculiaria ingruant tempora, ſi res ipſa reformationem vel Reipubl. & Aulæ ſtatus poſtulet, ſi magis idoneos Princeps novus Conſiliarios habere poſſit, quis ipſum ad Veteres Conſiliarios retinendos alligabit? Quia tamen hæc res non derepentè ſed cautè tractanda eſt, poterit novos Veteribus miſcere, donec cum applauſu removere illos poſſit, qui nocere potiùs quàm prodeſſe Conſiliis ſuis videntur. Hiſtoriæ nos docent, Galbam virum fuiſſe ſatis clementem & prudentem, & tamen cùm in Imperatorem fuiſſet electus, mox timor invaſit populum Romanum, ne tempora Neroniana, etiam ſublato jam Nerone, continuarentur, eò quod Galba Tigellinum, multorum ſcelerum reum, & à populo ad merita ſupplicia poſtulatum protegeret; Halotum quoque inter intimos Conſiliarios ſuos recepiſſet, qui uterque fuerant præcipui Conſiliarij Neronis, cujus memoria erat populo Romano ſummè deteſtabilis. Atque cùm Otto ſucceſſor Galbæ eoſdem in Conſilio ſuo retineret, exindè factum eſt, ut licet uterque Imperator populo ſe benignum placidumque exhibere conaretur, tamen Galba ſeptimo Imperij menſe crudeliter fuerit interfectus *Sueton. in Galbâ c. 14.* Otto autem populi odio flagrans, & à Vitellio dejectus, propriâ ſe manu interemerit *Dion in Ottone.* Tanti res exitii eſt Principi, retinere Conſiliarios prædeceſſoris, cujus regimen populo fuit exoſum!

In eundem ſcopulum, ſed contrario facto, impegiſſet Ludovicus XIII. Galliæ Rex, niſi errorem correxiſſet. Is enim ſimul ac regni gubernacula ſuſcepit, amovit Conſiliarios Caroli VII. Parentis ſui, qui tamen fuerat Princeps longè prudentiſſimus, & præclarè gubernaverat, ſubditis ſuis acceptus, Cominæus *lib. 1. c. 5. n. 12.* cujus Conſiliarij erant viri prudentes integri & populo probati. Sed errorem ſuum poſteà Rex non ſolùm Magiſtrâ experientiâ cognovit, ſed & prudenter correxit, dum Conſiliarios à ſe prius amotos in priſtinum locum reſtituit, atque ita tempeſtivè prævertit mala, quæ probabiliter ipſis diutiùs excluſis incurriſſet. Populus enim ſibi planè perſuaſiſſet, Ludovicum amplecti velle gubernationem à gubernatione Caroli, quam tantopere amaverat, probaveràtque, alienam, ſi illos Conſiliarios, quorum conſilijs Carolus uſus fuerat, penitùs reliquiſſet. Et ut filium ſuum Carolum VIII. contra errorem à ſe commiſſum præmuniret, paucis ante mortem ſuam diebus ei ad ſe vocato diſertè præcepit, ne mutaret Conſiliarios, quos ipſe habuerat in regni gubernatione rerum peritos & fideles. Atque licet inter Conſiliarios Principis, ſive ille benè regat ſive malè, aliqui reperiantur probi, aliqui improbi, ut non indiſtinctim omnes, ſed aliqui tantùm à novo Principe vel retinendi vel amovendi videantur, cùm lumen naturale doceat, in quovis officio retinendos illos, qui omnes illius numeros implent, removendos autem, qui munere ſuo non rectè funguntur, vel etiam abutuntur, quod in Principum Conſiliarijs maximè urget, cùm nihil eis eorumque regnis magis ſit neceſſarium, quàm integrum prudenſque conſilium. Verùm quia populus ſæpè magis movetur rerum apparentijs quàm rebus ipſis, quarum naturas rarò penetrat, ſuperficiali apprehenſione contentus, melius faciet Princeps amovendo indiſtinctim Conſiliarios prædeceſſoris inviſi: vel retinendo accepti, *ſaltem ad tempus.* Populus ſiquidem difficulter diſcernere poteſt, quinam in particulari Conſiliarij Principum prudentes probique ſint, qui verò rerum ignari vel perverſi, ideòque Conſiliarios omnes populus generatim odit, quorum conſilijs uti videt Principem ſibi inviſum; illos promiſcuè ſuſpicit & amat, quos videt aſſiſtere Principi ſibi accepto. Proindè novus Princeps, cui expedit



Digitized by Google

pedit inhærere conſilijs ſui prædeceſſoris, vel ſaltem populo perſuaderi, quod ijs ſit inhæſurus, prudenter retinet Conſiliarios Principis defuncti. Cui verò expedit, ut à ratione gubernandi, quàm prædeceſſor tenuit, procul recedat, vel recedere credatur, illius quoque Conſiliarios amovere eſt neceſsè. Etſi enim frequenter inter bonos boni Principis Conſiliarios, unus vel alter imperitus vel improbus; atque inter malos Principis mali unus vel alter peritus ac probus, ſicque ex doctrinâ modò ſuprà propoſitâ, Princeps novus removendo omnes ſæpius debeat removere prudentes & probatos; econtrà retinere improbos & imperitos: quia tamen hujus vel illius probitas vel improbitas rarò venit in populi cognitionem, hinc de Conſiliarijs univerſim tantùm ille judicare ſolet. Deindè poſſunt Principis inviſi Conſiliarij dimitti ſaltem ad tempus, ut genio populi ſatisfiat, qui à primis novi Principis actionibus de futuro regimine quaſi indubitanter ſolet augurari. Poſtquam autem populo bonæ gubernationis opinio ſemel erit impreſſa, poterit Princeps, captatis varijs occaſionibus, populo id nimirùm advertente, jam hunc jam illum probum Conſiliarium, quem initio regiminis amoverat, revocare; & econtrà ex ijs quos retinuerat: removere, atque ita ſenſim Conſilium ſuum viris idoneis implere.

Dato etiam caſu, quod inter Principis defuncti Conſiliarios, unus aliquis eſſet manifeſtè improbus, pupuloque ſpecialiter inviſus, tunc ſucceſſor poteſt illum removere, ſine periculo, quod à principiis regendi, quæ prædeceſſor bonus ſervavit, putetur receſſurus, modò cæteros in officio confirmet. Pari ratione retinere poterit aliquem Conſiliarium prædeceſſoris populo inviſi, ſi ille notoriè fuerit juſtus & prudens. Sic enim Princeps novus unum vel alterum retinendo aut amovendo, nullam populo ſiniſtræ intentionis præbebit ſuſpicionem. Nam retinendo Conſiliarios Principis defuncti populo accepti, clarè demonſtrabit, quod prædeceſſoris veſtigiis inhærere velit. Nec timendum eſt novo Principi, quaſi veteres Conſiliarij, tanquam ab eo non aſſumpti, minùs ipſi adhæreant; quia reſponderi poteſt, quod olim Tiberius reſpondit Matroni apud *Tacit. lib. 1. Hiſtor.* ab hominibus plerumque *Solem orientem adorari, occidentem deſeri.*

Cæterùm ſalarium liberale à Principi- 29
bus Conſiliariis eſt conſtituendum, prout ſuprà notatum eſt de annuo cenſu ab Imperatoribus liberaliſſimè Senatoribus Romanis attributo. Nec enim ſufficit honoribus fulgere, ſi media vivendi, quæ omnibus non æquè affluunt, deſint. Nec dabit ſanum Principi Conſilium, qui privatum in conſulendo ſpectat emolumentum, Ant. Guevar. *Horolog. Princ. lib. 1. c. 37.* res privatæ offecere, officientque publicis conſiliis, ait T. Largius, *Liv. lib. 2. anno ab U. C. 260.* nec utile aut honeſtum eſt, mandari pauperibus Magiſtratum, aut inter Conſiliarios illos evehi, qui muneri tuendo ſufficere non poſſunt, *l. 6. in pr. & §. 1. ff. de muner. & honor.* & ibi *Brunneman. Gail. lib. 2. obſ. 52. n. 6. Mund. in tr. de muner. c. 1. n. 40.* Non quod pauperes ſint viles, quia ſæpius magna ingenia paupertate deprimuntur: ſed quia ad gerendum officium idonea requiruntur media. Nam de cætero, licet plerunque pauperes, vel ære alieno nimiùm gravati, variis artibus & nexu illo ſe liberare ſtudeant, & velut bilanx, unde plus accipiunt, ſe inclinent. Si tamen pauper honeſtis ſit moribus, ſuccurrendum ei eſt, non ſuccenſendum, *Anton. Fab. in Cod. lib. 3. t. 2. def. 2. n. 3.* nec ob paupertatem ab officiis excludendus, *lib. 4. C. de diverſ. offic.* Potiùs id agere Principes debent, ut pauperes ad officia aſſumpti præclarè præeſſe honoribus ſuis poſſint, & ditiores patrimonij ſui ſubſtantiam conſumendo ad egeſtatem non redigantur, nemo enim libenter militat gratis! Atque iis qui ſua negligunt, qui publicis quotidiè laboribus & conſiliis vacant, cur non ſalarium condignum & ſufficiens ex publico ſtatueretur? Sic enim comparatum eſt in hoc ſeculo, ut pecunia magis quàm virtus & experientia æſtimetur, atque Viri quantumvis in Officiorum honoribus poſiti, ſi tamen mediis ſplendidè vivendi careant, à populo & ditioribus deſpicatui habeantur. Cùm verò Principis perſonam autoritatemque repræſentent Conſiliarij, vix ulla liberalitas meliùs, quàm in iis ſublevandis, collocatur. Nec Principes ſibi, nec Miniſtrorum ſuſtentationi benè conſulunt, ait *Gockelius de Europæ Regib. c. 5. n. 21.* qui pro officio

parcâ

Digitized by Google

parcâ manu ſalaria ſolvi curant. Nam paupertas ſæpiùs malæ quàm bonæ mentis eſt ſoror, & ingenioſa ad fraudes excogitandas. Aut enim aliis inſerviendo ſe ſuasque reculas conſumunt, aut in contractâ paupertate ſplendidè vivunt, aut injuſtè munera capiunt, aut ſubditos exhauriunt, aut ipſos Principes defraudant, aut unà cum infamiæ turpitudine propriam conſcientiam lædunt: *hactenus Gockel. d. loc.* Imò Principes, qui ferè nullibi quàm in ſalariis Miniſtrorum perſolvendis parſimoniæ vectigal oſtendunt, ipſimet horum malorum cauſæ ſunt & irritamenta. Non poteſt nimirùm prudentia Conſiliorum & doctrina pretio nummario æſtimari, & ſalaria quantumcunque immenſa de exceſſu damnari nequeunt, *Herm. in Faſcic. Jur. Publ. c. 33. n. 17.* Salarium verò eſt annua erogatio, quæ ſui tuendi exhibendique cauſâ præſtatur, *l. fin. ff. de in rem verſ. l. 8. §. 23. ff. de tranſact. l. fin. de O. & A.* Quanquam enim Juriſprudentia ſanctiſſima ſit ſcientia, quæ pretio nummario non eſt dehoneſtanda, *l. 1. §. 3. ff. de extraordin. cogn.* nemo tamen tenetur ſuis ſumptibus militare. Ideò jam olim laborantibus pro publico, ex publico largitiones dare in uſu fuit, ut demonſtrant textus in *l. 16. § 1. ff. de aliment. leg. l. 4. de decret. ab ordin. faciend. l. 51. §. 6. ff. pro ſocio. l. 7. & l. 56. ff. Mandat. l. 1. & l. 15. C. eod. l. 6. & 9. C. de Profeſſor.* Hæcque ſalaria ſtato tempore ſunt exſolvenda, ut quis ſe & ſuam familiam honeſtè ſuſtentare, & ultrà plebejorum ſortem extollere poſſit, *d. l. 6. C. de Profeſſor.* Atque ita conſtituenda, ut poſt alimenta & ordinarias impenſas aliquid quotannis ſuperſit, quod in arcâ reponat, ut ſenectuti & poſteritati conſulere poſſit, *Creſp. de Valdaurâ in obſerv. illuſtrat. deciſ. obſ. 109. n. 5.* Idque magnos Principes quàm maximè decere, ait *Menoch. de Arb. jud. cent. 6. caſ. 514. n. 10. Maſtrill. de Magiſtr. lib. 1. c. 21. n. 14.* ne poſt decurſum officium & glorioſos labores egeni exeant, ut ait, *Juſtinianus Imp. in l per hanc. 7. §. ſexcenti. C. de Advoc. diverſ. Jud. Larrêa alleg. Fiſcal. alleg. 104. Altamiranus de filiis Official. c. 26. n. 17* cùm ſublimes & literatæ perſonæ majoribus etiam ſint beneficiis honorandæ, *c. de multa. 28. de prabend.* Atque de Conſiliariis Imperial. Aulicis, nec non Aſſeſſoribus Imp. Cameræ Spirenſis, quomodo præ cæteris in externo quoque cultu pro autoritate & honore Imperatoris & Imperij, ſe habere & oſtendere debeant, ſuprà *tit. 2. part. 2. n. 28.* diximus. Quod ſi quis etiam ſerviat Domino, minori vel nullo ſalario, ſperans Dominum juſtam facturum laboris remunerationem, prout ſolebat aliis facere, & de hoc tacitè vel expreſſè actum, & aut hæc cauſa finalis ſerviendi fuerit, ſi remuneratio nulla datur, juſtum ſalarium debetur, *Mena lib. 1. var. quæſt. 8. §. 2. & 3. n. 6. Speidel. in ſpec. verbo* Beſoldung. *Beſold. in Theſ. pr. verb. eod.*

Conſiliarium decet eſſe ingenio præſtantem, ut ſit in dicendo argutus, in reſpondendo promptus, in capiendo facilis, in ſeriis cautus: ingenio alacri & apto, quod habeat rectam judicij normam. Ejus officium primum eſt, ut Principem ſuum & Rempubl. ſincero amore & pietate debitâ proſequatur. Itaque debet in limine conſilij odium in adverſarios, gratiam erga amicos exuere, omnesque deponere privatos affectus, qui famam viri juſti & integri quovis modo notare poſſent. Imprimis omnia illius Reipubl. ſeu Principatus cui inſervit, etiam minutiſſima quæque ſcire debet, quæ neglecta detrimento eſſe poſſent. Itaque conſideret naturam populi, ſubditorum & vicinorum, cognoſcat ipſum Principem & aulam ex omni parte, ut & cæterorum Miniſtrorum & Conſiliariorum naturam, mores, omnem denique adminiſtrationem, quæ quantaque ſit omnis ditio Principis, quæ provinciæ, Civitates, oppida, loca iſti ditioni ſubjecta: quid in Principatu controverſum, cum quibus, & de quibus cauſis. Ad quæcunque Principis, etiam viliſſima Mandata promptum ſe exhibeat neceſſè eſt; Sæpè enim res exigua magnæ fortunæ locum aperit. Et Principes plerunque Mandata ſua non gravitate rerum, ſed magnitudine fortunæ ſuæ volunt æſtimari: adeóque non minus dedignatione mandatorum exilium, quàm arduorum offenduntur. 30

In Conſilio attentiſſimis auribus omnia, quæ quisque loco ſuo dicat, & quibus argumentis ea corroboret, excipiat, ne in reſpondendo vel minimùm aberret. Animo forti & magno ſit præditus, ut omnia ſecreta habeat: ut fugiat avaritiam, liberalitati verò, beneficentiæ, morum facilitati, Comitati, miſericordiæ, bene-



Digitized by Google

volentiæ, hoſpitalitati ſtudeat. In dicendâ ſententiâ nec procœmiis utatur, nec epilogis, ut tota dicentis induſtria in rei ipſius ſubſtantiâ defigatur. Sed & apertè & breviter ſententiam ſuam pronuntiet, ita ut orationem ſuam neque confundat celeritate, nec offendat tarditate. Nonnunquam Conſiliarius tam diligens eſſe debet, ut etiam non requiſitus Principi, ubi res poſtulat, conſilium ſubminiſtrare cupiat & conetur: Conſiliarius enim ex officio tenetur certiorare Principem, eique rationibus perſuadere, ut juſtum decernat, etiam ſemel vel bis replicando, Frances *reſol. c. 13. n. 19.* Quâ tamen in re adhibenda eſt cautela, negotium prius ad exactam trutinam perpendendum, advertendæ circumſtantiæ, an locus, an tempus, an rerum ſtatus id permittant, vel res oportunius differatur.

Dirigat itaque Conſiliarius ſua conſilia ad finem ſcopumque honeſtum & Reipubl. ſalutarem, atque legitima ad finem conſequendum media oſtendat, quæ nec vires, nec potentiam Principis excedant. Provideat ut maturè conſulatur, ne extremâ neceſſitate urgente præcipitetur conſultatio. Viciſſim verò Princeps libertatem judicandi, conſulendi, dicendi, Conſiliariis adimere non debet, nec uni ita addictus eſſe, ut cæteros negligat. Et ſi uni tantùm obnoxius eſſe velit, aut unum præ aliis magni faciat, id ſaltem ne oſtendat, ſed id potiùs præ ſe ferat, ut omnes Conſiliarios æquales habere, & omnibus æquè favere videatur. Nec ullum metu pœnæ terreat. Nam qui conſilium dat, præſtare fidem debet, non eventum, & ſæpè optimè cogitata peſſimè cadunt.

31 Amittit ampliſſimam dignitatem, qui Senatu movetur, *l. 2. & 4. ff. de Senator.* quod plerunque fit illis, qui turpi de crimine aliquo, aut de ambitu convicti, aut cenſoriâ animadverſione notati ſunt. Nemo enim ab officij adminiſtratione ſuſpendendus eſt, niſi qui graviter in officio deliquit, ut nullam prorſus excuſationem aut veniam mereatur, *Carpzov. part. 2. conſt. 22. def. 23. n. 5. Idem in Deciſ. p. 2. dec. 183. per tot. Fab. in Cod. lib. 9. t. 24. d. 12.* Nam aliâ officia ſemel conceſſa tollere grave eſt, *l. 3. C. de Silentiar.* & pœna privationis rei vel Iuris alicuius nunquam habet locum, niſi id jure expreſſum ſit, *Nov. 115. c. 3. verſ. ut præter illas. Carpzov. p. 4. conſt. 43. d. 8. n. 3.* cùm officia vacare non ſoleant, niſi morte, renuntiatione, vel delicto, auditis removendi defenſionibus, quia aliàs remoti infamiâ notantur, & omnis adminiſtratio cenſetur officialibus ad vitam conceſſa. Si itaque adjiciatur remotioni cauſa infamans, non poteſt reus pendente accuſatione in totum deſtitui, quia interim retinet priſtinos honores *l. libertus. §. 12. ff. ad municipal.* niſi ob evitandum ſcandalum interim ſuſpendatur, *Sande lib. 5. def. 2. Carpzov. d. part. 2. deciſ. 183.* Itaque injuriâ remotus ab officio, habet remedium redintegrationis, ut imploret officium Judicis, vel impetret Mandatum, vel experiatur injuriarum, vel reſtitutionem ex *Canone redintegranda* petat, *Capitius deciſ. 17. Meiſner. part. 4. deciſ. 33. pag. mihi 905. Gilman. Symphor. tom. 3. verb. injuria. Blum. proceſſ. Cameral. tit. 34. n. 150.*

Si tamen Judex ob malè geſtum officium condemnat officialem & punit, officialis non poteſt appellare, quia pro Judice eſt præſumptio, & ſi officiales videant, pœnam præſentem eſſe, nec per appellationem poſſe differri, tantò magis ab omni ſorde & rapinâ abſtinent, *Gregor. lib. 5. de appell. c. 2. n. 2. & lib. 2. c. 10. Brunneman. ad l. 3. C. quor. appell. non recip.*

Hodie Statibus Imperij jure territorij officiorum collatio & diſtributio competere videtur: ideòque ex quorundam ſententiâ officiales ſuos ad nutum revocare & deponere poſſunt, dummodò non fiat causâ infamante adjectâ. Nam licet Dominus poſſit officialem pro arbitrio ſuo removere, ſi tamen ex causâ infamante fiat, ille reluctari poteſt, & petere, ut ad purgandum admittatur, *Marta Digeſt. noviſſ. tom. 4. verb. officium. c. 22.* Aliàs obſervantia teſtatur, officia ſæpiùs liberè fuiſſe revocata, quia eſt in poteſtate concedentis, an velit ad incertum vel certum tempus concedere, cum & quælibet Juriſdictionis conceſſio ſua naturâ præſumatur precaria, nec officialis poſſit de injuriâ conqueri, ſi Dominus jure ſuo utatur.

Quia tamen nec Majeſtati Imperatoris, nec aliorum Dominorum autoritati convenit, officia conceſſa ſine causâ tollere, *Auth. de Referendar. Sacr. Palat. §. 1. collat. 2. l. 6. §. 1.* hinc nemo ſine causâ pri-

van-

Digitized by Google

vandus eſt officio, *l. 6. §. ſed & reprobari. ff. de excuſ. tut.* Ita ut etſi ad beneplacitum ſuſceptus quis ſit, non poſſit tamen ſine cauſâ removeri, quia beneplacitum non intelligitur abſolutum ſed regulatum, *l. 41. §. ſororem. l. 46. §. quod ſi ita. ff. de fideicommiſſar. libert. l. 34. ff. ſi cert. pet. Menoch. de arb. jud. quæſt. q. 7. 9. & 70. Creſp. de Valdaurâ obſ. 7. n. 12.* & per totum. *Klock. tom. 1. conſ. 32. n. 15.* Si tamen tempus officij temporalis ſit elapſum, non datur ad id reſtitutio nec redintegratio, ſed tantùm actio ad damna & intereſſe conſervatur. Idem *Creſp. obſ. 11. n. 6.* Atque ſicut Conſiliarius vel officialis ſine causâ removeri non poteſt, ita viciſſim etiam ipſe officio ſe abdicare, ſeu illi renuntiare nequit, niſi vel ætate vel valetudine impediatur, *c. 1. de renunt. in 6.* ut abdicatio etiam fieri debeat juſtis de cauſis, non intempeſtivè, non republicâ turbatâ, non quando maximus ejus uſus eſſe poterat. *Knipſchild. de civitat. Imp. lib. 2. c. 8. n. 165, & lib. 1. c. 15. n. 64.*

# *Liber II. Titulus V.*

# De *JURISDICTIONE.*

## SUMMARIA.

1. *JUrisdictio propriè denotat litium deciſionem in judicio.*
2. *Quæ ejus cauſa efficiens?*
3. *Gradus dari Jurisdictionis, & diverſis Magiſtratibus diverſos competere.*
4. *jurisdictionem Univerſalem in Rom. Imperio Imperatori; Statuum cuilibet particularem in ſuo territorrio competere.*
5. *Jurisdictio latè ſumpta, quid amplius comprehendat.*
6. *Juriſdictio eſt vel ſumma vel ſubalterna.*
7. *Primas Inſtantias Statibus eſſe relinquendas.*
8. *Quomodo acquiratur Jurisdictio.*
9. *Quomodo probetur Jurisdictio.*
10. *Jurisdictionem non extendi ultrà territorium (vid. etiam n. 27.) imò aliquando in territorio locum eſſe exemptum.*
11. *In uno loco diverſa jura plures Dominos exercere poſſe.*
12. *De prorogatione Jurisdictionis.*
13. *Eam hodiè reſtrictiorem eſſe, & ſine conſenſu Ordinarij Domini vel Judicis fieri non poſſe.*
14. *Status & ſubditos Imperij ad extera tribunalia non evocari, nec Jurisdictionem prorogare poſſe.*
15. *Mandata S. C. decerni contra evocantes.*
16. *Privilegia de non evocando tantùm in actionibus perſonalibus habere locum.*
17. *Actiones reales in loco rei ſitæ inſtitui poſſe, privilegio de non evocando non obſtante.*
18. *Firmatur hæc ſententia rationibus.*
19. *Rejicitur interpretatio Cujacii ad l. 2. C. ubi in rem act. exerc. deb.*
20. *Judicem rei ſitæ requiſitum non teneri alterius ſententiam exequi, ſi ipſe prius de Juſtitiâ cauſæ cognoſcere velit.*
21. *Idcircò Mandatum de non evocando in actione reali denegatum eſt.*
22. *Refertur diviſio Jurisdictionis.*
23. *Criminalis Jurisdictio quomodo probetur.*
24. *A Jurisdictione criminali ordinariâ perſonas Illuſtres & immediatas eſſe exemptas, à ſolo Imperatore judicandas.*
25. *Quænam delicta centenam vel ad Vogteiam pertineant magnas ſæpè oriri controverſias ex obſervantiâ cujusvis loci decidendas.*
26. *Jurisdictionem criminalem ſolam ſuperioritatem non inferre, ſecus tamen ſtatui de ſolâ civili.*
27. *Jurisdictione cum caſtro ſimpliciter conceſſâ venire etiam merum Imperium.*
28. *Contra turbationem Jurisdictionis quæ dentur Juris remedia.*
29. *Ab unâ ſpecie Jurisdictionis non inferri ad aliam.*
30. *Principem privativè intelligi tranſtuliſſe Jurisdictionem quoad primam Inſtantiam ſecus quoad Jus Superioritatis.*
31. *Quantum Jurisdictio Statuum Imperij hodiè differat à Iurisdictione Magiſtratuum Romanorum.*

JUriſdictio in invitum nullius, quàm ju- 1
dicis competentis, valida eſt: In genere denotat cauſarum quarumlibet, de quibus Jus eſt, & quæ ad Judicia pertinent, dijudicationem & judicati executionem. Poteſtas Juriſdictionem tribuendi, conſtituendique Magiſtratus initiò Reipubl.
Romanæ penes Reges fuit, *l. 2. §. 14. ff. de O.* 2
*I.* poſt exactos Reges primùm penes Conſules, mox verò penes populum, *dict. l. 2. §. 16.*

§. 16. & §. 23. & denique penes *Auguſtos, d. l. 2. §. 11. Obrecht. de Juriſd. lib. 3. c. 4. ſ. 6. ubi recenſet Magiſtratus, qui diverſis illis Reipubl. ætatibus fuere.* Cauſa enim efficiens Juriſdictionis eſt Majeſtas, quæ vel penes Optimates, populum vel Principem reſidet, non verò ipſa lex & Magiſtratus in Comitiis creati quibus ipſo jure citra ulteriorem conceſſionem, Juriſdictio & mixtum Imperium competebat. Nam quia Jure veteri nemo habebat Juriſdictionem niſi Magiſtratus, ſequitur Principem Juriſdictionem non habere, quia Princeps Magiſtratum conſtituit, atque ipſe ſibi Juriſdictionem concedere non poteſt, cùm ſit poteſtas abſoluta; niſi dicamus cum *Bernhardo Suthold. de Juriſd. aphor. 178. & ſeqq.* Juriſdictionem apud Majeſtatem non fuiſſe *formaliter*, ſed tantùm *virtualiter* radicaliter & effectivè. Hodiernis verò moribus, cùm Juriſdictio non ſit amplius adſtricta ad Magiſtratum, rectè propoſitio juris veteris convertitur, dicique poteſt Juriſdictio non modò radicaliter ſed etiam formaliter eſſe in Imperatore, & in reliquis per conceſſionem aut participationem. Non omnibus autem Magiſtratibus conceſſa
3 æqua poteſtas. Alij enim Juriſdictionem cum Imperio & poteſtate habebant, alij vulgari ſaltem ſeu inferiori Juriſdictione, ſine Imperio & poteſtate utebantur. Sicque certos gradus habet Juriſdictio, ac in majori Magiſtratu excellentior eſt, in minori humilior. Sic Hodierno uſu Juriſdi-
4 ctio per totum Imperium exercetur per Judicium Imperiale Aulicum & Cameræ ab Imperatore: In particularibus verò territoriis à Statibus, vi ſuæ Superioritatis territorialis, ihrer Lands-Fürſtlichen Obrigkeit/oder hohen Obrigkeit. Non tamen ſunt Magiſtratus Imperii Status, quibus ſcilicet, non uti olim Romanis Magiſtratibus, jure officij & adminiſtrationis Juriſdictio competit, ſed titulo dominij & realis juris poſſidetur, adeóque in patrimonio eſt, inque hæredes tranſitoria. Itaque Jurisdictio & ſuperioritas eſt *jus ac poteſtas ummi poſt Imperium Regiminis, eique annexorum regalium, ſub nomine & qualitate* der Lands-Fürſtlichen oder Hohen Obrigkeit/ *cum territorio conceſſa, & legitimè acquiſita, regulariter in omnes territorio incluſos jure ordinario & proprio competens.* Hancque Juriſdictionem habent Electores Eccleſiaſtici & Seculares, nec non Archiepiſcopi, Epiſcopi, Archiduces, Duces, Principes, Comites Palatini, Marchiones, Landgravij, Burggravij, Comites, Barones, Liberæ Civitates, Imperiales, nec non Nobiles Imperij immediati. Nec ſubſiſtit in jure dicendo Iurisdictio latè ſumpta, ſed comprehendit *poteſtatem regendæ Reipublicæ*, jus nimirùm leges ſtatuendi & ordinandi Magiſtratus, adeòque & ſpecialiter Iuris reddendi. Hæc verò 5
poteſtas vel eſt Eccleſiaſtica (de quâ & quatenùs jus Sacrorum & Religionis ad Imperium ſpectat, *ſuprà tit. 1. p. 1. n. 23.* diximus) vel Secularis. Utraque iterum 6
vel ſumma, abſoluta, & independens, ut eminens Majeſtas Imperatoris, quæ paſſim in Rec. Imperij vocatur: die Röm. Kayſerl. Macht und Vollkommenheit/ die Vollkommenheit Kayſerl. Gewalts/ die Hohe Kayſerl. Mayeſtät derſelben Macht und Vollkommenheit. Vel Iurisdictio eſt ſubalterna & dependens, qualis, ut modò dictum, repe- 7
ritur in Ordinibus Imperij, quam in ſubditos ſuos & Landſaſſios tali ratione exercent in primâ inſtantiâ, ut Superiori Principi jus hactenùs nullum competat, nec hoc exercitium Iurisdictionis impedire poſſit. Quod Conſtitutio Rec. Imp. de anno 1654. §. 105. his verbis ſatis luculenter confirmat, & diſponit: Benebens ſollen Cammer-Richter/ Præſidenten/ und Beyſitzer bey adminiſtration der heylſamen Iuſtitz ſowol die Statuten und Gewonheiten/ als die Reichs-Abſchied und gemeine Rechten vor Augen haben/ und wohl beobachten/ und ſich in den Schrancken der Cammer-Gerichts-Ordnung halten/ darauß nicht ſchreiten/ die erſte Inſtantias und Außträg bey Erkennung der Proceſſen fleiſſig in acht nehmen/ was dargegen vorgangen wider abthun/ fürs künfftig die Violatores dergleichen erſten Inſtantien mit geziemender Straff pro arbitrio Iudicis anſehen/ wie auch inſonderheit den Unterthanen und Bürgern wider ihre Obrigkeiten die Proceſs nicht leichtlich erkennen/ ſondern vorhero umb Bericht ſchreiben/ und deme/ was im Deputation-Abſchid de anno 1600. wegen der Armen Partheyen verordnet/ gleicher Geſtalt auch mit allen andern Unterthanen fleiſſig obſerviren.

Acquiritur autem Jurisdictio duobus modis, vel per conceſſionem, vel per præſcriptionem, quam alij cum conſuetudine

tudine

Digitized by Google

tudine confundūt. Jurisdictio enim probatur per actus Jurisdictionales, ſi videlicet quis mandatis meis paret, ad requiſitio-
9 nem meam ſe ſiſtit, homagium mihi præſtat, ſtatutis meis ſe ſubjicit, onera, mulctam & pœnas ſibi imponi patitur, *Victor. de Exempt. concluſ. 36.* ſi appellationes admittat, quia appellatio teſſera eſt Jurisdictionis, ita ut Judicis à quo ſubjectionem, Iudicis ad quem Superioritatem deſignet. Itaq; Iurisdictionis poſſeſſio vel quaſi docetur per adminiſtrationem Iuſtitiæ, adminiſtrando etiam eam per Officiales & Magiſtratus, cùm Ius eligendi Iudices & Magiſtratus penes Principem ſit, ejusque ſuperioritatem arguat, & paria ſint, exercere Iurisdictionem per ſe, vel per alium. Probatur inſuper Iurisdictio per operarum præſtationes, datiarum & Collectarum ſolutiones: nam actus Iurisdictionales territoria Principum conſtituunt, ſicuti limites & fines. Sicut igitur Iurisdictio Ius dicentibus activè, ita territorio paſſivè inhæret, ſic tamen ut ultrà id non extendatur, & jus dicenti extra territorium impunè pareri non poſſit. Quinimò etſi Iurisdictio territorio contineatur, tamen ſæpè
10 contingit, ut in eodem territorio reperiantur caſtra, alijque diſtrictus in quos Princeps proprietatem aut Iurisdictionem non habet, prout *ſuprà tit. 5. p. 3. n. 36. & 43.* demonſtratum. Item inter Iurisdictionem & fructus Iurisdictionis diſtinguendum eſt, quia in uno eodemque ca-
11 ſtro ſeu pago, alij Iurisdictionis exercitium alij pœnas, mulctas, aliaque commoda Iurisdictionalia habere poſſunt, prout vel conventione, præſcriptione, vel conceſſione id ſingulis acquiſitum. Poſſunt enim plures Jurisdictiones diverſæ plurium Dominorum, in unâ eademque provinciâ, caſtro aut pago concurrere, ut alius ſummum Imperium, alius Iurisdictionem ſimplicem, alius jus gladij, tertius alia jura ibidem exerceat, uti quotidiana experientia, optima rerum magiſtra, ſatis edocet *Theſ. Baſil. vol. 2. diſp. 3.* *Prorogata* Jurisdictio contentionalis quidem eſt, ſed ex
12 conſenſu partium lege confirmato ex quâ cauſâ nec Judicis ordinarij conſenſus requiritur, utpote cui nihil adimitur *l. 2. §. 1. ff. de judicijs*, & conſenſus prorogatæ Jurisdictionis vel expreſſus eſt, quando expreſsè convenit inter partes, ut alius, quàm cujus eſt Jurisdictio, jus dicat, *l. 18. ff. de Jurisdict.* vel tacitus, quando ad incompetentem Judicem vocatus, omiſsâ fori exceptione, litem conteſtatur, *l. 1. C. de Jurisdict.* niſi errore lapſus ſit, *l. 15. ff. eod:* prout etiam actor, quoad reconventionem, forum illius Judicis, ex tacito contractu, prorogare dicitur, *l. 14. C. de ſent. & interloc. om. Jud.*

Jurisdictionis quoque prorogatio reſtrictior eſt hodiè, adeò ut invito ordina- 13
rio Superiore, alterius Jurisdictio à ſubdito prorogari non poſſit, nec à Vaſallo de re feudali ſine conſenſu Domini. Præſertim verò ſubditi & Status Imperij prorogare 14
Jurisdictionem in exteros nequeunt, ſed Fiſcalis contra eos experiri poteſt ad pœnam, ne Jurisdictio Imperij violetur, uti factum *in cauſâ G. contra B. anno 1665.* Quin etiam actori per Mandatum S. C. injungi 15
poteſt, ut ſtatim ab Evocatione ad exteros deſiſtat, & in Imperio, ſi quas habere ſe putat actiones, legitimè experiatur, eaſque decenter proponat, uti factum in cauſâ N. contra S. *anno 1655. 30. July.* Id quod tamen in actionibus ſaltem perſonalibus procedit: Nam ſi realis actio in loco rei ſitæ contra Statum Imperij inſtituatur, nec 16
privilegium de non evocando allegari poteſt, nec Mandato locus eſt. Actio ſiquidem realis in loco rei ſitæ inſtitui po- 17
teſt, licet reus ibidem non reperiatur. Ratio eſt, quia non tam perſona & poſſeſſor, quàm res ipſa actione reali conveniri intelligitur, ſicque ratione rei etiam Clericus ſortitur forum ſeculare, *Mynſ. 1. obſ. 22.* quod non tam perſona quàm res in Judicium trahi videantur. Et quod actio realis in loco rei ſitæ inſtitui poſſit, textus eſt expreſſus in *l. 2. C. ubi actio in rem exerc.* 18
*deb.* ibi: *ſive in eâdem Civitate degat, ſive in agro, ſive in aliâ provinciâ ſit: Vel ipſe ad loca, in quibus prædium ſitum eſt, perveniens, vel Procuratorem mittens, actoris intentiones excipiat.* Idem ſenſus eſt *l. ſeq. & l. 38. ff. de Judic.* ut fruſtrà ſit interpretatio *Cujac. in Cod. d. tit.* quaſi actio realis in loco rei ſitæ inſtitui non poſſit, niſi poſ- 19
ſeſſor ibi reperiatur: quia pugnat cum verbis textus & praxi quotidianâ. Ideò *ipſemet* etiam ſubjungit, quod ſi hæres ſcriptus poſtulet ſe mitti in poſſeſſionem, id ibi



Digitized by Google

fieri debeat, ubi res hæreditariæ ſitæ ſunt, ſalvâ petitione hæreditatis quæ mixta eſt
20 actio. Quod ſi enim alibi actionem ſuam moveat actor, & posteà Judicem rei ſitæ pro executione imploret, ille ad exequendum Judicatum non tenetur, ſed proprium cauſæ examen habet, ſi ipſi de Juſtitiâ fides ſufficiens non fiat, quia nequit prorogari Iurisdictio in actione reali, quoad bona alibi ſita, Creſpus de Valdaurâ *obſ. 15. n. 279. & 285.* Salgado in Labyr. *Credit. p. 1. c. 5. n. 13.* Nec ſententia unius territorij fidem facit in altero. Sed tum demùm Iudex requiſitus exequi poteſt, ſi cauſæ cognitionem adhibuerit, quòd ſententia ritè lata ſit, *Marta Digeſt. Noviſſ. tom. 1. verb. Executio. cap. 43.* Quod ſi itaque Iudex requiſitus ſine novâ cauſæ cognitione ſententiam exequi nollet, vexaretur actor duplici proceſſu, temporis & expenſarum jacturâ, quod recta Iuſtitiæ ratio planè averſatur. Hinc *Carpzov. in reſponſ. Elect. lib. 2. t. 2. reſp. 31. n. 10.* ait: Debitor, ſub prætextu quod domicilium ibi non habeat, neque contraxerit, forum declinare non poteſt, cùm non actione perſonali agatur, ſed hypothecariâ, quæ in rem eſt, & ideò in loco rei ſuæ ventilanda. Atque certum eſſe, quod quis actione reali in loco rei ſitæ conveniri poſſit, tradit *Gilman. Symphor. p. 1. tom. 1. tit. 5. fol. mihi 424. n. 45. Mindan. de proceſſ. c. 13. Fab. in Cod. 3. tit. 12. def. 7.* Idcircò Mandatum de non evocando contra actionem realem in Bel-
21 gio inſtitutam petenti denegatum eſt, *menſe Auguſto & Septemb. anno 1670.* quod privilegia de non evocando contra actiones reales non extendantur.

Dividitur Juriſdictio in Eccleſiaſticam & ſecularem, in Civilem & Criminalem,
22 in ordinariam & delegatam, atque etiam prorogatam, in contentioſam & voluntariam. *Criminalis* per actus criminales, ut ſunt erectio furcarum vel patibuli, Libri
23 proceſſuum, inquiſitionum, Urphedarum, ſententiarum condemnatariarum, & ſimilium probabiliter evincitur. A criminali tamen ordinariâ Juriſdictione eximuntur
24 *perſonæ Illuſtres*, à ſolo Summo Principe, & milites, à Magiſtratu militum condemnandi, *l. 1. C. ubi Senat. vel Clariſſ. civil. vel crimin. conveniant.* & ibi *Brunneman.* dicens: Immediatè imperio ſubjectos non in loco ubi deprehenduntur, ſed coram ſolo Imperatore conveniendos eſſe in criminalibus, cum *Heig. p. 1. q. 9. n. 42. Hilliger. in Donell. lib. 17. c. 20. lit. g. Math. Steph. de Juriſd. p. 2. c. 2. n. 81.* & videri poteſt *l. 16. C. de dignitat. Thom. Michaël. de Juriſd. concluſ. 92. inter Theſ. Baſil. tom. 1.* Hinc *14. Septembris anno 1600.* decretum Mandatum contra Ducem N. dieweil die Freye Reichs von Adel in civil- und criminal-Fällen niemand in der Welt/als einem Röm: Kayſer zu judiciren zukomme. Quamvis alij diſtinctionem adhibendam eſſe cenſeant, an delictum in loco Imperio immediatè ſubjecto, & ad delinquentem ſpectante, an vero alterius Status territorio commiſſum ſit; & ſic demùm paritoriam in ſuperiori caſu *anno 1604. 23. Febr.* latam eſſe, poſtquam doctum, das delictum ſey nicht in deß N. Fürſten Centbarlicher Obrigkeit geſchehen / ſondern habe ſich auff deß Beklagten Frey Adelichem Schloß zugetragen. Quam aſſertionem confirmant hoc argumento, quod perſona Illuſtris & immediata delinquens in alieno territorio habeatur pro privatâ, & in loco delicti puniri poſſit, in quem ſenſum citatur *R. I. de anno 1594.* §. ebener maſſen iſt man biß anhero / &c. *68.* ex quo tamen textu contrarium inferri potiùs mihi videtur. Sed pro exemplo adducit *Becker. de jur. publ. c. 4. §. 17. fol. 153.* Conradinum Sueviæ Ducem, qui Neapoli, & Mariam Scotiæ Reginam, quæ in Angliâ capite plexa ſit, tanquam in loco delicti, per quod omnia privilegia amiſerint. Nil tamen extera hæc exempla movere debent, non ex iis ſed legibus judicandum eſt. Jura noſtra pro Imperatore pronuntiant ſententiam, & Jurisdictio criminalis de quâ Status inveſtiuntur, ſubditos tantùm eorum concernit, non alios immediatos, ut forum ex loco delicti hic reſtringendum ſit, ne Jurisdictioni Superioris quidquam detrahatur, prout in certâ causâ diſcuſſum & concluſum *10. Febr. 68.* Similiter Doctores & Clerici delinquentes, priusquam criminali Jurisdictioni tradantur, degradandi ſunt, *Theſ. Baſil. tom. 1. diſp. de Jurisd. th. 95.*

Lites maximæ ſæpius oriri ſolent inter Dominum Centenæ der Centbarlichen 25
Obrigkeit / qui Jurisdictionem Criminalem exercet, & Dominum Vogteiæ, ad quem civilis tantùm Jurisdictio ſpectat. Nam limita-

mitata in quibusdam locis eſt Centenæ a-
nimadverſio, auff Mord / Diebſtal / Raub /
Nohtzwang / Brand / 2c. reliqua omnia ad
Vogteicam pertinent Jurisdictionem, puta
alle und jegliche Gebott und Verbot / Schult-
heiſſen und Dorffgericht beſetzen / Steuer /
Reis / Folg / Geleit / jährliche Kirchmeß /
Schutz / Schenckung / Vogthaber / Walper-
kuhe / Atzung und Lager auff den Gütern /
Weidgeld und andere Vogteyliche Obrigkeit /
Gerechtigkeit / Gerecht- und Herrlichkeit / de
quibus videri poteſt *Knich. de Jur. territ.
c. 4. n. 35. Wehner. pract. obſ. verb.* Vogtey
*& verb.* Cent. *Bidemb. Nobil. quaſt. 7. q. 14.*
Sed aliis in locis alia ſemper conventio,
præſcriptio, vel obſervantia eſt, ad quam
Judex in controverſiis hujusmodi deciſio-
26 nem ſuam dirigere debet. Hoc verò
notandum eſt, quod Iurisdictio crimina-
lis, ſi ſola ſit, ſuperioritatem, ſine civili,
non evincat: Civilis autem licet ſola ſu-
perioritatem habenti acquirat, cùm hac
præditus dicatur Dominus terræ, illâ ve-
rò, exceptis cauſis criminalibus nequaquam
niſi quoad quid, ex quo ſuperioritas aſſeri
non poſſit, & hinc in causâ quâdam de-
terminatum eſſe, ejus inſignia muris eſſe
apponenda, qui Iurisdictionem crimina-
lem, non qui civilem haberet, ex *Mar.
Frecci. de feud. lib. 2. in 47. authorit. n. 1.*
allegat *Thom. Michael. de Jurisd. concl. 56.*
27 Quod ſi Iurisdictio cum caſtro alicui
ſimpliciter conceſſa eſt, tunc arguitur e-
tiam conceſſum merum Imperium, modò
Iurisdictio caſtro cohæſerit: ad effectum
verò Iurisdictionis conſervandum pertinet,
neminem in alieno territotio ab externo
Magiſtratu capi, aut offendi poſſe, licet
perſecutio licita ſit, Iurisdictio enim ſe ex-
tra territorium non extendit.
28 Si quis in Iurisdictionis ſuæ exercitio
turbetur, uti contra turbatorem poteſt in-
terdicto uti poſſidetis, aut ſi malit, turba-
torem in continenti propriâ autoritate ex-
pellere poteſt, adeòque omnibus Magi-
ſtratibus Iurisdictionem ſuam pœnali judi-
cio, denegatione actionis, miſſione in poſ-
ſeſſionem bonorum, captis pignoribus, in-
dictâ multâ contra inobedientes defende-
re permiſſum eſt, *Theſ. Baſil. vol. 1. diſp.
2. lit. p. 2. 3.* & pro defendendâ Iurisdictio-
ne ſolo cohærente actio confeſſoria & ne-
gatoria competit. Sed quia Iurisdictio-
nis modi diſtincti ſunt, atque alia ſupe-
rior, alia baſſa & ſimplex eſt Iurisdictio,
Ober- und Nidergericht hinc ab unâ ſpecie 29
ad aliam colligere non licet: ita Colonia
Agrippina jus carceris, vitæ necisque
Præſul Elector habet, ut unâ ſpecie præ-
ſcriptâ vel poſſeſsâ altera adhuc intacta
maneat: Quamvis aliàs Iurisdictione u-
tens in parte conſervet illam in toto, quia
eſt ex individuis, ſi nemo partem vacan-
tem occupet. Princeps autem Ju-
riſdictionem concedendo in dubio ſemper
præſumitur vel eandem vel majorem pe-
nes ſe retinere. Ideóque ſi quæratur, an
Jurisdictio quoad concedentem privativè
vel cumulativè conceſſa intelligatur? Illud 30
aſſerendum eſt, quoad primam inſtan-
tiam, ita ut præventioni locus non ſit. Ut
tamen ſemper reſervata cenſeatur ſuperio-
ritas, cujus vi in caſu denegatæ vel protra-
ctæ Iuſtitiæ, vel ſi ſuſpecti moveatur quæ-
ſtio, ſuperior cognoſcere, cauſas avocare,
inferiorum Dominorum ſubditos imme-
diatè citare, reſcribere etiam poſſit, ſi in-
feriorum ſubditi querelas deferant, *Ar-
nold. Engelbrecht. de Jurisd. th. 171. inter
Theſ. Baſileenſ. vol. 4.* petere enim poſſunt
ſubditi, ut inferioris Iurisdictio ſiſtatur ex
officio, *Decian. conſ. 52. n. 60. vol. 2.* adeò
ut ſi inferior progrediatur in causâ, atten-
tâſſe dicatur, *Lancellot. de attentat. p. 2. c.
10. n. 17. juncto n. 56.*
Iurisdictio itaque Statuum Imperij ma- 31
gnopere differt à Iurisdictione Magiſtra-
tuum Romanorum, qui tempore Iuſtinia-
ni & aliorum erant, Prætore videlicet,
Proconſule Præſide, Præfecti Prætorio,
Præfecti Urbi, *&c.* Hi enim Provinciam
non ſuo, ſed alieno nomine adminiſtra-
runt, ad alterius utilitatem & nutum. Sta-
tus Imperij ſuo proprio jure provincias ſuas
regunt. Hi Iurisdictionem tantùm ad-
miniſtrationis titulo, jure Magiſtratus, vel
ex ſpeciali conceſſione competentem ha-
buerunt: Status dominij & realis juris ti-
tulo cum territorio obtinent. Atque ideò
Iurisdictionem hodiè, quia patrimonialis
eſt, præſcribi poſſe, dubio caret: quæ ta-
men olim præſcribi non poterat, eò quod
præſcriptio & uſucapio non ſit niſi earum
rerum, quæ in patrimonio ſunt, eſſe non
poſſit; Iurisdictio autem illo jure in patri-
monio eſſe nequeat. Cum quâ aſſertione
ne pugnet *l. 8. C. de diverſ. off.* non de
præſcriptione pro hac vel illâ perſonâ, ſed



Digitized by Google

pro officio interpretanda eſt. Quin etiam qui certos actus Iuriſdictionis in alterius provinciâ exercuit & præſcribit, v. g. die Erbgerichte/ propterea non acquiſivit etiam poſſeſſionem in alijs quæ ſunt diverſi generis, e. g. des Obergerichtes / tum quia odioſa eſt præſcriptio, & tantùm præſcriptum quantum poſſeſſum, tum quod limitata cauſa limitatum producit effectum, *Hahn. in not. ad Weſenbec. de Jurisd. n. 12.* Effectus Iuriſdictionis præcipuus eſt jus in re, quia quatenùs quis in alieno territorio exercet Iuriſdictionem, habetur illa alterius reſpectu pro quaſi ſervitute. Remedia verò pro hoc jure competentia, ſunt vel *petitoria*, ut actio confeſſoria & negatoria, vel *poſſeſſoria*, ut interdictum utile poſſidetis, unde vi, remedium *can. redintegranda. 3. q. 1.* & *c. ſæpè de reſtit. ſpoliat.* qualia hodiè per proceſſus Mandatorum expediuntur. Aliquando etiam datur turbato actio injuriarum, & nonnunquam agi poteſt ex Conſtit. Pac. Publ. ſi ſcilicet armatâ manu vel publicâ alicujus Iuriſdictio turbetur, *Gail. in tr. de p. p.* Cùm verò ſuprà ſit mentio, quod Status Imperij, alijque immediati aut ſubditi extra Imperium ad extranea tribunalia evocari non poſſint, adjungo deciſionem, quomodo Fiſcalis contra evocantem expertus.

# *Liber II. Titulus VI.*

## De

# *POENA EVOCANTIS EXTRA IMPERIUM.*

SUMMARIA.

1. *Actionem de non evocando eſſe Fiſcalem, & unde ea formetur.*
2. *Quare proceſſu ordinario hic opus, cùm aliàs cauſæ fiſcales ſint ſummariæ.*
3. *Quæ ſint probanda Fiſco in hac actione?*
4. *Ex quibus circumſtantiis probetur dolus?*
5. *Exceptiones rei non eſſe relevantes.*
6. *Statum Imperii, ubicunque reperiatur, eſſe à cujusvis Juriſdictione immunem & liberum, etiamſi feudum alibi poſſideat.*
7. *Officiales non poſſe in Domini ſui & Imperij præjudicium Juriſdictionem prorogare, nec per inſtitutam reconventionem.*
8. *Quando reconventio verus ſit modus Juriſdictionis prorogandæ.*
9. *Explanatur, quare requiſita hujus actionis à Fiſcali non ſint probata.*
10. *Ceſſante qualitate à Conſtitutione pœnali requiſitâ, pœnam non habere locum.*
11. *Conſenſum ad delictum jam conſummatum non eſſe punibilem.*
12. *Ratihabitionem in criminalibus non retrotrahi, nec à ratihabentibus exigi poſſe pœnam legis.*
13. *Dolum contrariis præſumptionibus excludi.*
14. *Imperij Conſtitutiones in perſonas conceptas, non comprehendere non ſubditas.*
15. *Veniam mereri actorem, ſi credat ſe exterum eſſe.*
16. *Poſſe bona in Imperio poſſideri & onera ferri, ut tamen perſona non ſit ſubjecta, ſi domicilium in Imperio non habeat.*
17. *Succeſſorem, præſertim ſingulárem, juſtam ignorantiæ cauſam habere.*
18. *Statum vel ſubditum Imperij, bona extra Imperium poſſidentem, poſſe etiam ibidem conveniri.*
19. *Solam poſſeſſionem bonorum ſubditum non facere, niſi decennio ibi habitaverit, & ubi videatur quis fixiſſe domicilium.*
20. *In Brabantiâ Vaſallos & alios non poſſe bona poſſidere, ſine ſubjectione perſonali.*
21. *Idem ferè obſervari in locis,* wo die Landſaſſerey hergebracht worden.
22. *Pro territorio militare ſubjectionis præſumptionem.*
23. *Diverſo reſpectu poſſe aliquem eſſe immediatum imperij & alterius Status ſubditum.*
24. *Prorogationem Juriſdictionis non habere locum, ſi Domini interſit, ſubditum ab alio non judicari.*
25. *Judice competentem ſe pronuntiante, ſi evocatus, remedium juris ſuſpenſivum non interponat, ad pœnam contra evocantem agi non poſſe.*
26. *Poſt ſententiam definitivam non amplius quæri poſſe de Juriſdictione.*
27. *Litiſpendentiam ei non obſtare, qui coram priori Judice obtinere nequit Juſtitiæ complementum.*
28. *Renuntiare ſuo Iudici, qui ejus auxilium non implorat.*
29. *Ex ſtrenuâ defenſione cauſæ Officialis Mandatum præſumi.*

30. Pro

Digitized by Google

30. *Pro arreſti juſtificatione cauſam principalem ad arreſtantem devolvi, ſi cautio præſtetur.*
31. *Hæres ſe defendere debet, ubi defunctus debuit.*
32. *A dolo cauſam etiam ſatuam excuſare.*
33. *Quando & quamdiu dolus defuncti noceat hæredi.*
34. *Palam agentem in dolo eſſe non præſumi.*
35. *In dubio contra fiſcum eſſe pronuntiandum.*

1 JUriſdictio non ſolùm ex conſenſu partium, ſed etiam quod cauſa fiſcalis ſit, abundè fundata, *O. C. p. 2. t. 20.* Quoad actionem, ſive dicam actum eſſe condictione ex lege publicâ Imperij, nempe *Receſſ. de anno 1512. §. 14.* ſive Judicis officium fuiſſè imploratum ad dictandam reo pœnam ob violatam Imperij Iuriſ-
2 dictionem in idem recidet. Utrobique, cùm ad pœnam, ob contractionem partis in dubium, revocatam, agatur, non præcepto locus, ſed ordinario proceſſu opus fuit, *Gail. 1. obſ. 20. n. ult.* Blum *proceſſ. Cameral. t. 30. n. 69.*

3 Quæ probanda ſint Fiſcali ex traditis à *Klock. vol. 1. conſ. 37. n. 378. & ſeqq.* colligere licet. *Primò* Conſtitutionem, quæ Civibus Romanis privilegium tribuit, ne ad extranea judicia evocari debeant; reipsâ extare, id quod per Receſſum Imperij de anno 1512. per ſe clarum eſt, qui cùm jam ante ſeculum inſtar aliarum Imperij ſanctionum publicatus ſit, ignorantiæ velamen non admittit, *Maſcard. de probat. vol. 1. concl. 532. n. 88.* quia vitam Diogenis Cynici ducere videretur, qui in Germaniâ viveret, & tamen ſtatum ejus ignoraret, perindè ut ille latens in dolio, quid reliquus orbis ageret, ignorabat. *Secundo* evocatum eſſe immediatè Sacro Romano Imperio ſubjectum. Si enim mediatus tantùm Imperij ſubditus foret, non Procuratori Cæſaris, ſed ordinario ejuſdem Iudici violatæ Iuriſdictionis vindicta competeret, R. I. anno 1512. ibi: auch der Klåger durch des Uberfahrers Obrigkeit oder unſer Kayſerl. Fiſcal / ꝛc. verùm cùm Comes N. evocatus, quà talis, adversâ etiam parte fatente, ſine medio ſubſit Imperio, nec de hoc requiſito hactenus erit movenda dubitatio. *Tertiò* Conſtitutio Imperij *de anno 1512.* requirit, daß einer den andern mit außlåndiſchen Gericht fürgenommen / oder beläſtiget / und Proceſs außgebracht habe. Sed nec hoc ab Anteceſſoribus rei conventi factum fuiſſe negatur. *Quartò* denique neceſſe eſt, id dolo malo contigiſſe, prout fatentur actores, & aliàs in ſimilibus caſibus ſervatur, *Sixtin. de regal. lib. 1. c. 8. n. 9.* ubi *n. 10.* ait pœnam neminem incurrere ſine dolo. Quod præcipuè in caſu propoſito obtinere debet, in quo Conſtitutio non parti ipſi, ſed Fiſco pœnam addicit, ideoque etiam pars læſa ſibi nullam adjudicari petijt, ſed eo ipſo à ſolo Procuratore Fiſci accuſatio inſtituta ſit, manifeſtum fit, cauſam merè criminalem eſſe, in quâ culpa lata dolo non æquiparatur.

Verùm ad probationem doli etiam 4
conjecturas ſufficere, & in eo conſtitutos præſumi, qui Summi Magiſtratus ac totius Imperij præceptis non obtemperant, prohibitiones ſibi factas ſpernunt, agendo contra jura Imperij rem patrant per ſe illicitam, nec oportunis utuntur remedijs, tradunt, *Maſcard. d. l. Tuſcus Lit. D. concl. 573.* Quæ tantò magis in parte reâ inveniunt locum, quod avus ejus maternus N. ratione ipſius Baroniæ N. Imperio fuerit ſubjectus, ejus conſtitutionum prout jura præſumunt haud ignarus, & ob ipſas 40. multas Speltæ Anno 1587. Debitorem ſuum N. coram Iudicio N. reali actione pulſaverit, quod eâ pendente lite non attentâ, eundem anno 1618. ad curiam Brabantiæ evocaverit, quod de Iudicis incompetentiâ monitus nihilominus temerè perexerit, ſed & poſt eum Gener ejus ipſam Inſtantiam proſecutus ſit: Imò anno 1641. & 42. pretium venditi dominij arreſtari fecerit, quod ipſe N. actor ratione Bonorum in Ducatu Iuliacenſi ſitorum, Imperio ſubjectus, immediatam Comitis N. conditionem neſcire non potuerit: Hæc omnia haud obſcurè innuunt, eum ſcienter ex propoſito, adeoque dolo malo Imperij Iuriſdictionem violaſſe.

Nec ad rem pertinent tres illæ præci- 5
puæ exceptiones, quibus, reus ſeſe defendere conatur. 1. Verba Conſtitutionis ipſi accomodari. 2. Comitem N. potuiſſe tanquam ſubditum Regis Hiſpaniæ in Curiâ Brabantiæ conveniri. 3. Vel certè Juriſdictionem illam ab eodem fuiſſe prorogatam & agnitam.

Quantum enim *primum* concernit, Actores regerunt; Licet lis ipſa ante mor-

tem rei parentis per ſententiam terminata
fuerit: Eandem tamen per ipſum reum
dictæ ſententiæ executionem petentem,
fuiſſe delicti participem. *Secundum* abſo-
6 lutè negari. Cùm Comes N. tanquam
immediatus Imperij ſtatus, ubicunque re-
periatur, nullum alium præter Imperato-
rem judicem præſertim in causâ perſonali
agnoſcat, ubicunque enim ſit, Imperij Co-
mes eſt, à cujuſvis alterius Juriſdictione im-
munis, eſto feudum in alterius Principis ter-
ritorio poſſideat. Siquidem Vaſallum eſſe,
non ſit ſtatus perſonæ, ſed patrimonij qua-
litas, ejuſque obligatio realis non perſona-
lis eſſe cenſetur. Vaſallus enim fidelitatis
juramentum præſtat, non ſubjectionis, nec
aliter conveniri poteſt, quàm ſi actio realis,
aut de feudo controverſia moveatur, *Vi-
ctor. de cauſis exempt. concl. 27. & ſeqq.* u-
bi id latè ad eum quoque caſum extendit,
quo Vaſallus in feudo & alterius Principis
Supremi territorio habitat. Quod tamen
in caſu propoſito eò minùs attendendum,
cùm conſtanter negetur Comitem N. un-
quam in dominio Rimburg domicilium fi-
xiſſe, adeoque conſequi neceſſum eſt, eum,
niſi reali vel feudali motâ quæſtione, nullâ
potuiſſe aliàs actione in judicio Brabantiæ
conveniri. *Tertiò* circa prorogationem
7 ſciendum eſt, Comitis N. tanquam tempo-
re motæ litis abſentis, conſtitutos Officiales
non modò nullum ad comparendum vel a-
gendum in Curiâ Brabantiæ habuiſſe man-
datum, ſed etiam Juriſdictionem illam op-
poſitis fori præſcriptionibus continuò decli-
naſſe. Proindè quidquid deſuper à judice
ſecutum, ipſaque ſententia, quâ is ſe reje-
ctis exceptionibus competentem pronun-
ciavit, & multò magis, quâ Comitem de-
definitivè condemnavit fine manifeſto nul-
litatis vitio fieri non potuêre. Silebo jura
alioquin huc pertinentia, contentus textu
Conſtitutionis *de anno 1512.* ibi: **Es ſollen
dieſelbe** Proceſs **und Handlung / und was
darauff gefolgt wäre / nichtig und unbündig
ſeyn / und den Widertheil nichts verpflichten
oder binden.** Per quam clauſulam omnis
progrediendi ſublata fuit facultas, quip-
pe aliàs in præjudicium ſupremæ Juriſdi-
ctionis Imperij exerceri prohibita, *Kni-
ſchott. tr. an Brabantia ſit patria juris ſcri-
pti. c. 10.*

Nec obſtat reconventio ab Officialibus
N. inſtituta contra evocantem coram eo-
dem Iudice. Præterquam enim, quod
hæc citra Domini mandatum facta ſit, ex
eo nulla infertur activa fori prorogatio.
Iuriſdictio Brabantica ſemper fuit declina-
ta, ſed poſtquam arreſtum pretio Rimbur-
genſi fuit impoſitum, Officiales mutuò
convenerunt actorem ſuper caducitate
ejuſdem feudi, ut executionem arreſti e-
vitarent. Potuerunt actorem convenire,
quia is Curiam tanquam Iudicem ſuum
ordinarium agnoverat. Nec fuit hæc pro-
priè dicta reconventio, quoad cauſam
principalem, in quâ evocatus nunquam
reſponderat, ſed tantùm quoad punctum
arreſti. Tunc autem reconventio eſt mo- 8
dus prorogatæ Iuriſdictionis, quando non
ſubditus egit, & à ſubdito vel prorogante
reconvenitur, ex ratione, quod nemo de-
beat dedignari eum habere Iudicem con-
tra ſe, quem pro ſe ſemel elegerat. Quod
cùm econtrariò hoc caſu acciderit, decan-
tatam hanc prorogationem ceſſare neceſſe
eſt, per tradita Barboſſæ *in l. 29. n. 48. de
Judiciis.* & Fermoſin. *in c. 1. q. 1. n. 29. de
mutuis petit.*

Cæterùm re accuratius perſpectâ in 9
eam potiùs inclino ſententiam, requiſita
Fiſcalis hujus actionis non eſſe probata.
Illud prius admonens, inter hæc duo dili-
genter eſſe diſtinguendum, *an ſententia
Curiæ Brabanticæ ipſo jure valeat? & an
reus conventus propter illum proceſſum in
pœnam condemnandus ſit?* Poſſunt enim
hæc duo ſimul conſiſtere, pœnæ locum,
& tamen judicium fuiſſe nullum. Pœnam
igitur ceſſare verius puto 1. quod verba
Conſtitutionis pœnalis ad *hunc* conven-
tum reum applicari non poſſint. Porrò
certum eſt, quod pœna impoſita à ſtatuto
ſeu Conſtitutione in aliquo caſu expreſſo,
extra illum caſum imponi nequeat, & ubi
non adeſt qualitas requiſita à Conſtitutione 10
pœnali, ibi etiam Conſtitutionis pœna
ſuccedere non poteſt, *Farinacius l. 1. conſ.
81. n. 6.* Hæc autem qualitas in reo non
reperitur, quippe qui Comitem N. vel
per ſe vel per Procuratorem in Iudicio ex-
traneo nec convenit, nec citavit, nec
ullo alio modo moleſtavit, ſed poſtquam
vivo ejus patre ſententia à Iudice Brabantiæ
*4. Decemb. 1643.* emanavit, paterq; poſteà ex
hâc vitâ diſceſſit, deſuper non extraneū Iu-
dicem ſed S. Cæſar. Majeſt. *30. Aprilis 1649.*
pro committendâ executione imploravit.
Nec

Digitized by Google

Nec dicatur quòd petendo executionem in proceſſum Bruxellis anteà formatum conſenſerit, adeoque ipſemet de novo deliquerit: ſi enim Anteceſſores rei jam anteà delictum conſummârunt, quid quæſo addere vel imminuere potuit
11 inanis iſte conſenſus? Unde à Doctoribus communiter recepta eſt ſententia, etſi conſilium datum ad delinquendum procul dubio punibile ſit, id tamen in eo termino obtinere quod delictum præceſſit, & illud quoquo modo evitare poterat, non in eo, quod ſecutum eſt, ac ipſum crimen nequit amplius impedire, *Farinac. de Conſultor. q. 126. n. 78.* 3. Imò quod Conſtitutio pœnalis loquens de mandante non habeat locum in ratihabente, & loquens de vero hominis actu, non comprehendat ratificantis actum, teſtatur idem *Farinac. q. 135. n. 71.* 4. Multò minus poterit reo convento imputari quod anteceſſores
12 ejus fecerunt. Quia licet in civilibus ratihabitio retrotrahatur ad tempus celebrati actus: aliud tamen ſervatur in criminalibus, in quibus ratificatio obligat ratificantem à die ratificationis, non à die commiſſi delicti. Iura enim in delictis non dicunt ratificationem retrotrahi, ſed tantùm dicunt comparari mandato, *Farin. d. loc. n. 74.* 5. Communiter tradunt *DD.* quod conſentiens, ratificans & ſimiles non propriè, ſed tantùm fictè delinquere cenſeantur, adeoque pœna veris delinquentibus impoſita ab his exigi nequeat, *Farin. q. 135. n. 97.* maximè cùm adſit clara differentiæ ratio, quod nimirum reus Conventus per hunc ſuum conſenſum S. R. Imperij Iuriſdictionem non violaverit, ac per conſequens in Conſtitutionem pœnalem, quæ aliàs ſtricti juris & nullâ interpretatione extendenda, nullatenus inciderit, per *trad. Maſcard. de ſtatut. concl. 10. n. 15.* 6. Accedit quod Reus quidem Reſcriptum de exequendo à Cæſare impetraverit, idipſum autem ſine ullo effectu permanſerit imò ſtatim ad preces alterius partis denuò fuerit caſſatum. Unde cum pœnalis conſtitutio, non conantem, ſed actualiter efficientem ligare ſoleat, neminique per dictum Reſcriptum ullum fuerit illatum præjudicium, tantò minùs erit reus aliquâ pœnâ dignus judicandus, *Maſcard. loc. cit. n. 5.* Solus enim conatus non punitur, in quo verba legis non verificantur, *Tiraquell. de pœn. Cauſa 37. n. 4.* Faciunt huc 7. tradita per *Farinac. d. q. 135. n. 83.* quod in dubio ratificatio delicti non præſumatur. Et ideò Fiſcus fundans ſe in ratificatione, illam probare debeat, imò etiam demonſtrare delictum, quod prætenditur ratificatum, reverâ eſſe çomiſſum, alioquin contra ratificantem procedi non poſſe, poſt *Cacheran. conſ. 85. n. 14. & ſeqq.*

Cæterùm etſi ipſum factum Anteceſ- 13
ſorum quo Comitem N. in Brabantiâ lite pulſaverunt, haud negetur: negatur tamen qualitas ad id neceſſariò requiſita, nempe vel Imperij Conſtitutionem ad hoc factum non pertinere vel certè dolum deficere, quo non demonſtrato delictum probatum minimè videatur. Is planè in dubio nunquam præſumitur, & ſi quandoque per conjecturas probabilis cenſeatur, contrarijs tamen præſumptionibus ſecundùm omnium ſententiam excluditur. Aſſeritur autem 1. ex parte rei illum N. nunquam fuiſſe Romano Imperio ſubjectum, ex quo domicilium ſemper habuit in feudo Regis Hiſpaniæ, & inter Regium territorium ſito: prout probare vult per atteſtationem Secretarij Regiæ curiæ feudalis in Falckenburg / daß das Gut N. ein groß Mannlehen des Königs von Hiſpanien ſeye / und unter den Lehenhoff und Mann-Cammer Falburg gehöre. Porrò quod Conſtitutiones Imperij, præſertim in perſonas conceptæ, perſonas non ſubditas non comprehendant, verius eſt, *Surdus deciſ. 197. n. 6. Gratian. diſcept. forenſ. c. 824. n. 32.* & forenſis ignorare præſumitur legis Imperij tenorem, *Gail. 2. obſ. 48. n. 28.*

Equidem, an proprietas dominij N. 14
ad Romanum Imperium, an ad Regem Hiſpaniarum pertineat, litem meam non faciam. Sufficiet in propoſito, illud à Rege ſive vi ſive juſtè poſſideri ad excuſandum
Vaſallum, qui feudum à tali Domino re- 15
cognoſcere cogitur, ac proindè veniam meretur, ſi ſe tanquam forenſem & exterum Imperio Romano non ſubjectum, ejus conſtitutionibus non obligari crediderit, *Decian. vol. 1. Reſp. 18. n. 228.* Idem ſecundò de primo reo convento dici poteſt, qui quidem dominium Pfaffendorff in Ducatu Iuliacenſi poſſedit, ſed atteſtante Prætore & Scabinis Iudicij in Winanſrode, abſque ullo ibi conſtituto domicilio, eò quòd ſemper cum familiâ ſuâ in d. Winanſrode ter-

Digitized by Google

territorij Falckenburgenſis, adeoque ſub
16 Rege Hiſpaniæ habitaverit. Poteſt enim quis bona in Imperio poſſidere, & onera realia ibidem ſufferre, abſque eò quòd aliàs Imperio ſit ſubditus, ſi domicilium ibi non fixerit: quo omiſſo uti non eſt ſubditus, ita nec legibus in perſonas directis tenetur propter antedicta.

Maximè 3. quod ipſe N. modernus reus conventus non fuerit litis in Curiâ Brabantiæ cœptæ Author: utpote qui ſingu-
17 lari dotis titulo N. evocanti ſucceſſit, nil mali meritus, quod omnia ab anteceſſore juſtè inchoata crediderit, cùm, qui in jus alterius ſuccedit, juſtam habeat ignorantiæ cauſam, & aliàs temerè litigare non dicatur, qui litem ab anteceſſore ſuo motam tantùm proſequitur, *Rot. Rom. tom. 1. noviſſ. deciſ. 148. n. 7.*

Sed & 4. in ipſo Imperij Receſſu *anno 1512.* tantùm diſponitur, Imperij ſubditos coram ſuo competente judice conveniendos; ac propterea ſi quis etiam extra Im-
18 perium alterius Principis Iuriſdictioni ſuppoſitus reperiatur, eundem ſine Conſtitutionis violatione ibidem conveniri poſſe, ita *Goldaſt. de Reg. Bohem. lib. 4. c. 13. n. 25. Salgado de retentione bullar. p. 2. c. 27. n. 60.* Eſt enim in arbitrio actoris, cùm reus diverſa fora ſortitur, coram quo eum velit convenire, *Coler. de proceſſ. exec. p. 2. c. 1. n. 51.* Quod autem Comes N. in Curiâ Brabantiæ forum fuerit ſortitus, ex eo arguitur, quod ſub eodem, nempe in dominio Rimberg feudo Regis Hiſpaniæ domicilium habitationis tenuerit, prout ejus Pater Comes Ioannes ſimiliter continuè ibi degit, mortuuſque N. fuit ſepultus; Beyla-
19 gen *ſub n. 2. 3. & 5.* Et quamvis ſola poſſeſſio ſubditum non faciat, aliud tamen eſt, ſi quis ibi per decennium, ſaltem cum familiâ ſuâ habitaverit, eſto majorem partem bonorum alibi habuerit, tamen nihilominùs domicilium conſtituiſſe cenſebitur, *Coler. de proceſſ. exec. p. 2. c. 1. n. 36. 37. & 43.* in quo licitum eſt omnis generis actiones, ſive reales ſive perſonales, ſive ex contractu, ſive ex delicto deſcendentes inſtituere, imò domicilium in pluribus locis haberi poteſt, *l. 5. 6. 27. ff. ad municipal.* ubi larem fovet, vel majorem partem bonorum poſſidet, *Gail. 2. obſ. 35. n. 8.* ita ut ſi per miniſtros focum & ignem foveat in aliquo loco videatur domicilium illic habere. *Coler. de proceſſ. exec. p. 2. c. 1. n. 43.*

Nam & 5. *Stephanus Fabritius Notarius Publicus* ſub n. 5. ad quadruplicam atteſtatur feudum Rimburg in omnibus cauſis paſſive in judicio Bruxellenſi ſtare debere, ſcilicet in cauſis feudalibus in Camerâ feudali, & in cauſis perſonalibus in Conſilio Brabantiæ & infrà: quod tales poſſeſſores denominantur ſubdomini, ſive Vaſalli Regij, actionabiles in primâ Inſtantiâ actione perſonali in d. Conſilio Brabantiæ. Ideoque 20
feudum hoc ex illorum genere erit, de quo Conſilium Bruxellenſe jam pridem cenſuit, quod Poſſeſſores ligentur indiſtinctè edictis vel placitis Ducis Brabantiæ, *eò quod* tales Vaſalli ratione illius *feudi Ligij obligent*, & ſubdant principaliter & abſolutè perſonam ſuam, & in conſequentiam omnia bona ſua etiam non feudalia, teſte *Chriſtin. vol. deciſ. Belg. 70. n. 19.* prout & gene- 21
ratim traditur, quod in Ducatibus, da die Landſäſſeren üblich / uti eſt Auſtria, Bavaria, Saxonia, bona non poſſint ſine onere ſubjectionis perſonalis poſſideri, adeoque poſſeſſor teneatur etiam in perſonalibus actionibus reſpondere coram Domino Territorij, *Brunninck. de homag. concl. 288.* non obſtante, quod poſſeſſor ibidem in propriâ perſonâ non habitet, cùm ſufficiat, ſi domeſticos & familiares ibidem teneat, per quos habitare judicetur, *Brunninck. loc. cit. Gilman. l. 1. deciſ. 46. n. 36.* cùm & conſuetudine receptum ſit, ſi bonum ipſum adeò tabulis provinciæ inſertum ſit, ut poſſeſſor id alio jure quàm reliqui ſtatus provinciales ſua bona poſſidere haud queat, etiam ex ſolâ poſſeſſione ſtatuum oneribus ſubjiciatur, ac propterea Juriſdictionem indifferenter agnoſcere teneatur.

6. Militat pro Juriſdictione Brabanticâ 22
univerſalis Regij territorij præſumptio, quâ quidquid ſive bonorum, ſive perſonarum intra ejuſdem confinia reperitur, eidem ſubjectum eſſe cenſetur, *Knichen de Jure Territorij c. 5. n. 99. & ſeqq.* Eſto poſſeſſor vel incola aliàs alibi larem non foveat; cùm abſurdum non ſit, ut quis in pluribus locis habeat domicilium, & qui in Imperio Romano ejuſdem ſtatus eſt diverſo reſpectu, in alterius Supremi Principis territorio 23
ſubditum agat, *Gail. de arreſt. c. 6. n. 25.* neque enim (verba ſunt *Gailij l. c.*) ex diſtin-

ctione

Digitized by Google

ctione diverſarum qualitatum Curiæ Imperiali aut ejus dignitati quidquam decedit, nec jura Cæſaris, aut Imperij labefactantur, quia utrobique jura utriuſque fori & Curiæ æquè principaliter ſuæ integritati relinquuntur, nil qualitati tanquã formæ individuæ adimitur; ſed qui ſtatus Imperij eſt, manet reſpectu Curiæ Imperialis integrè ſtatus Imperij, cum omnibus ſuis qualitatibus: qui verò diverſo reſpectu etiam alterius homo juriſdictionalis & ſubditus eſt, ſubjectionis onera patienter ferre & paratè ſubire debet. Licet Vaſallus recognoſcendo feudum à Principe ſe ſuamque perſonam à Juriſdictione immediatà Imperij, etſi velit, eximere non poſſit, in præjudicium Imperij: attamen ſi præter recognitionem Imperij domicilium in Principis territorio conſtruxerit, negari non poteſt, quod in eo tam ratione perſonalium, quàm realium actionum ordinariæ Principis poteſtati & Juriſdictioni ſubjiciatur.

7. Ponderandum, quod reus tantoperè urget, ſcienti ac volenti nec dolum nec injuriam inferri. Comitem autem N. ejúſve Officiales juriſdictioni Brabanticæ eandem prorogando ſeſe ſpontè ſubmiſiſſe: aut certè non in omnibus actibus contra eam proteſtatũ fuiſſe: quæ prorogatio ipſi Comiti procul dubio nocere potuerit, cum quilibet favori pro ſe introducto valeat re-
24 nunciare. Id quidem vulgò traditum eſt, non valere prorogationem, ſi Proprij Domini interſit ſubditum ab alio judicari. Sed ſi non interſit, prout in caſibus, qui ſubditum ipſum principaliter tangunt, & non Dominum, niſi ob ſpecialem cauſæ cognitionem, tenebit, ſubmiſſio & fori renunciatio. *Sola ad Decreta Sabaud. verſ. Subditos noſtros. gl. 1. n. 13. Græveus in Gail. 1. concl. 40. n. 12.* Et in terminis, quod Status Imperij, dummodò non velit ſe à Iuriſdictione Imperij omnimodò eximere, & alterius poteſtati ſubjicere, poſſit alterius Iudicis Iuriſdictionem prorogare, docet *Gail. loc. citat. num. 31.*

Accedit 8. quod Iudices Brabantiæ ſuper oppoſitã incompetentiæ exceptione exactiſſimam cauſæ cognitionem adhibuerint, & denique ſeſe competentes pro-
25 nunciârint, à quâ ſententiâ tamen Comes evocatus nullum remedium ſuſpenſivum interpoſuerit, adeoque tacitè acquieverit, ex quo firmata fuit Iuriſdictio, ut nulla deinceps juris aut privilegij exceptione declinari, nedum ad pœnam agi potuerit, *DD. in C. ſuper literis, de reſcript.* ibique *Felin. n. 4.* Quod autem Iudex ordinarius poſſit cognoſcere, utrùm concurrat qualitas requiſita ad fundamentum Iuriſdictionis, & pronunciare ſuper exceptionibus ſui fori ſeu competentiæ, conſtat, ex *c. cum perſonæ. de privilegiis in 6.* Unde in Terminis propoſitis, ex voto referentis Cameræ Imperialis refert *Reickwein in formulari cap. 17.* Si quis aliquem coram incompetente tribunali, contra tenorem privilegij de non evocando in Ius vocaverit, licet ſupplicans privilegium Iudicibus inſinuaverit, & exceptiones declinatorias & avocatorias oppoſuerit, ſi tamen eo non attento Iudices ſe competentes pronunciârint, & ab eà pronuntiatione non fuerit appellatum, vel reviſio petita, citationem ad videndum incidiſſe in pœnas privilegiorum non eſſe concedendam.

9. Quinimò paſſus eſt evocatus Iudi- 26
ces ulterius & eouſque procedere, ut definitivam contra eum ſententiam *4. Decembris anno 1643.* publicârint. poſt quam de Iuriſdictione dubitare amplius planè non eſt permiſſum, Rota apud Poſtium *deciſ. 643. n. 10.*

Præſertim 10. quod non conſtet, quibus is uſus fuerit declinatorijs exceptionibus? Fortè tantùm de lite in judicio N. pendente excepit, quam tamen Brabantini attendere propterea non tenebantur, quia ex propriâ Comitis confeſſione in loco rei ſitæ, de conſuetudine, actione reali tantùm tres cenſus peti poſſunt, reliquis per actionem perſonalem exigendis. Iam 27
autem certi juris eſt, quod litis pendentia ei non obſtet, quod coram priore Iudice conſequi nequeat juſtitiæ implementum, *Coler. p. 3. c. 5. n. 47. & ſeqq. Tuſcus concl. 487. n. 29.* ſicut & aliàs pendente Iudicio executivo coram uno Iudice, ordinario remedio alibi agi poteſt, *Caſtrenſ. 1. concl. 87. n. 3.* Et cum in loco rei ſitæ tantùm pars potuerit peti, ſententia pro parte lata non obfuiſſet poſteà acturo ad totum, *Zanger. de except. p. 3. c. 17. n. 48.* atqui litis pendentia, tunc tantùm operatur, quando exceptio rei judicatæ in uno, obſtaret in alio judicio, Gabriël *de judic. concl. 1. n 30.*

Quod autem Comes Curiæ Brabantiæ Immedietatem ſuam Imperij objecerit,

probatum non eſt. Et certè ſi tantam ejus curam habuit, cur non fuit apud Cæſarem conqueſtus ? ut cauſa ſaltem ante
28 ſententiam avocari potuiſſet, Poſt. *de manutent. deciſ. 643. n. 8. & ſeqq.* cur non petiit parti inhiberi ? aut aulici Fiſcalis officium imploravit ? Rectè autem fori præſcriptioni quis renunciat, nec poteſt poſteà revocare ad ſuum Judicem, ſi propriæ Juriſdictionis aut Principis procuratorem in auxilium ſuum non advocet, *Faber. C. de Juriſd. def. 32.*

Urget Reus vehementer reconventionem, quam Officiales N. coram Iudicibus Brabantiæ poſt rejectas exceptiones fori declinatorias inſtituerunt. Quomodo enim reconvenire potuerunt partem coram eodem Iudice, quem in cauſâ conventionis incompetentem eſſe voluerunt. Separato Iudicio agendum fuiſſet, non eo quod cauſam decidi non patiatur, per, *l. nulli. C. de. Judiciis.* Nec dicatur
29 Officiales mandato fuiſſe deſtitutos. Cùm enim ipſi ſui Domini cauſam acerrimè defenderint, Iura Principalis produxerint, actorẽ reconvenerint, aliosq; actus fecerint, ut ex ipſius ſententiæ tenore apparet, ex his mandatum validè præſumi deciſum eſt apud *Caſſador. deciſ. 1. & 3. n. 4. de procur.* & Caputaq. *deciſ. 183. n. 2.* & quod ex hâc præſumptione mandatum ſufficienter probetur, nullum dubium eſſe teſtatur *Curt. Sen Conſ. 76. n. 5. verſ. tertia concluſio.* Cravetta *de antiq. temp. p. 2. in fin.* Cæſar de Graſſis *deciſ. 18. aliàs 3. de procurat.* Idque procedere tam ad effectum, ut ſententia lata à vitio nullitatis defendatur, quàm ut non retardetur ferenda, declarat Rot. Rom. apud Poſt. *deciſ. 380. n. 3.* & videri poteſt omninò Rot. Rom. *deciſ. 900.*

Fatetur evocatus 12. Curiam Brabantiæ in puncto arreſti fuiſſe competentem, ad cujus perſecutionem inſtitutam fuiſſe
30 reconventionem. Debebat ergò recordari, quod de univerſali conſuetudine cauſa principalis pro arreſti juſtificatione ad Judicem arreſtantem devolvatur, præſertim ſi cautio de Judicio ſiſti & judicatum ſolvi non fuerit præſtita, quia per cautionem Judicis quoad cauſam principalem incompetentis autoritas ſolvitur, *Berlich. p. 1. concl. 74. n. 4.* de quâ conſuetudine in Brabantiâ receptâ teſtatur *Kniſchott. tr. 1. c. 8. n. 3.*

Sanè ſi prædicta omnia ceſſarent, ſufficeret tamen ſeniorem Comitem N. qui Rimburgi domicilium habuit, ibique mortuus, & N. anno 1617. adeoque uno anno ante litem Bruxellis motam ſepultꝰ fuit, potuiſſe coram Curiâ Brabanticâ conveniri. Mox enim conſequetur etiam filium ejus hæredem, etſi in domicilium habitationis, quæ facti eſt, haud ſuccedat, ibidem validè fuiſſe conventum. Nam hæ- 31
res eo in loco ſe defendere debet, ubi defunctus debuit, *l. 19. pr. ff. de Judic.* ſive abſens ſit, ſive ibi reperiatur, ut egregiè interpretatur Barboſa *ad d. l. pr. n. 12. & ſeqq.* nec poterit hæres ullo privilegio ſeſe excuſare, etiamſi id ex diſpoſitione Iuris communis ipſi competeret, nec enim is conſideratur ex perſonâ propriâ, ſed defuncti, quem repræſentat, idque pertinet ad executionem obligationis jam anteà per defunctum contractæ, Barboſa *d. l. n. 21. & 100.*

Denique quomodo in dolo fuiſſe cenſendus is, cui tot juſtarum rationum momentis proviſum eſt ? qui probabiliter credidit actum ſibi licere ? qui id à viris fide dignis teſtimonij loco audivit ? Iudicis 32
qualitercunque procedentis authoritate ſubnixus ? quem etiam cauſa injuſta & juris ignorantia à dolo ejuſque pœnâ contra legem tantùm poſitivam incurrenda excuſaret ? prout hæc omnia teſtantur, Gabriel *lib. 7. concl. 8. per tot. Farin. Conſ. 64. n. 8. Creſcent. de dol. & contum. deciſ. 10. n. 15. Dyn. c. ignorantia. de reg. jur. in 6. Menoch. recup. rem. 5. n. 48. & ſeqq. Vivius deciſ. 80. lib. 1. Klock. relat. 7. n. 235.*

Sed fuerint Anteceſſores in dolo : an id 33
perpetuò nocebit ? dum poſt mortem delinquentis intra quinquennium tantùm exactionem pœnæ admittit diſpoſitio *l. 2. C. de Apoſtatis. Gomez de delict. cap. 1. n. 81.* Et quod dolus ille defunctorum innocenti hæredi non præjudicet, in quem nec is, nec actio pœnalis deſcendit, textus eſt in *§. his autem. Inſt. de lege aquil.* nam etſi dolus in defuncto fuerit, ſi tamen non verificetur in hærede deficit requiſitum : quia dolus in hæredem non tranſit, *Mynſ. 4. obſ. 12. n. 5.* idque vel maximè quod defunctus in vitâ ad hanc actionem nunquam citatus, multò minùs lis cum eo unquam fuerit conteſtata, ut ſic deficiente quaſi contractu, defuncti delinquentis perſonâ



Digitized by Google

nullâ ratione poſſit per hæredem repræſentari. Imò in fortioribus terminis *Autor Præjudicior. Cameral. verb. Inhibitio.* notavit ſequentia: Cùm agitur ad pœnam arctioris inhibitionis, perit inſtantia morte rei: ita pronunciatum in cauſâ der Statt Aach contra Hertzog zu Gülch. Iuliacenſis fuit abſolutus à pœnis, in quas pater ipſius inciderat *29. Jul. anno 51.* Idem obſervatum *15. Septembr. anno 40.*

Jam verò modernum Reum ipſum doli penitùs fuiſſe expertem, tum ſuprà demonſtravi, tum ex hactenus apparet dictis, quàm bonâ fide omnia peracta ſint, præſertim per ipſum, qui ut ſucceſſor juſtam ignorandi cauſam habuit, nec quicquam celavit, ſed ipſam ſententiam Bruxellis latam S. Cæſ. Majeſtati ſupplex pro executorialibus exhibuit, ex cujus tenore perſpicuum erat, N. immediatum Imperij Comitem non attentâ fori præſcriptione juſſum fuiſſe litem Bruxellis conteſtari, deſuperque fuiſſe definitivè condemnatum. Quæ bona fides tantoperè fuit agnita, ut in Auguſtiſſimo hoc Tribunali decreta fuerit commiſſio ad exequendum in Civitatem Aquiſgranenſem. Palàm certè agens, non eſt dolosè 34
verſari præſumendus, *Klock. rel. 7. n. 231. & ſeq.* multò minùs, qui ſuper actu indifferenti Juſtitiam Supremi Principis implorat, in cujus auguſtiſſimo judicio diſcuſſum eſt, quid ei deſuper decernere æquum videatur. Ultimò, ſint hæc ſaltem ambigua, ta- 35
men quando Fiſcus adverſus privatum agit, de lucro captando, ac de pœnâ ab eo certat, ab eo, qui crimen aliquod commiſiſſe dicitur, in dubio contra eum eſſe judicandum ſtatuunt *DD.* cum textu in *l. non puto. ff. de Jure Fiſci.*

Quocircà his omnibus perpenſis, cum actore non probante reus, etſi nil præſtiterit, ſit abſolvendus: omninò judico ſententiam in *puncto citationis* ferendam eſſe abſolutoriam. Salvo tamen cujuſvis rectiùs ſentientis judicio.

---

# *Liber II. Titulus VII.*

## Sequitur *CAUSA MANDATI.*

### SUMMARIA.

1. *An in hoc puncto aliquid pronuntiandum?*
2. *Vaſallum non ſubjici Domino perſonaliter.*
3. *Domicilium defuncti nocere hæredi quoad actionem, ſi ibidem hæres reperiatur, vel privilegio ex jure communi non nitatur.*
4. *Præſertim ſi defunctus nondum fuit citatus.*
5. *In dubio ſemper præſumi pro immedietate.*
6. *Judicem judicare non poſſe, niſi in quos Juriſdictionem habet.*
7. *Prorogationem Juriſdictionis in præjudicium ſuperioris inutilem eſſe.*
8. *Præſertim propter clauſulam Superioris prorogationes annullantem.*
9. *Principes poſſunt compellere ſuos ſubditos, ut lites coram exteris cœptas caſſent.*
10. *Judices ſibi invicem debere ſuccurrere, quoad executiones ſententiarum, niſi quid revelans opponatur.*
11. *Exceptionem nullitatis etiam executorem attendere poſſe.*
12. *Imò executionem ſententiæ ſine literis requiſitorialibus à Judice pronuntiante fieri non debere, vel ſine inſerto ſummario exemplo actorum.*
13. *Executiones ſententiarum, & remiſſiones exceptionem ad Judicem pronuntiantem, ſaltem inter Judices ſubordinatos obtinere.*
14. *Quid id cauſâ pronuntiatum?*

IN puncto Mandati an pronuntiandum, 1
non immeritò ſubſiſto. *Primò* quia pars N. in hac lite nunquam fuit, quippe quod & citatio & mandatum ad Inſtantiam Procuratoris Cæſaris tantùm fuerint decreta. Et Comes N. in unicâ ſuâ productâ deductione mandato non inhæreat. *Secundò*, quia nec ipſe Fiſcalis Aulicus Sententiam in puncto mandati, ſed tantùm declarationem pœnæ poſtulet. Ut ſic neutri injuria fieret, ſi ab hoc puncto penitùs abſtraheretur.

Si tamen propětereà ſtatuendum aliquid videatur, ut partes ſciant, an ſtandum ſit ſententiæ Bruxellenſi, & ſive ea executionem mereatur, ſive non, quid in cauſâ prin-



Digitized by Google

principali Creditori facto ſit opus, haud leve exurget dubium, quid hâc in parte ſit reſolvendum.

Exiſtimo 1. in validitatem ſententiæ inquirendum. 2. Circa ipſam executionem reſolutionem captandam. Et primò negari quidem non poteſt, argumenta ſuperius pro valore proceſſus Brabantici adducta, maximi videri eſſe momenti: Cæterùm ea tanti non facio, ut ultra excluſionem doli, ipſam quoque proceſſûs validitatem & jus petendæ executionis operetur.

Nolo id multis probare, ſed tantùm oſtendere 1. Comitem N. in Ducatu Brabantiæ domicilium foviſſe, nullâ ratione fuiſſe in his actis probatum. Imò nec id eſſe demonſtratum, quod ejus Pater Comes Joannes ibidem domicilium habuerit. Teſtimonia in contrarium adducta, tanquam non legitimè & parte nō citatâ ſuſcepta hanc probationem non efficiunt, quin tanquam non recognita, etiamſi communicarentur, ſimplici negatione eludi poſſent. Succedit itaque, quamvis Dominium Rimburg, 1. ſit feudum Brabantiæ, non ſit ideò ligium, ut poſſeſſorem ad ſenſum *Chriſtianæi* omninò Ducis ſubditum faciat, hæc enim qualitas probata non eſt, quod locus fiat traditis per dict. *Chriſtin. vol. 5. deciſ. 70. n. 20.* quod Speciales Vaſſalli non ligij ligentur tantùm quoad contenta ſub juramento fidelitatis, quamdiu talia feuda poſſident: aut ut clariùs dicatur: quatenus ſe extendit effectus feudalitatis: alioquin etiam allodialia poſſidentes ſubditi propterea non ſint, niſi ratione bonorum & actionis realis, Idem *Chriſtin. loc. cit. n. 11. & ſeqq.* Ut ſic etiam in Brabantiâ feudalitas ipſa, vel ſola bonorum poſſeſſio ſine domicilio nullam tribuat Juriſdictionem, niſi quoad actionem realem, de quâ hîc non agimus.

2. Sed etſi Comes N. habuiſſet in Brabantiâ domicilium, ipſeque ibi validè forum ſortitus fuiſſet, attamen ejus hæredi N. larem ibidem non foventi variis ex cau-
2 ſis nocere non poſſet. 1. Quod diſpoſitio
*l. hæres abſens. de Judiciis.* in eo tantùm hærede procedat, qui in loco domicilij defuncti reperitur, ut communem eſſe DD. ſententiam fatetur ipſemet *Barboſa ibid. n.*
3 *28.* 2. Quia Comes N. exemptionem
ſuam ex jure communi, ipſâ nempe Imperij conſtitutione metitur. Communis autem DD. eſt ſententia non teneri ſe hæredem eo in loco defendere, ubi defunctus debuit, ſi nitatur privilegio habente fundamentum in jure communi, *Barboſa d. l. n. 114.*

3. Quia ad hoc ut *d. l. 19.* procedat 4
requiritur, ut res reſpectu defuncti non amplius fuerit integra, id eſt, ut defunctus ſaltem jam fuerit ad judicium citatus vel contra ipſum commiſſio impetrata, alioquin niſi præventa ſit Juriſdictio judicis defuncti, ſucceſſor coram ejus judice conveniri non poſſet, prout infinitis Authoritatibus probat *Salgado de retentione Bullar. p. 2. cap. 12. n. 29. & multis ſeqq.*

Hoc ergò ſtante quod Comes N. Bru- 5
xellis forum ſortitus non fuerit, prout ſemper in dubio privilegio immedietatis ſuæ fruitur, *Victor. de cauſis exempt. concl. 27. & ſeqq.* facilè concluditur, proceſſum ac ſententiam Curiæ Brabantiæ eſſe ipſo jure nullam. Judicata enim intelligimus ab iis,
qui jus judicandi habent, *l. 1 §. fin. ad SC.* 6
*Trebell. & l. 1. §. hæc verba.. ibi: Quod inter eos judicatum eſt, ſuper quos Juriſdictionem non habet Prætor, pro nullo habetur, ff. quod quiſque Jur.*

Prorogatio enim Juriſdictonis, de quâ præcipuus eſt actorum labor, nihil opera-
tur. Nam quoties propterea Juriſdictio 7
prorogari nequit, quia ea in ſuperioris vergeret præjudicium: adeò nullum eſt, quod agitur, ut etſi Judex competentem ſeſe pronunciaverit, nihilomagis teneat ſententia, etſi ab eâ non fuerit appellatum. Decretum enim omninò inutile eſt, quod procedit ab incompetente judice, in quem pars etiam expreſſè conſentire non poſſet. Egregiè *Chockier. de Juriſd. ord. in exempt. p. 2. q. 7. n. 8. & ſeq. Salgado l. cit. c. 17. n. 35. & ſeqq.*

Atque etſi videatur ſaltem valere in præjudicium prorogantis, ſalvo jure ſuperioris: tamen de factâ prorogatione non conſtat: Et eſto, conſtet, noceatque ea hactenus ipſi parti, ut ex propriâ perſonâ exemptione ſuâ ſe juvare non poſſit; proderit tamen eidem jus ſuperioris in tantùm, ut ex eodem ſe valeat defendere, ita in terminis *Chockier. d. tr. p. 1. q. 35. n. 3. & ſeq.*
Maximè porrò arbitror ponderandum, 8
quod Conſtitutio Imperij omnia in contrarium acta ipſo jure annullet, neminemque

ea

Digitized by Google

ea obſtringere declaret. Quod ſanè Imperator cum ſtatibus facere potuit, non quidem adimendo exteris Regibus ac Principibus Juriſdictionem, quam habent ordinariam, ſed inhabilitando ſubditos Imperij, quominùs hi exterorum Juriſdictioni ſe valeant ſubmittere. Effectũ autẽ talis Clauſulæ annullantis deſcribit *Capycius deciſ. 9. n. 17. & ſeq. clauſula hac annullativa*, inquiens, ***operatur, ut nulla ſit omninò renunciatio, etiam de conſenſu partium : afficit ignorantes, & operatur nullitatem actorum, etiamſi pars non alleget, imò etſi juſtè fuerit proceſſum.*** Ita *Capycius*. Quinimò quod ipſi Brabanti privilegio *aurea Bulla*, ut vocant, propter clauſulam, annullativam eidem inſertam Juriſdictionem Romani Imperij prorogare validè nequeant, expreſsè tradit *Kniſchott. tr. 1. c. 10. n. 5.* ergò nec Statibus Imperij ob eandem rationem hoc erit impermiſſum, quaſi jure talionis, Tuſcus. Sed pergit *Kniſchott. d. c. 10. n. 5.* his verbis:
9 Sed hoc caſu Principes poſſunt ſubditos compellere, ut talem litem caſſent, ſive annullent, uti facere conſuevit Procurator Ducis Brabantiæ, qui diplomate ſeu reſcripto Senatûs nedum proprios, ſed & Imperij ſubditos compellit ad litis caſſationem, quamvis uſque ad concluſionem cauſæ in eâdem lite ſub Imperio cum Brabantis proceſſum ſit. Cur non idem S. Cæſar. Maj. liceat, ſi ſubditi ejus ad judicium Brabanticum trahantur, ut quod quiſque juris in alium ſtatuerit, eodem ipſe is utatur. Eſi jam lata proponatur eſſe ſententia ? Clauſula enim annullans nullo territorio circumſcribitur, ac proinde ſententiam, ac alios actus complectitur. Maximè reſpectu Cæſaris, reſpectu cujus omnia, quæ acta ſunt, ſive procedendo, ſive ſententiam ferendo, res erit inter alios acta ; quemadmodum igitur ipſa definitiva ſententia tertio, quod in lite non fuit, nullatenùs præjudicat : ita nec iſta nocebit Cæſari, qui litis non fuit particeps, *Salgado p. 2. c. 27. n. 63. ubi p. 1. c. 13. n. 21. & multis ſeqq.* perdoctè tradit, quod hoc caſu jus ſubditi cum jure Supremi ſui Principis adeò ſit implicatum, ut ſicut renunciatio ſubditi non valet in præjudicium Principis, ita nec in ipſius renunciantis valeat detrimentum.

Quibus ita deductis eò magis inclino, quod proceſſus & ſententia Brabantica hoc caſu propter defectum Juriſdictionis in partem condemnatam præſertim in præjudicium S. Cæſ. Maj. cujus procurator modò tantùm in lite eſt, vires nullas obtineat.

Circa punctum igitur executionis facilis erit reſolutio. Licet aliàs non magis de 10
ſententiâ jure queri liceat apud novum judicem, quàm ſi ille ipſe, qui ſententiam dixit, executionis partibus fungeretur: Ne alioquin rerum judicatarum authoritas, quæ apud omnes judices præcipua ſemper eſſe debet, captata diſcordiæ materia, mutuâque contentione labefactetur : prout tradit *Faber in Cod. l. 7. t. 20. def. 1.* ſi tamen judici executionis contra ſententiã aliquid relevans opponatur, non tenebitur is illam exequi, Tuſcus *lit. I. concl. 466. n. 22.*

Quemadmodum 1. videre in propoſito eſt, dum ſententia nullitatis vitio laborare dicitur, quod & quivis executor attendere poteſt, *Gail. 1. obſ. 113. n. 8.* nam & ipſe *Faber d. l.* ſed ſi perperàm, inquit, & à non competente judice aut contra abſentem, non peracto edictorum ordine, pronunciatum appareat, non patietur, qui rogatus eſt, injuriâ affici eũ, cui propriæ Juriſdictiõis tuendæ gratiâ ſuccurrere potiùs ex officio debeat, *& def. 25.* tractat, non permittendam eſſe executionem ſententiæ, quæ contra judicis executuri authoritatem ſit reddita. Sic etiam in terminis docet *Salgado ſæpè d. tr. p. 4. c. 27. n. 63.* quod Princeps executioni ſententiæ, latæ contra ſuum Vaſallum, in regno extraneo, ex capite prorogationis etiam expreſsæ, debeat opponere, ſi executio in ſuo regno facienda eſſet, quia reſpectu ipſius Principis ſive Regis, ejuſque præjudicij res eſt inter alios acta, *& n. 65.* quod fiſcalis regius debeat ſe opponere talibus executionibus faciendis in regno; regiam Jurisdictionem per id vindicaturus. 11

2. Ceſſat etiam ex eâ ratione executionis neceſſitas, quod S. Cæſ. Maj. à Rege Hiſpaniæ tanquam Duce Brabantiæ eo nomine haud fuerit requiſita. Nam ſi ſine literis requiſitorialibus, etiamſi pars victrix inſtaret, fieret requiſitio, executionem ipſam nullam fore teſtatur *Minſing. 3. obſ. 68.* & *Schurpff. 1. conſ. 33.*

Imò 3. quod non ſufficiat Iudicis rogatio, ſed & neceſſum ſit ipſis literis ſummarium actorum exemplum inſeri vel adjungi tradunt *Farlador. rer. quot. l. 2. c. fin. Cavallos. q. 353.* maximè in tali caſu, ubi 12

 Su-

Supremi Principis intereſt ſcire, an & qua-
liter Iurisdictio ſua fuerit violata, præſer-
tim ſi Iudices requirentes viciſſim tentant,
ut nullas ab aliis prolatas ſententias niſi ad-
hibitâ quâdam cauſæ cognitione exe-
13 quantur. Tradunt quidem DD. commu-
niter executorem, ſi in cognoſcendo vi-
deat, exceptiones executioni obſtare, de-
bere eas ad Iudicem priorem remittere:
ſin minùs ſententiam executioni mandare,
*Minſ. 3. obſ. 69. Gail. 1. 113. n. 8. Sande. l. 1.
12. def. 12. Menoch. arbitr. q. 38. n. 9.* Cæ-
terùm, ſicut illud in ſubordinatis Iudicibus
admiſerim, ita ſi uterque ſuperiorem non
recognoſcat, & ideò negetur executio,
quod prior Iudex Iurisdictione in ligitantes
caruerit, nullo modo remiſſioni locus eſſe
poterit. Hoc enim tantummodò in lite
fuit, utrùm Curia Brabantiæ hoc in caſu
judicare potuerit? quod dum negatur,
contrarium per remiſſionem cognitionis
admitti non debet,

1. Maximè quod jam initio hæc fue-
rit Cæſaris mens, ut Commiſſarius ad exe-
quendum deputatus, prius uſque ad du-
plicas partes audiret, adeoque non Iudici
priori, ſed ſibimet ipſi cognitionem ex-
ceptionum reſervare voluit. Si itaque
pronuntiandum fuerit, exiſtimo paritio-
nem eſſe injungendam. 2. Quia utrique
parti ea utilis, Comitis hæredibus, ne in
Brabantiâ ampliùs moleſtentur: reo, quia
citius habebit ſuum: aliàs ſi non pronun-
ciaretur, differretur ſemper executio, &
is cauſam neſciret, denique petens ſuc-
cumberet. 3. Terminus ad parendum
jam datus abit in neceſſariò venturam con-
tumaciam. 4. Ita practicant Brabanti 14
per ſuas caſſatorias. Sicque pronuntiatum
in puncto Citationis, reum abſolvendum
eſſe à Citatione ad videndum ſe incidiſſe
in pœnas Conſtitutionis, & violatæ Iuris-
dictionis Imperij; Et in puncto Mandati
lata paritoria, mit dem Anhang / wofern der
impetrant die N. Erben ſeiner in der Haupt-
Sach habender Spruch nicht erlaſſen wolte /
daß ihme ſolches bey dem Kayſerl. Reichs-
Hoff-Raht außzuführen vorbehalten ſeyn ſol-
te / 27. Septemb. anno 1666.

# *Liber II. Titulus VIII.*

## De *JURISDICTIONE ET JURE COLLECTANDI.*

### Summaria.

1. *Quomodo & quot modis Juriſdictio hodierna, & vetus Romana differant.*
2. *Juriſdictio ſuperior & inferior, quid ſit, & quid ad eam pertineat, refertur remiſſivè.*
3. *Juriſdictio hodiè eſt feudalis & patrimonialis.*
4. *Officium Jus dicentis quàm ſit latum & largius ipsâ Juriſdictione.*
5. *Principes in propriâ causâ per alios judicare, vel in arbitros compromittere.*
6. *Eccleſiaſticam & temporalem Juriſdictionem in uno ſubjecto poſſe concurrere.*
7. *Collectas quoque fundamentum ſuum habere in Juriſdictione, & unde illarum impoſitio proveniat.*
8. *Quatenùs collectandi jus ſit conceſſum ſtatibus.*
9. *Refertur facti ſpecies.*
10. *Quæ remedia Juris in aſſerendo vel negando jure collectandi in fundo ſuo ſint prodita.*
11. *Quæ ſint requiſita actionis confeſſoriæ vel negatoriæ?*
12. *Requiſita remedij recuperandæ.*
13. *Per Cataſtra,* durch die Steuerbücher / *quomodo probetur jus collectandi?*
14. *Collectas aliquando etiam ex Juriſdictione ſimplici deberi.*
15. *Novam poſſeſſionem in conſideratione antiquioris pro violentâ haberi.*
16. *An Inſtrumentis poſſeſſio probetur?*
17. *Collectæ ſolutionem ab exempto factam non derogare ejus privilegio.*
18. *Eſſe præſumptionem collectantis ratione totius territorij, donec exemptio probetur.*
19. *Idem ſtatui de partibus, quod ſtatuitur de toto.*
20. *Cujus ſit efficaciæ præſumptio territorij.*
21. *An aliquid operetur, altero in poſſeſſione exiſtente?*
22. *Tranſigentem, qui ſuo nomine jus collectandi non exercuerit, nec cedere illud alteri potuiſſe.*
23. *Ex transactione & cataſtris nihil hic probari.*
24. *Libri æſtimi contra tertium quando probent.*



Digitized by Google

25. *A poſſeſſione præſenti inferri ad antiquam.*
26. *Qui eſt in exercitio alicujus Juris in majori parte provinciæ, videri probaſſe in omnibus locis eidem Juriſd. ſubjectis.*
27. *Jus collectandi præſcribi, & non utendo amitti.*
28. *Quid pronuntiatum?*

1 JUriſdictio vetus Romana & hodierna Germanica differunt 1. ratione durationis, quia hæc eſt perpetua, illa vetus erat temporaria. 2. Ratione ſpecierum, quia hodiè apud nos Juriſdictio dividitur in majorem & minorem, ſive altam vel ſupremam, die Obergericht/ quæ continet merum & mixtum imperium: & baſſam ſeu
2 inferiorem, die Erb- oder Nidergericht/ quæ comprehendit non tantùm ea, quæ ſpectant ad Juriſdictionem, ſed etiam quæ mixti ſunt Imperij, ut latè deducit *Coler. proceſſ. executiv. p. 2. c. 1. n. 105. uſque ad fin.* Hinc Juriſdictio Germanicè nobis dicitur, die Hohe und Nidere Obrigkeit/ quæ diſtinctio juri Romano incognita erat. Merum Imperium, die Fraiſchliche Obrigkeit/ eſt poteſtas gladij ad animadvertendum in facinoroſos. Quæ verò cauſæ ad altam vel baſſam Juriſdictionem pertineant, latè recenſet *Gockel. de Europæ. Regib. c. 14. n. 17. & ſeqq. Wehner. obſ. pract. verbo* Vogtey. & pertinentia ad merum imperium enumerat, *Carpzov. prax. criminal. p. 3. q. 209.* Circa hanc tamen materiam generaliter notandum, quod cumprimis literæ inveſtituræ, vel uſus & conſuetudo loci debeant accuratè attendi, cùm difficilè ſit diſcernere à ſe invicem actus altæ & baſſæ Juriſdictionis, *Carpzov. Reſponſ. 1. t. 4. reſp. 49. n. 7.*

3. Differt Juriſdictio hodierna à veteri Romanâ, ratione modi, quia hæc olim competebat ſecundariò & per participationem, hodiè Statibus primariò & forma-
3 liter attribuitur, feudaliſque & patrimonialis eſſe cœpit, *arg. t. 1. §. quia & videmus. tit. 13. cum tit. ſeq. lib. 1. feud. Rumelin. ad A. B. p. 2. diſſert. 1. n. 9.* 4. Differunt ratione tranſmiſſionis, quia illa non tranſibat ad hæredes, hodiè verò, ut dictum, eſt in patrimonio. 5. Ratione ſubjecti, quia illa cumprimis Criminalis, erat penes populum, vel etiam penes ſolam Majeſtatem, nec ulli alteri judicare licebat de capite civis Romani; at hodiè habent omnes Germaniæ Status, alijque quidam mediati. 6. Ratione acquiſitionum, quia hodie competit vi territorij vel caſtri, cui annexa, ſed non jure veteri. Unde patet, graviter labi illos, qui Juriſdictionem hodiernam ex veteri illa de jure Juſtinianéo metiuntur.

Officium porrò jus dicentis, per quem 4
omnem Magiſtratum intelligo, *Math. Stephan. de Juriſd. lib. 1. c. 1. n. 28.* latius patere videtur, quàm Iuriſdictio. Nam quæ ſunt mixti Imperij pertinent ad officium jus dicentis, & tamen non ſunt Iuriſdictionis: imò quædam ſunt nec Iuriſdictionis nec Imperij, & tamen pertinent ad officium judicis, ut tutorem dare, unde etiam officium judicis nobile, quod non inſervit actionibus, non eſt Iuriſdictionis, *Brunneman. ad l. 1. ff. tib. de Juriſd.* Nemo tamen ſibi aut ſuis jus dicere poteſt, *l. un. C. ne quis in ſua cauſ.* ne ſuſpicionibus aperiatur janua, & Iudex affectibus ſuis aliquid dediſſe videatur, unde in totâ Europâ moribus obtinuiſſe refert *P. Buſius ad l. 10. ff. de juriſd.* 5
ut Principes de crimine Majeſtatis etiam contra ſe commiſſo, non ipſi, ſed per alios judicent. Imò etiamſi Principes in aliis etiam cauſis de jure ſuo cognoſcere poſſint, tamen ex honeſtate in propriâ causâ prorogare Iuriſdictionem, vel compromittere in arbitros ſolent, *Paurmeiſter. lib. 2. de Juriſd. c. 5. n. 81. Knichen. de jur. territor. c. 1. n. 382.* Atque cùm Iuriſdictio duplex à 6
Statibus Imperij exerceatur, *Eccleſiaſtica* & *temporalis*, hanc tamen in uno ſubjecto concurrere poſſe, nec improbandam eſſe in perſonis Eccleſiaſticis Politicam gubernationem, ſed Auguſtanæ Confeſſioni addictos Pontificis temporalem in Patrimonio Petri poteſtatem ipſoſmet non rejicere, & ſuprà *tit. 5. p. 2. n. 23.* notavi, & fusè docet *Carpzov. ad L. Reg. c. 3. ſect. 9. per tot.*

*Collectarum* quoque fundamentum 7
eſt Iuriſdictio, quatenus videlicet illis ſubſervit, *Erneſt. Cothm. tom. 1. reſp. 11. n. 43.* Quamvis enim videatur potiùs eſſe de regalibus, eò quod Collectarum exactio fiat jure ſuperioritatis, *arg.* R. A. *anno 1544. §.* Es ſollen auch *& anno 1551. §.* ſolche der Stände. cùm & in Principum Inveſtituris collectandi mentio fieri ſoleat. Tamen aliquando etiam ratione Juriſdictionis civilis & ordinariæ, Vermög der Vogteylichen Obrigkeit/ Collectæ imponuntur; vel quod illa poteſtas præſcripta, vel ſingulariter conceſſa ſit. Nec non aliquando ex conven-

tione

tione & conſenſu communi Civitatis, neceſſitatis tempore exiguntur, *l. 8. C. de excuſ. muner.* Nam licet alij jus collectandi inter Regalia referant, tamen non eſt de reſervatis Principum, ut noviſſimè contra Bocerum docet & defendit, *Caſp. Klock. de*
8 *contrib. n. 137. & mult. ſeqq.* Quo caſu tamen requiri Superioris conſenſum verius eſt, ne prætextu neceſſitatis ſubditi indifferenter graventur, *d. l. 8. Winzler. de collect. obſ. 4. n. 4. Carpzov. Juriſpr. forenſ. p. 2. c. 6. def. 24. n. 7.* In *Receſſib.* enim *Imp.* quamvis Statibus collectandi jus ſit attributum, non tamen infinitum eſt eorum arbitrium, ſondern haben die Unterthanen höher nicht mit Steuer zu belegen / als einer jeden Obrigkeit Herkommen ſich erſtreckt und recht iſt / dabey die Arme ſovil möglich zu bedencken / und mit Ubermaß nicht zubeſchweren / R. A. *de anno 1576. §. 11. & de anno 1542. §. 24. & 25.* quin ſubditis ad ſuperiorem pateat recurſus.

9 Memini in facto contigiſſe, quod Nobiles ſeu Patritij mediati N. jus collectandi ſibi vindicare voluerint, aſſerentes ſe juris collectandi capaces eſſe, *Knipſchild. de Civit. Imp. lib. 2. c. 29. n. 59.* & poſſeſſionem ſuam titulatam ſemper præferri non titulatæ, antiquiorem recentiori, *Klock. de contrib. c. 19. n. 212.* Et quia remedia juris, ſi quis alteri collectas in fundo ſuo deberi neget, prodita ſunt aut *petitoria* aut *poſſeſſoria*, quodnam ex iis actores elegerint, diſpici-
10 endum. Quod ſi petitoria conſideramus judicia, tametſi *actio confeſſoria* & *negatoria* uſusfructus tantùm propriæ videantur: Tamen conſuetudine & praxi Camerali jam dudum etiam pro jure tributorum, collectarum & cenſuum exercentur, *Klock. de*
11 *contrib. c. 19. n. 417.* Hæc ſi ab actoribus intentata eſt, duo ejus requiſita probare neceſſè habent, dominium ſcil. ſeu jus in re, & uſum ex parte rei conventi attentatum, per quem impediatur ejus libertas, *Klock. d. loc. n. 425.* Iſta enim pro fundandâ collectantis intentione requiruntur, ſcilicet ut ſit Dominus & ſuperior eorum, quibus collectas imponere præſumit, vel ut habent verba *Conſtit. Imp.* daß collectandi der Collectantium Unterthanen ſeyen.

Cæterùm ego arbitror actores potiùs intentâſſe *remedium recuperandæ*, tum ex concluſione libelli, in quo petierunt mandatum S. C. ad reſtituendum collectas ab annis dehinc 20. acceptas, deſiſtentiam ab ulteriori exactione, cautionemque ulterius præſtandam: Tum quod Actor in omnibus ſuis productis ad poſſeſſionem antiquiorem provocavit. Requiſita verò 12
recuperandæ poſſeſſionis ſunt, de præterito poſſeſſio, ſpoliatio ſive dejectio de præſenti, *Klock. c. 19. n. 144.* Poſſeſſionem probare annituntur ex transactione de anno 1563. & cataſtro ſeu regiſtro de anno 1606. Ex Cataſtris enim ſeu libris cenſualibus tributorum ſeu exactionum: Steuer- und Anſchlags-Regiſtern / probatio 13
Collectarum deſumitur. Et licet illi potiùs inter Perſonas in eo comprehenſas, quàm contra tertium probent, præſertim ſi per ſe, ſine aliâ probatione ſolutionis producantur; Attamen præſumptionem inducunt, ut probatio contrarij in adverſarium rejiciatur, ſic ut licet Cataſtrum plenè non probet, deſerviat tamen pro adminiculo aliarum probationum latè deducente, *Klock. de contrib. c. 20. n. 362. & ſeqq.* Et hoc loco per transactionem de anno 1563. jus collectandi ex parte der N. plenè probari videtur in verbis: daß rei den actoribus an Gülden / Renten / Zinſen / keinen Eintrag zu thun begehren.

Quæ etiam poſſeſſio inſuper veſtita ſit titulo Jurisdictionis, cùm Iurisdictionem baſſam, die Nidergerichtbarkeit illic habeant, 14
& in transactione ipſi quoque titulus der Herrſchafft tribuatur, ex quâ ad jus collectandi benè inferatur, cum Collectæ non ſemper ex vi ſuperioritatis territorialis & regalium, ſed aliquando etiam ex Iurisdictione ſimplici, der Vogteylichen Obrigkeit / vel præſcriptione aut pacto debeantur, *Klock. c. 3. n. 156. & 212.*

Unde apertè patet de antiquiori poſſeſſione actorum, in cujus conſideratione poſſeſſio nova pro invaſione habetur, *Klock.* 15
*c. 19. n. 146.* ut pro turbationibus haberi debeant actus novi, cùm de antiquiori poſſeſſione conſtat: quia illa juſta, hæc violenta eſſe præſumitur. Et licet poſſeſſio 16
non æquè firmiter Inſtrumentis, quàm actibus poſſeſſionis probetur, *Klock. c. 20. n. 55.* Tamen probatio per inſtrumenta non excluditur, quia paria ſunt, aliquid probari per teſtes, vel per ſcripturam, *l. per teſtes. C. de fide Inſtrument.* Imò transactio de anno 1563. per obſervantiam ſequentium annorum confirmatur, dum an-

no

no 1606. collectæ Turcicæ à poſſeſſoribus bonorum quæſtionatorum exactæ & receptæ ſunt : Ut Ordo Equeſtris nunquam fuerit in poſſeſſione collectandi horum bonorum ſpecialium, ante actus turbativos, & violentos, qui tamen ipſi ad acquiſitionem legitimæ poſſeſſionis nequeant proficere, cum collectarum coacta ſolutio, ab exempto & immuni facta, privile-
17 gio ejus non deroget. Quin inſuper attentata collectatio Ordinis Equeſtris ſemper ſit contradicta, & jus actorum proteſtationibus interpoſitis conſervatum.

Sed his non obſtantibus pro Ordine Equeſtri pronuntiandum eſſe exiſtimo, ex regulâ : quod actore non probante reus ſit abſolvendus : Ille enim primò pro ſe habet privilegia Cæſarea de anno 1570. jus collectandi ipſi attribuentia, cum mandato, ut Collectæ ipſis ex omnibus bonis equeſtribus in futurum perſolvantur, ſicut
18 antehac perſolutæ ſunt. 2. Præſumptionem juris, quâ quidquid eſt intra fines dominij alicui competentis ſitum, ratione Superioritatis, Regalium, Iuriſdictionis, & conſequenter juris collectandi eidem cedit, *Klock. de contrib. c. 20. n. 296.* Cùm verò totum dominium, die gantze Herrſchafft N. ad Ord. Equ. ſpectet, ab eoque collectetur, quod apud actores in confeſſo eſt, aliud judicium de partibus, nempe
19 dem quæſtionirten Hoff und 2. Sölden / fieri non poteſt, quàm de toto formatur, *arg. l. quæ de toto. 76. de reg. jur.* Quia vicinitas præbet argumentum, quod adjacentia ejuſdem ſint naturæ, cum iis quibus adjacent ut ratiocinatur, *Knich. de jur.*
20 *territ. c. 3. n. 100.* Hæcque præſumptio ejus eſt efficaciæ, ut abſorbeat actus omnes, etſi adverſus illam plures & antiquiores quis deduxerit, quia Domino Territorij, ad quam illud jus ex conceſſionibus Imperatorijs ſpectat, favet jus commune, alteri verò reſiſtit. Nec proſternitur hoc fundamentum per ex adverſo allegatam transactionem, quaſi præſumptio elidatur hâc contrariâ probatione, & operari nihil poſſit, altero in poſſeſſione exiſtente, Cra-
21 vett. *conſil. 673. n. 11.* Quod præſumptio utique cedat veritati, & ceſſet, quando conſtat de alio poſſeſſore, *Maſcard. de prob. concl. 317.* Nam cujuscunque valoris aliàs hæc poſſit eſſe transactio, certè quoad collectas, de quibus quæſtio, aut parùm, aut nihil probat, quia apud actores in confeſſo ( ſunt formalia triplicæ ) daß die Adeliche Mitglider / das jus collectandi auff den Rittergütern / darunter angleich die N. Güter mit begriffen / nicht für ſich / ſondern im Namen deß gemeinen Ritterlichen Corporis, exerciren / poſſidiren / und die Steuren dahin conferiren / immaſſen ſolches jus, vor Menſchen-Gedencken / dem bono publico attribuirt / darauff auch die Käyſerliche Privilegia, und Status equeſtris fundirt werden ; Si ergò collectæ nunquam 22
ad tranſigentes N. jure proprio ſpectârunt, nec cedi ab ijſdem actoribus per transactionem potuerunt. Atque licet aliud effugium quærant actores, quod bona iſta quæſtionata nunquam incorporata fuiſſent Ordini equeſtri. Quia tamen totum dominium N. eſt bonum equeſtre, ein Rittergut / aut actores principium petunt hanc qualitatem in bonis quæſtionatis negando, aut exemptionem ſpecialem docere debent, quod hactenus ab ipſis non præſtitum. Nulla itaque collectandi poſſeſſio 23
ex transactione, neque etiam ex Regiſtro, ſeu Cataſtro actorum probatur, quia Cataſtris illorum ſua Rei Cataſtra opponunt, quæ eò majorem faciunt fidem, quod inſuper præſenti reorum poſſeſſione confirmantur : imò productum actorum, nec nomen Regiſtri meretur, quia in nudâ tantùm copiâ ſine die & Conſule exhibuerunt, ut nullum planè Regiſtrum habeant, imò ejuſdem, ut & Collectarum Imperialium & Turcicarum planè incapaces ſint : Amplius verò actorum fundamentum eò magis dubium redditur, quod in Cataſtro de anno 1606. unius tantummodò manſi poſſeſſorem N. annotârunt, reisque id arguentibus, reſponderunt, per Synecdochen partis pro toto, etiam reliqua bona & eorum poſſeſſores ſubintelligendos eſſe. Quibus 24
addi poteſt, quod aliàs etiam libri æſtimi contra tertium non probent, præſertim in præjudicium Superioris ignorantis, & in univerſali poſſeſſione vel quaſi juris collectandi exiſtentis, & de cujus ſcientiâ vel patientiâ nil eſt probatum, *Afflict. deciſ. 303. n. 4. & 5. Magon. deciſ. Florent. 10. n. 47. & deciſ. 37. n. 9.*

3. Stat pro reis poſſeſſio præſens, fatentibus ipſis actoribus, daß die Ritterſchafft ſchon etlich hundert Gulden Collecten von diſem Hoff und einer Sölden auffgehoben /



Digitized by Google

ad quod poſſeſſio multorum annorum requiritur. Quamvis enim Actores ſe ſpoliatos eſſe jactitent, & antiquiorem poſſeſſionem allegent, ea tamen nullibi probata eſt, & potiùs contra ipſos pugnat; quod
25 poſſidens hodiè olim quoque poſſediſſe præſumatur, quia ſi non præſumeretur præteritum, parùm operaretur præſens, ſed pro violentâ poſſeſſione vel clandeſtinâ haberetur, ideò Lex ſtatuit, quod ex præſenti præſumatur in præteritum, ne deſtruatur effectus temporis præſentis, *Everh. in Top. loc. 90. n. 20. per text. l. liberis. §. fin. ff. de liberal. cauſ. l. circa. ff. de probat.* quâ ſtante præſumptione poſſeſſio præſens & antiqua apud Ord. Equeſtrem reperitur, cum actores ab anno 1353. quo dicta bona comparârunt, nec unicum collectionis actum allegare poſſint, econtrà verò apertè fateantur, Ordinem Equeſtrem eſſe in poſſeſſione collectandi totius Dominij N. à quâ ſi bona quæſtionata exempta eſſe contendunt, liquidis id probationibus de-
26 monſtrent neceſsè eſt. Cum enim quis docet de exercitio alicujus juris in majori parte Provinciæ, videtur probâſſe in omnibus locis uni eidemque Juriſdictioni ſubjectis, ut inquit *Carpzov. Juriſpr. for. 2. Conſtit. 4. d. 27. n. 4.* adeoque jus ſubjectionis & collectationis in toto territorio & diſtrictu fundatum eſt, niſi probetur exemptionis privilegium ſeu præſcriptio, *Gilman. Tom. 1. p. 2. t. 6. n. 33.*

4. Probat Ordo Equeſtris jus Colle- 27
ctandi per præſcriptionem, quia certum eſt jus collectandi per præſcriptionem acquiri, & quidem contra particulares Dominos longiſſimo, & minori tempore, *Klock. c. 20. n. 250.* 20. nimirum annis, *idem c. 3. n. 179.* quod tempus ex ipsâ confeſſione actorum Rei jam dudùm compleverunt. Imò jus collectandi amittitur non collectando, ſi occaſio collectandi eveniſſet, eaque intermiſſa & neglecta foret, ut tradit idem *Klock. d. c. 3. n. 182.* Quis autem credat ab anno 1353. quo actores bona iſta comparârunt nullam ſe collectandi occaſionem obtuliſſe? & fruſtrà ſunt Actores dum ajunt, ſe contra collectationem Ord. Equeſtr. eſſe proteſtatos, cum tamen proteſtationes de anno 1656. ſint generales, tantùm per extractum, nullamque collectarum mentionem facientes. Uti eſt illa de anno 1562. ratione Jurisdictionis, quæ poſteà per ſubſecutam tranſactionem ſopita. Et proteſtatio nequit conſervare jus, quod proteſtanti nunquam competijt.

His omnibus quia teſtes accedunt, reorum poſſeſſionem confirmantes, adeoque in Homagio reis præſtito Collectarum expreſſa fiat mentio, pronuntiatum, daß Klagere mit angeſtellter Klage wegen des Beſitz der Beſteuerung auff ihren Höfen N. abzuweiſen / und Beklagte davon zu abſolviren.



Digitized by Google

# *Liber II. Titulus IX.*

## De JURISDICTIONE.

## Seu *Quæſtio, an & quomodo forenſes poſſint collectari?*

### SUMMARIA.

1. *Quæ ſint requiſita Can. redintegrandæ?* 2. *Bona Eccleſiaſtica à Collectis temporalibus libera cenſeri.*
3. *Forenſes collectanti non ſubjectos gravari ab eo non poſſe.*
4. *Id Conſtitutionibus Imperij quoque convenire.*
5. *In materiâ Collectarum uſum & conſuetudinem attendi.*
6. *Neminem duplici onere gravandum eſſe.*
7. *Auguſtiſſimæ Domus Auſtriacæ ſpecialiter conceſſam eſſe forenſium collectationem.*
8. *Forenſes in hoc controverſo caſu libertatem præſcripſiſſe.*
9. *An contra Turcicas collectas libertas præſcribi poſſit?*
10. *Recenſentur fundamenta forenſium.*
11. *Civitatem contradictioni forenſium acquieviſſe.*
12. *Regeſta Civitatis contra forenſes non probare.*
13. *Verbum* Gemeind / *cives ſolùm denotare.*
14. *Adſertur argumentum ex literis Civitatis.*
15. *Nec non ex tranſactione.*
16. *Agenti de ſpolio poteſt objici exceptio, quod non poſſederit.*
17. *Libertas non præſumitur in poſſeſſorio & juribus incorporalibus.*
18. *In præſcriptione libertatis requiſitionem, & factâ recuſatione alterius acquieſcentiam requiri.*
19. *Libertatis uſum & Civitatis patientiam non probari à forenſibus.*
20. *Metum allegantem ad probationem teneri.*
21. *Proteſtatione actui præmiſſâ metum non probari.*
22. *Nec à minori in potentiorem præſumi.*
23. *Nec in Civitate, & ubi Magiſtratus auxilium poteſt implorari.*
24. *Vim ſolùm compulſivam voluntatem non excludere.*
25. *Contra actus metu initos proteſtationem non ſufficere, ſed actione opus eſſe.*
26. *Canon. redintegrandæ non competere propriâ culpa vel juſtâ cauſa poſſeſſionem amittenti.*
27. *Contradicentem ſine juſtâ cauſâ pro conſentiente haberi.*
28. *Tacentem non videri proteſtationi conſentire in re magni præjudicij.*
29. *Contradictionem vel proteſtationem extrajudicialem non interrumpere poſſeſſionem, quæ judicialiter debet everti.*
30. *Proteſtatio non relevat, ubi opus eſt appellatione.*
31. *Contra Civitatem Municipalem, quæ alieno nomine collectas exigit, libertatem earum non præſcribi.*
32. *Bona in forenſes alienata ab æſtimi onere non liberari.*
33. *Poſſeſſionem non probari per actus æquivocos.*
34. *Nec inferioris negligentiam Principi in jure collectarum poſſe nocere.*
35. *Rec. Imperij diſponentes*, daß ein jeder alle ſeine Gütter *in loco domicilij* verſteuren ſolle / reden nur von der Anlag auff den gemeinen Pfenning / nicht aber der Reichs-Matricul oder Römerzug.
36. *Redditur ratio differentiæ, & quod prior collectandi modus ab uſu receſſerit, monſtratur.*
37. *Diſſeritur de altero collectandi modo hodiè magis recepto.*
38. *Jus ſubcollectandi ſuos ſubditos quousq; Statibus quoad collectas Imperiales tributum?*
39. *Adſeruntur porrò rationes, quare ſubditi in loco domicilij de omnibus bonis ubicunque ſitis collectentur.*
40. *Collectas Imperij eſſe munera extraordinaria.*

GEnus actionis actores forenſes, in utrâque inſtantiâ expreſsére, ſe nimirum agere ex remedio *Can. redintegrandæ*, pro recuperandâ poſſeſſione vel quaſi libertatis ab onere Collectarum Imperialium, quâ per Appellatos injuſtè ſpoliati fuerint; In quo remedio ſufficere Actori, ſi ex parte ſuâ probet antiquiorem poſſeſſionem,



Digitized by Google

1 nem, & adverſarium nunc poſſidere; quaſi de ſpolio reipsâ appareat tradit *Gail. 2. obſ. 75. in fine.* Porrò ſicut recentior poſſeſſio penes appellatos in confeſſo eſt, ita hoc ſolum an ab Appellationibus antiquior pro ſuâ parte probata ſit, diſpiciendum eſt de quo certè eò minùs ambigendum videtur.

2 1. Quod bona præſertim Eccleſiaſtica, divina & naturali ratione ab onere Collectarum temporalium libera eſſe cenſeantur.

3 Præſertim 2. ſi controverſas Collectas extraordinariis contributionibus adnumeres: cùm enim tunc ipſa perſona poſſidentis, licet propter rem in territorio collectantis ſitam gravanda veniat, pro certo tenetur Perſonas forenſium tanquam Jurisdictioni gravantis non ſubjectas onerari haud poſſe.

4 3. Favent etiam *Receſſus Imperij de anno 1500. 1542. & 1544.* daß ein jeder allein an dem Orth / da er geſeſſen / ſein Anlag zu der Türcken Hülff geben ſolle / von allen ſeinen Haab und Gütern / die ſeyn Lehen oder eigen / ſo er allenthalben hat / ohnverhindert / wo die auß- und innerhalb deß Heil. Reichs ſeynd oder ligen / und daß kein Stand den andern oder deſſelben Unterthanen darwider dringen noch auch anderer / ſo unter ihme nicht geſeſſen / Haab und Güter / ob ſie ſchon unter ihme gelegen / nehmen noch auffhalten ſolle.

5 4. In materiâ Collectarum concors eſt DD. Sententia: Illud eſſe inſpiciendum, quod longævo uſu atq; conſuetudine obſervatum fuit, *Receſſ. de anno 1557. §. 49. ibi:* Wie rechtmäſſig herkommen und recht iſt. Cujusmodi conſuetudinem collectandi bona controverſa, præſertim majori ex parte ab aliis exemptis comparata, pars adverſa probare non poſſit.

6 5. Quod Actores ſint Status Imperij, quorum bona omnia ac ſingula in ipſius Imperij Matriculâ comprehenduntur, ab eodem collectantur, adeoque duplici onere gravari non debeant.

7 6. Augſtiſſimæ Domui Auſtriacæ ſpecialiter conceſſum fuiſſe per Receſſus Imperij, ut à forenſibus contributiones exigat: & ab eâdem nihilominùs factam declarationem, ſe rem impoſterùm eò directuram, ne ſtatus contra antiquam conſuetudinem gravatos ſe ſentiant. Quantò minùs ergò Reis conventis talis exactio licuerit.

7. Imperij ac Circuli Suevici Receſſus monſtrare, quàm frequenter occaſio Turcicas bellique contributiones colligendi ab immemoriali tempore occurrerit, & tamen ſolventibus aliis nempe Civibus N. nil 8 ab Actoribus exactum, multò minùs ſolutum fuiſſe. Quo caſu non tantùm actores in poſſeſſione, vel quaſi libertatis non ſolvendi tales Collectas, conſtitutos: verùm etiam ex titulo juris communis ac Imperij Receſſuum, bonâque fide, quæ ambo tempore longiſſimo præſumuntur, ab iisdem immunitatem omninò fuiſſe præſcriptam, prout illam ſimili caſu etiam contra Turcicas contributiones præſcribi poſſe in termi- 9 nis ex ipſis Conſtitutionibus Imperij docet *Klockius de Contribut. C. 16. ſect. 2. n. 89. & ſeqq.*

8. Quod ſi interpellationem unius & recuſationem alterius pro habendâ poſſeſſione vel quaſi libertatis requiras: nec iſta in propoſito deficiunt. Ita enim *anno 1507.* tempore Comitiorum Conſtantienſium, cùm Civitas N. à forenſibus collectas exi- 10 geret, Abbas N. eas ſolvere recuſavit, eiq; recuſationi Civitas acquievit. Reliqui Forenſes quidem aliquid ſolverunt, at metu adacti & cum proteſtatione: quia Cives illorum vineas aliter colere noluerunt, quæ proteſtatio jus libertatis illis ſalvum retinuit, *Act. fol. 230. & ſeqq.*

9. Fatentur ipſimet Rei in gravaminibus ſuis *Anno 1596.* Cardinali N. exhibitis, daß zur Zeit ihres gemachten Reichs-Anſchlags der mehrer und beſſere Theil der Güter denen von N. gehörig geweſen / ergò ſeynd damals der Forenſium Güter gar nicht in den Anſchlag kommen / ſondern frey gebliben.

10. Fatentur ibidem: Unangeſehen / daß auch nachgehends mehrere Güter an die Gottshäuſer / und Spittäler auß der Burger Hand kommen / ſo bleibe es nichts deſto weniger bey dem alten Anſchlag / ergò ſeynd der Außläu der Güter deß Anſchlags exempt, und haben factâ mutatione Poſſeſſoris kein onus der Reich-Collecten mit ſich gezogen.

11. Fatentur ibidem adhuc clarius: Daß die Gottshäuſer und Spittäl an ſolchen Reichs-Anlagen gemeiner Stadt und Burgerſchafft zu gutem nichts contribuiren.

12. Ja daß ſie die de anno 1594. 95. 96. allein gut machen müſſen / und hätten ihnen nicht getrauet / damals die Forenſes zum Beytrag anhalten zu laſſen / ſondern allein ex eo

ca-

Digitized by Google

capite, **weil der beſſere Theil der Güter den Außmarckern gehöre / daß man ihren Anſchlag moderiren wolte.**

13. Licet etiam loco petitæ moderationis Epiſcopus decreverit, teneri forenſes ad Collectas Imperiales & Circulares, & ab his vigore Receſſuum Imperij neminem eſſe exemptum, juſſeritque loci Præfectum, Civitatem arreſtis aliisque mediis licitis juvare. Poſtquam tamen hoc Decretum Forenſibus inſinuatum, non intermiſerunt hi, quin illi tanquam receptæ conſuetudini
11 contrario, ac non auditis non nocenti, ſolenni
reſponſo contradicerent: ac per id de novo contra Civitatem contradictioni acquiſcentem in poſſeſſione vel quaſi libertatis ſeſe conſtituerint.

14. Quod enim Civitas contrariam
12 poſſeſſionem ex *regeſtis* ſuis productis intendit probare, id forenſibus non præjudicare, eſſe enim illa minùs authentica, ſibimet contraria, & contra Actores nihil relevantia, cùm plus non contineant, quàm quod Civitas à ſuis ſubditis Civibus ob propria horum bona: Deinde ab iisdem tanquam Colonis partiariis Forenſium propter
13 dimidiam fructuum partem exegerint. Ita
enim intelligendam dictionem, **Gemeind** / nempè Comunionis portionem propriam, nam aliquid nomine portionis Forenſium ſolvendi illos nec mandatum habuiſſe, nec aliàs ignorantibus præjudicare potuiſſe. Idque manifeſtè conjici ex confeſſione Reorum Anno 1596. in gravaminibus ſuis, ubi fatentur, Actores pro Anno 1594. 95. & 96. nil ſolviſſe, cùm tamen in regeſtis illorum annorum non minùs poſita ſit dictio, **Gemeind** / ac in ſubſequentibus.

14 15. Fundant ſe Forenſes in Epiſtolâ
Civitatis de dato **den** 9. Decembris 654. ad Abbatem N. directâ, tanquam omnes litis conſortes concernente, in quâ Civitas aſſerit bona N. Anno 1624. Quod Steuras pro 6246. fl. æſtimata fuiſſe. Cùm verò Abbas vigore tranſactionis de anno 1548. **für die Steuer / Hutgeld und anders / wie es Namen haben mag** / tantùm ſolvat novem libras annuas, & quivis civium pro quovis centenario 15. Crucigeros pendat, **ſo folge / daß er Prælat die einfache Steuer nicht vollkommentlich / ſondern ein namhafftes weniger geben / derentwegen die Stadt bißhero den Kirchern** enormiter **gezogen.** Si igitur Forenſes hactenus ne quidem ſummam tranſactam plenè exſolverunt, quanto minùs ſolverunt extraordinarias Collectas Imperij & Circulares, unde inferunt propriam Civitatis confeſſionem hujusmodi immunitatis.

16. Fundant ſe haud minus in aliis literis ad eundem de dato 14. Aprilis 55. in quibus conqueritur Civitas, **daß die jährliche Steuer gegen Burgeren allzugering / dahero die Stadt** ultra dimidiam lædirt / cui læſioni autem locus eſſe non poteſt, ſi Forenſes ultra annuam Steuram etiam extraordinarias Collectas ſolviſſent.

17. Fundant ſe denique in Epiſtola Civitatis de dato 8. Maij 1597. directâ ad Magiſtratum N. in quâ Civitas exigendo Collectas Imperij & circulares aſſerit, **die** Forenſes **zu** N. **hätten der Stadt bißhero beſchehen inhalten anderſt nicht / dann für nachbarlich wolmeinlich und angenehm zu erkennen.** Ergò **haben ſie bißhero wider die** N. **ingehalten / nichts** tentirt / **noch eingezogen.**

18. Et ultimò allegant tranſactiones 15
cum civitate initas **für alle und jede fürfallende Beſchwerden / wie dieſelbe immer Namen haben möchten.** Prout in libello Actor. fol. 3. & clarius **in der Gegen**-refutation fol. 4. p. 2. ibi: Forenſes **die getroffenen Verträg / worinnen die Stadt für alle** ordi-**und** extraordinari-**Anlagen jährlich ein gewiſſes Geld zu nehmen ſich erbotten / für ſich haben.**

## Exceptiones Reorum.

1. Actores nunquam habuiſſe poſſeſſionem vel quaſi allegatæ libertatis. Hæc exceptio per ſe eſt legitima, cùm liceat agenti de ſpolio objicere, ſpoliatum non
poſſediſſe, *Menoch. de recup. poſſ. rem. 1.* 16
*n. 357.* cui etiam non favet, quod bona præſumantur eſſe libera, cùm non videamur verſari in dubio, & tractemus de judicio poſſeſſorio, in quo poſſeſſio libertatis ex
præſumptione juris minimè probatur. Nam 17
jurium incorporalium poſſeſſio in actibus poſſeſſoriis non in juris præſumptione conſiſtere debet, cùm nihil aliud ſit hæc poſſeſſio, quàm uſus & patientia. Ex quo patet, quod licet bona in dubio præſumantur libera, cùm tamen quaſi poſſeſſio libertatis ſine facto hominis acquiri nequeat, illam ex hâc præſumptione probari non poſſe, ut pulchrè deducit *Winzler. de Collect. deciſ.*
*5. n. 20. & ſeqq.* Et licet plurimi DD. ejus 18
ſint ſententiæ, ad præſcriptionem hujus-

modi libertatis nullam nec interpellationem nec recuſationem requiri, modò caſus collectandi evenerit, & aliis ſolventibus poſſeſſor nihil ſolverit, *Klock. de contrib. c.16.n.26.* ubi id ad præſcriptionem longiſſimi temporis extendit. Contrarium tamen, neceſſarium nempe eſſe, ut Forenſes à Civitate requiſiti, collectas recusârint, huicque recuſationi Civitas acquieverit, communiter approbatur, præſertim à practicis DD. quos poſt *Mynſing. Gillm. Roſenth.* & *Winzler.* tradit *Sprenger. Deciſ. 1. fol. 60. & 61.* adeò ut hæc ne quidem tempore immemoriali præſumantur, ratio eſt in defectu quaſi poſſeſſionis libertatis poſita, quæ aliter acquiri non poteſt, ſine poſſeſſione autem nulla currit præ-
19 ſcriptio. Porrò hunc libertatis uſum & Civitatis patientiam Actores nullibi videntur legitimè docuiſſe, duos actus requiſitionis & recuſationis allegant, primum de anno 1507. ſecundum de anno 1597.

Per primum non tantùm nihil evincunt, ſed ipſimet fatentur excepto Abbate N. reliquos forenſes tunc ſolviſſe Collectas Imperij tempore Comitiorum Conſtantienſium. Sed fuiſſe metu compulſos, eò quod Civitas alioquin vineas illorum ulterius colere noluerit. Contra quæ ta-
20 men militat 1. quod metus non præſumatur, ſed probari debeat, *l. ult. in pr. ff. quod metus cauſ.* Maximè ſi actus pendeat à conſenſu duorum, & unus tantùm de metu proteſtetur, *Tuſcus Lit. M. concluſ.*
21 *224. n. 18.* 2. Etiamſi proteſtatio, quod actus per metum fiat; actum ipſum præceſſiſſet; Is enim nihilominus liberè factus præſumeretur, ne occaſio ſit, quemvis decipiendi, *Tuſcus d. loc. concluſ. 223. n. 7.*
22 *Menoch. conſ. 1138. in pr.* 3. Maximè quod Forenſes plerique Status Imperij, Civitas verò municipalis nec adeò potens ſit: & metûs excluſio eo ipſo probetur, quod eum paſſus ſit potentior ac robuſtior, *Tuſcus d. concluſ. 224. n. 13.*

4. Præſertim illo tempore, quo Romani Imperij Ordines in loco viciniſſimo Conſtantiæ erant congregati. Quæ circumſtantiæ locum faciunt reſponſo Juris-
23 conſulti, *in l. vet. pr. ff. quod metûs cauſ.* ibi: *Non eſt veriſimile compulſum in urbe, iniquè indebitum ſolviſſe eum, qui claram dignitatem ſe habere prætendat, cùm potuerit jus publicum invocare, & adire aliquem poteſtate præditum, qui utique eum pati prohibuiſſet.* Et hujuſmodi præſumptioni debent apertiſſimæ probationes violentiæ opponi, *Menoch. l. 3. præſ. 126. n. 3. Meichſ. tom. 1. l. 1. deciſ. 12. n. 3.*

5. Metus fuiſſet planè levis, nec in virum conſtantem cadens, cùm vineæ per alios conductores coli potuiſſent.

6. Fuiſſet etiam injuſtè incuſſus, non tantùm quia ipſi Cives ad culturam cogi non potuiſſent, ſed & quia licitum eſt, Jus collectandi acrioribus remedijs defendere, ut infrà.

7. Quia intereà ſeſqui ſecula lapſa ſunt, abſque eo, quod probetur ulla querela deſuper interpoſita, cùm tamen longa ſaltem patientia per decem annos metum purgare ſoleat, *Decian. l. 1. conſ. 16. n. 6.*

8. Quia Forenſes hoc caſu facto ſuo 24
proprio dejecti ſunt, non per *vim expulſivam*, ſed *compulſivam*, quæ voluntatem, licet coactam ſupponit: ac proindè debuiſſent ſuo tempore remedio reſciſſorio ex edicto quod metus causâ, actum reſcindere, & dein aliam actionem inſtituere, non verò nudâ proteſtatione uti, latè *Menoch. conſ. 2. n. 219. & 231.* Re- 25
medium autem redintegrandæ non conceditur cadenti poſſeſſione ex propriâ cul- 26
pâ vel eam perdenti ex juſtâ causâ, ut ex communi tradit *Maſcard. de probat. concl. 1328. n. 34.*

Secundus actus eſt de anno 1597. quando Civitas vigore Decreti Cardinalitij Collectas Imperiales & Circulares exegit, Forenſes autem ſcripto reſponſorio huic exactioni contradixerunt. In quo actu potiſſima vis conſtituitur.

Cæterùm huic contradictioni reſiſtit, 1. quod videatur ſine omni juſtâ causâ facta, & Decretum Principis, quo Forenſibus ſolutio Collectarum impoſita, in Jure communi ac Receſſibus Imperij diſertis verbis ſe fundet. Quod verò contradi- 27
cens ſine juſtâ causâ potiùs pro conſentiente habeatur, tradit *Roman. Conſ. 366. n. 3. Klock. relat. 137. n. 90.* Idque eò magis, quod Civitas contradictioni non acquievit, ſed ab actoribus frequentiſſimè poſteà collectas exegit & recepit.

Quin & certum eſt, non facilè cen- 28
ſeri conſenſum proteſtationi non contradicendo, dum agitur de magno præjudicio, prout hoc caſu de amittendo jure colle-

le-

Digitized by Google

lectandi bonorum tantæ æſtimationis, *Menoch. 3. præſumpt. 65. n. 6.* nam potiùs videtur patiendo non conſentire, qui ſcit jus ſuum ſalvum manere, *Maſcard. de probat. concl. 1159. n. 51.* maximè, ſi actus repugnet diſpoſitioni, habeatque tractum ſucceſſivum, *ibidem n. 52. & ſeq.* Quibus accedit, quod propter ſolam aſſertionem nemo te-
29 neatur credere, nec cedere poſſeſſioni, *Coler. de proceſſ. p. 1. c. 3. n. 106.* præſertim cùm hæc fuerit ſimplex quædam denuntiatio & proteſtatio extrajudicialis, quæ nec interrumpit, nec labefactat poſſeſſionem Civitatis, quia debebit judicialiter urgeri, *Coler. loc. cit. n. 103. Tondut. Samleger. de prævent. Jud. p. 1. c. 32. n. 45. & p. 2. c. 4. n. 19.* Et quod non obſtet contradictio collectandorum, niſi quæ fit coram Superiore, diſertè tradit *Winzler. dict. tract. deciſ. 5. n. 26.* Illud dum Forenſes omiſerunt, fit locus doctrinæ *Tuſci. Lit. P. concl. 943. n. 3.* quod is qui proteſtatur & poſteà nihil agit, gravetur in hoc, quia præſumitur jus non habuiſſe.

Imò quod Actores hoc caſu debuiſſent appellare, expreſſe docet *Meiſner. Tom. 1. l. 1. dec. 24. n. 17.* & quidem intra decendium à die ſcientiæ, *Alexand. 1. Conſ. 101. n. 10.* vel certè ſaltem querelare intra annum à die gravaminis, per text. *in lib. gravatos. C. de Conſil.* Sola enim proteſtatio nihil juvat in actu, qui non eſt in poteſtate proteſtantis, prout hoc caſu, quando ex di-
30 ſpoſitione juris actus imperatur, *Tuſcus Lit. P. concl. 939. n. 31. & ſeqq.* ubi *n. 20.* ſcribit, quod proteſtatio facta contra Decretum judicis non relevet ſine appellatione, quia debet appellare, qui vult relevari à gravamine judicis, & eleganter more ſuo definit *Faber. C. de recept. arbit. def. 6.* ibi: *Tacitè conſenſiſſe creditur, qui contradixit, ſi cum appellare deberet, non appellarit.*

Inſuper in terminis tradit *Seſſe. deciſ. 143. n. 16. & ſeqq.* his verbis: Sola proteſtatio non juvat, quia ſolum conſervat jus in actibus meræ facultatis & voluntariis, in quibus liberè quis rem facit, ſecus in actibus coactis, ubi cogeris vel à lege, vel homine, quia tunc nihil prodeſt proteſtatio, niſi vel appelles, vel aliud remedium judiciale quæras, adeoque qui ſe patitur deſcribi, vel pignorari, inutiliter proteſtatur, debet enim appellare vel judicialiter conqueri, ita *Seſſe.* Cui conſentit *Knichen. de jure Territorij c. 3. n. 268.* Is contra quem editur actus, ſi non contradicat, ſolenniter coram Magiſtratu, movendo litem, contradictio nullum ſortitur effectum, ſed poſſeſſio vel quaſi habetur potiùs pro pacificâ, nec interrupta dicitur, & quod hoc ſtrictè obſervetur, in materiâ collectæ poſſeſſionem quaſi legitimam pronuntiando petitorio reſervato, teſtatur *ibidem n. 271.*

Eſto denique, uſi ſint Forenſes libertate, & paſſa ſit Civitas, quid proderit? cùm non ſufficiat patientia ejus, qui tradere non poteſt, *Knichen. d. c. 3. n. 142.* Nam cùm Civitas N. non ſit Civitas Imperialis, ſed municipalis, Principi ſuo pleno jure ſubjecta, atque ideò per ſe non habeat jus exigendi collectas Imperiales & Circulares, 31
nec à Civibus ſuis, nec à Forenſibus, ſed id tantùm faciat ex mandato & auctoritate ſui Principis; procul dubio nec habebit poteſtatem id jus alteri tradendi, aut expreſsè immunitatem concedendi; Quantò minùs igitur, tacitè per patientiam & acquieſcentiam alterum in quaſi poſſeſſione conſtituendi, cùm non tam ipſa poſſideat, quàm poſſideatur. Unde contradictio Forenſium volentium inde poſſeſſionem acquirere non debebat Civitati tanquam nudæ mandatariæ ac Miniſtræ, ſed ipſi Principi tanquam juris collectandi Domino ac Poſſeſſori fieri, de quo etiam infrà plura.

Allegant quidem Actores ſe probare ſuam poſſeſſionem vel quaſi libertatis per proprias Reorum confeſſiones, 1. per libellum Reorum Anno 1596. Cardinali exhibitum, ubi fateri videntur, Bona hæc Forenſium eſſe à libro æſtimi immunia. Item die Forenſes thäte der Stadt zu gutem an den Reichs-Anlagen nichts contribuiren/ und hätten allein moderation der Matricul geſucht. Cæterùm inprimis nullibi apparet de tali confeſſione immunitatis ab æſtimo: Imò paſſim Rei in actis contrarium ſemper inculcant. Quod autem in dicto libello aſſerant, obſchon die mehrere Güter an die Außländer kommen / ſo bleibt es dannoch bey dem alten Anſchlag. Veriſſimum eſt, nec enim Civitas ipſam matriculam ſuam augere vel minuere poteſt per ſupradicta. Nec ex 32
hoc infertur, quod bona alienata in Forenſes æſtimi onere liberentur, cùm hoc ſaperet donationem, quæ nunquam præſumitur, præſertim in donare non valente. Sed hunc tantùm ſenſum habent, verba illa,

quod

Digitized by Google

quod effectus deß Anſchlags nempe ſolutio incumbat ipſi Civitati, ſive Forenſes exigantur, ſive non: Prout exigi etiam poſſunt, tanquam quorum bona in diſtrictu Civitatis ſita, æſtimo inſerta. Quocircà potiùs ita inferre licet: Es bleibt der alte Anſchlag / ergò müſſen die Außmarcker contribuiren. Quia ſenſus manifeſtiſſimè ex eo probatur, quod Forenſes ex propriâ confeſſione tempore Comitiorum Conſtantienſium actualiter contribuerint, conſequenter bona non manſerunt ab onere æſtimi immunia, ſondern ſeynd unter dem alten Anſchlag ipſo jure verblieben / licet Forenſes fortè in ſolvendo fuerint difficiles. Sanè ille ſupplex libellus ad Principem directus haud multum parti actrici favere poteſt, ſicut Epiſtola miſſa ad tertium, cùm talia verba aliud non, quàm ſimplicem enunciationem inter tertios importent. Nec reprehendi videntur, ſi omnis generis argumenta finem hunc obtinendi collegerint. Fuit enim haud dubiè animus inprimis impetrare moderationem, ex capite, quod melior pars bonorum nunc ſit Forenſium, deindè verò impetratâ moderatione nihilominùs jus contra illos exercere pro ratâ, cura nulla adſit ratio, cur talis vigilantia alioqui abſentibus debuerit. Certè cùm totus iſte actus pendeat ab animo Civitatis querelantis, quo ſe declaravit, aliâ de causâ hæc narraviſſe, ſtandum eſt ejus declarationi magis, quàm facto ambiguo, quod poſſet ſuadere contrarium, *Ludoviſ. deciſ.*
33 *163. n. 4. Cyriac. l. 1. controv. 369. n. 17.* & ſicut poſſeſſio non probatur per actus æquivocos, ita nec ejus dimiſſio, *Cyr. loc. cit. n. 19.* accedit & hoc notabile, quod tunc Civitas, cùm ob varia infortunia & pauperiem ſuam, collectas ne quidem à Civibus exigere poſſet, ſed in eam cauſam mutuum contrahere debuerit, tum verò quid quantumve quemque Forenſium contingeret,
34 notaverit, ſuo tempore id exactura. Denique ſi tunc temporis aliquid Magiſtratus inconſultò feciſſet, an id toti Civitati? an ipſi Principi Domino juris collectandi nocere potuiſſet? Unde & factum, quod Princeps preces Civitatis non attenderit, ſed loco moderationis decreverit teneri Forenſes ad Collectas Imperiales & circulares tam de jure communi, quàm Receſſuum Imperii Conſtitutione.

Secundam probationem confeſſionis ſumunt ex Epiſtolis ſcriptis Abbati N. ad quas tamen facilis eſt Reorum reſponſio, illas duntaxat de Steuris ordinariis annuis tractare, ut tenor expreſsè oſtendit. Deinceps quæſtio erat tantùm ratione æſtimi, deß Anſchlags / quia omnes collectæ imponuntur ſecundùm æſtimum ſimplex, nach der ordinari- und einfachen Steuer / quod æſtimum ſimplex, ſi nullam habeat proportionem cum pretio Bonorum, vel æſtimo reliquorum Civium, conſequenter nec habebit quoad Collectas Imperiales. Ideò læſio contigit Civitati non tantùm in ordinariis Steuris, ſed per conſequens etiam in Imperij contributionibus. Nec ſufficere videtur dicere, Titius fatetur me illi non ſolviſſe integrè Steuram ordinariam, ergò fatetur multò magis me non ſolviſſe extraordinariam. Abſurda enim eſſet à planè ſeparatis illatio, cùm poſſim unam ſolviſſe, alteram adhuc debere, unam remittere, alteram non. Tertiò ex Epiſtolâ ad Civitatem N. miſſa, nil planè pro Actoribus videtur inferri: dann das nachbarlich inhalten / id eſt, nicht exequiren / nullam arguit confeſſionem libertatis, ſed potiùs, ſtabilit exequendi poteſtatem. Et certè omnem in caſum nulla alia ex hoc inſurgeret poſſeſſio quàm precaria & jure familiaritatis.

Porrò allegant Actores varios Receſſus Imperij, qui tamen cùm nullam libertatis poſſeſſionem hoc caſu probent, ſed ad ſummum tituli loco ſerviant, aut hic non attendendi, aut ad petitorium remittendi videntur; aut, quatenus pro colorando poſſeſſorio faciunt, ſic illos Rei elidunt; Quod nempe diſpoſitio, daß ein jeder allein an dem Orth / da er geſeſſen / ſein Anlag zu der Türckenhülff geben ſolle / von allen ſeinen Haab und Gütern / ꝛc. In ſpecie tantùm de illo modo collectandi, qui fit auff den gemeinen Pfening intelligi debeat. Prout expreſſus eſt illorum Receſ- 35
ſuum tenor, non verò cùm diſtributio fit nach der Reich-Matricul oder dem einfachen Römer-Zug: differentiæ ratio perſpicua eſt, quia in priore modo omnes ſubditi totius Imperij, ſive mediati, ſive immediati collectantur, pro omnibus ac ſingulis ſuis bonis mobilibus ac immobilibus ſive in loco domicilij, ſive aliâ Jurisdictio- 36
ne, etiam extra Imperium ſitis: qui modus à nonnullis *capitatio* vocatur. Et hæc

coll-

Digitized by Google

collecta non exigebatur mediantibus Statibus Imperij quà talibus, ſed deputati erant certi Exactores & Miniſtri, qui Imperatoris & Imperij nomine pecuniam colligerent: unde ex tali collectione non potuiſſe argui ſubjectionem, *Klock. de contrib. c. 11. n. 58. & c. 2. n. 115. 125. & 127.* Cùm verò iſte Collectandi modus jam pridem abierit in deſuetudinem, anno ſcilicet 1544. ultimâ vice conceſſus: Sequitur. 1. Receſſus de eo loquentes ad Collectas in propoſito recentiore caſu controverſas applicari non poſſe. 2. Etſi id fieri poſſet: tamen in illis ipſis Conſtitutionibus Jus Dominorum quoad bona Forenſium ſub ſuà Jurisdictione ſitorum expreſsè reſervatum eſſe, Reich-Abſchid de anno 1500. rubr. Wo mehr dann ein Obrigkeit: ibi: Diſer Anſchlag ſoll den Herrſchafften an jhrer Obrigkeit und Leuthen kein Schaden oder Abbruch gebähren. Et *rubricâ* zu Außgang / diſe Anlag ſoll kein Herkommen gebähren. Quam igitur formant conſequentiam actores ex conſtitutione, quæ in futuris caſibus obſervationem prohibet? 3. Diſertè etiam in hoc collectandi modo Dominis locorum ruſticana bona contributione gravandi jus ſuum reſervatum fuit: Reichs-Abſchid de anno 1542. §. 69. & 1544. §. 61. ibi: Doch ſollen der Bauren Güter / ſo nach Sag diſer Ordnung beſchriben und geſetzt worden / den Obrigkeiten / die ſie zubelegen / von Alters her in ruhigem Gebrauch herbracht / in diſer Anlag anzulegen unbenommen / ſondern vorbehalten ſeyn / und ſonſt allen Hohen und Nidern Obrigkeiten / Geiſt- und Weltlichen / daß alles an jhren Rechten / und Gerechtigkeiten und altem Herkommen unſchädlich und unvorgreifflich ſeyn.

Quod autem bona controverſa ſint bona ex ſuà naturâ ruſticana, nempe vineæ à ruſticis coli ſolitæ, clarum eſſe videtur, ſicut ſervitus ruſtica dicitur etiam, pro quâ Princeps vel Comes agit, fueruntque antehac in dominio ruſticorum, nempe N. hominum planè Ruſticiſſimorum. Cæterùm illa ipſa bona conſueta eſſe ab antiquo per reos collectis onerari, infrà deducetur.

Alter collectandi modus eſt ſecun-
27 dùm matriculam Imperij, auff die Reichs-
Anſchläg / oder einfachen Römerzug / quo ſoli Status Imperij, Civesque immediati onerantur, qui modus hodiè longè receptior, ut apparet ex continuâ ſerie *Receſſuum de anno 1557. §. 47. 1559. §. 13. 1566. §. 39. 1576. §. 7. 1582. §. 61. 1594. §. 5. & 15. 1598. §. 8. & 20. 1603. §. 4. 1641. §. 32.* & quod iſte modus ſolus hodiè obſervari conſuetus ſit, patet ex diſerto textu dicti *Receſſus de anno 1641. §. 69.* ibi: Daß es bey dem bißhero im Reich in dergleichen Fällen hergebrachten üblichen Brauch der Beyſteuer nach dem einfachen Römer-Monat und der Reichs-Matricul ſein Bewenden haben ſoll; Eſto alioquin ſtatus imposterùm alium contribuendi modum ſibi benè viſum reſervaverint, *d. Receß. de anno 1641. §. 79.* Geſtalten nicht allein die Satisfaction-Gelder / vermög Inſtrumenti Pacis art. 16. §. 9. & 10. ſondern auch die damals verwilligte 100. Römer-Monat und jüngſte Türcken-Hülff auff dem Fuß deß Römerzugs gelegt werden. Quod ſi itaque deciſio præſentis caſus ex dictorum Receſſuum Conſtitutionibus deſumenda eſt, eò minùs bona forenſium à collectis Civitatis eximi poſſe videntur. Quamvis enim modus collectandi pro expeditione Romanâ, der Römerzug / ſecundùm Matriculam Imperij tantùm dirigatur ad immediata Statuum bona & matriculæ inſerta, nihilominus Statibus aliud
non eſt conceſſum, als daß ſie in defectum 38
jhrer Cammergüter / jhre Unterthanen allein mit diſem Zuſatz ſubcollectiren mögen / wie rechtmäſſig herkommen und recht iſt / und darüber niemand mit der That zu beſchweren / R. A. *1557. §. 49. 1566. §. 41. 1576. §. 11. 1582. §. 10. 1603. §. 17. 1613. §. 7.*

Ex quibus tamen actores inferunt, ſe Civitatis ſubditos aut cives non eſſe, quamvis particularia in illo diſtrictu bona poſſideant, atque idcircò ſubcollectari ab eâdem non poſſe, præſertim quia Receſſuum Imperij clauſulæ, daß ein jeder von allen Gütern in loco domicilij zubeſteuren / ſemper tacitè repetitæ cenſeantur, & confirmatæ per clauſulas Receſs. poſteriorum;
wie rechtmäſſig Herkommen und Recht iſt; 39
quæ verba non poſſint habere alium intellectum, quàm Collectas Imperij in ſolo domicilij loco, de omnibus bonis ubique ſitis pendendas; ac proindè forenſes in loco Rei ſitæ immunes eſſe debere, *Klock. de*
*contribut. c. 2. n. 230.* Præſertim quod Col- 40
lectæ Imperij magis extraordinaria munera ſint, quàm ordinaria, cùm non ita in-



Digitized by Google

jungantur ut certo & ſtatuto tempore, certo ac ſtabili modo recurrant, ſed exigente neceſsitate ad defenſionem Imperij, pacem & tranquillitatem publicam conſequendam, ab Imperatore, cum ſtatuum voluntate & conſenſu indicantur, ac proindè cùm non præcisè rebus, tanquam onus perpetuum vel ordinarium, inhæreant, ſed perſonis tantùm, contemplatione rerum, imponantur, Perſonæ autem Magiſtratui Rei ſitæ ſubjectæ non ſint, hinc ex defectu poteſtatis eas nullâ ratione collectari poſſe, *Klock. c. 2. n. 128. & ſeqq.* Et cùm hæc bona maximam partem ad immediatos Imperij Status pertineant, iſti aſſerunt, de his ipſis bonis in matriculâ Imperij ſe ferre collectarum onera, ſeyen in ihren Reichs-Anſchlägen begriffen / ut duplici onere gravari non debeant, nec immedietate ſuâ reſpectu horum bonorum exui. *Ne verò diffuſior ſit textus hic eum interrumpere & Summaria continuare volui.*

## Summaria.

41. *Forenſis quo ſignificatu poſſit dici ſubditus?*
42. *Contributiones pro ſuſtentatione Cameræ hodiè eſſe ordinarias, & forenſibus quoque imponi.*
43. *Verbum* Unterthan *quo ſenſu accipi poſſit in Receß. Imperij?*
44. *Bona civium ac ſubditorum vendita forenſibus tranſire cum ſuo onere.*
45. *Clauſula in Rec. Imp.* wie rechtmäſſig herkommen und recht iſt / *quis ſit verus ſenſus?*
46. *Diverſam eſſe Collectam* des Römerzugs und des gemeinen Pfennings.
47. *Redditur differentiæ ratio.*
48. *An hodiernæ Collectæ Imperij ſint ordinariæ?*
49. *Quod affirmatur, quoad indictionis modum.*
50. *Et confirmatur ex traditis Ant. Fabri.*
51. *Et quia ſint reales ſeu patrimoniales.*
52. *Ut ſolummodò ad bona, non ad perſonam habeatur reſpectus.*
53. *Qui bona mediata & immediata poſſidet, quomodo contribuat?*
54. *Quæ bona ſint comprehenſa in Collectis Imperij,* in den Reichs-Anſchlägen.
55. *Immediatam Collectarum exactionem ab Imperio, Ordinario Magiſtratui non præjudicare.*
56. *Jus collectandi non amitti ſolo non uſu, præſertim in præjudicium Univerſitatis vel Principis.*
57. *Contradictionem unius partis, & alterius acquieſcentiam requiri.*
58. *Verba urbanitatis non præjudicant.*
59. *Clam poſſidere quis dicatur?*
60. *Quid agenti ex Can. redintegrandæ excipiendo poſſit objici?*
61. *Per leges recentiores præſcriptionem interrumpi.*
62. *Poſſeſſionem libertatis à Collectis ad caſus belli & inſolitos non extendi, quod ex Inſtr. Pacis & Rec. executionis confirmatur, & n. 86.*
63. *Agentem de ſpolio non audiri, ſi confiteatur jus adverſæ partis.*
64. *Qui præſcriptionem allegat, fatetur alteri parti jus competiiſſe.*
65. *Spoliatum reſtitui, ſi conſtet de titulo nullo vel inutili.*
66. *Non præſumi alienationem rei magnæ pro modicâ.*
67. *Civitatem Municipalem non poſſe collectas remittere, quod rationibus firmatur.*
68. *Præſertim ſi civitati non competit jus collectandi jure proprio.*
69. *Ut nemo allegare præſcriptionem contra talem Civitatem poſſit.*
70. *Mala fides probatur ex productione tituli invalidi.*
71. *Quomodo aliquis ex diverſis titulis poſſit agere.*
72. *Qualis libellus eſt in primâ Inſtantiâ, talis etiam eſt in causâ appellationis.*
73. *Poſſidens ex unâ causâ, ſi illa non ſit ſufficiens, non poteſt confugere ad aliam.*
74. *Ex temporali collectâ,* auff den gemeinen Pfenning / *forenſes non poſſe contra Dominos rei ſitæ præſcribere.*
75. *An Colonus in ſolutione collectæ præjudicare poſſit ſuo Domino?*
76. *Libri æſtimi quantum probent?*
77. *Civitatem ſe potuiſſe conſervare in poſſeſſione collectarum ignorantibus licet forenſibus.*
78. *Iſta bona ex antiquo Civitati fuiſſe affecta, & cum ſuo onere tranſiiſſe.*
79. *Poſſeſſionem Civitatis probari ex pignorationibus.*
80. *Judicium nullum ex incompetentiâ Judicis*

*dicis præſcriptionem non interrumpere.*
81. *Spoliatus non reſtituitur contra eum, qui ex pacto partis, vel authoritate Principis ingreditur poſſeſſionem.*
82. *Immunitatem limitari vel tolli poſſe, ſi ad inquietudinem vel gravem læſionem cedit.*
83. *Jus ſubcollectandi hodiè Statibus indifferenter competere.*
84. *Ex generali conſuetudine hodiè bona in loco rei ſita collectari.*
85. *Collectans aliquos conſervat jus quoad omnes.*
86. *Ut hic non obtineat regula, tantùm præſcriptum quantum poſſeſſum.*
87. *Forenſes æquè teneri ad collectas, ſi cauſa ipſos pariter reſpiciat.*
88. *Ex Conſtitut. Imperij neminem eſſe à Collectis publicis immunem.*
89. *Magnam eſſe vim clauſulæ irritantis in Receſſ. Imperij.*
90. *Dominum Jurisdictionalem non excludi à Collectis.*
91. *Quis hoc caſu ſit effectus Juris territorialis?*
92. *Adverſus Superioritatem territorialem, ſi quis præſcriptionem opponat, interim donec probet, non eſſe manutenendum.*
93. *Quid in præſenti caſu pronuntiatum?*

41 CÆterùm his forenſium rationibus Civitas ſequentem in modum reſpondet. *Primò* quod Forenſis, ratione bonorum in alterius territorio ſitorum, non ineptè ſubdit⁹ dici poſſit, cùm illorũ ratione forũ ibi ſortiatur & actione reali conveniri queat, ut ſic, ſi non directè quoad perſonam, certè indirectè quantum ipſa bona attinet Jurisdictioni illius Magiſtratûs ſubjiciatur, *Arumæus de jur. publ. vol. 2. diſcurſ. 26.*
42 *n. 52.* quod ex eo manifeſtè colligatur, quod contributio Statuum pro ſuſtentandâ Camerâ olim tantùm temporaria & extraordinaria, poſteà tamen perpetua facta, & hodiè omninò ordinaria collecta dici debeat, *Lymnæus de Jur. publ. l. 4. c. 17. n. 62. & ſeqq.* per conſequens etiam Forenſes in loco rei ſitæ eam exſolvere teneantur, *Gail. 2. obſ. 53. n. 4.* Ut propterea ex Conſtitutione *Receſſ. Imp. noviſſimi de anno 54. §. 14.* ubi reſervatum Statibus Imperij, ihre Landſtänd / Bürger und Unterthanen zur Beyhülff der erhöhten Cammer Unterhaltung zu ziehen / ſub verbo Unterthan / etiam forenſis intelligi debeat, tanquam poſſeſſor terræ ordinariæ collectæ ſuppoſitæ. Plura in 43
hanc rem, de dictione Unterthan / cumulat *Sprenger. deciſ. 1. fol. 28. & ſeqq.* ubi *fol. 30. Meichſneri* verba refert *tom. 2. l. 1. deciſ. 6. n. 92.* verbum Unterthan in Imperij Receſſibus non taliter interpretatione coanguſtandum eſt, ut illos tantùm ſubditos, qui ſub Jurisdictione domicilij ſui conſtituti ſunt, reſpiciat, ſed potiùs ita accipiendum, quod cuilibet Statui ſuos ſubditos quocunque modo ſubditi ſint, collectare liberum ſit. Sequitur referens apud *Klock. relat. 111. n. 24. & ſeq.* maximè in propoſito caſu, quo bona controverſa ex manibus verorum ac naturalium ſubditorum ad perſonas Forenſium venerunt, adeoque ſicut anteà æſtimo inſerta, vel aliàs Magiſtratui pro omni Collectarum genere tacitè hypothecata & affecta fuerant, ita cum hoc ipſo o- 44
nere reali ac planè patrimoniali ad manus exterorum tranſierunt, perindè ac ſi à prioribus veris ſubditis adhuc poſſiderentur, quippe cùm ad acquirentes meliori jure in præjudicium Magiſtratus, aut damnum tertiorum transferri nequiverint, nec mutatio hæc bono publico ullâ ratione præjudicet *Sprenger. loc. citato & fol. 14.* poſt plurimos allegatos & de communi atteſtantes.

Ad ſecundum, de intellectu clauſulæ, 45
wie rechtmäſſig herkommen und recht iſt / variæ ſunt opiniones *Klock. d. loc.* & alij referunt illam ad ſubditos vel bonorum poſſeſſores, ita, ut qui hactenùs vigore primorum Receſſuum Imperij ac Juris Communis à Magiſtratu rei ſitæ collectati non fuerunt, neque vi poſteriorum Receſſuum ſubcollectari debeant, dann ſolches wär nicht herkommen propter non uſum, noch recht / quia Forenſis tantùm in loco domicilij collectandus. Alij eam verius referunt ad ipſum Magiſtratum ſeu Statum Imperij, ut ſenſus ſit, quatenùs ipſe alioqui jus collectandi in genere per ſuæ Jurisdictionis diſtrictum, ſive vigore propriorum regalium, ſive authoritate Imperij habet: Item quatenùs alioqui modum ab Imperio præſcriptum & partitionem debitam non excedit: Sed ita collectet, wie rechtmäſſig herkommen und recht iſt / poſt *Meichſnerum dict. deciſ. 6. n. 64. Sprenger. loc. cit.* nam ex priore intellectu plura ab-



Digitized by Google

ſurdiſſima ſequerentur; 1. quod eſſet differentia nulla inter contributionem deß Römerzugs und gemeinen Pfennings contra expreſſam Statuum voluntatem, daß der gemeine Pfenning kein Herkommen gebühren
46 ſolle. Et quorſum aliàs illa *Anno 1598. & 1603.* in Comitiis habita tam anxia concertatio, uter modus tunc obſervandus eſſet, donec ille ſecundùm Imperij Matriculam per majora obtentus, ſi non maximum inter ambos eſſet diſcrimen? 2. dem gemeinen Pfenning nach/ collectantur omnes Imperij ſubditi mediati, & immediati, divites & pauperes, ſuper toto ſuo patrimonio ubicunque locorum poſſeſſo, quia Imperator, & Imperium tunc immediatè ſuam Juriſdictionem indifferenter ſuper omnes ſubditos ac bonorum poſſeſſores exercet, prohibetque Magiſtratibus loci bonorum ſitorum, ne Forenſes tunc onerent, quippe quorum intereſt, cùm Civium tantùm patrimonia graventur, inter quæ bona Forenſium non computantur, & exactio fiat non per Status, ſed per ſpeciales Miniſtros ab Imperio ad id deputatos,
47 *Klock. c. 11. n. 55.* Sed Collecta impoſita ſecundùm matriculam expeditionis Romanæ, contingit tantummodò ipſos Status Imperij immediatè, quatenus quisque immediata & matriculæ inſerta Bona poſſidet, factâ tamen iis poteſtate ſubditos ſuos ſubcollectandi absque prohibitione expreſſâ, ne etiam Forenſes ſubcollectent, adeoque cum tacitâ permiſſione, ut ipſe *Klock.* fatetur *c. 11. n. 56.* & hoc caſu plurimùm intereſt Statuum, ne Collectæ Bonorum Forenſium extra territorium differantur, cùm etiam ipſa territoria ex magnitudine ſuâ ab initio fuerint pluris æſtimata, quorum emolumentis nunc ipſi Domini magnâ ex parte carerent, *Klock. loc. cit.* & alioqui Domino Domicilij nulla Juriſdictio ſuper bonis in Territorio Domini rei ſitæ competat, nec talia Bona eidem ullo modo videri poſſint, aliquo onere reali affecta.

3. Ex priore intellectu ejusdem cauſulæ manifeſta oriretur contrarietas. Certum enim eſt quoad Collectas Imperij, anteà Statibus non fuiſſe permiſſum Jus ſubditos ſubcollectandi, ſed oportuiſſe eos ex propriis ſuis bonis easdem ſolvere. Si igitur ſenſus verborum eſſet, wie rechtmäſſig herkommen und recht iſt / id eſt, prout de jure communi & prioribus Receſſibus eſt proviſum: idem importaret ac iſtud: concedimus Statibus jus ſubcollectandi, ſed non aliter ac anteà id habuerunt, i. e. non concedimus, quod abſurditatem & contradictionem involveret. Ad 3. *Collectas Imperij eſſe munera extraordinaria* & per conſequens Forenſibus non imponenda, ſatis putant Rei eſſe, ſi id negaverint, tanta eſt inter DD. controverſia. Cæterùm hodiè 48
nullum reſtare dubium, quin ordinariis ſint adnumerandæ, 1. per Authoritates & rationes, quas latè deducit *Sprenger. deciſ. 1. pag. 9. & 10.* 2. Illa enim propriè eſt Collecta ordinaria, quæ à lege certam ſive quotannis, ſive caſu determinato emergente recurrentem, ſtatutam ſive regularem habet præſtationem. Ita Lymnæus *de Jure publ. l. 4. c. 7. n. 60.* ubi hoc exemplificat: mit dem Anſchlag deß Römerzugs / darinn ein jeder Stand ein gewiſſe Anzahl zu Roß und Fuß zuhalten / oder ein gewiſſes Geld darfür zu bezahlen verpflichtet. Licet enim quotannis, & ſingulis temporum intervallis, expeditioni Romanæ locus & occaſio haud detur, imò illa jam à tempore Caroli V. exoleverit, perpetuam tamen illam cauſam habet, hoc eſt obligationem certam, quæ ſemel ita radicata eſt, ut perpetua ſit, hoc eſt, ſemper maneat, licet ejuſdem effectus, ut & præſtatio continua non ſit. Ita Lymnæus *loc. cit. Winzler. deciſ. 3. n. 2.* Atqui omnes illæ Collectæ Imperij & Circulares ſive Turcicæ, ſive aliæ bellicæ, & in ſpecie pro ſatisfactione Suecicâ, de quibus lis eſt inter noſtras partes, indictæ fuerunt ſecundùm Matriculam Imperij & modum expeditionis Romanæ, ut diſertè omnes & ſinguli Receſſus Imperij teſtantur; Ergò omnes tales Collectæ ordinarijs annumerandæ: Certum enim eſt, quod ipſa variatio, 49
item *augmentum & diminutio quantitatis contributionis, per ſe non faciat collectam eſſe extraordinariam*, ſed modus ipſe & ſolennitas indictionis, quæ ſi fiant ad normam certam in Imperio jam præſcriptam, ex quâ ſtatus in continenti portionem ſuam agnoſcere poſſit, ordinarium munus procul dubio efficiunt, ſicut ipſa norma cui fit æquiparatio, ordinaria eſt, *Gilman. Syntagm. lib. 3. deciſ. 3. vol. 9. n. 16.* Itaque cùm hodiè in Imperio unicus modus collectandi ſit, ſecundùm formam

Digitized by Google

mam & proportionem expeditionis Ro-
manæ, neceſſariò ſequitur omnes Colle-
ctas Imperij hodiè eſſe ordinarias, ut ſub-
rogatum ſapiat naturam ejus, in cujus lo-
cum eſt ſubrogatum.

3. Imò etſi quædam Collectæ per ſe
eſſent extraordinariæ, ſicut multi de Tur-
cicâ teſtantur; Eo ipſo tamen, quod ad
modum & formam alterius cujuſdam or-
dinariæ indicerentur, fierent ordinariæ,
& eodem loco eſſent ſolvendæ, quo illa
50 ad cujus formam indicuntur. Caſus
pulcherrimus eſt apud Antonium Fabrum
*in Cod. l. 9. tit. 30. defin. 9.* ubi tributum,
quod Sabaudi vocant commutatorium, eo
loco ſolvendum dicitur, ubi bona ſita ſunt;
ſi jam Princeps edicto ſuo contributionem
militarem indicat, ad normam tributi
commutatorij, ſicut apud nos auff die Rö-
mer-Monat / quæritur quo loco quivis con-
tributionis ſuæ portionem ſuam ſolvere co-
gatur? Decidit Senatus, quod in loco rei
ſitæ: ratio, quia ipſum tributum commu-
tatorium eo loco ſolvitur. At inſtat: hæc
contributio militaris eſt extraordinaria, er-
gò forenſis ad eam non tenetur: reſpon-
det, hoc non curandum, nil enim vetat
eodem in loco exſolvi ordinarium munus,
& extraordinarium ad inſtar ordinarij con-
ſtitutum. Hoc enim naturam ejus induit,
ad cujus proportionem fit. Ita Faber. Un-
de quando Collecta ſimplex multiplicatur
ut ſit, wann ein groſſe Anlag nach dem einfa-
chen Römer-Monat geſchicht / quod idem
teneatur ad multiplicatam, qui tenebatur
ad ſimplicem, docet *Sixtinus de Regali-
bus l. 2. C. 14. n. 162.* & in genere quod
munus extraordinarium fieri poſſit ordina-
rium, & merè reale, idque ex lege, con-
ſuetudine, præſcriptione, ſtatuto, *&c.*
non ambigitur, per textum *in l. 1. Cod. de
Indict.* ubi Indictio olim extraordinarium
munus, poſteà ordinarij & merè realis nu-
mero haberi juſſa eſt, *Klock. c. 2. n. 99.* &
hoc ex voluntate Imperatoris & Statuum
pendet, prout aliquem collectandi mo-
dum præſcribunt. *Gail. 2. obſerv. 53. n. 2.*
51 Ultimò dubitandum haud eſt illam
contributionem ordinariam eſſe, quæ me-
rè patrimonialis eſt, & ipſis tantùm poſſeſ-
ſionibus indicitur nulla habitâ perſonæ ra-
tione ut omnes fatentur, *Winzler. de Col-
lectis deciſ. 3. in principio*, hujuſmodi au-
tem hodiè ſunt omnes Collectæ Imperij &
Circulares, nam omnes ſolent ſecundùm
quantitatem bonorum in Matriculâ Impe-
rij ſcriptorum imponi, ut ſupradictum: ubi
non curatur qualis ſit boni poſſeſſor, ſive
ſit Status Imperij, ſive non, ſive imme-
diatus Civis ſive non, modò poſſideat hoc
bonum in æſtimo Imperij deſcriptum, ita
ut ſolius poſſeſſionis non perſonæ habeatur
reſpectus:, utpote quæ forenſis, aut aliàs
poſſit eſſe Imperio non immediatè ſubje-
cta, prout patet ex Receſſu Imperij *de an-
no 1576. §. 21.* ubi diſponitur: daß die im- 52
mediat- und immatriculirten Güter der ab-
gangenen Ständen von den poſſeſſoribus, als
jetzigen Inhabern verſteuert werden ſollen;
Item Receſſus *de Anno 1594. §.* Demnach
daß etliche Stände / ꝛc. *Sprenger. deciſ. 1.
p. 15. Klock. cap. 11. n. 41.* hinc poteſt ali-
quis, Comitatum Imperij habere licet Co-
mes non ſit; qui proinde ad Collectam
tenebitur, als Innhaber diſer Graffſchafft /
ita ut quoad contributionem non ad perſo-
nam ſed rem nempe Comitatum fiat re-
flexio; Sic qui duplicia bona poſſidet, 53
immediata nempe ſub Imperio, & media-
ta ſub alio Principe inferiore, huic contri-
buet ſecundum modum bonorum in Pro-
vinciâ ſitorum; Imperio autem contribuet,
nach des Reichs Anſchlag / & pro modo rei
vel prædij immediati, non verò pro toto
ſuo patrimonio, R. A. *de anno 1548. §.*
Nachdem auch in der Regierungs-Handlung/
& §. auch der Grafen von Tübingen halben.

Ad 4. denique & ultimum, daß die ſtrit-
tige Güter ſchon längſt in der Forenſium
Reichs-Anſchlag begriffen ſeyen; Rei re-
ſpondent negativè, prout etiam 1. Acto-
res nihil prorſus probârunt, ut facere de-
buiſſent, teſte *Beſoldo Conſ. 280. n. 47.*
2. Sed nec hujus rei ulla apparet præſump- 54
tio, nam quod in Collectis Imperij, in
den Reichs-Anſchlägen / tantummodò im-
mediata & univerſalia Imperij bona, non
verò particulares fundi ruſtici æſtimentur,
ſatis apparet ex R. I. *de Anno 1548. §. 66.
& 71.* 3. Si Forenſes hoc intelligunt de
tempore deß gemeinen Pfennings / nulla in-
de trahitur conſequentia. Ille enim mo-
dus collectandi fuit temporalis, nec bo-
na efficiebat, item Jus Dominorum rei ſi-
tæ, diſertè fuerat reſervatum. 4. Sicut
bonum probatur eſſe immediatum per de-
ſcriptionem in Albo Imperij, ita præſumi-
tur mediatum ſi in eo deſcriptum non re-



Digitized by Google

periatur, cujuſmodi ſunt bona controver-
ſa. 5. Quod ſi nihilominùs Forenſes id
efficere voluiſſent, tamen in præjudici-
um Domini rei ſitæ non potuiſſent, nam
immediatè ſolvens non præjudicat ordi-
nario, *Winzler. de Collectis obſ. 19. per*
*totum.* 6. Et quomodo Forenſes poſſeſ-
ſionem vel quaſi juris collectandi in Impe-
rium transferre potuiſſent, ſi id ipſi non
poſſederunt? nam qui ipſe juri colle-
ctandi ſubjectus eſt, non poſſidet ſed poſ-
ſidetur, *Klock. c. 20. n. 334.* 7. Non poſ-
ſunt negare quin primùm poſt erectam
Wormatiæ Matriculam Anno 1521. bo-
na iſta ſibi comparârint, quæ certè Ma-
triculæ iſti tanquam antiquiori non poſſunt
55 eſſe inſerta. Eſto. Imperium malè agat
gravando Statum eorum bonorum ratio-
ne de quibus in alterius Territorio onera
ſubit, *Beſoldus Conſ. 280. n. 47. & ſeqq.* vi-
deant Forenſes quomodo ſeſe ab Impe-
rio exonerare valeant; poſt *Thomat.* &
*Meichſner. Sprenger. deciſ. pag. 41.* Illa e-
nim ſolutio ordinario Magiſtratui nihil po-
teſt præjudicare *Winzler. deciſ. 5. n. 24.*
Atque hactenus deducta eò ſaltem colli-
mant, ut quid circa poſſeſſionem vel qua-
ſi libertatis, ex contradictione & acquie-
ſcentiâ partium, item Civitatis confeſſio-
ne, & diſpoſitione Receſſuum Imperij,
pro parte actorum adductum & à Civitate
reſponſum fuerit, appareat: ſequitur ut
aliàs in actis ventilatas exceptiones paucis
perſtringamus.

Ajunt ergò Rei 1. Eſto immemoria-
li tempore nil à forenſibus exegerimus,
exactis alijs, nihilominùs per hoc non fue-
runt conſtituti in poſſeſſione vel quaſi liber-
tatis, fuit enim in liberrimâ noſtrâ merâ-
que facultate poſitum ab illis exigere vel
56 non: ſive quod Collecta non fuerit gravis,
vel ejus nomine mutuum contractum, ſive
ex familiaritate, aliâve nobis placitâ cauſâ
ijs parcere voluerimus, non tenebamur in-
viti exigere, noluimus tamen per omiſſio-
nem Jus noſtrum amittere; neque pote-
ramus, in præjudicium noſtræ Univerſita-
tis, multò minùs noſtri Principis Territo-
rialis, cui, & non nobis hac in parte, ut
ipſi Actores fatentur, Jus collectandi com-
petit, per noſtram conniventiam, aliquam
libertatis poſſeſſionem in actores transfer-
re. In actibus enim negativis & meræ fa-
cultatis nulla acquiritur poſſeſſio per ſim-
plicem non uſum, cùm ad acquiſitionem
talem requiratur factum aliquod poſiti-
vum, nempe interpellatio unius, & ne-
gatio alterius, denique hujus negationis ac-
quieſcentia, idque etiamſi non uſus im-
memorali tempore duraverit, *Winzler.* 57
*de Collectis deciſ. 5. n. 37. Sprenger. poſt*
*multos deciſ. 1. pag. 54.* cujuſmodi legiti-
mam contradictionem & acquieſcentiam,
hoc caſu non interveniſſe jam ſuprà dedu-
ctum. Eſſe autem in hoc noſtro particula-
ri caſu jus ſubcollectandi pro Collectis Im-
perij, Statuum libero arbitrio & meræ fa-
cultati conceſſum, ita ut illud non jure
propriorum Regalium, & ſic vi propriæ
actionis, ſed ex merâ clementiâ, & ſub
certo modo exercere valeant, patet ex
verbis *Receſſuum Imperij de Anno 1557. §.*
*49.* & alijs, &c. daß ſolches denen Ständen
frey ſtehe und zugelaſſen ſeyn ſolle / ubi non
tantùm conceditur Jus ſubcollectandi, ſed
etiam additur, quod exercitium Statuum
arbitrio committatur, unde in terminis
noſtris tradit *Mynſing. Decad. 15. reſp. 1. A.*
*21.* daß es einer jeden Obrigkeit frey gelaſſen /
die Türckenſteuer auff die ohnfreyen und
ſteuerbaren Perſonen zulegen / und die gefrey-
ten zuverſchonen / und daß die unfreyen ſich
nicht zubeklagen; frey enim denotat me-
ram & abſolutam facultatem, quodque
is, cui liberè aliquid facere permittitur, il-
lum actum pro libero voluntatis arbitrio,
non obſtante contradictione alicujus, expe-
dire poſſit. Hactenus Mynſingerus.

2. Cùm Forenſes ſe fundent in Epi-
ſtolâ ad N. directa, fateri debent, ſi quam
habeant poſſeſſionem, eam tantùm eſſe
precariam, per verba illa: Daß die N.
der Stadt Einhalten dancknehmig erkennen
ſollen: alia enim Intentio non erat, quàm
oſtendendi urbanitatem & familiaritatem,
ob quam hactenus decretum ſui Principis
non fuerunt executi, cujuſmodi verbo, ni-
ſi decreto expreſsè renuntiâſſent, præju-
dicare ſibi non poterant, *Farin. part. 1. deciſ.* 58
*636. n. 6. & 7.* verba enim urbanitatis
quantocunque tempore non nocent, nec
in petitorio nec in poſſeſſorio, *Klock. de*
*contrib. c. 7. n. 119.* & precaria conceſſio
nullam tribuit poſſeſſionem, *l. 1. de pre-*
*carijs*, *Klock. relat. 72. n. 88. & ſeqq.* ma-
ximè contra Dominum, *Menochius recup.*
*remed. 15. n. 58.*

3. Cùm Civitas conventa varios ha-
beat

Digitized by Google

beat titulos, quibus Jus collectandi exercet, non ſufficit Actores ex parte ſuâ probare poſſeſſionem libertatis, niſi ſimul doceant partis adverſæ poſſeſſionem eſſe clandeſtinam propter præſumptionem ex Titulis illis ortam; Ac proindè infertur, perperàm eſſe inſtitutum remedium Canonis Redintegrandæ, ita Menochius *Conſ. 7. n. 177. & Recuper. rem. 15. n. 402. & ſeqq.* quæ autem Clandeſtinitas allegari poſſet, quando Anno 1507. Forenſes publicè exactam Collectam Imperialem ſolverunt, item pignorationes nemine ignorante, publicâque executione ſunt factæ, & quidem Authoritate non tantùm Principis Territorialis, ſed & Imperatoris, Imperij,
59 Juris communis, conſuetudinis. Clam autem is tantùm poſſidere dicitur, qui furtivè, ignorante Adverſario, non bonâ fide, & Authoritate privatâ poſſeſſionem ingreditur, *Textus in l. clam. 6. & ibi Godefredus de acquir. poſſeſſ.* Imò quod abſtrahendo à clandeſtinate ex veriore ſententiâ remedium iſtud contra titulo & bonâ fide poſſidentem, omninò non competat, probat Menochius *Conſ. 2. n. 171.*

4. Forenſes olim habuiſſent poſſeſſionem libertatis, tamen per dictos Actus amiſiſſent eam; ex quo cùm potuiſſent in continenti Jure experiri, id ipſum neglexerunt: per *Meichſner.* tradita *Tom. 1. l. 1. deciſ. 24. n. 21.*

60 5. Apud omnes certum eſt, conventum ex Canone redintegrandæ, ſpoliato agenti objicere poſſe exceptionem, quâ concludat eum poſſidere nec potuiſſe nec poſſe, *Menoch. recuper. rem. 15. n. 433.* id verò in propoſito ſic ſe habet. Nam quod Actores nullam poſſint contra Civitatem prætendere poſſeſſionem libertatis, ex propriâ ipſorum confeſſione patet, dum fatentur, die Reichs-Subcollectation gehöre allein denen Ständen deß Reichs und nicht denen Landſaſſen; quâ ergò ratione contra Civitatem prætenditur poſſeſſio libertatis, ſi non Civitas, ſed Princeps ejus collectet, cùm privatio præſupponat habitum?

6. Sed & validè Actoribus objicitur, tertium poſſediſſe, cùm à convento ipſo poſſeſſio occuparetur, *Menoch. d. l. n. 435.* hoc autem caſu tertium nempe Imperium poſſediſſe, ipſi Actores palàm dicunt, *actor. prior. fol. 203.* ibi: Weiln das Reich wider uns / und wir bey dem Reich unſerer Anlagen und Reichs-Steuren poſſeſſion erlangt und continuiret haben.

7. Etſi Actoribus aliqua poſſeſſio vel quaſi libertatis competiiſſet, illa tamen per varios Imperij Receſſus fuiſſet interrupta, non tantùm propter reſervationes Jurium Dominis locorum factas, ſed etiam alias diſpoſitiones, quod nec transactiones, obligationes, ſtatuta, uſus, conſuetudines, nec obſervantiæ in Collectis Imperij attendi debeant: unverhindert aller 61
Verträg / Obligationen / Statuten / Gebräuchen / Gewonheiten und Herkommen / R. A. *de Annis 1557. §. 50. 1566. §. 42. 1576. §. 12. 1582. §. 11. 1603. §. 19. 1613. §. 8.* quod autem per leges recentiores præſcriptio & poſſeſſio interrumpantur, imò tollantur in ſpecie, tradit Raudenſis *deciſ. feud. 10. per tot.* & idem eſſe, ſi Principi alicui jus quoddam in recentiore recognitione reſervatur, deducit *Cacherannus deciſ. 101. n. 33. & ſeqq.*

8. Vel certè talis poſſeſſio, etiam ex contractu cum clauſulis ampliſſimis acquiſita, non extenditur ad caſus belli, vel alterius neceſſitatis publicæ, *Klock. de Con-* 62
*trib. c. 16. n. 109.* multò minùs ad ſatisfactionem Suedicam (propter quam lis hæc orta eſt) qualis Collecta durante Imperio Romanorum nunquam fuerat indicta, adeoque, tanquam caſus planè inſolitus & inauditus, ſub nullo contractu, præſcriptione, privilegio vel conſuetudine comprehendi poteſt, cùm nunquam potuerit prævideri, conſequenter nec remitti: ut ſic meritò in Inſtrumento Pacis proviſum fuerit, ut nullus Status debeat eſſe ab hâc contributione immunis, nec in modo ſuos collectandi, vel à Milite, vel à Conſtatu, vel ullo alio, ſub quocunque prætextu, de facto impediri, *Inſtrum. Pac. art. 16. §. 10. & Art. 17. §. 7.* Item ut nulla Jura Canonica vel Civilia, nullæ Exemptiones aut Exceptiones debeant admitti, *Art. 17. §. 3.* conceſsâ inſuper viâ executivâ & militari, ohne einigen anhörenden Prætext oder Exception / und daß die Creiß außſchreibenden Fürſten alle Nothdurfft / wodurch die Einbringung diſer Gelder befürdert werden kan / gebrauchen ſollen; Fridens-Execution Haupt-Receſs. §. 37.

9. Valdè prægnanter objicitur Actoribus, ſi ex confeſſione Agentis conſtet de 63
Jure Rei, non audiri agentem ſpolio, *Cyriacus*

Digitized by Google

*riacus l. 2. Controv. 389. Seraphin. deciſ. 575. n. 6. Menoch. rec. rem. 1. n. 215.* Ex propriâ autem actorem confeſſione haud obſcurè conſtare de Jure reorum, ſequentia arguunt. Primò expreſſis verbis fatentur: Sie begehren kein Reichs-Exemption / replicirten aber diß / daß ſie freylich wol empfinden / daß ſie / ſive immediatè, ſive mediatè, mit ihrer Collectâ ſich gehöriger Orthen einſtellen müſſen. Adeoque fatentur, ſe à parte rei obligatos eſſe ad ſolvendas Imperij Collectas de bonis controverſis, nullamque exemptionem prætendere. Quod autem has Collectas von diſen Bauren-Gütern immediatè Imperio exſolvant, nullo verbo demonſtrant, nec probare poſſunt, ſed omnes præſumptiones in contrarium militare jam ſuprà fuit deductum. Rejectâ itaque hâc qualitate, tanquam non præſumibili, & contenta ſub Oratione planè diverſa, manet confeſſio Obligationis, & conſequenter Juris Reorum omninò pura & abſoluta, per eleganter tradita *Grivel. deciſ. 12. per totum*, & *Uran. tit. de Injur. Conſ. 7.* Et cum fateantur ſe ſolvere ordinarias Steuras, atque conveniſſe ratione extraordinariarum: ergò conceſſo quod conventiones tantùm comprehendant annuas Collectas, certè ex propriâ confeſſione, ad extraordinarias adhuc tenentur. Tum verò aliquoties aſſerunt ſe præſcripſiſ-
64 ſe libertatem, & eſſe in poſſeſſione vel quaſi libertatis præſcriptæ. Quomodo autem id fieri poteſt niſi jus competat adverſæ parti contra quam præſcribunt? quod Jus illi utique ſalvum manet, ſi præſcriptio ſecundùm ſua requiſita non probata inveniatur. Exemplo ejus qui immunitatem allegat, eo enim ipſo ſubjectionem fatetur, *Alba Conſ. 34. n. 5. Knich. de Jure territ. c. 3. n. 410.* nam confeſſio immunitatis præſupponit Jus collectandi, *Collegium Ticinenſe Conſ. 97. n. 46. Knich. l. c. n. 408.*

Cùm igitur ex modò adductis de Jure Reorum per confeſſionem Actorum haud obſcurè conſtet, ceſſabit ſpoliatorum reſtitutio & intentati remedij Canonis redin-
65 tegrandæ diſpoſitio. Recepta etiam eſt Juris regula, quod ſpoliatus non reſtituatur, ſi conſtet de titulo nullo vel inutili, *Tuſcus lit. P. concluſ. 938. n. 21.* atqui titulus, in quo Actores ſe fundant, eſt nullus & inutilis. Sanè in longiſſimi, & multò magis immemorialis temporis poſſeſſione, titulus regulariter non requiritur, cùm tanti temporis curſus eundem ſuppleat. At ſi Actor titulum alleget, tenetur illum oſtendere, licet aliàs non teneatur, *Cyriac. l. 1. Controv. 10. n. 1.* Videndum ergò in quo titulo Actores ſe fundent, certè in libello primæ Inſtantiæ expreſsè nominant tantùm transactiones & pacta cum Civitate inita.

Cæterùm hæc pacta, quoad Collectas Imperij, de quibus lis eſt, nulliter planè & inutiliter allegari, facilè ex eo apparet, quod certa quædam annua pecunia promiſſa ſit, ſed in ſpecie tantùm, an ſtatt deß jährlichen Huebgelds / oder wie es die Forenſes nennen / für die jährliche beſetzte ordinari-Steuer: nullâ prorsùs factâ Collectarum Imperij mentione. Et licet pacta hæc nec in priore, nec iſtâ inſtantiâ producta, ſed ab Actoribus ad petitorium reſervata ſint, tenorem tamen eorum ultrò fatentur, quæ pecuniæ præſtantur, ut expendantur in bello.

Et ſanè cùm ipſa quantitas pretij declaret quantitatem rei *Mynſ. 7. reſp. 64. n. 30.* & conventa annua pecunia adeò modica ſit, ut reſpectu Civium N. pro Steurâ 66
ordinariâ non ſufficiat, non debet præſumi, quod Civitas pro re tam exiguâ rem magnam, uti ſunt Collectæ, omnes Imperij Circulares, & quotquot extraordinariæ ſunt, alienare voluerit, *Klock. relat. 72. n. 122. & n. 102. cum ſeqq.* ubi pulchrè probat, quod transactio ſpecialis non proſit ad præſcriptionem, ultrà caſum in transactione expreſſum. Et in ſimili exclamat *Mynſing. deciſ. 11. reſp. 1. n. 14.* Quid igitur opus diſputare an valeat conſuetudo, an ea jus collectandi introducere poſſit, ſi pacta clara ſint? de illo etiam ambigendum haud eſt, quin pacta hæc tantùm de Juribus privatis ipſius Civitatis intelligi debeant, non verò de Juribus Imperij, *Klock. relat. 127. n. 79.* hinc eſt quod Civitas municipalis immunitatem à Jure collectandi concedere non poſſit, *l. vacuatis. C. de* 67
*curionibus.* ne quidem Forenſi poſſidenti bona in illius diſtrictu, *Natta Conſ. 394. n. 1. & 5. Alexand. l. 1. Conſ. 101.* adeò ut ſi nulla ſubſit legitima cauſa, ceſſio Civitatis ne quidem in præjudicium concedentis valeat; & ubicunque contractus prohibetur favore publico, contrahens facto proprio



Digitized by Google

prio poteſt convenire, *Natta l. c. n. 7.* Immunitas autem ſemper eſt contra utilitatem publicam, ob præjudicium aliorum, cùm faciliùs ſuſtineantur onera à pluribus portata, *Amaya. Cod. de immunit. nem. conced. ad l. 1. n. 4.* Et licet aliàs Imperij aut Principis nil interſit, quis ſolvat, cùm ipſe Status teneatur, quomodocunque is partiatur inter ſubditos: ac propterea currere poſſit præſcriptio contra ſubcollectationem, *Meichſner. tom. 2. l. 1. deciſ. 9. n. 25.* & ut *Faber* ait *C. de Jurisd. om. Jud. def. 40. An aliquis nobilis immunis ſit necne, nihil ad Principem, quia Univerſitas ſolidum debet.* Attamen hæc de eâ tantùm Univerſitate intelligi debent, cui reverà jus imponendi Collectas competit:
68 Cujusmodi municipalis Civitas hæc non eſt, ut Actores ipſimet ſuprà confeſsi ſunt. Nam jus collectandi, quod Statibus vigore regalium debetur, pro Collectis provincialibus, & etiam circularibus ſuo modo, item jus ſubcollectandi, pro Collectis Imperij, quod ex ſpeciali permiſsione Imperatoris & Imperij ex Receſsibus Imp. nacti ſunt, ipſius Principis terræ, & Status Imperij, non verò Civitatis eſt, quæ hoc caſu nihil agit, quàm quod vice ac nomine ſui Principis Collectas injunctas diſtribuit & exigit. Et hinc, cùm etiam immunitas non ſit res Civitatis, ſed Principis, cui debentur munera & tributariæ functiones: Ideò ſicut illa ſine expreſsâ Principis licentiâ non poteſt collectas imponere, ita etiam neminem ab ijs liberare, ut contrariorum eadem ſit ratio. Ita *Amaya ad d. l.*
69 *1. n. 40. & 44.* Hinc nemo poteſt allegare præſcriptionem immunitatis Collectarum, conceſſæ à Civitate expreſsè vel tacitè, niſi habeat conceſsionem à Principe, docet *Maſcard. concl. 885. n. 3. per d. l. vacuatis. C. de decurionibus & concl. 938. n. 20.* ubi ait: *Intruſus eſt etiam, qui habet titulum, ſed non ab habente jus conferendi.*

Cùm igitur allegatus titulus pactorum, ad collectas in propoſito controverſas, ſe minimè extendat, nec ob defectum poteſtatis Civitatis ſe extendere poſsit, manifeſtum eſt, eum hoc caſu planè eſſe nullum & inutilem, nec poſſe per ſupradicta reſtitutionem ſpoliatorum cauſare: Cùm ma-
70 la fides clarè probetur ex productione tituli invalidi & nullius, *Cacheran. deciſ. 101. n. 31.* & illam conſtare apertè ex vitioſo exordio, ideoque aliâ probatione non eſſe opus, tradit *Mynſing. decad. 11. reſp. 1. n. 13.*

Nec obſtat, quod Actores alibi alium titulum allegant, nempe *actor. prior. fol. 258.* ibi: Nun fundiren wir uns gar nicht auff ein Privilegium, ſondern auff daß Jus commune und Receſſus Imperij. Et quod 71
aliquis ex diverſis titulis & cauſis ſe poſsit juvare: cùm multiplicatio titulorum quandoque proſit, *Klock. de contrib. c. 20. n. 238. & ſeqq.* Reſpondetur enim ex ipſo *Klock. c. 19. n. 439.* cùm ex concluſione libelli certum actionis genus deprehendatur: in alijs autem productis ſeu ſcriptis mutatum hoc reperiatur, tunc priori ſimpliciter inhærendum: quia remedia plura ubi competunt, uno electo tollitur alterum. Idque procedit maximè in ſecundâ inſtantiâ. Quia appellatio naturam litis non 72
mutat, & qualis eſt libellus in causâ principali, talis eſt in causâ appellationis. Ut ſi prima cauſa erat de depoſito, alia non poteſt eſſe de mutuo: quia hoc eſt novum capitulum. Ita *Klock. poſt alios*: Camerale præjudicium adducens *& n. 437.* confirmans, quod clauſula ſalutaris libello ſubjecta non operetur ſuos effectus, quando ſumus certi, quod propoſitum remedium eſt omninò difforme, ab eo quod competit, & ex *Gilman. p. 2. tit. 6. vol. 6. n. 2.* referens, ſi narratum & petitum ſit de dominio, clauſulam ſubjectam ſalutarem hoc non operari, ut poſſeſſorium ſimul cumulatum cenſeatur, tunc enim verè obtinet regula: *Viam, quam elegiſti, ſequere.* Deinde ſi quis ex unâ causâ poſsideat: Si 73
illa inſufficiens reperiatur ad acquiſitionem hujus juris, non poteſt ſe juvare ex aliâ causâ, nec illam ad aliam utilem extendere, quia attenditur opinio & animus utentis, ita per pulchra exempla Salgado *de regiâ protect. p. 3. c. 10 n. 34.* ubi *n. 50. & ſeqq.* docet, quod Imperationes factæ ex uno capite, & ex unâ causâ, ipſa non exiſtente verâ, non ſuſtineantur ex aliâ causâ, quàm tunc temporis aderat.

Facit quoque quod idem Salgado *d. c. n. 10. 40.* tradit; qui jure communi utitur, eum non præſcribere, *poſt multos allegatos.* Præſertim cum Actores in ijs Imperij Receſsibus, ſe fundare velint, quibus diſponitur quemvis pro omnibus ſuis Bonis, ubicunque ſitis tantùm in loco domi-

 cilij

Digitized by Google

74 cilij collectari poſſe. Qui Receſſus tantùm de Collectâ communis denarij concepti ſunt, in quibus, præter varias reſervationes, Dominis locorum, in ſpecie ratione bonorum ruſticorum factas, diſertè ſtatutum eſt, illas Conſtitutiones eſſe tantùm temporales, nec modum collectandi unquam debere in conſequentiam trahi: ſolle kein Herkommen gebähren: Ex quo clarum fit, quod poſſidens authoritate talis Receſſus non poſſit præſcribere: cùm non poſſit habere animum, quod conſtanter & perpetuò velit eſſe liber & immunis à Collectis bonorum paganicorum in alieno territorio ſitorum, cùm ipſa Receſsûs diſpoſitio temporalis ſit & nolit ut impoſterùm obſervetur. Quorſum apprimè fuit traditio *Deciani lib. 2. reſp. 54. n. 50.* quod is, qui poſſidet fideicommiſſaria, putans ſub nomine filiorum ad illa ſe eſſe vocatum, præſcribere propterea non poſſit, cùm nequeat habere animum habendi dominij irrevocabilis, quia teneatur bona poſt mortem alteri vocato reſtituere.

Ulteriùs diligenter conſiderandum venit, quod bona controverſa æſtimo Civitatis ſint inſerta, jam ab antiquiſſimis temporibus, & cum ipſa bona adhuc à Subditis & Civibus N. poſſiderentur. Quin & ſufficit, quod Vinitores & Agricolæ collectas ex bonis quæſtionatis ſolverint, quamvis Forenſes id ſibi non putent præjudicare: nec obſtare, Civis ratam quandoque majorem, quandoque minorem eſſe, eâ, quæ Forenſem tangit: Illud enim cauſari vel à differentiâ propriorum bonorum, vel quod Civis illo anno minores fructus, quàm ſocius lucratus fuerit, in deme der Gemeinds-Herr ihme vil oder wenig / neben dem halben Bau-Koſten / ohn Geld oder Victualien vorgeſtreckt / und am Weintheil hernach abgezogen.

75 Nec quæritur hoc caſu, an Colonus ita ſolidè aliquam poſſeſſionem Civitati, in præjudicium Forenſis concedere potuerit: Sed tantùm an nomine Forenſis aliquid ſolutum fuerit; Nam eo ipſo Civitas retinuit poſſeſſionem vel quaſi Juris collectandi, cùm teneatur ſolutionem à quocunque oblatam acceptare, nec proindè contra illam currere poſſit præſcriptio, utpote, quæ contra Forenſem de jure agere non valeat, factâ per Colonum ſolutione: Unde nulla Civitati imputari poteſt negligentia, cur Collectam in ſpecie à quovis Forenſi non exegerit, quippe juſtè arbitranti, ſatis eſſe, ſi ſibi à Colono ſatisfiat. Ita Cenſius *de Cenſib. quæſt. 48. n. 50. & ſeqq.* facit elegans textus *in term. in l. cum ſcimus. §. 1. C. de Agric. & Cenſit.* ubi filius adſcriptitius, qui 40. annis libertate uſus fuit, tamen conditionem non mutavit, ſi pater intereà pro ipſo Domini juribus ſatisfecit: expreſsâ ibidem ratione, cùm non poſſit Dominus incuſari propter ſuam deſidiam, cui per patrem omne, quod voluerat, accedebat.

Neque etiam obſtat, daß die producirte Steuer-Regiſter nicht allerdings förmlich / noch die Extract den Handbüchern in allen Poſten gleich: cùm illa duntaxat vertatur quæſtio, *an ex ijs conſtet bona Forenſium eſſe æſtimo Civitatis illata?* Quod quidem clarè indicant illi extractus ex archivo
publico Civitatis deſumpti, ibi Receſs. N. 76
Anlags Protocolli die Herren Forenſes allda betreffend: & ibi: Summarum der fremden Gotteshäuſer und anderer Intereſsirten. Sanè Scripturæ ex archivo publico deſumptæ, accedente tantâ temporis antiquitate creditur, etiam contra Forenſem: Quia inſpicitur locus, ubi confecta eſt, *Klock. de contrib. c. 19. n. 50.* & ſaltem in terminis præſumptionis conſtituit aliquem in quaſi poſſeſſione. Eſto ea veram probationem non excludat, *Klock. c. 20. n. 399.* Eſto etiam Forenſes de iſtâ Colonorum ſolutione nomine eorum factâ nihil ſciverint, adeoque nullam adhibuerint patientiam: ta-
men ex quo Civitas Marckdorffenſis hoc 77
caſu non tractat de jure illorum ullâ ratione tollendo, ſed tantùm de ſuo proprio, quod in bonis ſuæ Juriſdictioni & æſtimo ſubjectis habet, conſervando, talis ſcientia & patientia nullo modo fuit neceſſaria, prout expreſſè tradit *Klock. relat. 127. n. 82. & 85.* Perpendendum quoque, quod controverſa bona revera ſint tantùm vulgaria ruſtica prædia, ordinario Magiſtratui ſuppoſita & eidem in Receſſibus Imperij etiam in contributione communis denarij reſervata, olim dum adhuc à Civibus poſſiderentur,
hypothecæ publicæ, quoad onera Colle- 78
ctarum ſubjecta, in cujus hypothecæ præjudicium à ſubditis in Forenſes tanquam libera alienari non potuerunt, quocircà iſti, etiamſi ſint Clerici & exempti, alio jure, quàm anteceſſorum, uti non valent,

ut

Digitized by Google

ut latè deducit *Sprenger. deciſ. 1. fol. 14. & ſeqq.*

Quo jure etiam contra hæc monaſteria & reliquos Forenſes uſam fuiſſe Civitatem patet ex eo antiquiſſimo actu de anno 1507. qui ſi ſolus ſufficeret ad acquirendam poſſeſſionem, *Knichen: de jure territ. c. 3. n. 182.* quantò magis ad eam conſervandam.

Accedit quod poſſeſſio Civitatis etiam ex pignorationibus poſt initam pacem Mo-
79 naſterienſem factis pateat, teſte *Klock. cap. 20. n. 217.* etiamſi ab Officialibus factæ eſſent *ibid. n. 208.* maximè quod Forenſes pignorati tunc aliquot annis tacuerint, & Civitas quietè poſſederit, *Coler. de proceſſ. exec. par. 1. c. 3. n. 108. in fin. & ſeqq.* quod & ponderat *Theſaurus deciſ. 16. n. 6.* Nec obſtat, Forenſes dein apud Judicem Eccleſiaſticum contra Civitatem eſſe conqueſtos, nam cùm de re temporali ageretur, Judex ſe incompetentem pronunciavit. Quo caſu peremptâ inſtantiâ per ſententiam incompetentiæ, omnia acta, quo-
80 ad omnes effectus etiam litis conteſtatæ pereunt, & habetur, ac ſi nunquam actum fuiſſet, unde etiam Judicium malè fundatum præſcriptionem non interrumpere dicitur, latè Trentacinq. *de probat. reſol. 1. n. 10 & 12.* Cùm igitur conſtet de antiquiſſimâ & nunc recenti Civitatis poſſeſſione, lotus ſit Juris adagio: *Probatis extremis media præſumuntur.*

Confirmat etiam Civitas ſua jura Principalibus egregijs titulis, in primis autem
81 antiquo illo Decreto N. tanquam Principis terræ; nam qui poſſeſſionem ingreditur, ex pacto partis vel authoritate publicâ, contra hunc ſpoliatus non reſtituitur, *Menoch. recuper. rem. 1. n. 215.* Præſertim ſi Decretum Principis eſt juſtum & ex juſtâ causâ interpoſitum: tunc enim ne quidem cauſæ cognitio requiritur, & non reſtituitur ſpoliatus *Tuſcus vol. 5. concl. 394. in fin.* cauſæ verò juſtiſſimæ ſunt, non ſolùm ipſæ Imperij Conſtitutiones, ſed & alij tituli plures jam jam ſecuturi. Præcipuè militat numerus ingens bonorum in Forenſes alienatorum, ut impoſſibile eſſet Civibus ex ſolis ſuis reſiduis bonis univerſa onera ſupportare. Quod in ſimili conſiderat *Beſoldus Conſ. 280. n. 42. & ſeq.* quo eventu pro certo traditur, etiamſi Forenſes reipsâ immunes forent, hanc tamen immunitatem ipſo jure ceſſare, ſi incipiat eſſe iniqua, injuſta, & enormiter
læſiva, *Klock. de contrib. c. 16. n. 84. ubi* 82
*n. ſeq.* notabiliſſimè docet, etſi eſſentia immunitatis per ſe non ceſſet, ſed aliàs poſtea exemptio cedat ad inquietem vel incommodum, quod tunc, etiam obſtantibus partibus, ſuperior illam limitare, ac in totum revocare poſſit.

Quin inſuper Jus ſubcollectandi omnes 83
ſubditos, tam exemptos, quàm liberos, hodiè Statibus Imperij, in caſibus præſertim neceſſitatis, quomodocunque reditus eorum proprij ſunt conſtituti, indifferenter competere, non ex *Receſſibus* tantùm *Imperij* antiquioribus, *de anno 1603. §. 17. & anno 1613. §. 7.* ſed & ipſâ praxi manifeſtum eſt. In ſpecie autem quoad Forenſes ſeculares, ſtatus ſemper eò inclinàrunt, præſertim in Comitijs Auguſtanis, eos in loco rei ſitæ collectandos eſſe, Eccleſiaſticis quidem diſſentientibus, ſed ex poſt facto ſe ipſo uſu conformantibus, ut latè ex Fichardo & alijs deducit *Sprenger. loc. cit. fol. 37.*

Illud ſanè apud omnes in confeſſo eſt, Forenſes in loco rei ſitæ collectari poſſe, ſi id ferat conſuetudo: nam id Imperij conſtitutionibus expreſſè cautum eſt, &
fatentur Actores ipſimet. Porrò gene- 84
ralem eſſe totius Germaniæ conſuetudinem Bona Forenſium, præſertim paganica, in loco rei ſitæ collectari poſſe, teſtantur *Aleman. Conſult. 5. fol. 261. Beſold. Conſ. 280. n. 35.* & præjudicijs firmans *Tilman. de Benignis Syntagm. 4. deciſ. 4. vol. 8. n. 82. cum ſeq.* Quod ſi aliqui Imperij Receſſus contrarium diſponere videantur, tamen eos, per generalem contrariam obſervantiam, tam Eccleſiaſticorum, quàm ſecularium ſtatuum, hodiè eſſe abolitos tradunt *Fichard. Conſ. 134.* §. **nun befindet.** Et latè deducit *Sprenger l. c. fol. 35.* Sic *Hartman. Palat. tit. de cenſib. obſerv. 5.* ait, quod hoc quotidiè videamus fieri. Quoad partes Bavariæ, Palatinatûs & Sueviæ, *Manz. deciſ. 49. n. 4.* Quoad Haſſiam *Reinckìng. de regim. l. 1. cl. 5. c. 4. n. 221.* In Thüringiâ & Saxoniâ *Franzkius l. 1. reſolut. 20. n. 2.* In Wirtenbergiâ *Beſold. conſ. 280. n. 36.* de omnibus Auſtriæ partibus, & Comitum Imperij Circuli Suevici, rem

 pute

Digitized by Google

puto manifeſtam : à quibus vicinis cùm
cingatur territorium N. meritò conſuetu-
do ad illud extenditur.

In ſpecie verò ipſemet Epiſcopus N·
terræ Princeps, de talibus vineis à ſe emp-
tis Collectam Civitati ſolvit, & jure Ante-
ceſſoris utitur, quo facto vix clarior con-
ſuetudinis probatio exigi poteſt.

Imò in terminis, maxima reliquorum
Forenſium pars onus hoc agnoſcit liben-
ter, plurimique antehac in lite compre-
henſi ab eâ receſſerunt, ut jam pauci li-
tigent, reliquis omnibus obligationem col-
lectarum agnoſcentibus.

Ex quibus omnibus apparet, conſue-
tum eſſe, quod Civitas Forenſium Bona
Collectis controverſis ſubijciat ; Nec ob-
ſtat contingere poſſe, ut minor Forenſium
pars libertatis poſſeſſione fruatur, eſto
major pars onus agnoſcat, cùm alteri per
85 alterum non debeat iniqua conditio infer-
ri. Nam ad hoc reſpondet *Klockius relat.
137. n. 30.* Quod jus collectandi Forenſes,
indifferenter conſervetur per aliquos ; ha-
bens enim jus plures reſpiciens, ſi utatur
illo in uno vel pluribus, conſervat id ſibi
in totum, etiam quoad alios. Quod etiam
ponderat, & à Forenſibus ſolventibus, ad
non ſolventes argumentatur, *Beſoldus Conſ.
280. n. 37. Winzler. de Collect. pag. mihi.
234.* Quò confert doctrina Peregrin. ſi
Fiſcus exegit vectigal ab alijs, ſed non ab
uno privatorum, quod non præſcribat i-
ſte immunitatem : Quia jus ſit unum exi-
gendi ab omnibus, non diverſa jura contra
ſingulos: ideòque jus Domini integrum con-
86 ſervatur per exactionem ab alijs, *Peregrin.
de jur. Fiſci. lib. 6. tit. 8. n. 30.* Et ſi aga-
tur de conſervatione juris quæſiti, quod
non ſit curanda regula, *tantum præſcip-
tum, quantum poſſeſſum*, ſed per uſum
in parte conſervetur jus in toto : quia a-
liud ſit acquirere, aliud conſervare, in
terminis maximè poſſeſſionis, & more ſuo
exactiſſimè deducit *Salgado de protect. reg.
p. 3. c. 10. n. 108.*

Et quando Collectæ novæ, vel etiam
ſolito majores, non in bonum ipſius Com-
munitatis Collectantis, ſed Principis ipſius,
maximè Supremi, item belli, alteriusque
publicæ neceſſitatis causâ imponuntur,
quod tunc etiam Forenſes, in loco rei ſi-
tæ, haud dubiè gravari poſſint, tradit *Be-
ſold. Conſ. 280. n. 31. & ſeqq.* tali enim ca-
ſu immunitas, etiam contractu acquiſita,
non extenditur ad caſum hujus vel ſimi-
lis neceſſitatis, *Klock. cap. 16. n. 109.* Quam
ſententiam *n. 110.* teſtatur in Camerâ &
paſſim receptam uſuque probatam. Item 87
ſi cauſa Collectæ Forenſes æquè ac Cives
ipſos reſpiciat, nemo de illorum obliga-
tione dubitat, *Klock. cap. 13. n. 9. Beſold. d.
conſil. 280. n. 25.* Quis autem negaverit,
quin Collectæ de quibus agitur, nempe ex
cauſâ Belli contra Turcam, aliosque ho-
ſtes Imperij, item ſatisfactionis Suedicæ,
tuitionem bonorum Forenſium æquè ac
Civium ipſorum concernant ? 88

Unde haud immeritò in ſimilibus ca-
ſibus publicâ lege ſtatuum ſancitum fuit,
ne ullus tali contributione eſſet immu-
nis, *Inſtrum. Pacis art. 16. §. 10.* prout pri-
dem in genere de Turcicis Collectis ſta-
tutum fuerat in *Receſſibus imperij de anno
1542. §. 57. & §. 51. & anno 1544. §. 32.* Is-
tem daß die Vertrettungen nicht ſtatt haben.
R. A. *de anno 1543. §. 27.* clarius autem,
indifferenter, & valdè notabiliter diſpo-
nitur in *Receſſ. jmperij de anno 1641. §. 36.*
So ſollen hiemit / auch in Krafft diſes / jede
exemptionen caſſirt / vernichtet / und auff-
gehoben ſeyn· Cùjusmodi Decreta irritan-
tia, ab Imperatore & Statibus maximè
publicâ conventione ac lege inita, quan-
tæ ſint efficaciæ, ut nimirum & titulum
& poſſeſſionem, omniaque contraria in- 89
ficiant ac annullent, videre eſt apud *Sal-
gad. de protect. reg. p. 3. c. 10. n. 65.* Quini-
mò quod ipſe Imperator à Turcicis Collectis
neminem poſſit eximere, docet, *Klock. de
contrib. c. 46. n. 39.* Idque hodiè ſine diffe-
rentiâ Collectarũ Imperij in lege Regiâ ex-
preſsè jurare ſolet, *Capitul. ult. art. 17. in fin.*

Et ponamus Forenſes Civitati nil antehac
ſolviſſe, ſanè tunc meritò locus fieret ijs,
quæ *Klockius* habet *relat. 127. n. 88. & ſeqq.* 90
*ibi* : Ponamus hos homines hactenus à
neutrâ parte collectatos. Cùm autem li-
beri à Collectis eſſe nequeant, & Actorem,
ut Dominum Jurisdictionalem, modernas
ipſis imponere, quis injuſtitiæ arguet ? ut
ſi adverſarius contradiceret, an non ei ab
actore reſponderi poſſet, quoad te liberas
ædes habeo, & jure meo utor, nemini-
que injuriam facio. Itaque propter hanc
contradictionem actor jus ſuum remittere
non tenetur, nec contradictio modus eſt
amittendi poſſeſſionem, quæ nec vitio-
ſa

Digitized by Google

ſa fit per executionem, quæ jure permittente fit. *Hactenus illi*.

Tandem in hac poſſeſſorij Iudicij materiâ, pro civitate appellata efficaciſſimè militat præſumptio, ex jure territoriali & Superioritatis deducta: quæ Superioritas, licet Civitati tanquam municipali non poſſit tribui, ſed Principi competat, hujus tamen vice ac mandato hac in parte Civitas utitur, vigore cujus præſcriptionis, quidquid eſt intra limites & fines Principatûs alicui competentis ſitum, ratione Superioritatis, regalium, ac Juriſdictionis, & conſequenter ratione juris collectandi, eidem cum Principatu cedit. Nam perſonæ, & res in Territorio ſitæ, ejus præſumuntur quoad Juriſdictionem, cujus eſt territorium. Quæ præſcriptio ejus eſt efficaciæ, ut abſorbeat omnes actus, etiamſi adverſus illam plures & antiquiores quis deduxerit, ut hæc omnia prolixè docet *Klock. de contrib. c. 10. n. 296. & ſeqq.* Et cùm hoc caſu Actores non poſſint jure communi juvari, quippe quod notoriè favet Principi territoriali, nec, etiam privilegio, cùm de nullo appareat; adeoque tantùm ſe in præſcriptione libertatis
91 fundent: ſuccedit regula, quod hoc caſu, ſive Dominus ſit in poſſeſſione Juris collectandi, ſive non, poſſit, ob fundatam generalem intentionem, uti ſuâ Juriſdictione contra Adverſarium, quousque in petitorio ſuam præſcriptionem probet. Jus enim Domino Juriſdictionis aſſiſtit, & alteri reſiſtit, eoque caſu duo ſunt ſingularia: *Primum*, quod quis cogatur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, quam prætendit habere contra Juris diſpoſitionem, *Secundùm*: Quod interim & lite pendente non ſit manutenendus in ſuâ poſſeſſione. Unde exemptionis quæſtione pendente poſſeſſor tamdiu ſolvere tenetur contributiones, donec aliud in petitorio decernatur, & is qui prætendit ſe exemptum ab one- 92
ribus, donec probaverit, ſuam exemptionem vel præſcriptionẽ, poteſt violenter expelli, ſicut is, qui poſſidet vi, clàm, vel precariò, & non manutenebitur in poſſeſſione libertatis, quamvis alioqui eſſet in poſſeſſione vel quaſi. Quemadmodum hæc omnia & ſingula formaliter docet & latè probat *Klock. l. cit. n. 259. & mult. ſeqq.* Unde & aliàs, ſi Dominus fundi ſimul habeat juriſdictionem, licere ei propriâ authoritate pignorare, & pignus retinere, donec ipſi ſit ſatisfactum, teſtatur *Coler. deciſ. 136. n. 22.* Et cùm Dominus fundatam intentionem habet, adeò ſpoliato nullum jus competit, ut reſtitutio ei generaliter denegetur, quamvis Dominus authoritate propriâ ſibi jus dixerit, ut latè deducit *Knichen de jure territ. c. 5. n. 226. & ſeqq.* Itaque contra Forenſes pronunciatum.

# Liber II. Titulus X.

## SUMMARIA.

1. Non poſſunt Status Imperii proceſſum adverſus ſubditos ſuos ab executione inchoare.
2. Subditus gravatus ad Imperatorem recurrere poteſt.
3. Diſtinctio adhibenda, an Status tanquam pars, an verò tanquam Judex ſubditum extrajudicialiter gravet.
4. Principes Imperij hoc privilegium habent, ut ſubditos ſuos extrajudicialiter gravantes, non immediatè coram Imperatore, ſed in primâ Inſtantiâ coram Auſtregis conveniri debeant: quod ſecus eſt in Comitibus, Baronibus, &c.
5. A ſententiâ vel decreto inhæſivo non datur appellatio.
6. Non à citatione, ſed ab interlocutoriâ demùm appellari, nec appellationem cum exceptionibus cumulari poſſe.
7. Decretum præſens plus in ſe continere quàm citationem.
8. Appellationem à Principis decreto extrajudiciali eſſe provocationem ad judicium primæ Inſtantiæ.
9. Dilationem ad obſequendum petens tacitè appellationi renuntiat.
10. Spoliatus, ad mobilia quoque recuperanda agens, quo remedio experiri poſſit?
11. Subdito contra Dominum proceſſus petente quando prius pro informatione ſcribi debeat?
12. Si proceſſus petantur, an Judex, auditis partibus, ſententiam ferre poſſit?
13. Quæ probanda ſint actori in Interdicto recuperandæ?
14. Confeſſionem partis eſſe reginam probationum.
15. Feudum alienari ſine conſenſu Domini & Agnatorum non poſſe, quin Dominus propriâ autoritate recuperare poſſit, nec poſſeſſori ex eo injuriam fieri.
16. Si alienatio in Comitatu Imperij fiat alicuius domus vel fundi à Domino in ſubditum, vel à ſubdito in alterum, nullum exindè Imperatori & Imperio creari præjudicium.
17. Feuda Imperialia, præſertim majora, vix hodiè jure feudorum cenſeri, licet ex formâ juramenti taliter cenſeri debeant, quod demonſtratur.
18. Status non poſſe ſine cauſæ cognitione ſubditos exequi.
19. Spoliatus à Judice, vel à privato, quomodò reſtituendus?
20. Sententia ferenda eſt, ſi cauſa ſit inſtructa, & pro ſententia ferendâ ſupplicetur, non proceſſus modo decernendi.

Non eſt tantus Jurisdictionis effectus, 1
quam Status Imperij in ſuos ſubditos
obtinent, ut Princeps aut Comes,
cui quoddam cum ſubdito ſuo negotium
eſt, immediatâ executione ipſum gravare
poſſit, ſed Fiſcalem ſuum excitare debet,
ut ordinariâ juris viâ contra ipſum procedatur.
Quod ſi enim Comes, Baro vel Nobilis
extrajudicialiter ſubditum gravat, ab 2
ipſo coram Imperatore conveniri poteſt vel
in Camerâ, *Gail. lib. 1. obſ. 1. n. 46.* Quâ
in re tamen diſtinctio adhibenda eſt, an
Status gravet ſubditum *tanquam pars*, an
verò gravet extrajudicialiter, *tanquam Judex* ordinarius ejus loci, ad alterius partis 3
inſtantiam: Hoc enim caſu appellare poteſt
ſubditus immediatè ad Imperatorem,
cùm Princeps, tanquam Magiſtratus vel ordinarius
ejus loci, ſuo quoadmodo functus
ſit officio, & præſertim de jure Canonico
à quovis gravamine extrajudiciali liceat
appellare, *c. concertationi. de appell. in 6.*
Priori verò caſu, cùm Princeps ut pars gravat
appellatio locum non habet, nec datur
immediatus ad Imperatorem recurſus, ſed
gravatus, ſi vult, debet Principem in primâ
ſuâ Inſtantiâ, coram Judicibus Ordinationis,
Vermög der Außträg / convenire, ne
per extrajudicialem appellationem fraus
fiat privilegio primæ Inſtantiæ, *Gail. 1. obſ.* 4
*120. per tot. Mynſ. 4. obſ. 43. Mev. tom. 1. deciſ. 62.*
Hæcque indubiè obtinent in *Principibus*,
quibus propter dignitatis ſuæ Excellentiam
privilegium primæ inſtantiæ etiam
hoc caſu tribuitur. Quod ſi verò *Comes*, *Baro* vel *Nobilis* ſubditum ſuum extrajudicialiter,
ut pars, gravet, immediatè
coram judicio Imperiali Aulico vel Camerâ
conveniri poteſt, *dict. loc. Grev. in Gail. concluſ. 120.* atque videri poteſt *Cothm. conſil. 32. n. 24. & ſeq.* hæcque doctrina menſe
Novembri *anno 70.* recentibus præjudiciis
confirmata eſt. Movebatur inſuper 5
in altero caſu ab Appellato exceptio decreti
in hæſivi, quo caſu liquidi juris eſt, appella-

pellationi ampliùs locum non eſſe. Pona-
mus v. g. reſcribere Principem ad ſubdi-
tum vel vaſallum ſuum, ut ſtatuto die in Au-
lâ ſuâ compareat, bona ſibi hypothecata,
vendita, in feudum data, vel alio poſſeſſa
titulo dimittat, receptis viciſſim nummis,
Cameræ Principis incorporanda. Cuncta-
tur primò vaſallus, effugiis & excuſationi-
bus terminum declinat, ſed reiteratis Prin-
cipis decretis, rejectisque jam prodromis
exceptionibus, tandem ſpondet compari-
tionem, wolle ſich in dem termino gehorſamſt
anbfohlener maſſen einſtellen / und gnädigſten
Befelch erwarten. Comparet, documenta
producit, allegat argumenta, quare reluitio
fieri non poſſit. Cùm verò Princeps iis non
attentis ſexto jam aut ſeptimo decreto a-
lium ipſi terminum præfigeret, ad ſuperio-
rem appellat. Recipiendam eſſe ſpera-
bat appellationem, quia non prius, quàm
rejectis demùm exceptionibus, fuerit gra-
6 vatus. Nec enim per Citationem gravа-
men reo inferri, utpote quæ per compara-
tionem citati, ſuum aſſequatur effectum, &
omninò à causâ propter quam prudenter
ſit diſtinguenda. Exceptiones verò non
ita proponi poſſe, ut in ipsâ propoſitione
ſimul appelletur, nec provocari ab interlo-
cutoria antequam feratur, quia verbum ju-
dicis expectandum ſit, *Guid. Pap. de appell.
q. 26. n. 26. tom. 5. Ruginell. de appell. §. 2.
cap. 3. num. 71. Scacc. de appell. q. 5. num.
103.*

Verùm enim verò, quod non ſe con-
tinuerit Reſcriptum Principis ſeu Decre-
tum intra metas Citationis, in oculos incur-
7 rit. Præceptum continebat, & cauſam
reluitionis deciſam, non decidendam.
Gravamen itaque, ſi quod erat, primum
ſtatim continebat decretum. Et ponamus
nullam gravaminis rationem haberi ab ini-
tio potuiſſe: rejiciendo nihilominus ex-
ceptiones, nullo inſtante actore, gravamen
tantùm extrajudiciale appellanti intulit,
quo caſu appellatio extrajudcialis eſt ſaltem
provocatio ad cauſam & judicem gravan-
tis ordinarium, qui per viam querelæ adi-
8 ri poteſt, ut ait *Gail. d. lib. 1. obſ. 120. n. 5. &
Grev.* adeoque appellanti Auſtregarum im-
ploratio eſt neceſſaria. Quod ſi juxta hæc
conſideretur petita ad obſequendum dila-
tio, tacitè appellationi renunciaſſe appel-
9 lans cenſeri poteſt, juxta textum in *l. ad ſol-
vendum. 5. C. de re jud.* & ibi *Brunneman.
Faber. in Cod. lib. 7. t. 27. def. 12.* ubi refert
præjudicium *Clezel. de appell. c. 2. n. 55. Me-
noch. præſumpt. 94. lib. 2. Scacc. de appell. q.
17. lim. 2. n. 19.* atque quia, cùm primò ex-
ceptiones propoſitæ rejicerentur, non ap-
pellavit, meritò pronuntiatum eſt, daß die
Sach ad Superiorem nicht erwachſen/ ſondern
ad Auſtregas zuverweiſen ſeye.

Alter caſus talis eſt. Egit ſubditus con- 10
tra Comitem ex capite ſpolij, adeoque in-
terdicto recuperandæ, juncto remedio *ex
can. redintegrandæ. 3. q. 1.* cùm enim actor
non tantùm ad immobilia, ſed ad mobilia
quoque recuperanda agat, colligitur, i-
pſum quoque remedium *d. can.* redinte-
grandæ intentaſſe, quod cum omnibus re-
mediis poſſeſſoriis concurrit, *Gail. 2. obſ. 75.
n. 10.* quia licet pro re mobili nullum re-
gulariter & principaliter interdictum com-
paratum ſit, idque praxis ita obſervet, at-
teſtante *Gail. d. loc. n. 11.* illud tamen re-
medium ad rei quoque mobilis reſtitutio-
nem adhiberi poteſt.

Quoad proceſſum, actor quidem viam
executivam elegit, *petendo Mandatum
S. C.* de reſtituendo & non amplius turban-
do, fundans intentionem ſuam auff die 4.
Fäll ex *O. C. p. 2. t. 23.* quod ſcilicet factum
ſit nullo jure juſtificabile & in ſe ſcandalo-
ſum. Quia tamen ſubditus querelam con-
tra Dominum ſuum movit, non eſt dela-
tum petitioni actoris ratione Mandati, ſed
libellus reo communicatus zu ſeiner Verant- 11
wortung / tanquam eſſet caſus, qui debe-
ret tractari ex præſcripto *R. I. de anno 1594.*
§. ſo ſoll auch zum fünfften. *78. & R. I. de an-
no 1654.* §. alle *Supplican*ten. *79.* Itaque per
meras communicationes proceſſus potiùs
viâ ordinariæ cognitionis, quàm viâ præce-
pti & executionis tractatur, licet actor ſem- 12
per inhæſerit petito pro Mandato S. C.
uſque ad poſtremum memoriale, quo al-
ternativè vel mandatum S. C. decerni, vel
ſententiam ferri rogavit, licet aliàs forma-
liter nec una nec altera pars ſubmiſerit.
Nec puto longiùs protrahendum eſſe pro-
ceſſum per communicationes ulteriores,
ſed cùm cauſa ſufficienter inſtructa ſit, ac-
ceptandam eſſe pro concluſâ, & publican-
dam definitivam.

Quod igitur materialia ſeu merita cau- 13
ſæ concernit, duo actori, interdicto recu-
perandæ agenti, probanda incumbunt,
poſſeſſio nimirùm habita à parte ſuâ, & de-
jectio

Digitized by Google

jectio à parte adverſarij facta, *Gail. 2. obſ. 75. n. 12.* ubi dicit, quod tamen in remedio ex can. redintegrandæ ſufficiat probare antiquiorem poſſeſſionem, & adverſarium nunc poſſidere, nam hoc ipſo apparere de ſpolio ex re ipsâ. Probatur autem actoris poſſeſſio per partis adverſæ confeſſionem, quæ ex actis relucet, veluti in exceptionibus 13. Januar. exhibitis, daß actor die Mühl / in die 30. Jahr / für frey / lödig / und eigen inngehabt und genoſſen; quæ confeſſio
14 firmiſſima eſt probatio, *Gail. 2. obſ. 106. n. 6.* quâ nulla fortior in jure per *l. un. C. de confeſſ. & l. certum ff. eod.* præſertim ſi coram judice, aut apud acta fiat, & à parte opponente acceptetur, *Gail. 2. obſ. 86. n. 6.* prout hic factum. Tunc enim pro veritate habetur, *Gail. 2. obſ. 86. n. 6.* indeque liquidum fit, quod actio, juxta utrumque requiſitum, per confeſſionem partis adverſæ ſit probata.

Videndum itaque an actio eliſa ſit. Excepit enim reus, molendinum eſſe pertinentiam Comitatus, quem totum jure feudi recognoſcat ab Imperatore & Imperio, ut proindè molendinum absque con-
15 ſenſu Cæſareo alienari non potuerit, adeoque contractus cum Comite N. anteceſſore rei initus, ipſo jure ſit nullus, vel ſaltem illicitus, tanquam celebratus ab eo, qui nullam habuit contrahendi autoritatem, cùm feuda eorumque pertinentias, ſine conſenſu Domini, & in præjudicium Agnatorum, alienari non poſſe, vulgati juris ſit. Poſſe itaque reum conventum, venditoris in Comitatu ſucceſſorem feudum alienatum jure proprio recuperare. Quin ad hoc obligari juramento feudali, quo etiam id continetur, ut vaſallus deperdita & alienata feudo iterum uniat adjungatque. In quâ re, quia uſus ſit jure ſuo, gratis ab actore intendi, quaſi injuriam fecerit, minus verò quod ſpolium commiſerit. Quod attinet ad mobilia, quæ actor ſibi adempta eſſe conqueritur: Illa, reus ait, ſe occupaſſe & diſtraxiſſe jure Magiſtratus, Obrigkeitlichem Gewalt / ſubdito refractario & ſuis mandatis parere detrectanti, cùm molendinum, juxta antiquam obſervantiam, in Emphyteuſin ab ipſo recognoſcere noluerit, ipſe verò ad leges contractus cum anteceſſore initi non ſit obligatus. Occupâſſe ſolùm Dominium feudi per contractum iniquè interverſum, nec unquam intendiſſe, actorem ſuâ privare poſſeſſione, ſed tantùm ad mutationem tituli compellere.

Verùm ex actis conſtare videtur, etiam poſſeſſione ſuâ reum depulſum eſſe, cùm curatores Molendini reus ordinaverit, qui hodiéq; adminiſtrationem continuant.
Tum verò apud acta non conſtat, quod 16
molendinũ pertinens ſit Comitatus, vel ad ejus feudalitatem ſpectet. Et ſi, ſub generalitate totius Comitatus, ſpectaret, Imperatori & Imperio nullum per hanc alienationem creatur præjudicium, nec intereſt hactenus rei, quis ſubditus, & quo titulo domum poſſideat, niſi doceat, ſubditos antehac in ſubfeudum à Comitibus recognoviſſe molendinum, & ex eo capite jus ſuum ſtabilire poſſit. Cæterùm namque feuda Imperialia majora hodiè jure
feudali proprio non cenſeri, tradit *Wolffg.* 17
*Textor. in tr. jur. publ. c. 2. de ſtat. germ. intrinſ. ejusque origin. §. Hac tria. fol. m. 21.* ſed in multis redacta eſſe in conditionem rerum allodialiũ, ſi ſcilicet uſum & praxin reſpicimus noſtræ ætatis. In jure feudali novimus cautum, ut Vaſallus juvet Dominum feudi contra ipſius hoſtes: quod ſi deneget auxilia, jam commiſſa eſt cauſa privationis. Idem præcipuè olim obtinuit in Feudis Regalibus, unde Imperator Fridericus Barbaroſſa, ſub hac eâdem causâ, vel verâ apparente, Henricum Leonem, Saxoniæ & Bavariæ Ducatibus in Comitiis Herbipoli habitis exuit, & in bannum declaravit, cùm juramenti fidelitatis præcipuum caput ſit, averſio periculorum pro viribus, & ſic obſtricti erant Proceres Imperij, ſequi caſtra Imperatoris contra hoſtes, ſin ſecùs facerent, perclitabantur de feudis. Imperatores enim habuerunt eos reditus Imperij nomine, ut poſſent ſeditioſos in ordinem redigere, ac feuda iſta aliis conferre, qui conſtantius Imperatoris partes tuebantur. Hodiè verò, *ait d. Autor*, punctus aſſiſtentiæ valdè leniter agitur & perſuaſorio more, & quæ non in Comitiis vota & reſponſa audiuntur? Cùm tamen eadem vis juramenti eſſe hodiè debeat, quæ olim, quamvis Feuda ad inſtar bonorum patrimonialium, paucis exceptis, videantur eſſe redacta. Hinc quid vetat, ſubditos feudales liberè domos vel agros ſuos commutare & vendere, idemque à Dominis in ſubditos fieri nullo hactenùs Imperatoris vel Imperij præjudicio.

Et

Et ponamus, molendinum de quo quæritur, eſſe partem feudi, nihilominùs ſine cauſæ cognitione aufferri actori non
18 potuit, qualis hic non præceſſit. Jure verò diſpoſitum eſt, quod ſuperior vel Judex, ſine cauſæ cognitione procedens habeatur pro privato, *Carpzov. lib. 1. t. 1. reſp. 2. n. 13.* Ut Magiſtratus vel judicis autoritas nequaquam relevet, quò minus de ſpolio conve-
19 niri poſſit, ſed illud tantùm interſit inter ſpoliatum à judice & ſpoliatum à privato, ut nempe ſpoliatus à judice non reſtituatur ante omnia, ſed causâ demùm cognitâ, ſpoliatus verò à privato ante omnia reſtitui debeat. *Menoch. recuper. remed. 8. n. 27.* Denique rei exceptiones omnes ad petitorij quæſtionem ſpectant, cùm tamen exceptio proprietatis, etiamſi in continenti ejus probatio offeratur, in poſſeſſorio directè non admittatur, *Gail. 2. obſ. 75. n. 3.*

Quid ergò pronuntiandum ? Si reſpi- 20
ciamus petitionem actoris, petiit ille Mandatum S. C. de reſtituendo, cui petitio ſemper inhæſit, usque ad memoriale poſtremum, in quo alternativè, vel Mandatum S. C. decerni vel ſententiam ferri rogavit. Et quia etiam ex parte rei cauſa ſufficienter inſtructa eſt, de cujus propriâ confeſſione in actis liquet, ut nullæ ſint aliæ partes judicis in confitentem quàm in condemnando, idcircò viâ ordinariâ potiùs procedendum, ferendaque ſententia. Itaque cauſa pro conclusâ acceptanda, & reus ad reſtituendum actorem in priſtinum ſtatum quoad omnia condemnandus. Et ita judicatum.

---

# *Liber II. Titulus XI.*

## De
## *EDICTO QUOD QUISQUE JURIS, DE CITATIONE, DE LIBELLO.*

### SUMMARIA.

1. *Jus retorſionis per Edictum quod quisque juris &c. eſſe introductum.*
2. *Quando hoc Edictum habeat locum ?*
3. *Recenſentur exempla juris retorſionis.*
4. *In jus vocari qui olim potuerint ?*
5. *Actionis editio quando hodiè fieri debeat ? ubi adducitur R. I. de anno 54.*
6. *Explicatur ratio inſtituendæ actionis ex jure antiquo.*
7. *Citatio quomodo differat ab in jus vocatione.*
8. *De loco Judicij, & utrum cauſæ Judiciales alibi non poſſint expediri ?*
9. *Quæ dicatur eſſe confeſſio Judicialis ?*
10. *Interrogationes in jure, nec non modus articulandi & reſpondendi ſublatus.*
11. *Citatio, quid ?*
12. *An Citatio, an verò litis conteſtatio ſit judicij principium & fundamentum ?*
13. *Realis Citatio quando obtineat ?*
14. *De Citatione verbali, ſcriptâ, Edictali.*
15. *Quando Citatio Edictalis habeat locum.*
16. *Quomodo nuntius ad domum abſentis Citationem inſinuare debeat ? & n. 22. in fine.*
17. *Requiſita Citationis in ſcriptis.*
18. *Quis ſit effectus Citationis ? ubi de præventione & litispendentiâ*
19. *Citatus ad unam cauſam, an reſpondere teneatur in aliâ ?*
20. *Diem aſſignationis non contineri in termino.*
21. *Ad Citationem requiri mandatum Judicis.*
22. *Quatenus credatur nuntio exequenti ?*
23. *Citationem mariti nuntius non debet exequi uxori ?*
24. *Poſt litem conteſtatam citari poſſunt Procuratores, quamvis hodiè ſententiæ in ipſos non ferantur.*
25. *Citatio & ejus executio poſſunt fieri die feſto, ſed non ad diem feſtum.*
26. *Judex delegatus quomodo citare poſſit ?*
27. *De Citatione arbitri.*
28. *Quid ſi actor ipſe in termino Citationis non compareat ?*
29. *Si dubium ſit, an reus extra territorium jus dicentis citetur ?*
30. *In actione reali quomodo poſſit citari reus alienæ Jurisdictioni ſubjectus ?*
31. *Quid ſi Judex inferior & ſuperior ſimul citent ?*
32. *Omnes citari debent, quos negotium tangit.*
33. *An partes ad audiendam ſententiam denuò citari debeant ?*
34. *Præſens in judicio amplius citandus non eſt.*
35. *Quinam citari ſeu in jus vocari nequeant ?*
36. *Realiter citari & apprehendi quinam poſſint.*

37. *Citationem nunquam poſſe omitti.*
38. *Citatio perpetuat Juriſdictionem delegati.*
39. *Quæ citatio reum conſtituat in contumaciâ?*
40. *Contra contumacem quomodo procedatur?*

1 EX eo, quod in *ff. lib. 2. t. 2.* traditur, ut *quod quiſque juris in alium ſtatuit, eodem & ipſe utatur*, quidam introductum putant jus retorſionis ſeu talionis, quo jura in cauſis civilibus diverſa retorquet altera Provincia vel Civitas, contra alterius Provinciæ vel Civitatis incolas ſive cives, diverſo jure utentes, *Carpzov. 6. reſp. Elect. tit. 4. reſp. 37.* & vide omninò *Hartm. Hiſtor. obſ. 43.* cujus rei fundamentum eſt,
2 ut par pari referatur. Ut autem locum habeat edictum, jus novum vel facere debet Magiſtratus, vel pars jus iniquum dolo malo impetrare. Jus novum dicitur quodcunque Statutum, contra jus commune Cæſareum, h. e. contra jus canonicum, civile, feudale, contra Receſſus Imperij & conſuetudines univerſales receptum, ſic rectè exercetur jus retorſio-
3 nis adverſus Civitates & ditiones, ex quibus hæreditas, legata, fideicommiſſa, abſque detractione, ohne Abzug v. g. deß dritten Pfenings / transferri non permittuntur, *Rauchbar. 2. q. 19. Thoming. deciſ. 26. n. 6.* Si enim hæreditas alicubi vel planè denegatur, vel transverſales excluduntur jure retorſionis uti licet, *Cothman. 1. reſponſ. 43. n. 98. Carpzov. l. R. p. 3. c. 38. d. 5.* ubi tradit, quod ſi mercator inducias moratorias contra creditores ſuos impetravit; tunc ejuſdem debitores ijs rectè uti contra impetrantem: quamvis *Carpzovio* contradicat *Guil. Ant. de reſer. morat. t. 9. c. 52.* Si Civitas excludat à nundinis alterius civitatis mercatores, hæc rectè & illos excludet. In talibus namque caſibus ſumma eſt hodiè hujus *tituli 2. lib. 2. ff.* utilitas, ut per exempla deducit *Henric. Hahn. ad Weſenb. eod.*

Inter actorem & reum jus retorſionis ita uſurpatur, ut ſi actor impetraverit contra reum in causâ civili, ut ipſemet judicio interſit, neque per Procuratorem comparendi licentiam habeat; reus rectè hoc admittit, ita tamen, ne & ipſe actor aliter compareat. Similiter, ſi ab actore obtineatur, ut in causâ conventionis, quæ erat aliàs ordinarij fori, ſummariter procedatur, itidem in reconventione ſummarium proceſſum ad inſtantiam rei admittendum eſſe, rectè infert *gl. in Clem. ſæpè de V. S.* & confirmat *Mynſ. cent. 3. obſ. 4.*

In jus vocare olim ſolus actor poterat reum vilem, latitantem, aut tergiverſantem vel vadimonium deſerentem. *l. 5. ff. qui ſatisd. cog.* non verò quosvis promiſcuè alios, ut vulgò DD. opinantur. Nam quod aliàs non tam ſolicitâ veniæ impetratione opus fuiſſe objiciunt, *ex l. 4. & ſeq. l. 12. & 24. h. t. & C. eod.* ad id reſponderi poteſt, per ſolam dictionem diei ſatis læſam fuiſſe reverentiam; neque enim ſalvis legibus & moribus Romanis fieri unquam potuit, ut filio Patrem, cui ſumma poteſtas competebat, obtorto collo in Judicium rapere liceret, id quod tamen Teutler. cum Weſenbec. & alijs aſſeverare non dubitat. Poſteà tamen, ut & hodiè obſervatur, ſine juſſu Judicis neminem in jus vocare licuit, *l. 3. C. de exhib. reis l. 5. de jud. l. pen. C. de bon. aut. Jud. poſſid.* quamvis de conſuetudine adhuc in varijs locis ſolùm actorem citare poſſe tradat *Vant. C. de nullit. ex defectu cit. n. 39.* 4

Quod ſi igitur reus actorem vocantem ſecutus eſt, tum *actionis editio* fuit neceſſaria, quæ poſterior fuit vocatione, *Inſt. §. fin. lib. 4. tit. de pœn. tem. litig.* ſed hodierno uſu citatio & editio actionis ſunt tempore ſimul, quia citatio à Judice non 5 decernitur, niſi in ſupplicatione ſpecies futuræ litis ſummatim demonſtretur, cujus tenor citationi inſeri ſolet, *Marant. in ſpec. p. 6. c. de libell. oblat. in fin.* nam pro abbreviandis litibus, cauſa citationis exprimenda, vel tenor libelli inſerendus Citationi, aut ſaltem hujus copia ſimul transmittenda eſt, *c. præterea. 2. de dilat.* ne reus poſteà dilationem ſuper libello ad deliberandum petere, & cauſam protrahere poſſit, *Gail. 1. obſ. 51. n. 1.* Quod & vera ratio procedendi exigere videtur, ut actio vel ante, vel cum citatione edatur, ad eum finem, ut reus deliberare poſſit, cedere an contendere malit. Fit enim citatio ob duas cauſas finales, nimirùm ad effectum comparitionis, & præparandæ defenſionis, *Weſenb. parat. h. t. n. 13.* quâ de causâ ad lucrandum tempus, & præcidendos ſumptus, intereſt actoris & rei, ut cum libello ſupplici pro citatione, etiam libellus actionis ſimul exhibeatur, *Gail. 1. obſ. 11.* & imò hodiè ex noviſſimo *R. I. de anno*

Digitized by Google

*anno 1654.* libellus ſemper inſeri debet citationi, ſine quo etiam nulla decernitur citatio, §. diſem nächſt. *in tertio puncto 34.* cujus hæc formalia: Hingegen bey Außziehung der Proceſs ſeine Klag oder Libell nicht Articuls / ſondern allein Summariſcher Weiß / darinnen das factum kurtz nervosè, jedoch deutlich und diſtinctè, klar / auch da jhme beliebt / oder der Sachen Weitläuffigkeit und Umbſtänden es erforderten / Punctenweis verfaßt und außgeführt ſeye / mit angehängter concluſion und Bitt / nicht allein den Gegentheil zu citiren / ſondern auch zu condemniren / oder aber neben der Supplication / umb die Ladung / abgeſondert ( gleich wie ſolches judicialiter zu beſchehen ) extra judicialiter übergeben / und nach erhaltener Citation / ſo wol dieſelbige / als auch beſagten Libellum in ſo vilen von unſers Kayſerlichen und deß Reichs-Cammergerichts Leſern / oder durch die expedirende Protonotarien vidimirten Copien / ſo vil der citirten ſeyn werden / durch den Cammer-Botten / wie üblich und herkommens / inſinuiren laſſen ſolle / damit der citirte / in diſem allem ſich wol erſehen / und reifflich bedencken könne / ob er dißfalls weichen / oder in dem Proceſs verfahren wolte /, mit der rechtlicher Bedrohung und Anhang / da er Kläger ſolches nicht beylegen würde / daß jhme auch ehender kein Proceſs erkennt / oder ſo ſie nicht mit überſchickt / der Beklagte zu erſcheinen und zu antworten nicht ſchuldig ſeyn / weniger wider denſelben in contumaciam procedirt werden ſoll oder könne.

6 Erat autem jure antiquo hæc agendi ratio, ut, qui actionem inſtituere vellet, priùs alterum ad Prætorem vocaret, & ibi ſummariter expoſitâ causâ petendi, à Prætore Judicem rogaret, qui ſecundùm formulam à Prætore præſcriptam de reipſâ & facto pleniùs cognoſceret, & ſententiam ferret. Quod Prætor, cognitâ perfunctoriè causâ, ſi alteri alterum obligatum intelligeret, non gravatè facere & Judicem dare ſolebat. Quâ in re hæc etiam prodita eſt diſtinctio, quod ea quæ apud *Prætorem* expediebantur *in jure*, reliqua quæ apud *Judicem* pedaneum, *in Judicio* fieri dicebantur; unde quoque eſt, quod Judicium demùm à litis conteſtatione incipere dici-
7 tur. Et citatio ab in jus vocatione in eo differt, quod hæc fiebat ad Prætorem, illa ad Judicem: quæ differentia hodiè, quia Judices dari ampliùs non ſolent; ſed Magiſtratus ipſi judicant, ſublata eſt.

Illud obſervandum, Prætorem non domi vel in itinere, ſed pro tribunali tantùm cognoſcere potuiſſe, quæ aſſertio non ſolùm emendat textum, *l. 4. de interrog.* *§. 2. Inſt. de libert.* ſed etiam Prætori neceſſitatem imponit, quotidiè ob varias multasque cauſas in publicum prodeundi & tribu-
nal aſcendendi. Quin potiùs dici poſſit, 8
juris alium eſſe locum ſtatum & ordinarium, in quo illa expedienda ſunt, quæ cauſæ cognitionem, decretum, ſententiamve, ſive interlocutoriam ſive definitivam exigunt, qualia non alio loco, quàm pro tribunali poſſunt, *l. cum ſententiam. C. de ſentent. & interloc. l. à præcedente. C. de dilat.* & de hoc loco intelligenda eſt *l. 11. de Juſt. & Jur.* Alium verò locum eſſe momentaneum, ubicunque Prætor ſellam ponit, eique juris dicendi gratiâ inſidet, ubi ſummaria, & quæ cauſæ cognitione non indigent, vel quæ indigent quidem, ſed de plano fiunt, & tam judicis decreto & pronunciatione, quàm etiam ſimplici juſſu & autoritate terminari poſſunt, expediun- quomodo ferè rem iſtam decidit *Robert. lib. 1. recep. lect. c. 13.* In Ord. Conſil. Imp. Aul. tit. 1. §. Es ſolle: ratione loci hæc habentur: Es ſolle auch der Sachen relation und Erörterung anderſtwo nicht als in der gewöhnlichen Reichs-Hoff-Rahts-Stuben und in Beyſeyn aller oder ja genugſamer Anzahl eines Collegij nach Maß hieoben vermeldt / keines wegs aber in andern Privat-Orthen / oder durch Abſönderung etlicher wenig Perſohnen / inſonderheit aber in Abweſenheit der jenigen / ſo da bevorn derſelben Sachen principaliter beygewohnet oder davon Bericht haben ( ſie wären dann mit ſchwerer Leibs-ſchwachheit beladen / oder fern von der Stelle.) nichts vorgenommen / weniger geſchloſſen werden / und ſolle auch unſer Præſident / es wäre dann in gar geringen Sachen / ſie unſere Rähte in keine abſonderliche Collegia abtheilen. Locus ſcilicet judicij plerunque ordinarius & ſtatus eſſe debet, ut partes litigantes, earumque Procuratores & Advocati ſcire poſſint, ubi judicium ordinariè congregatur, & cauſæ tractari debeant, actaque inſuper & protocolla in meliori habeantur ordine & cuſtodiâ, ne cum litigantium diſpendio, crebris locorum mutationibus, aliquæ actorum partes pereant. Cæterùm verò



Digitized by Google

nihil impedit, unam vel alteram cauſam, ex occurrentiâ rationum, etiam extra conſuetum judicij locum decidi, cùm qualitas loci ejus conſiderationis non ſit, ut ex eo nullitas proceſſus aut ſententiæ evinci poſſit: ſed imò locus quotidiè mutari à Principe, & judicij celebratio alibi ordinari poſſit, ſic ut talis mutatio loci, ex certis rationibus, & in unâ alterâve causâ, etiam ipſius Judicis poteſtatem non excedat, prout in causâ famoſiſſimâ obſervatum eſſe memini.

Quia ergò jus dicitur omnis ille locus, ubi Prætor juris dicendi gratiâ ſellam ponit, ſequitur, interrogationes olim uſitatas non ſolùm pro tribunali, ſed & alibi fieri potuiſſe. Quod ſi igitur reus apud Præto-
9 rem confitetur, illa confeſſio judicialis fuit, à quâ non licuit recedere; *l. 1. §. 1. & l. 2. de interrog. in jure faciend.* & taliter confeſſus habitus eſt pro judicato, *l. 56. de re jud.* Quod ſi verò poſt litem conteſtatam apud judicem pedaneum eſſet confeſſus, opus erat condemnatione *l. 3. 5. & 7. ff. de confeſſ.* Poſteà verò iniquum viſum eſt, cogi quem de jure ſuo ante judicium reſpondere, & confeſſionem à reo, quaſi in gladium, quo juguletur, extorquere, *l. nimis grave C. de teſt. l. 1. C. de edend.* ideò in
10 deſuetudinem abierunt interrogationes, & hodiè receptus mos, ut reus ad articulos actoris reſpondere cogatur, in vicem earum ſucceſſit, *Weſenb. de interrog. in jure fac. n. 5. Gail. 1. obſ. 79. c. ſæpè §. & quia poſitiones. in Clem. de V. S.* Quia modus articulandi tamen hodiè eſt ſublatus, *d. R. I. de anno 1654. §.* Diſem nechſt. *34. ibi.* Daß nemblich fürs erſte ſolle der bißher in mehr Weg mißbrauchte modus zu articuliren und ad articulos zu reſpondiren / ſambt allen denen bißhero nach ſich gezogenen Terminen und Anhängen / dabey und darüber auch befliſſentlich vorgangenen unnöthigen Diſputationen und Außzüglichkeiten (nur allein die Probationaln / da die Parteyen wollen / und wann es die Nothturfft erfordert / wie auch die Reſponſiones, und Antworten auff dieſelbe außgenommen) hinfüro gäntzlich caſſirt und auffgehoben ſeye. Porrò de materiâ confeſſionum, quando vel judicialis vel extrajudicialis præjudicet, vid. *Maſcard. de prob. vol. 1. concluſ. 349. Sichard. in Auth. rogati. C. de teſtib.* ubi ait, confeſſionem extrajudicialem ad obligandum non nocere.

Monitum eſt modò ſuprà, quæ hodiè procedendi ſit ratio, & quod libellus ſupplex una cum libello actionis conjungatur, licet non fuerit neceſſitatis de jure, ſed nuda ſupplicatio proceſſibus primò exhiberi potuerit, *auth. offeratur. C. de lit. conteſt.* nec etiam formula à Prætore impetratur amplius, ſed rectâ in judicio actionem proponendi facultas eſt, *l. 2. C. de formul.* Quod ſi Judex ex oblato libello intelligit actionem Actori competere, proceſſum & citationem decernit.

Eſt autem *citatio* actus, quo quis mandatu judicis juris experiundi causâ in jus vo- 11
catur: regulariter ſcilicet, quia non eſt perpetuum, præſertim in judiciis inferioribus, in quibus ſummariè proceditur, ut mandatum judicis intercedat, ſed ad petitionem partis citant apparitores, quaſi ex tacito & generali juſſu, *Herm. in not. ad Weſenbec. h. t.* Et eſt citatio Principium & fundamentum judicij *§. ult. Inſt. de pœn. temerè litig. c. quoniam. 11. extr. de probat.* quâ deficiente vel etiam ſi fieret à judice proprio motu, non ad petitionem partis, proceſſus redditur nullus, *Gail. 1. obſ. 48. n. 1. & obſ. 50. n. 4.* Aſt qua ratione, in-
quies, citatio dicitur fundamentum judicij, 12
cùm litis conteſtatio paſſim ejus principium eſſe tradatur? *l. unic. C. de lit. conteſt. l. 15. ff. rem. rat. hab. l. 35. de uſur. Gail. 1. obſ. 75. & obſ. 48. & 74.* ſed hoc diſſidium facilè poteſt componi, nam aut vocem judicij latius accipimus, pro toto litis tractatu, ab in jus vocatione usque ad executionem quæ proceſſûs judiciarij pars eſt ultima, *Weſenbec. ad rubr. C. de Judic. n. 19.* aut preſſius, ut ea tantùm contineat, quæ olim apud judices pedaneos expediebantur, nempe pro progreſſu judicij à lite conteſtatâ usque ad ſententiam, qui inſtantia dici ſolet, *Marant. ſpec. aur. p. n. 2.* priore ſenſu citatio verè & propriè eſt pars judicij, poſteriore non item; ſed eſt tantùm præparatoria judicij, *d. obſ. 74.* quia ante litem conteſtatam nulla adhuc eſt diſceptatio cauſæ, in quâ judicij eſſentia conſiſtit. Eâ de causâ *Obrecht de lit. conteſt. c. 1. n. 8.* citationem inſtituendæ actionis, litis conteſtationem litis exordium appellat.

Dividitur citatio in realem, verbalem,
& ſcriptam. *Realis* regulariter in crimina- 13
libus frequentatur, irregulariter in civilibus. Et licet mandatum judicis prævium iſta citatio requirat, *l. 3. C. de exhib. reis,* ne quis

Digitized by Google

quis præcipitanter & iniquè lædatur; tamen in flagranti crimine inventus, ne elabatur, vel ſuſpectus de fugâ, etiam à privatis capi & tantiſper retineri poteſt, donec eum judici ſiſtant, quia fugæ periculum non patitur moram, & judicis acceſſum, *l. 10. §. 16. quæ in fraud. Credit. Gail. 1. obſ. 48. n. 14.* tum verò ita citari poſſunt contumaces poſt 3. citationem, *l. 8. C. quomodo & quando Jud.* & condemnatus per ſententiam, pro faciendâ executione, *l. qui bonis. C.*
14 *qui bonis cedere poſſ.* In causâ civili apprehenſio, quam arreſtationem vocant regulariter prohibetur, ne ab executione litis fiat exordium, *l. un. C. de prohib. ſequeſt.* niſi quatenùs jure, conſuetudine vel privilegio eſt permiſſa, ut ſcilicet ſumptus ad perſequendum debitorem alibi commorantem evitentur, *Zaſ. hic. n. 8. Verbalis* citatio vel fit per præconem vivâ voce, & in faciem, vel *per literas*, quando Judex facit citationem in ſcriptis, & eam committit nuncio ut aliquem citet: vel fit *per edictum* affixum in loco publico, quando citatus eſt vagabundus, & non conſtat ubi locorum commoretur, tunc enim per edictum in trium Dominorum territoriis affixum poteſt citari *Clem. paſtoralis in med. de ſent. & re jud.*
15 *Nov. 134. c. 5. Gail. 1. obſ. 56. n. 7.* ſed ſi Judex ſciat ubi reus degit, neutiquam ad citationem edictalem perveniri poterit, ſed debet reus ad domum, vel ſi extra citantis territorium degat per literas ſubſidiarias citari, *d. Clem. Carpzov. Conſt. 2. defin. 29.* hoc modo etiam citari ſolent creditores alicujus defuncti vel excutiendi, ut compareant
16 & creditum ſuum proponant. Si reus citatus tempore citationis abſit, citatio in ſubſidium fit ad domum habitationis ejus, *c. cauſam. extr. de dolo & contum.* ubi Abbas *n. 5.* per publicam denunciationem coram teſtibus, aut potiùs coram domeſticis, relictis penes eos literis citationis, aut oſtio affixis. Nec obſtat *l. 18. h. t.* quæ negat aliquem de domo ſuâ in jus vocari poſſe; quia de jure veteri, quo obtorto collo rapere licebat, eſt accipienda. Per *tubam & campanam* Univerſitas non ad judicium, ſed aliis de cauſis convocari ſolet. Nundinarium privilegium eſt, ut nemo in iis ob debitum incarcerari & apprehendi poſſit, cujus ratio eſſe poteſt, ne occaſio turbandi mercimonia naſcatur, *l. 11. C. de nund.*
17 Requiſita Citationis in ſcriptis ſunt, ut contineat nomen & cognomen judicis citantis, ut intelligere poſſit, an Judex citans ſit competens, ordinarius vel delegatus. Quia ſi Judex ſit ordinarius, licet incompetens, citatus tamen comparere & exceptiones ſuas proponere debet, *l. 2. ff. ſi quis in jus vocat. l. ſi quis ex alienâ. 5. ff. de jud. Gail. 1. obſ. 16. n. 3.* Sed delegato impunè non paretur, niſi de commiſſione doceat, *Mynſ. 3. obſ. 1. c. cum in jure de offic. deleg.* 2. requiritur ut nomen ejus ad cujus inſtantiam facta eſt citatio inſeratur, ut citatus de perſonâ ejus ſit certus, & intelligere poſſit, citationem ad ejus inſtantiam & petitionem eſſe factam, *Gail. 1. obſ. 50.* 3. nomen citandi, ut ſciat, ſe citatum eſſe, non alium, *obſ. 49.* 4. debet citatio continere cauſam, ut ſciat quâ ſuper re conveniatur, ſaltem in genere, quia ipſum libellum citationi inſerere, olim utile, hodiè neceſſarium eſt, *cit. ſuprà R. I. de anno 54.* & inſertus tollit facultatem petendæ ulteriùs dilationis, *l. 2. de dilat.* 5. Locum judicij, ut citatus intelligere poſſit, an extra territorium citetur, an locus ſit tutus, honeſtus & liber à contagione. Quæ omnia maximè procedunt in Iudice delegato: Nam ordinarius Iudex, qui certum & deputatum tribunal habet, etiamſi locum in citatione non expreſſerit, intelligitur tamen ad ſolitæ reſidentiæ locum citâſſe, *Gail. 1. obſ. 52 l. 59. de Jud.* 6. Diem & terminum, ut citatus ſcire poſſit, an dies ſit juridica, quia citatus ad diem feriarum non tenetur comparere & citatio non valet, *l. 2. ſi quis in jus voc. non ierit, & l. fin. C. de fer.* licet aliter ſentiant Canoniſtæ in *c. 2. de fer.* ideò ad præcavendas diſputationes poni ſolet in citationibus, compareas tali die, quod ſi illa non fuerit juridica, compareas ſequenti. Nam cùm tempus in citatione præfixum demùm incipiat currere à tempore factæ executionis, propter diſtantiam locorum, nunciorumque tarditatem, & alia multa accidentia, Iudex ſcire non poteſt, an dies comparitionis caſurus ſit in diem feriatum vel profeſtum, *Gail. 1. obſ. 53.*

Effectus citationis eſt, quod litiſpendentiam inducat, & fundet Juriſdictionem Judicis, ſic, ut ſi reus poſteà alterius fori eſſe cœperit, puta mutatione domicilij, aut privilegio, tamen in eâ causâ jus forum revocandi non habeat, quaſi citatio- 18

 ne

Digitized by Google

ne præventus, *l. 7. & l. 30. de Judic. l. pen. de Juris. c. 19. de for. compet.* Nec obſtat, *l. pen. de Jurisd.* ubi ante cognitionem in cauſâ non videtur eſſe præventio : Quia id vel ſpeciale eſt in caſu mutati fori per matrimonium, vel lex loquitur de antiquâ in jus vocatione, quæ præventionem non potuit operari. Tum etiam citatio perpetuat Jurisdictionem Judicis delegati, ut delegante mortuo nihilominùs in cauſâ procedere poſſit, *c. 20. de offic. delegat.* per quod cap. præcedens corrigitur ; & poſt citationem in actionibus realibus res litigioſa eſſe incipit, *Auth. litigioſa C. de litigios. Vinn. Inſt. 4. t. 16. §. 3. n. 3.* Præventio verò locum habet in Judicibus qui pares ſunt in Jurisdictione, cujus effectus eſt, ut ibi judicium finiatur, ubi eſt cœptum, *Gail. 1. obſ. 29.* & ibid. *Greve. conſid. 2. & 3.* Judex enim alter non poteſt amplius acceptare cauſam, ſed contra ipſum præventione excipi, ita ut Judex præveniens præferatur alteri ſententiam prius proferenti, modò is qui citari fecit, compareat unà cum citato, vel eo non comparente contumaciam accuſet ; aliàs enim ſi id non faceret is, qui citari curavit, executa Citatio non operabitur effectum præventionis, *Grev. d. loc. Chriſtin. vol. 2. deciſ. 32. per tot.* Et contumaci non prodeſt litispendentiæ ſeu præventionis exceptio, *Cothman. tom. 3. reſp 3. n. 18. Gail. d. loc. n. fin..* quia aliàs illuderetur primus Judex per contumaciam, ſecundus verò per exceptionem præventionis, *Grev. d. loc. conſid. 3.* nec præventionem tribuit Citatio ob contumaciâ circumducta, *Carpzov. de proceſſ. tit. 9. art. 3. n. 58. & ſeqq.* quia ad inducendam litispendentiam & præventionem non ſolùm requiritur citatio, ejusque legitima inſinuatio, ſed etiam reproduci, non comparentis contumacia accuſari, & de procuratoris mandato conſtare debet, *Marta Digeſt. noviſs. tom. 1. verb. lis, c. 16. 35. & per tot.* atque alleganti præventionem demonſtrandum eſt, de eodem corpore, eodem jure, ex eâdem cauſâ litem moveri, aliàs hæc exceptio non obſtat.

Porrò citatus ad unam cauſam tenetur etiam reſpondere ad aliam in quâ non
19 eſt citatus, *Gail. 1. obſ. 51. n. 2.* Præcipuus enim citationis effectus eſt comparitio, qui autem præſens eſt, de eo, quod agitur, certiorari poteſt, ut non ſit neceſſe eum aliter citare. Non eſt tamen obligatus reſpondere ſtatim, ſed induciæ ipſi dandæ ſunt deliberatoriæ, *Maraut. p. 6. de prim. memb. jud. n. 13.* idque eſt, quod in *l. 2. §. 3. de Jud.* dicitur, eum qui ad aliam cauſam venerat, jus revocandi domum habere. Dies autem aſſignationis in termino non continetur, veluti ſi hodiè aſſignet Judex 10. dies ad comparendum, hodiernus dies non continetur, *Mynſ. obſ. 15. l. 1. ff. ſi quis caut. jud. ſiſtend. c. 1. de reſtit. ſpol. in 6.* Sic 20
etiam ſi terminus Juridicus incidat in ultimum diem temporis præfixi, citatio non ſubſiſtit, quia non continet plenum ſpatium temporis aſſignati, *Carpzov. p. 1. Conſt. 2. defin. 23.* Non enim hîc computatur dies termini in termino, nec tempus labitur de momento in momentum, ut in decendio appellationis, *Gail. 1. obſ. 139. n. 5.* ſed dies integra conſideratur, nec quoque dimidiari poteſt. Quia dilationes ſint ſtrictè accipiendæ, & tempus de momento in momentum etiam currat, nec poſſit dari ratio diſparitatis præ reliquis dilationibus legalibus ; quæ ſententia de jure videtur verior, niſi fortè major favor eſt in initio actionis & ante litem conteſtatam dilationis.

Ad citationem itaque requiritur commiſſio Judicis, quæ fieri debet nuncio, ut 21
executionem citationis faciat : quod hodiè ex ſtylo Judicii & communi praxi admitti poteſt, tanquam eſſentiale citationis, *Gail. 1. obſ. 54.* & præſertim in citatione reali *l. fin. C. de exhib. reis.* ſemper tamen & perpetuò, ex naturâ rei de ſubſtantiâ citationis non eſſe vel inde apparet, quod jure veteri quivis privatus in jus vocare potuerit. Cæterùm ſi nuncius citationem exequatur commiſſio Judicis ei facta nec hodie præſumitur, ſed probanda eſt, *l. 1. C. de mand. Princ. c. 31. de officio deleg.* Quod ita in Judicijs ubi citationes in ſcriptis fieri ſolent, quæri poteſt. Nam aliàs planè nuncio publico verbaliter citanti, non remotè habitanti fides habenda eſt, *Marant. p. 6. de cit. n. 4.* ne effe- 22
ctus citationis verbalis planè tollatur. Aſt, inquies, creditur relationi nuncij (quam ad finem citationis originalis ſcribere, & ea ad acta poni ſolet) aſſerentis ſe legitimè citâſſe, quia electa eſt fides perſonæ jura-

Digitized by Google

juramento obſtrictæ, *Gail. 1. obſ. 54. n. 4.* ergò debet etiam ipſi credi aſſerenti ſe ex commiſſione Iudicis citare? Nuncio namque tantùm creditur de actu ſuo, non de alieno ad officium ſuum non pertinente, qualis eſt ſolennitas commiſſionis, *Gail. d. l.* nam Iudex fidem ejus eligit, non verò pars citata. Nuncius autem ipſi parti citatæ inſinuare citationem debet, non alij, aut ad abſentis ædes affigere, ut dictum ſuprà.

23 Hinc quæritur, an ſi citatio mariti facta ſit uxori, rectè executa videatur? Reſpondent quidam negativè, ne uxoris fortè malæ dolus aut negligentia noceat marito: ſed citatio uxoris benè inſinuari poteſt marito, *l. 5. §. 3. ff. quod vi aut clàm*, quia uxorem, à marito defendi æquum eſt, *§. 2. Inſt. de injur.* Quod ſi igitur nuncius per culpam & imperitiam citationem non rectè exequatur, eam ſuis ſumptibus ex integro facere debet, *Gail. 1. obſ. 54. n. 8.* Si citandus latitet, vel abſit, quid nuncio exequenti citationem ſit faciendum, ſuprà monitum eſt.

24 Poſt litem verò conteſtatam, quia procuratores fiunt Domini litis, *l. 12. C. de procurat. c. 2. de procur. in 6.* idcircò ipſi poſteà citari debent, & in eos ſententia ferri, *l. C. de ſent.* nam hic eſt dominij illius effectus, ut non cum negotij Domino, ſed cum Procuratore lis agi intelligatur. DD. communiter in *l. 22. C. de procurat.* Quod de jure communi veriſſimum eſt, ſed in praxi hodiernâ Procuratores ſunt nudi tantùm miniſtri, & tamen in appellationibus Procuratorem abſente Domino citari poſſe

25 tradit, *Mynſ. 1. obſ. 9.* Denique citationis Decretum & executionem die feſto fieri poſſe uſu receptum eſt, quia vix quicquam judiciale aut jurisdictionale habere videtur, *Gail. 1. obſ. 53. n. 5.* licet in theoriâ fortiter obſtare videatur, *l. ult. C. de feriis* ibi: *Nulla quemquam urgeat admonitio, à cunctis executionibus ceſſetur:* niſi accipiatur, quando quis ab ipſius loci Judice & apparitore ad Iudicium, non verò ex remotis locis ad Tribunal citatur; ubi Iudici non liquet an nuncius die feſto aut profeſto ad domicilium citandi perveniat. Sicque citationis executio non ex propoſito & directè, ſed ex accidenti, ad evitandos ſumptus, die feſto fieri poteſt. Vel poſſet *d. l. ult.* reſtringi ad eas executiones & admonitiones, quæ cauſæ cognitionem præcedentem requirunt, qualem non exigit citatio, *c. prudentiam. c. cum contingat de offic. deleg. Vinc. Taburell. Tr. de Judic. t. 9. per. tot.* Cæterùm actus Iudiciales die feſto non tantùm prohibiti, ſed etiam nulli ſunt *l. 1. h. t. l. 2. C. eod.* niſi neceſſitas aut pietas aliud ſuadeat, *Zæſ. ff. de feriis n. 6.*

Citationem committere Judex ordinarius & delegatus non ſolùm poteſt, ſed etiam debet ad petitionem partis. 26 Hâc ſolâ differentiâ, quod hic ſemper delegationem ſibi factam allegare debet, ſecundùm praxin, *Gail. 1. obſ. 48.* Originale verò non niſi parti comparenti & petenti exhibere tenetur, *Mynſ. 3. obſ. 1.* Cùm autem extra controverſiam ſit, delegationem non ſolùm in ſcriptis, ſed & vivâ voce fieri poſſe, poterit etiam nuda allegatio ſufficere, ut reus comparere teneatur, nam ſi ſtatim probanda eſſet, nec copiæ transmiſſio ſufficeret. Quamvis in praxi, ut dictum, ad præcidendas ambages & quæſtiones regulariter in ſcriptis fieri ſoleat. Nec obſtat ſuperiori propoſitioni, *l. 1. C. de mand. Princ. & c. cum jure de offic. deleg.* quia per citationem nemini præjudicatur, ſed ſi citato comparente delegationem allegans eam non probare poſſit, citatus ipſi reſpondere non tenetur, *d. l.* imò etiam arbiter compromiſſarius citare debet, 27 quippe qui verus eſt Judex, cùm compromiſſa adinſtar Judiciorum redacta ſint, *l. 1. de recept. arbitr.* non verò arbiter juris, qualis deſcribitur in *l. ult. C. de judic. l. 9. qui ſatisdare cog.* aut arbitrator, qui ſaltem tanquam nudus miniſter intervenit, & non ad deciſionem Judicialem cauſæ controverſæ, ſed in contractu ad definiendas partes ſocietatatis, aut mercedis & pretij determinationem in locatione vel emptione aſſumitur, juxta *l. 25. in pr. locat. & l. ult. C. de contrah. empt.* vide *Weſenb. par. h. n. 13.* quanquam omiſſionem citationis ab arbitro non operari nullitatem exiſtimet, *Hunn. in Treutl. h. t. q. 11. per l. 76. pro ſoc.* ubi arbitri ſententiæ ſtandum eſt, ſive juſta ſit, ſive iniqua. Arbitri autem compromiſſarij dicuntur willkührliche Schieds-Richter / Niderſaß und Obmann / in quorum ſententiam à litigatoribus eſt compromiſſum pœnâ ut plurimum adjectâ, *Nov. 82. c. 11. Gail. 1. obſ. 156. n. 6.* ſicque arbitrorum laudo non tam propter authoritatem ſententiæ, quàm pro-

Digitized by Google

propter conventionem & metum pœnæ ſtandum eſt, ut nec appellare liceat, *l. 40. C. de transact.* quia ſibi imputare debet, qui compromiſit, *l. 27. §. ſtari de recept. arbitr. Carpzov. Juriſpr. forenſ. p. 1. Conſtit.*
28 *1. defin. 13.* Quid ſi actor ad cujus inſtantiam facta eſt citatio ipſe in termino non compareat? Jure veteri terminus pro circumducto habebatur, & novâ citatione opus erat, *l. 73. §. 1. & 2. ff. de judic.* ſed jure noviſſimo ex *Nov. 112. c. 3. §. 1. & 2.* reus petere poteſt, ut in causâ principali procedatur & lite in contumaciam pro conteſtatâ habitâ definitivè pronuncietur, *Schrad. in auth. qui ſemel n. 27.* & ibid. *Salicet. C. quo-*
29 *modo & quando Judex ſentent.* Tandem cùm extra territorium citatio nulla ſit, ſi tamen dubitatur, an territorium ſit judicis citantis nec ne, hoc caſu citatus comparere tenetur, *l. 2. ff. ſi quis in jus vocat. l. 5. ff de Judic.* quod facilè & impunè facere poteſt, usque dum in dubio doceatur de incompetentiâ, quia præſertim *lex ult. de Jurisdict.* non de citante, ſed jus dicente loquitur. Et facilè potuit occurrere inter Prætores Romanos dubium de competentiâ Jurisdictionis, quia non tam ratione perſonæ, quàm cauſæ habent limitatam Jurisdictionem. Hodiè de Jurisdictione inter Dominum centenæ & Vogteiæ ſæpiùs lis eſt, quorum uterque delinquentem ad ſuum citat forum.

30 Sed ſi opus habeat Judex præſentiâ ejus, qui alienæ ſubeſt Jurisdictioni, quâ ratione eum citabit? Id traditur à *Gail. 1. obſ. 56.* quod Judex rei ſitæ reum alienæ Jurisdictioni ſubjectum citare vel ei ſaltem denunciare poſſit per nuncium, ut futuræ litis ſcientiam habeat, valetque iſte actus denunciationis ad hunc effectum, ut Judex in contumaciam non comparentis ad immiſſionem bonorum procedere poſſit, licet in ipſius citati perſonam nulla ipſi competat Jurisdictio: quo eodem effectu etiam citari poteſt per literas ad Judicem citandi datas, ut moneat citatum ad comparendum & reſpondendum. Et tandem citari poteſt per edictum publicum, quem citandi modum *Gail.* tradit eſſe tutiſſimum, *1. obſ. 57.*

31 Poſtremò ſi Iudex ſuperior & inferior ad eundem citent terminum, ſuperiori parendum eſt, ſi ei abſolutè ſubjectus eſt citatus, quod nimirùm concurrentem cum Magiſtratibus inferioribus habeat Iurisdictionem, vel aliàs immediata in citatum ei competat Iurisdictio, ut quando Dominus Centenæ in causâ criminali, alter in causâ civili citat. Sed ſi ſuperior non niſi per appellationem adiri poteſt, hoc caſu citatus inferiori ſe ſiſtere habet neceſſè, *l. 4. §. 1. de re judic.* quâ tamen in re conſuetudines cujusque Reip. erunt inſpiciendæ, *Colcr. de proceſſ. exec. p. 3. c. 7. n. 36.* Et in pari Iurisdictione duorum citantium prævenienti parendum eſt, *l. 2. & 4. de in jus voc.*

Non autem unus tantùm & ſolus in 32
quâlibet causâ, ſed omnes citandi ſunt quos negotium principaliter contingit, *l. 47. ff. de re jud. l. 39. de adopt.* adeò quidem ut ſententia ſit ipſo jure nulla, etiamſi pro abſente non citato fuerit lata, quia citatio eſt ſubſtantiale fundamentum Iudicij, cujus omiſſio ponit defectum ſubſtantialem ex quo ſequitur nullitas, ut ſuprà eſt dictum, & tradit *Barthol. in l. ea quæ C. quom. & quand. Jud. ſent. proferr. deb.* non obſtante eo, quod ſententia in favorem pupilli lata ſuſtineatur, *l. 14. ubi DD. procur.* cùm tamen judicium cum eo agitatum ſit nullum, *l. 4. C. ſi adverſus rem judic.* quia actus pupillorum & minorum concernentes eorum utilitatem, ſuſtinentur, & eatenùs legitimam ſtandi in judicio habent perſonam, *Vant. de nullit. ex defectu ætat. n. 10. Zæſ. h. t. n. 24.* Quamvis diſſentiat *Hunn. in Treutl. h. t.* qui ſententiam pro abſente ſubſiſtere putat, quia nemo eâ ſit læſus, nec indefenſus iniquè condemnatus, quæ ratio principalis ſit cur utraque pars debeat condemnari. Quæritur porrò 33
*utrùm partes denuò ad audiendam ſententiam citari debeant*, an verò ſufficiat una & prima citatio ad totam cauſam? In Camerâ citatio ad audiendam ſententiam non requiritur, teſte *Gail. 1. obſ. 109.* quia ſufficit partes per procuratores ſuos præſentes eſſe, nam hodiè in Curijs tam ſecularibus quàm Eccleſiaſticis, præſertim verò in ſupremis tribunalibus, Procuratores & Advocatos ordinarios habent, qui exhibito ad acta Procuratorio ſeu legitimatione ſuæ perſonæ, pro principalibus ſuis in expeditionibus cauſarum comparent, *Grev.* ad *Gail. lib. 1. concl. 109. n. 26.* ut nullâ ulteriori citatione ad audiendum ſententiam ſit opus. Idcircò diſpoſitum eſt ulti-

Digitized by Google

ultimo *R. l. de anno 54.* §. 42. So dann ſollen im übrigen die Procuratores, jhre Gewält und legitimationes in dem erſten Termin / vermög der Ordnung und Dep. Abſchid anno 1500. §. weniger nicht / ſub præjudicio einbringen / oder darüber caviren. Quin & jure communi licebat contra abſentem pronunciare, *l. 1. & l. ult. C. quom. & quand. Jud. l. 1. §. ult. quand. appell. l. 4. C. de procur.* Quamvis contraria ſententia communior ſit, quæ fundatur in *l. 27. §. 4. de recept. arb.* ubi non niſi ex pacto jus eſt arbitro pronunciare altero abſente, & fortius in *l. 60. ff. de re jud.* ubi propter abſentiam neceſſariam alterius partis etiam Judice invito dies differri dicitur. Reſpondendum ergò eſt ad leges contrarias, quod ubi de audiendâ ſententiâ agitur, non quidem trina citatio vel edictum peremptorium requiratur, ſed ſimplicem ſufficere admonitionem, ex *l. 2. & 7. C. quom. & quand. Jud.* quoniam non ad eum finem fit, ut à parte aliquid proponatur, ſed ut ſententia concepta audiatur. Quod autem paſſim in Principum Dicaſterijs partes ſemel tantùm ab initio litis citantur, hanc habet rationem, quod in illis Judicijs certi præfixi ſunt ad ſingulos Judicij actus expediendos termini, quos partes etiam non monitæ obſervare poſſunt & tenentur.

34 Ampliùs tractatur hæc quæſtio: *Utrùm præſens in Judicio adhuc ſit citandus?* Quod rectè cum DD. negatur, quia præcipuus citationis effectus eſt comparitio, ergò præſens non eſt amplius citandus, ſecundùm *Gail. 1. obſ. 51.* imò potiùs ſalvâ dilatione à legibus conceſſa, ad reſpondendum & actionem ſuſcipiendam tenetur, ut traditum eſt ſuprà in concurrente cum hâc quæſtione: An citatus ad unam cauſam reſpondere etiam ad aliam teneatur.

35 Cæterùm citare & in judicium vocare non licet indiſtinctè quoſvis nam Magiſtratus durante adhuc officio planè vocari nequeunt, *l. 2. h. t. C.* item qui aliquo neceſſario negotio impediuntur, quales enumerantur in *l. 2. 3. & 4. de in jus voc.* ad quam claſſem etiam pertinet, qui apud Prætorem jus dicit, *l. 7 h. t.* ratio, quare Magiſtratus in jus vocari non potuerint, hæc aſſignari poteſt, ne dignitas & autoritas eorum violetur, & ne à tractatione publicorum negotiorum adminiſtrationeque Juſtitiæ avocarentur, cùm præſertim depoſito Magiſtratu facultas adverſus ipſos agendi libera concederetur, *l. 48. C. de Jud.* & hoc privilegium ſaltem ad majores Magiſtratus, qui Imperium habent v. g. Conſulem, Præfectum, Prætorem, Proconſulem, pertinuit *l. 2. h. t. l. 32. ff. de injur.* non verò in minoribus obtinuit. Et illis non ſolùm in cauſis civilibus, ſed etiam criminalibus id profuit ut nec ex delictis commiſſis in jus vocari poſſent, *l. 12. in pr. de accuſ. l. 38. §. ult. de adult.* ubi tantùm exigitur cautio, ut ſe ſiſtant in finem honoris, excepto crimine repetundarum, *l. 4. C. ad l. Jud. repet.* quia hoc crimen ipſam adminiſtrationem inficit, quod detegi & puniri maximè intereſt provincialium, & ideò adhuc adminiſtrante Magiſtratu proponi & probari poteſt, imò propter hoc crimen Magiſtratus ab officio removetur, *l. 6. ff. ad l. Jul. repet.* ne ulterior in bona ſubditorum graſſandi detur facultas, *gl. Cyn. & Salicet. ad d. l. 4.* Et ſi actio tempore ſit peritura, ea etiam adverſus Magiſtratum durante officio inſtitui poteſt, *l. 16. ff. de offic. præſ.* quæ omnia jure veteri ita ſancita fuerunt, ſed *Juſtin. in Nov. 86. c. 4.* conſtituit, ut contra Magiſtratus implorentur Epiſcopi, qui eo tempore jam non ampliùs annui, ſed perpetui fuiſſe videntur. Et quia *hodiè* Magiſtratus ſunt perpetui, ſemper contra ipſos agi poteſt, quia ſemper prohibere ſubditum, quominùs jus ſuum adverſus Magiſtratum perſequatur, injuria eſſet.

Ampliùs in jus vocari non poſſunt, quibus reverentia debetur, quales ſunt Parentes, Patroni, *l. 4. 5. 6. 7. h. t.* qui enim tales perſonas ſine veniâ in jus vocaverit, in eum datur actio pœnalis 50. aureorum, *l. 12. h. t.* rationem putant fuiſſe olim permiſſam illam violentam obtorto collo in jus raptionem, quæ cùm hodiè per contrariam praxin totius Germaniæ ſit ſublata, inde etiam petitionem veniæ ceſſare colligunt. Verùm cùm in principio traditum ſit, illam violentam in jus vocationem filio in patrem nunquam fuiſſe permiſſam, quia citra impietatem filius non petat, ut ſibi patrem in jus rapere liceat, nec Prætor hoc ex Juſtitiâ permittere poſſit. Idcircò juri magis conſentaneum eſt, ſi dicamus edictum Prætoris ad ſimplicem



Digitized by Google

vocationem in jus pertinere, & in talibus perſonis ſatis ipsâ dictione diei lædi reverentiam, ut veniæ petitio ſit neceſſaria, præſertim ſi famoſa actio contra ipſas moveretur, *l. 19. §. 12. h. t.* Atque etiam *hodiè* cum præfatione honoris contra tales perſonas proceſſus petuntur, & nemo ſine permiſſu & autoritate Magiſtratûs in jus vocatur. Quâ de causâ tam ſollicitâ veniæ petitione non eſt opus, ut in causâ Vaſalli erga Dominum, tradit *Mynſ. 4. obſ. 92. Gail. de pign. c. 15. n. 4.* ſed ſufficit perſonæ qualitatem Judici deſcribere, ne eâ diſſimulatâ, præſertim in actione famosâ, fraudulenter proceſſus impetrâſſe videatur, ſeque pœnæ edicti ſubjiciat. Quibus ita poſitis, quæſtiones omnes, de diſcipulo & Præceptore, de privigno & novercâ, durante ſcilicet adhuc non diſſolutâ affinitate, ſuam accipiunt reſolutionem, cùm deſcriptio qualitatis perſonæ reæ, & ipſa impetratio proceſsûs hodiè loco veniæ eſſe poſſit.

Similiter in jus vocari nequit Judex ut ſcilicet ſtatim vocantem teneatur ſequi, *l. 2. h. t.* nec ille, qui apud Prætorem cauſam agit, *d. l.* niſi à ſuperiore Judice vocatus illuc abeat ſpontè, *l. 54. §. 1. de re jud.* vel actio poſterior ſit tempore peritura, *l. 2. §. 1. de cuſt. & exhib.* aut priori gravior, *l. 53. §. 2. de re jud.* Præterea infans vel pupillus citari cum effectu non poſſunt, *l. 45. §. fin. l. 54. de re jud.* ſed tutor ipſis à Magiſtratu conſtituendus eſt, *l. 2. §. 3. qui pet. tut. l. 4. C. eod.* quamvis *Mynſ. 2. obſ. 35.* tradat ejus conjunctos eſſe citandos. Quod ſi tutorem habeant, *Bart. in l. 1. de adminiſtr. tut.* defendit, etiam in perſonam pupilli concipi poſſe citationem, ſi modò major ſit ſeptennio, quia in *d. l. 1. §. 2.* electio permittatur tutori, an ipſe per ſe defendere pupillum, an verò ipſum exhibere, eique auctorari malit, *Jaſon. in l. 2. h. t.* citatio tamen non ſoli pupillo, ſed ſimul tutori inſinuanda videtur, ut ipſe quid ſit faciendum, eligere poſſit. Licet autem tutor pro pupillo citari verbaliter poſſit, realiter tamen non poteſt, quia nemo pro alieno delicto apprehendi debet: ſed ipſe pupillus proximus pubertati & doli capax, utique rectè realiter citatur.

36 Quod ad mulierem attinet, illa in *l. 1. & auth. ſeqq. C. de off. diverſ. Jud.* tantùm prohibetur in carcerem publicum & conſuetum duci, ſexûs quodam favore, quia Juſtinianus Mulieres comprehenſas monaſterio vult includi, quæ reverà realis eſt citatio. Et prohibet ſaltem ne materfamilias propter debitum civile è domo propriâ producatur, ex quo ipſam aliundè ex causâ criminali citari poſſe concluditur, ne mulieribus facinoroſis patens impunè delinquendi feneſtra aperiatur. Sic quoque propter delicta commiſſa comprehendi poſſe Doctorem, Clericum, militem, minorem verius eſt, cùm per delictum præſertim nefandum omne privilegium & dignitas amittatur; Sed hoc ipſis datum eſſe ex *Gail. 1. obſ. 48.* admittitur, ne ſicut plebei & aliæ quælibet perſonæ in Judicium deducantur, & exhibeantur, *l. 6. de Profeſſ. & med.* & ne torqueantur, *Carpzov. pr. crim. p. 3. q. 118. n. 80.* Citatio porrò realis non habet locum, ut quis ex templis extrahi poſſit, quibus Imperatores Chriſtiani jus Aſylorum tribuerunt, ſic tamen, ut graviorum ſcelerum rei, veluti publici latrones, & voluntarij homicidæ, ſe hoc præſidio non tueantur, *Nov. 17. c. 7. Nov. 37. 117.* ſed ſit potiùs involuntariorum delictorum perfugium. Licet jure Canonico immunitate Eccleſiarum omnes gaudeant, præter nocturnos populatores & prædones, *c. inter alia de immun. Eccleſ.* vide *Greg. Tholoſ. Syntagm. Jur. lib. 33. c. 21. per tot.* Tandem citari etiam poſſunt, qui in vinculis ſunt, quia per Procuratorem comparere poſſunt, ut in gravi causâ tradit *Mynſ. 2. obſ. 69.* Si verò Procuratorem reperire non poſſunt, ex edicto Prætoris in *l. 1. l. 9. & 15. quib. ex cauſ. major.* in integrum reſtituuntur, ſi contra indefenſos procedatur, & non tam citantur tales, quàm ipſis, ut ſe defendant, denunciatur.

Dictum eſt ſuprà citationem eſſe ſubſtantiale fundamentum Judicij *§. ult. Inſt. de pœn. temerè litig.* ex quo ſequitur ejus omiſſionem eſſe inſanabile proceſsûs vitium, ut proindè negligi nullo caſu poſſit, nec ex plenitudine poteſtatis Principis, quia citatio eſt introducta, ut pars citata ſe defendat, nec ulla ferè datur tanta notorietas, quæ excludat omnem exceptionem, præſertim circa ea, quæ conſiſtunt in facto, ut ſemper reus conqueri poſſit, habuiſſe ſe, quod opponeret, *Salicet. in l. 7 n. 74. C. de accuſ. & inſcript.* quod ſi notorieta- 37

tem

Digitized by Google

tem ſupponimus, tum fruſtrà de citatione quæritur, & ab executione poterit fieri initium: Si verò negotium cauſæ cognitionem requirit, ſemper neceſſaria eſt citatio, *Gail. 1. obſ. 48. n. 2.* Nec obſtat, *l. 2. §. 2. de admin. rer. civit.* quia illic pronunciatum contra abſentem, non ſuſtinetur ex notorietate, ſed ex favore cauſæ.

De effectu Citationis quædam etiam dicta ſunt ſuprà, hic addendum, quod citatio delegati Juriſdictionem perpetuet.
38 Nam licet mortuo delegante delegati Juriſdictio ceſſare, & correlatio ſublata videatur: tamen poſtquam per citationem cauſa deſiit eſſe integra, *c. 20. de off. deleg.* per quod præcedens *c. 19.* corrigitur, lex perſonam delegantis ſupplet, ut cùm ex perſonâ delegantis nihil ampliùs agere poſſit, agat ex confirmatione legis, *l. 6. ff. de Juriſd.* cùm aliàs citra legis aſſiſtentiam procedere non
39 poſſit. Porrò una ſimplex citatio non conſtituit reum in contumaciâ, ſed tres vel una peremptoria requiritur, *l. 53. ff. de re jud. l. 8. C. quom. & quand.* Citatio autem peremptoria eſt, in quâ Judex comminatur, etiamſi pars citata non venerit, ſe nihilominùs de causâ cogniturum & pronunciaturum non obſtante partis abſentiâ, *l. in peremptorio de Jud.* vel quando Judex ter citavit, per intervallum ut minùs 10. dierum, *l. 68. & ſeq. eod.* peremptorium enim, & tres citationes, æquiparantur, *l. 9. C. quom. & quand. Jud. l. contumacia. ff. de ſent. & re jud.* exceptis cauſis gravioribus, *Jac. Speidel. in obſerv.* verbo, peremptori-
40 ſche *Citation.* Contumacia variè coërcetur, modò damno litis, & condemnatione, ſi actor intentionem ſuam plenè probat; In noviſſimo R. I. de anno 54. §. Würde nun hierauff. 36. de proceſſu in contumaciam hæc habentur: Würde nun der citirte/ deme in allweg ein geraumer/ und nach Geſtalt der Sachen/ und Entlegenheit deß Orths bequemlicher/ nach Ermäſſigung deß Richters von dem Tag der beſchehener inſinuation/ Termin wenigſt auff ſechtzig Tag anzuſetzen/ nicht alſobald in ſolchem Termin erſcheinen/ und alſo der Kläger gegen ihme in contumaciam zu procediren gedrungen/ ſo verbleibt es bey der Ordnung und bißherigem üblichem Gerichtsbrauch/ daß wann das ruffen erkennt/ dem Kläger nach Verflieſſung der ſechs Iuridicarum zugelaſſen ſeyn ſolle/ gegen dem ungehorſamen und nicht erſcheinenden Antworter in contumaciam (jedoch mit hinfüriger Auffhebung der bißherigen gebräuchlichen zweyen weegen/ entweder auff die Pœn der Acht/ oder immiſſion ex primo vel ſecundo Decreto zu procediren) in der Hauptſach ordentlicher Weiß biß zu End nach Belieben [allermaſſen in der Ordnung/ *part. 3. tit. 34.* verſehen worden] zu verfahren. Secùs verò actore non probante, abſolvitur reus, quia abſentia rei contumacis Dei præſentiâ ſuppletur, *l. properandum. §. cum autem. C. de Jud.* ubi dicitur, *bonam cauſam abſentis triumphare debere.*; Regulariter tamen contumax, etiamſi vincat, in expenſas condemnatur, *Gail. 1. obſ. 69. n. 6. & ſeqq.* Et quia ſecundùm antiquum procedendi morem, qui in judicio Rottvvilenſi adhuc obſervatur, pœna contumaciæ in criminalibus, & nonnunquã in civilibus eſt bannus, quæritur an contumax pœnitens & ſe judici ſiſtens, eoipſo ſit banno exemptus, tanquam ſublatâ causâ, & factâ ſolutione debiti, an verò adhuc abſolutione indigeat? *Mindan.* abſolutionem neceſſariam eſſe defendit, quia aliàs inanis eſſet declaratio banni ſine executione, & inanis executio, quæ nullâ interveniente ſolutione debeatur, ideoque ceſſat bannum ſublatâ inobedientiâ, tanquam causâ, quia effectus hic jam eſt conſummatus, qui etiam ſublatâ causâ manet, & bannum ſola contumacis obedientia non ſolvit. Si poſt tertiam modò citationem compareat, impenſas primæ & ſecundæ actori refundere non tenetur, quia jure ſuo utitur.



Digitized by Google

# Liber II. Titulus XI.
## De
## LIBELLO.

**Summaria,**

1. *Hodiè non poteſt nuda ſupplicatio pro proceſſibus exhiberi, ſed ſimul debet produci libellus.*
2. *Quid ſit libellus, & quomodo dividatur.*
3. *Quâ reſponſione rei videatur eſſe lis conteſtata?*
4. *Quomodo libellus concipiatur? & quæ ſint ejus requiſita.*
5. *Differentia libelli in actionibus ſpecialibus, & univerſalibus vel generalibus.*
6. *Refertur cautela pro actoribus in actione univerſali, & præjudicium.*
7. *Cauſam petendi eſſe vel remotam vel proximam, & quænam in libello exprimenda?*
8. *An in actione reali actor vincere poſſit, ſi dominium modò poſt litem conteſtatam ipſi ſuperveniat?*
9. *An actionis nomen in libello ſit exprimendum?*
10. *Libellus debet eſſe clarus, aut per ſe, aut ex actis.*
11. *An libellus alternativus ſit admittendus?*
12. *An in actione hypothecariâ alternativè agatur?*
13. *In actionibus generalibus res prætenſas in proceſſu ſpecificandas eſſe, ubi traditur differentia inter actiones generales & univerſales, & in quibus cauſis libellus generalis admittatur?*
14. *Ubi libellus offerri debeat? & quod ſit de judicii ſubſtantiâ.*
15. *Recenſentur aliquæ cauſæ, in quibus libello regulariter non eſt opus.*
16. *In cauſis gravioribus, licet viles perſonas concernant, libellus tamen omitti non debet, ſicut etiam in notoriis.*
17. *An & quando libellus mutari poſſit?*

Suprà dictum eſt de ratione procedendi, quod nuda ſupplicatio pro proceſſibus exhiberi, & poſt in termino citationis libellus produci poſſit, *Auth. offeratur. C. de lit. conteſt.* 1
Sed tamen ad abbreviandas lites hodierno uſu libellus actionis ſimul cum libello ſupplici pro citatione exhiberi debet, *Gail. 1. obſ. 51.* R. A. anno 54. §. diſem nächſt. 34. De libello & ejus requiſitis tradit *Gail. 1. obſ. 61. & ſeqq.* & *Theſ. Baſil. vol. 5. diſp. 28.* 2
Libellum definit Obrechtus; quod ſit brevis & aperta verborum conceptio futuræ litis ſpeciem in judicio proponens, *tr. de form. & concip. lib.* cum quâ definitione coincidit deſcriptio in d. §. diſem nächſt. 34. R. A. anno 54. Dividitur in ſummarium & articulatum, quod olim fuit in electione actoris, *R. I. anno 1579.* §. Wie wol auch Vermög. *Denais in Jur. Cam. c. 175. §. 1.* Sed ex dicto noviſſimo *Receſſu Imperii de anno 1654.* omnis libellus debet eſſe ſummarius, clarus, & diſtinctus, §. diſe nächſt. *in tertio puncto,* tam in primâ inſtantiâ, quàm in appellatione, §. zu Beförderung deß *Proceſſ. 64.* ut hic ſupervacuum ſit examinare quæſtionem: An reſponſio ad poſitiones inducat litis conteſtationem? licet negativa ſit deciſa in *c. un. de lit. conteſt. Gail. 1. obſ. 73. n. 8.* 3
quam tamen non immeritò Bachov. oppugnat, quia libellus ſit enthymema, vel Syllogiſmus Juridicus, cujus majorem & minorem conſtituant poſitiones, ut qui ad eas reſpondet, etiam libello reſpondere dicendus ſit, cùm ad litis conteſtationem ſatis ſit oppugnare intentionem actoris & ejus narrata negare, *l. un. C. de litis conteſt. l. rem non novam 4. §. 1. C. de judic. Marant. p. 6. tit. de lit. conteſt. Maſcard. concl. 434.* Quod etiam de jure verius eſſe videtur, & *c. un. de lit. conteſt.* poteſt accipi de poſitionibus ab ipſo judice ex officio inquirente factis, vel à partibus citra formam libelli conceptis. 4
Quando igitur libellus concipitur in formâ Syllogiſmi pleni, tum primò ponitur in exordio coram quo, quis, & à quo petat. Deinde ſe-

Digitized by Google

ſequitur narratio, cujus ſubſtantiale eſt argumentatio juridica, ex quâ Syllogiſmus practicus ſeu judicialis dicitur, *Zaſ. in pr. Inſt. de act. n. 15. Weſenbec. par. ff. de edendo. n. 3.* Et ſiquidem plenus formatur Syllogiſmus, tum major propoſitio continet cauſam petendi ex jure deſumptam. Minor propoſitio illam cauſam repetit, tanquam medium concludendi, eamque præſenti faciei applicat, oſtendens jure contra reum agi. Non eſt neceſſarium tamen ordinem propoſitionum logicum obſervare, ut ſemper minor poſtponatur majori, ſed ordo ille inverti poteſt. Præmiſſis ita poſitis pro concluſione petitio & concluſio libelli annectitur, quæ ſcilicet in petitionem transmutatur, & ad judicem dirigitur, *Obrecht. tr. form. lib. c. 12. n. 8.* Si verò libellus per enthymema formatur, tum propoſitio major planè omittitur, ſed concluſio libelli, quæ petitionem actoris ex ipsâ Syllogiſmi concluſione deſumptam continet, nunquam eſt omittenda, niſi ſingularibus & exceptis caſibus, ut in poſſeſſorio recuperandæ odio violenti invaſoris, in cauſis criminalibus, *Schneidw. Inſt. de act. §. 1. n. 119.* Partes libelli *Alex. de Nevo in addit. ad Specul.* expreſſit ſequenti diſticho.

*Quis, quid, coram quo, quo jure petatur, & à quo,*
*Rectè compoſitus quisque libellus habet.*

Aliter *gl. in c. 1. verbo libellum, de libell. oblat.*

*Conventi nomen, nomen quoque convenientis,*
*Judicis & nomen ſcribet cauſamq; petendi*
*Et quaecunque petet res iſtas ſcribere debet.*

5 Scilicet in *actionibus ſpecialibus*, quia in actionibus *univerſalibus* v. g. petitione hæreditatis, vel *generalibus*, v. g. actione tutelæ ad reddendas rationes, vel actione pro ſocio, res ſingulas in petitione exprimi non eſt neceſsè, ſed ad reſtituendam totam hæreditatem, tanquam jus univerſum, vel generaliter ad rationes reddendas agitur: melius tamen etiam in his actionibus ſibi

6 conſulit actor, ſi ſtatim in libello deſignet res hæreditatis, quid nimirum, quantumque in hæreditate ſit, vel tempore mortis fuerit, easque unà cum causâ principali ſimultaneo proceſſu probet, liquidatio bonorum ſit acceſſoria ad petitionem hæreditatis; quia tunc Judex certam ſententiam ferre poteſt, condemnando reum in res jam ante deſignatas & liquidatas. Aliàs in executione novâ probatione & liquidatione rerum hæreditariarum eſt opus, non ſine maximâ moleſtiâ actoris, temporisque & ſumptuum jacturâ: non enim executio fieri poteſt, niſi debito prius liquidato, quod ſi in proceſſu factum non fuerit in executione fieri neceſſariò debet, prout pluribus deducit *Gail. 1. obſ. 68.* Quod ſi difficilis petitori ſit probatio, ad eam ſublevandam petere à poſſeſſore poteſt, ut aut inventarium bonorum in hæreditate repertorum juſtum atque idoneum exhibeat, aut mediante juramento quantitatem eorum declaret, per textum in *l. fin. §. licentia C. de jur. delib. Struv. in ff. ad tit. de petit. hæred. n. 67. Carpzov. part. 3. conſt. 33. definit. 6. & ſeqq. Weſenb. in paratitl. tit. de hæred. pet. n. 12.* Quod ſi poſſeſſor jurare nolit, tum tamen Actor contra ipſum in litem jurare poteſt, *Carpzov. dict. la. defin. 16.* atque ſic *menſe Novemb. Anno 1670.* eſt judicatum.

*Cauſa petendi* duplex eſt, in actionibus 7
realibus & perſonalibus, alia *remota*, alia *proxima*; In actionibus perſonalibus remota cauſa eſt contractus, proxima obligatio ex eo; Remota igitur ſpecialis in libello exprimenda eſt, *l. 14. §. 2. ff. de except. rei jud.* ex quâ proxima præſumitur & neceſſariò infertur. In actionibus verò realibus proxima cauſa exprimenda eſt, in quâ actor ſe fundat, dicendo ſe rei Dominum eſſe. Conſultius tamen videtur etiam remotam cauſam hic exprimere, hoc modo, ſum Dominus, quia emi, nam ſi causâ cadat, non obſtabit ei exceptio rei judicatæ, quò minùs ex alio titulo denuò petere poſſit, *d. l. 14. de except. rei jud. Schneidw. Inſt. de act. §. 1. n. 111.* ſi modò non malitiosè fatigandi adverſarij causâ titulum omiſit, *arg. l. 43. ff. de arbit.* ſi verò cauſam ſolam proximam exprimit, tunc omnes cauſas remotas ſimul comprehendiſſe, & omne jus ſuum deduxiſſe videtur, ut ex nullâ causâ poſthac fundum petere poſſit, quin ei obſtet, exceptio rei jud. *d. l. 14.* Hoc tamen in actione reali quæritur, an, ſi cauſam ſolam proximam in genere actor expreſſerit, & poſt litem conteſtatam demùm rei petitæ dominium acceperit, vigore illius obtinere poſſit? quod deciditur in *c. Abbate, verſu ceterùm. de ſent. & re jud. in 6.* non verò ſi cauſam etiam remotam expreſſit, quia ſcilicet expreſsâ 8
causâ ſpeciali, Judex ſuper eo, quod de novo

 emer-

Digitized by Google

emerſit, & libello comprehenſum non fuit, non poteſt pronunciare, ut diſputatur in *d. c. Abbate*, cùm non poſſit videri veniſſe in Judicium, quod venit poſt Judicium acceptum, *l. 23. de Jud. l. 35. eod. l. 18. communi dividund.* Si verò generaliter cauſam proximam exprimit, condemnandus eſt, qui litis conteſtatæ tempore non poſſidet, ſi modò tempore ſententiæ poſſideat, *l. 27. §. 1. de R. V.* & condemnatio ex æquitate debet ſubſequi, modò tempore ferendæ ſententiæ dominium penes petitorem inveniatur, *Zaſ. §. 1. inſt. de action. n. 66. Schneidw. ibidem:* quia cauſa proxima omnes cauſas remotas comprehendit, etiam futuras, *l. ſi mater 11. §. eandem de except. re jud.* Et imò etiam condemnatio, ſi ex ſpeciali causâ petitum ſit, adhuc ſubſequi poteſt, ſi modò dominium ex causâ de præterito ſuperveniat, ut tradit ſuprà allegatus *Zaſ. de loc. & ibidem Angel. n. 9.* ſicque hoc caſu, quo poſt litem conteſtatam actor eſt factus Dominus, judicium retrò quodammodò convalidatum peragitur, & reus ad reſtitutionem condemnatur, vide *Zaſ. ff. de R. V. n. 30.* Planè poſtquam hodiè ipſi Magiſtratus judicant, qui formulis non ſunt adſtricti, nil vetat, quò minùs ſine ambagibus lis decidatur, etiamſi actor ex causâ remotâ ſpeciali egerit, & poſſeſſor in ejusmodi cauſa condemnetur. Nam cur abſolveretur, mox alio judicio condemnandus? *Vinn. Inſt. de act. §. 19. verſ. rem. corporalem poſſideat.* Ideoque, quod dicitur, ad fundandam rei vindicationem à parte actoris dominium requiri, à parte rei poſſeſſionem, *l. 23. in pr. l. 36. & ult. de R. V.* ita explicat *Harpp. inſt. de act. §. 1. n. 41.* Quod tamen non ſit neceſſum, agentem ſtatim in rei veritate eſſe Dominum, alioquin omnis rei vindicatione agens victoriam reportaret, ſed dici ſaltem rei vindicatione agentem debere eſſe Dominum, ut ſcilicet ipſi actio ſit utilis, & eâ vincat. Nam ei, qui Dominus non eſt, hæc actio quidem datur, ſed non utiliter.

9 An autem nomen actionis in libello ſit exprimendum? Quicquid ſit jure digeſtorum, ex *l. 1. ff. de edendo. & l. 33. ff. de Judic.* verius, eſt, contra *Donell. Gedd. in. l. 5. de V. S. Zoanet. in l. 3. C. de edend.* ſufficere, ut ex aptâ libelli conceptione actio intelligi poſſit *c. dilecti de judic.* quomodo etiam *dd. ll.* poſſunt accipi, quia non aliâ de causâ nomen actionis eſt edendum, quàm ut reus deliberare poſſit, cedere, an contendere malit, id quod ex facti narratione & petitione ſufficienter poteſt cognoſcere, *Zaſ. de edend. n. 9. Wenſenb. paratitl. eod. n. 7.* opus tamen expreſſione certâ actionis tunc videtur, quando ex uno negotio plures actiones naſcuntur, ut in *l. ſi Colonus ff. arb. furt. Cæſar. l. 1. bon. rapt. l. pen. quod vi aut clam. Gail. 1. obſ. 61. n. 21* cæterùm in dubio illa actio intentata videtur, quæ utilior eſt actori, cuique narratio facti magis congruit, *Gail. d. loc. n. 9.* Itaque ſi expreſſa fuerit in libello actio inepta libellus propterea non vitiatur, quia eſt abundans & ſupervacua expreſſio, & actio competens ſatis ex narratis & petitione cognoſci poteſt. Et hoc praxis quotidiana demonſtrat.

Ut igitur reus eò melius deliberare poſſit, cedere an contendere malit, & Judex certam ſententiam ferre poſſit, 10 libellus debet eſſe clarus & certus, cujus ſummam virtutem in aptâ petitione poſitam eſſe tradit, *Gail. 1. obſ. 66. n. 10. Mynſ. 4. obſ. 5.* quippe ex quâ ſolâ ſuſtinetur, ſi negotium inde intelligi poſſit, & ad quam verba dubia, ceu ad Lydium reducuntur, *Zaſ. pr. Inſt. de act. n. 22.* Et ſi de obſcuritate nil opponatur ex alterâ parte, libellus procedit, ſi modò ex actis poſſit declarari, *Gail. 1. obſ. 62.* aliàs enim eſt reijciendus ex officio, *l. fin. verſ. ſancimus C. de annal. except.* id quod regulare eſt in libello criminali, qui debet eſſe ſpecialis certi criminis, loco & tempore circumſcripti, ita ut reus negativam loco & tempore coarctatam probare poſſit, aliàs enim ei defenſio tolleretur, *Gail. 1. obſ. 62. n. 13.* Si verò evidenter ineptus eſt libellus, judicium & ſententia ipſo jure fuit nulla.

De *libello alternativo* quæritur an ſit 11 admittendus? Et certis caſibus non ſolùm poteſt, ſed etiam debet admitti, quando alternativa vel eſt ex lege, ut in causâ actionis noxalis, & remedio *l. 2. C. de reſcind. vend.* vel ex conventione partium provenit, quia aliàs actor ſimpliciter petendo plus petere videtur, cùm in alternativis electio ſit debitoris. Sicque dicendum eſt cum *Cyno in d. l. 2.* quod emptor aut pretium ſupplere, aut rem reſtituere

tuere ſit obligatus, adeoque ex iſtâ lege utrumque ſit in obligatione. Licet alias in contractibus reſolvendis tantùm ad rem reſtituendam agatur, *l. 11. §. 5. & 6. de action. empt. l. 6. §. 1. de contrah. empt.* Hoc dubium videtur, *an etiam in actione hypothecariâ alternativè agatur? Dom. Ta-*
12 *barell. tr. de Judic. tit. 5. §. 1. Gail. 1. obſ. 62. n. 8. & 9.* affirmant. Si actor dicat, peto illum condemnari aut ad traditionem rei obligatæ, aut ad ſolvendum debitum, per text. *in l. ſi fundum. 16. §. in vindicatione ff. de pignor.* quia in actione hypothecariâ poteſt poſſeſſor rem retinere, & litis æſtimationem offerre creditori, *l. 2 ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſolvit.* nam cùm à ſententiâ ad libellum recta ſit argumentatio, nec quicquam obſtet, quò minus petere liceat id quod ſecundùm jus rectè adjudicatur; etiam illa, quæ vulgò DD. tantùm in ſolutione eſſe tradunt, rectè petuntur, *l. 6. §. 1. de re jud.* atque in omnibus illis libellus alternativus rectè formatur. Sed quicquid hic in praxi obſervatur, ſine dubio verior eſt in theoriâ ſententia contraria, quia actio hypothecaria eſt actio in rem, *l. 17. de pign.* in quam præſtatio perſonalis, ut debitum ſolvatur, venire non poteſt, præſertim ſi agatur adverſus tertium poſſeſſorem, qui propter debitum conveniri non poteſt, quia nihil cum ipſo eſt contractum. Igitur non obſtat, *l. 16. §. 4. de pign. & l. 2. quibus mod. pign. ſolv.* quia fit ex accidenti, quod ſoluto debito, & obligatione principali ſublatâ, acceſſoria quoque pignoris extinguitur, quæ quocunque etiam alio ſolvente finiretur, *arg. pr. Inſt. quib. mod. oblig. toll. l. 23. de ſolut.* adeoque debitum illud non eſt in obligatione, ſed ſolùm in ſolutione, ut de ſolâ hypothecâ tradendâ Judex condemnare poſſit, & debitum in ſolutione tantùm eſt, quæ à lege illi tribuitur, nec venit in actionem judicati, *l. 6. §. 1. de re jud.* plures caſus in quibus alternativa petitio ſuſtinetur refert *Gail. d. lib. 1. obſ. 62.* atque ego non dubito, quod actio hypothecaria alternationem in ſe contineat, ſed quod in praxi actio perſonalis, quando contra debitorem principalem agitur, cum eâ conjungatur. Et generaliter libellus alternativus ſuſtinetur aliquando, licet ipſa actio alternativa non ſit, & ideò etiam actio judicati tantùm quoad unam partem naſcitur, *d. l. 6. de re jud.* ut ita duæ quæſtiones confundantur, an actio ſit alternativa & obligatio, an verò libellus alternativus valeat, in quo etiam peti poteſt, quod in ſolutione tantum eſt, id eſt, ad quod quidem rectè non agitur, ſed cujus præſtatione & ſolutione reus condemnationem evitat.

Et quia ſententia debet eſſe certa & conformis libello, ideò rarò libellus generalis admittitur, meliusque actor ſibi conſulit, res petitas ſtatim ſpecificè deſignando, ſecundùm ſuprà *n. 6.* dicta. Etiam in 13
dote libellum generalem admitti quidam tradunt, cujus rei ratio eſſe poteſt, quod dotis fructus tum ante, tum poſt matrimonium ſolutum percepti, itemque alia, quæ in fructu non ſunt, dotem augere dicuntur, *l. 6. l. 31. ſol. matr. l. 5. de impenſ. in res dot. fact.* & quia generale quid eſt, varias ſub ſe ſpecies rerum & jurium comprehendens, ut ideò libellus generalis admittatur, quo ſimpliciter dotis reſtitutio petitur, ſic tamen ut in proceſſu libelli incertitudo declaretur, ut ſententia ſuper reſtitutione rerum ſingularum ferri poſſit, quia nullum aliud jus poſteà habet actor, cujus poteſtate res ſingulas perſequatur, ſicut hæres; idemque in actione pro ſocio, tutelæ, neceſſarium tradunt, *Lag. in method. jur. civ. p. 5. c. 13. n. 31. Obrecht. tr. de libell. c. 11. n. 74.* Quod in Judicio generali res ſingulæ neceſſariò in proceſſu ſint deſignandæ per *text. in l. 2. C. de judic. Theſ. Baſil. vol. 3. diſp. de libell. th. 14. & 15. lit. f.* Et vel maximè in materiâ dotis confirmatur per *l. 4. C. de ſent. quæ ſine certâ quant. prof.* Alia ratio eſt actionis univerſalis, ſcilicet petitionis hæreditatis, in quâ ſententia lata præjudicium facit omnibus alijs cauſis, & hæres declaratus proprijs actionibus experitur: Quæ ratio in actione dotis & alijs ceſſat, ſicque hactenùs differunt actio univerſalis & generalis. Admittitur porrò libellus generalis in petitione legitimæ, in cauſâ ſpolij, *c. cum dilectus. de ord. cogn.* atque etiam in actionibus ſpecialibus, quando res una ſub genere aliquo, velut equus, ſimpliciter & in genere debetur, *§. 33. Inſt. de act.* & ibi *Schneidw.* niſi electio eſſet actoris petentis, *Zaſ. d. l.* & rei alicujus acceſſoria, velut fructus & pertinentiæ rectè generaliter petuntur, *l. 35. de R. V. Schneidw. §. curare. n. 19.*

Digitized by Google

*n. 19 Inſt. de act.* & generaliter, quoties ex juſtâ cauſâ ſpecies deſignari non poſſunt, *Arg. l. 76. de R. V.*

14 Offertur libellus benè compoſitus primo judici competenti per quem poſteà reo communicatur, *Nov. 13. c. 3. Nov. 112. c. 1. Auth. offeratur. de litis. conteſt.*: Ratione loci, ſi quæratur, ubi libellus offerri debeat? Sine dubio in eo præſentandus eſt, ubi reus forum ſortitur. Si verò de domicilio certo rei non conſtat, præſumitur ibi habere, ubi maximam poſſidet bonorum partem. *l. 2. C. ubi ſenat. vel clariſſ.* Et libellus regulariter in omnibus cauſis civilibus & criminalibus offertur, ſic ut de ſubſtantiâ judicij eſſe dicatur, *de auth. offeratur ubi DD.* Secundùm quem ſententia judicis eſt concipienda. Ideò partium pacto effici non poteſt, quò minus libellus ſit offerendus, quia quatenùs præſertim judicem ſpectat, jus publicum eſt, ordo pro formâ requiſitus, cui per partes nequit renuntiari, *l. 28. &*
15 *38. de pact.* Multæ tamen cauſæ ſunt, in quibus regularitas illa libelli offerendi non attenditur. Ut in cauſis appellationum, quando libellus in primâ Inſtantiâ oblatus eſt, & in iiſdem actis proceditur, *Schwann. lib. 2. Proc. Cam. c. 7. n. 8.* In cauſis Summariis, *Clem. diſpendioſam de Jud. Clem. ſæpè de V. S.* in cauſis modicis & vilium perſonarum, *auth. niſi breves. C. de Sent. ex brev. recitand. Nov. 17. c. 3. Nov. 23. c. 3.* in notoriis, & aliis enumeratis, *Theſ. Baſ. vol. 5. th. 1. de libell.* propter qualitatem tamen
16 vilium & aliarum perſonarum, licet regulariter varietur proceſſus, nihilominus non eſt dubium, quin ab ejuſmodi perſonis etiam talis momenti cauſæ in judicium deduci poſſint, quæ proceſſum plenum deſiderant; In *accuſatione Apoſtatæ* propter gravem pœnam, propter quam tantò cautiùs agendum: in accuſatione ſuſpecti, propter cauſam famoſam libello opus eſſe videtur. Atque in notoriis etiam criminibus libellus omitti vix poteſt, quia licet tale crimen ſupponatur, exceptionibus tamen reus defendi poteſt, cùm nulla ferè tanta detur notorietas, quæ omnem exceptionem excludat, ut dictum ſuprà, quod præſertim verum eſt, ſi per viam accuſationis procedatur, ſecus per viam delationis, de qua loquuntur, *l. 1. C. de falſ. mon. & l. 7. C. de accuſ.* Et generaliter quia in benè conſtitutis Rebuspubl. diverſa ſolent eſſe judicia, alia in quibus cauſæ arduæ per proceſſum ordinarium diſcutiuntur (magnæ enim cauſæ magnos requirunt judices, *arg. l. 32. & 7. ff. de arb.*) alia, coram quibus cauſæ minimæ diſceptantur, non eſt dubium in iis introduci poſſe, ut quævis cauſæ oretenùs hactenùs abſque ſcripto proponantur, König *in proceſſ. c. 38.* & ex illâ qualiquali petitione ſententia formetur, *Nov. 23. c. 3.*

De clauſulis, quæ libellis inſeri ſolent, videri poteſt *Schneidw. in §. omnium Inſt. de act. n. 121. & ſeqq.* Libellum porrò uſque ad ſententiam definitivam mutari poſſe, quidam tradunt, quod utrùm ſalvo & manente eodem judicio fiat, an verò alio & diverſo, quæſtionis eſt? Prius tolerari poteſt, judicio formaliter ſumpto, quatenùs 17 res coram eodem judice, ab eodem reo petitur, per eundem actorem. *§. ſi. minùs 34. Inſt. de act. & ſeq.* ubi mutatio eodem judicio fieri dicitur, & *ibidem Vinn.* non tam judicij unitatem, quàm negotij apud eundem judicem continuationem ſine novâ in jus vocatione denotari exiſtimat, jure veteri novâ opus eſſet Interpellatione, *l. 23. de jud. l. 18. comm. divid.* & Prætor de integro adeundus, ut novum judicium daret. DD. vulgò inter emendationem & mutationem libelli diſtinguunt. Quod videlicet emendare libellum, id eſt, aliquid ei adjicere, vel detrahere ſemper liceat, ſalvâ tamen ſemper libelli ſubſtantiâ, & manente eodem genere actionis, aſt mutationem poſt litem conteſtatam non admittunt, *Gail. 1. obſ. 74. n. 4.* & *DD. comm. in l. 3. C. de edend.* & ad *d. §. 34.* ubi *Schneidw.* tradit, libellum etiam poſt litem conteſtatam poſſe mutari, ſi actor probabiliter erraſſet. Si poſt litis conteſtationem mutetur libellus, & vel alia res, vel ex novâ petatur, tum utique novum eſt judicium, quia cùm per litis conteſtationem judicium accipitur, *l. 1. C. de litis conteſt.* litis conteſtatio ejus ſit initium, non poteſt ſuper aliâ re vel cauſâ acceptum videri, quàm ex qua reus ſe debere negavit. Igitur ſi poſteà nova cauſa vel res proponatur, novâ opus eſt litis conteſtatione, novóque judicio, & cùm per litis conteſtationem quaſi contrahatur, *l. 3. §. 11. de pecul.* novo quaſi contractu. Cùm enim judicium ſit diſceptatio ſuper re controverſâ, re vel cauſa mutatâ, eadem dici non poteſt; Nova enim cauſa vel res novam facit petitionem, quam ſequitur nova con-

Digitized by Google

conceſſio dilationis, ut reus deliberare poſſit, cedere an contendere malit, *arg. l. 1. de edend. auth. offeratur* ( *de lit. conteſt.* ) quæ omnia eo magis procedunt, ſi ponimus reum in expenſas ab initio non rectè motæ litis condemnandum. Ut tradit *Sichard. in Auth. qui ſemel* : *n. 11.* ( *quom. & quand. Jud. per l. nemo 75. de reg. jur. & c. mutare conſilium. de reg. jur. in 6.* debet enim iſta mutatio fieri ſine detrimento partis adverſæ, *l. eum 79. ff. de jud.* Et ſic tandem etiam novâ re vel causâ in judicium deductâ nova ſequetur contradictio, quæ eſt litis conteſtatio, *l. 14. §. 1. C. de Jud.* Sicque non video, quomodo rectè defendi poſſit, idem judicium ibi eſſe, ubi nova exigitur litis conteſtatio, *Vinn. d. l. Zaſ. ff. de edend. n. 13.* Sed ſi renunciare & corrigere licet, quare *auth. ſemel C. quom. & quand Jud.* actorem vult in lite perſeverare; dici poteſt auth. hoc velle, ut actor perſeveret, vel actioni renunciet, quia eſt concepta, contra eos, qui adverſarijs tantùm moleſti eſſe volunt, & in lite non procedunt, *Sichard. n. 12. ibid.* quia nemo invitus agere, aut in lite procedern cogitur, *l. 1. C. ut nemo invitus.*

---

# *Liber II. Titulus XII.*

## De *SATISDATIONIBUS, FERIIS, NEC NON TERMINIS SEU DILATIONIBUS.*

SUMMARIA.

1. *Varias eſſe cautionel, quarum ſpecies partim referuntur.*
2. *De cautione judicio ſiſti, & quid de eâ in O. C. diſpoſitum.*
3. *Quomodo actor, & pro quâre ſatisdare debeat? & n. 4. ſeq.*
4. *Reus quid præſtare debeat ? & quare ejus cautio vix obſervetur hodiè.*
5. *Maximoperè præcavendus eſt cautionis petitæ abuſus, & litis per eam protractio.*
6. *Debet peti cautio ante litem conteſtatam, alias non amplius, nec in appellationis inſtantiâ deſiderari poteſt.*
7. *Cautio eſt vel voluntaria vel neceſſaria.*
8. *Quare cavere reus debeat ?*
9. *An & quando, vel actor vel reus, in judicio ſit favorabilior.*
10. *Licet cautiones ab uſu ferè receſſerint, tamen ad inſtantiam partium Judicem adeas condemnare debere.*
11. *An hæc cautio ſolis fidejuſſoribus, an verò etiam pignoribus fieri poſſit ?*
12. *Hodiè ſine dubio pignoribus etiam caveri poſſe.*
13. *Cautionem non indefinitè, ſed ad certam quantitatem fieri.*
14. *Quinam ad cautionem juratoriam admittantur, & quæ ejus requiſita.*
15. *An & quando debitor poſſit arreſtari*
16. *De nudâ repromiſſione, & qui ad eam admittantur.*
17. *Quid ſi durante lite bona immobilia alienetur ?*
18. *An debitor obæratus, ſi immobilia poſſideat, relevetur ab onere ſatisdationis ?*
19. *Quis dicatur eſſe poſſeſſor rerum immobilium ?*

VAriæ quidem ſunt cautiones ſeu ſatisdationes tam ante quàm in judicio ut apparet ex *l. 7. §. 1. l. 8. §. tutor. ff. qui ſatisd. cog. §. 1. Inſtit. de diviſ. ſtip. l. 18. ff. de R. V.* unde cautio Germanice 1
dicitur Verſicherung / Vorſtand / quæ in genere dicitur ſatisfactio, per quam alium, *creditorum adverſariumvè* ſecurum reddimus. Nam præter cautionem de ſtando juri ſeu judicio ſiſti & judicatum ſolvi, ad quam reus vel qui eum defendit, obſtrictus eſt, *l. properandum §. ſin autem reus. C. de Judic.* frequentantur etiam cautiones de non offendendo, de rato, de opere demoliendo, de carcere vel ſalvo conductu, fide juſſio indemnitatis, & multæ aliæ, quas congeſſit *Robert. Marant. in ſpecul. aur. p. 6. membr. 8. de ſatisd.* Sic in *R. I. de anno 1603. §.* nichts deſtoweniger. *30.* fit mentio cautionis de non amplius turbando, gravando vel offendendo, wegen reſtitution der Reichs-pertinentien / Abſtellung der übermäſſig bißhero gegen deſſelben

Kraiſen und gehorſamen Ständen / mit Einlägerung ihres Kriegsvolcks / und deſſelben vilfältigen Außfällen / plündern / ſchätzen / fangen des Reichs Unterthanen / verübten Gewalts / der unordentlichen / zu Behinderung der Commercien / auffgeſetzter Licenten Impoſten und Zoll / Sperrung deren auff der offenen See und andern Waſſerſtrömen im Reich befreyter Navigation und Schiffarten / wie auch Abtragung aller dem Reich und deſſen Unterthanen bißhero zugefügter Schäden: Qualis cautio utinam ab omnibus extorqueri poſſet! De cautióne eorum qui milites conſcribunt, von der Werber caution, videri poteſt, *R. I. anno 1564.* §. demnach ſo *declar*iren. *26.* nec non *R. I. de anno 1570.* §. *9. & 10. &* R. *I. anno 1482.* §. *33.* de cautione ratione der Werbung und Durchzüg / *R. I. anno 1594.* §. nach erledigten *24.* de cautione ſub hypothecâ omnium bonorum in cauſis arreſtorum *R. I. ſeu Deput. anno 1600.* §. So iſt auch. *60.* de cautione in judicio Reviſorio præſtandâ, ſi petatur executio ſententiæ, *R. I. anno 1654.* §. nach Berahtſchlagung. *124.* de cautione appellationis, ubi ea ex privilegio requiritur, *Rec. eod.* §. auch zum ſechſten. *117.* de cautione Creditori præſtandâ, ut particulari ſolutione debitor fortunis labens defungi poſſit, *Rec. eod.* §. So vil nun. *172.*

Inter cautiones verò præcipuum locum occupat illa, quæ vocatur de *judicio ſiſti, & judicatum ſolvi*, per quam in jus vocati olim neceſſitatem ſequendi evita-
2 bant, *Weſenb. in parat. ff. qui ſatisd. cog.* id quod ſatis oſtendit *tot. tit. ff. in jus vocat. ut eant, vel ſatisd.* hæcque cautio tripliciter vel fidejuſſoribus, vel juramento, vel nudâ promiſſione expeditur, §. *2. Inſtit. qui ſatisd. cog.* De hac cautione in *O. C. part. 3. tit. 49.* §. *8.* hæc habentur: Weiter ſo jemand auſſerhalb des Reichs einen dem Reich unterworffen / vor dem Kayſ. Cammer-Gericht beklagen wolt / ſoll der Beklagt den Kläger gnugſamb caution zu thun anhalten / wie die Recht das zulaſſen / damit in ſolchen Fällen auſſerhalb des Reichs, execution zu
3 thun ohne Noht ſeye. Debet enim actor, ad inſtantiam rei cavere de reconventione & expenſis, in quantum Judex & ſufficiens eſſe arbitratus fuerit, ne litibus per calumniam alios vexandi ſit occaſio. Quicquid autem fuerit jure antiquo circa hanc materiam ſancitum, Jure novo in *Nov. 96. c. 1. Auth. libellum C. de lit. conteſt. Auth. generaliter C. de Epiſc. & Cler.* hoc ſtatuitur: ut actor intra duos menſes à tempore libelli oblati ſe litem conteſtaturum, ad finem uſque in judicio permanſurum, & in caſu ſuccumbentiæ expenſas ſoluturum ſatisdet. Quæ ita pro abbreviandis litibus, & coërcendâ actorum calumnia ſint introducta.

Quod ad reum attinet, ille cautionem 4
præſtare debet *judicatum ſolvi*, *l. qui proprio 46.* §. *qui alium. 2. ff. de procurat. Marant. in ſpec. p. 6. membr. 8. n. 11.* quæ omninò à cautione judicio ſiſti diſcernenda eſt, *Carpzov. de proceſſ. tit. 9. art. 5. n. 11.* quæ tamen cautio hodiè eſt rariſſima, *d. loc. n. 12. Schneidw. Inſt. de ſatisd. n. 12. Zanger. de except. p. 2. c. 21. n. 48. Coler de proceſſ. exec. p. 3. c. 11. n. 98.* fortè quod reus jam ante ſatis gravatus eſſe videatur, hoc ipſo quod judicio pulſetur, ideoque afflicto non ſit addenda afflictio: niſi tamen de fugâ ſuſpectus ſit reus, nam tunc cautioni ſe ſubducere non poteſt, nec iniquum eſt, illam à reo petere, qui ſe de fugâ ſuſpectum facit, ne judicium eludatur, *l. properandum.* § *ſin autem reus. C. de Judic.*

Itaque actor hodiè non aliâ de re cavet, quàm de æſtimatione ſumptuum litis, & reconventione, ſi fortè tanquam temerarius litigator in damna & expenſas condemnetur, adeoque ad nullam planè tenetur cautionem, ſi domicilium ſub Juriſdictione Judicis, coram quo agitur, habeat, vel etiam bona immobilia poſſideat. Nec cautionem præſtare tenetur actor, niſi fuerit à reo petita, cujus intereſſe in eâ, perindè ut in alijs exceptionibus dilatorijs, potiſſimùm verſatur. Quâ in re hoc etiam 5
obſervandum, ut exceptio cautionis vel ſatisdationis in abuſum non rapiatur, cùm hodiè ea malitioſorum litigantium, & Procuratorum communis cautela ſit, quâ juſtam intentionem actoris ſolent ad tempus eludere. Sicut enim litigantium ſecuritati providendum eſt, ne litibus frivolis vexentur, ita cavendum, ne per exceptiones frivolas intentio juſta ſuſpendatur. Ideoque ubi in omnem eventum juſta litigandi cauſa Judici apparet, non debet Judex malitiæ rei indulgere, & fruſtratoriam cautionem actori imponere, ut rectiſſimè judicat, *Dav. Mevius p. 2. dec. 26.* Hæc-

que

Digitized by Google

6 que exceptio ante litem conteſtatam opponenda eſt, quia eſt dilatoria. Hinc in Appellationis inſtantiâ opponi amplius non poteſt, cùm hæc reducat cauſam ad tempus litis conteſtatæ, *Mev. p. 1. dec. 137.* noviſſimè *Brunneman. ad ff. lib. 2. t. 8. in pr.*

7 Cæterùm cautio in genere vel eſt *voluntaria* & conventionalis, quam reus ultrò præſtat, *l. 7. §. 1. l. 8. qui ſatisdare cog.* vel *neceſſaria*, quæ ipſi actui, quodammodò annexa eſt, & petitur per modum agendi vel excipiendi, quatenùs ſcilicet à lege vel Magiſtratu imponitur adeòque neceſſariò eſt præſtanda: atque ſic diſtinguitur à voluntariâ, quæ ex conventione contractibus apponitur & extra conventionem exigi non poteſt, *Weſenb. in paratitl. ff. qui ſatisd. cog. n. 2.* Finis ſatisdationis eſt, ut adverſarius de lite ſit ſecurus, & judicium non reddatur eluſorium. Gravatur autem onere ſatisdandi vel actor vel reus, ut modò ſuprà moni-
8 tum. Et *reus* quidem ideò, quia judicium detrectare & fugere præſumitur. Unde vulgò traditur, quod in litis præparatorijs actor ſit favorabilior reo, qui idcircò quamprimùm ad ſuſcipiendum judi-
9 cium cogendus. Cùm alias in dubio favorabiliores rei partes ſint, quàm actoris, *l. 125. ff. de reg. jur. l. 47. de oblig. & Act.* Unde Baldus & Caſtrenſ. ex Azone referunt ad *l. 8. ff. qui ſatisd. cog.* initio favendum eſſe actori, quia judicium redditur in invitum, & reus ſemper ſit diſſenſurus, ſi ejus arbitrio res permittatur, *l. 58. §. 1. de V. O.* in medio parem utriusque eſſe rationem, ut veritas eruatur, in fine magis favendum reo, ut potius abſolvatur, niſi objectum favorabilis cauſæ aliquando ſuadeat contrarium. Reſpicit autem ſatisdatio vel *partes litigantes*, ut judicio ſiſti, rem ratam haberi, vel *rem ipſam*, ut judicatum ſolvi. Atque illa regula, quod in dubio ſit judicandum pro reo, potiſſimùm procedit in *dubio facti*, ubi actori imputari poteſt, quod factum illud melius non probaverit, ex quo cauſæ victoria pendebat. Sed in *dubio juris* haud ſibi vindicat locum, ne actor ex culpâ & ignorantia Judicis ſentiat damnum, ut tradit JCt. *Math. Leithoninus in obſerv. ſing. de conſcient. c. 2. §. 6. n. 164.* Itaque certum eſt jure noſtro civili reum promittere teneri, quod in Judicio comparere, uſque ad terminum litis permanere, & ſententiæ ferendæ adeſſe velit, *§. ſed hodiè. Inſt. de ſatisd.* quæ cautio 10
licet hodiè ab uſu receſſerit, notat tamen *König in Proceſſ. c. 46.* ad inſtantiam Actoris, reum, ad præſtandam cautionem, à Judice condemnari & poſſe & debere. Atque ſi per generalem bonorum hypothecam actori non ſatisfit cautum, tum, aut datis fidejuſſoribus, aut depoſitis apud Judicem pignoribus, aut loco pignorum certa pecuniæ ſumma cavere reus debeat, *Umm. de Proceſſ. direct. 9. n. 15. & 16.*

Cautio verò de Judicio ſiſti, quam vocant judicij præparatoriam vel fit *fidejuſſoribus*, vel *juramento*, vel *nudâ promiſſione*. Unde ſtatim occurrit quæſtio: *An ſo-* 11
*lis fidejuſſoribus, an etiam pignoribus fieri poſſit hæc ſatisdatio?* Quæ reſolvitur in *l. 1. ff. qui ſatisd. cog.* ubi datis fidejuſſoribus fieri dicitur, & *l. 7. de prætor. ſtip.* ubi prætoriæ ſatisdationes, qualis ſine dubio hæc eſt, perſonas deſiderant, & pignora non admittunt. Fit enim hæc ſatisdatio ſuper eo, quod intereſt, neque certam æſtimationem habet, ut qualia pignora deponenda ſint, ſciri non poſſit, & hinc fidejuſſores requiruntur, quæ ratio, quando ceſſat, & pro re certâ cavendum eſt, ut in *l. 2. §. 3. quod legat. & l. 1. §. de collat.* etiam pignora admittuntur. *Vinn. Inſt. 1. tit. 24. de ſatisd. tut.* ſed objici ſolet, quod plus cautionis in re ſit, quàm in perſonâ, *l. 25. ff. de reg. jur.* plus tamen etiam in re eſt moleſtiæ, propter cuſtodiam & varios caſus, & in diſtractione, quando promptus emptor haberi non poteſt. Facilis autem ratio eſt conveniendi fidejuſſorem, præſertim jure antiquo, ubi ante Principalem conveniri & excuti poterat. Atque ita etiam eliditur argumentum, quod à poſſeſſione immobilium ducitur, quæ quia ſufficit ad evitandam fidejuſſionem, *l. 15. in pr. de ſatisdat.* etiam & magis pignora ſufficere debeat. Quoniam de incommoditatibus pignorum modò dictum eſt, & immobilium facilis eſt executio, maximè cùm eorum poſſeſſio quidem neceſſitatem dandi fidejuſſores, non verò hypothecandi bona excludat ex communi ſententiâ, *Bart. Jaſ. Caſtrenſ. ad l. 1. de ſatisd.* & in immobilibus major eſt ſecuritas, neque ita facilè intereunt, aut produntur, cùm pignorum venditio multis egeat ambagi-



Digitized by Google

bus, ex *l. 3. C. de jur. dom. impet.* Non obſtat *l. 21. §. fin. de conſt. pecun.* quæ loquitur de conventionali. Nec *l. 1. 2. & 5. ff. qui ſatisd. cog.* ubi tantùm idonea cautio à reo exigitur, qualis etiam eſt cautio pignoratitia, *l. 59. §. fin. ff. mand.* quia illæ leges de cautione in genere, non de
12 ſatisdatione loquuntur. *Hodiè* tamen, poſtquam fidejuſſores non niſi excuſſo priùs principali conveniri poſſunt, *Nov. 4. c. 1. Auth. præſente. C. de fidejuſſ.* etiam pignoribus & pecuniæ depoſitione in judicio caveri poſſe, tradit *Weſenb. h. t. n. 7. ex DD. in l. 1. h. t. Zæſ. ff. h. t. n. 4. Brunneman. eod tit. ad l. 1. n. 6. Menoch. de A. Q. caſu 42. n. 3. Gail. de arreſt. c. 3. n. 4. Hahn. ad paratitl. Weſenb. h. t. n. 4. P. de Greve ad h. l. 1. in fin. P. Buſius n. 4. Carpzov. pr.*
13 *crim. q. 112. n. 99.* Quin etiam, ubi cautio fidejuſſoribus præſtatur, illi, non indefinitè ſpondent, ſed pro certâ quantitate, in quâ ſi partes non conveniant, à Judice res determinanda eſt, pro naturâ actionis & circumſtantiarum, ut nec actor lædatur, nec reus ſentiat gravamen, *Mev. part. 3. deciſ. 253.* & cautio, ſemel in primâ inſtantiâ præſtita, etiam in appellationis inſtantiâ durat, *Mev. part. 3. deciſ. 369.*

14 Altera cautionis ſpecies eſt *juratoria*, cui committuntur perſonæ illuſtres, & dignitate præfulgentes, *l. pen. & ult. C. de dignitat.* nec non illi, qui fidejuſſores idoneas reperire, vel pignora dare nequeunt, quod etiam juramento probant, *Nov. 112. c. 2. Nov. 134. c. 9. Gail. 2. obſ. 47. n. 8.* ubi ait juramenti duo eſſe capita, quod fidejuſſorem habere non poſſit, & quod ſe judicio ſiſtere ſanctéque facere velit, de quibus cavere debebat, ne differatur judicium, aut ad impoſſibile videatur obligatus, qui fidejuſſores reperire non poteſt, *c. pen. de*
15 *donat. int. vir. & uxor.* Si tamen reus de fugâ ſuſpectus eſt, aut peregrinus, potiùs arreſti nexo obſtringitur, *Weſenb. paratit. h. n. 10. Mynſ. 2. obſ. 11. Coler. de proceſſ. execut. p. 3. c. 11. n. 94. Gail. 1. obſ. 26. n. 1.* Quod poſteà datis fidejuſſoribus vel pignoribus reſolvitur, *Gail. 2. obſ. 44. n. 21.* niſi arreſtatus ſit ad evitandum ſcandalum, vel cauſa arreſti per ſatisdationem non ceſſet, ut in *c. ex transmiſſâ. & c. literas. §. fin. de reſtit. ſpoliat. §. noviſſimè. Inſt. de ſuſpect. tutor.* Si lis fuerit ſuper re mobili, ea deponenda, donec vel ſatisdetur, vel lis finiatur, *l. 7. in fin. h. t.* Et hæc, quæ de arreſto & carcere dicuntur, de cauſis tantùm criminalibus accipienda eſſe quidam putant, quia in causâ civili quem cuſtodiæ mancipari, ſit abſurdum. Verùm, quia non ſimpliciter ad incarcerationem proceditur, quod prohibet *l. nemo. 2. C. de exact. trib.* ſed ſi reus de fugâ ſit ſuſpectus, hoc jure licitum eſt per *l. 10. §. 16. ff. qui in fraud. Cred.* & habet locum etiam in debito fiſcali, *d. l. nemo. Gail. 1. obſ. 26. & 2. obſ. 44.* ubi accuratè hanc quæſtionem tradit, & explanat, quando reus ſit ſuſpectus, quia aliàs carcer eſt hominum noxiorum, non debitorum civilium. Ideoque in criminalibus prudens Judex æſtimabit ex perſonarum qualitate, an reus in cuſtodiâ retinendus, an ſub cautione juratoriâ dimittendus ſit, *l. 1. de cuſtod. & exhib. res.*

Tertia ſpecies cautionis eſt, *nuda re-* 16
*promiſſio*, cui committuntur immobilium poſſeſſores, *l. 15. in pr. h. t.* ibique *Bart.* & *Jaſon. Weſenbec. n. 11.* ſi non in ipſo loco judicij, ſaltem in eâdem Provinciâ, *l. 7. §. 1. h. t.* etiamſi alibi domicilium habeat, quia ſufficit ibi poſſeſſionatum eſſe, ut reo de expenſis poſſit ſatisfieri. Quamvis etiam interdum tales juramentum præſtare teneantur, ſi ita judici juſtâ de causâ videatur, *l. 16. §. 6. C. de Epiſc. audient. l. ult. in fin. pr. C. de princip. agent. in reb.* Sicut etiam ideò nuda repromiſſio ſufficere non videtur, quia reus bona immobilia liberè alienare, & actorem eludere poteſt. Ideo-
que *Dd.* ad *l. 1. & 15. h. t.* frequentiùs tra- 17
dunt, ut teneatur bona ſua immobilia pignori obligare, *Bart. Baſtrenſ. Jaſ. Aoton. Faber. ibidem.* quaſi ſatis privilegij ſit, quod credantur ſuæ ſubſtantiæ, juxta *l. ult. C. de princ. agent.* & liberentur ab onere dandi fidejuſſoris, quam ſententiam communem dicit *Weſenb. h. n. 11.* Quæ tamen rectiùs de cautione judicatum ſolvi, rem pupilli ſalvam fore, uſurum arbitrio boni viri, diſputantur. Aſt hic de ſolâ cautione judicio ſiſti agitur, quæ præſtatur propter ſuſpicionem fugæ, & metum latitationis, quod utrumque tollit poſſeſſio bonorum immobilium, parato aliàs actori remedio, ut in poſſeſſionem immobilium mittatur, vel ſaltem alienatio inhibeatur. Sicut autem in *l. 15.* non prodeſt poſteà bona poſſidere, ut cautione quis liberetur, *§. ult.* ita nec obeſſe debet poſteà deſiiſſe poſſidere,

ut

Digitized by Google

ut cautione oneretur. Quanquam ad hoc argumentum diverſitatis ratio non obſcura dari poſſit, quod plerumque durant, quæ ab initio benè conſtituta ſunt, propterea tamen quæ poſteà ad eludendum judicium emergunt, non debeant tolerari, tradente *Carpzov. p. 1. conſt. 5. defin. 11. per l. 10. §. 1. h. t. l. 3. & l. 4. ut in poſſeſſ. legat. ſervand.*
18 *cauſ.* Quia jam non minor ſit ſuſpicio fugæ, quàm ſi ab initio bona haud poſſediſſet: niſi cum *Math. Berlich. p. 1. concl. 20. n. 31.* reo competere jus tacitæ hypothecæ in bonis actoris immobilibus ex *l. 15. §. ult.* aſſerere velimus, de quâ tacitâ tamen hypothecâ nihil eſt in ullâ lege, & actor *ibid. §. ult.* dicitur liberè vendere poſſe ſua bona, ſalvâ ſcilicet reo facultate exigendi ſatisdationem, vel quia actor ibi ſatisdederat cautione expreſsâ. Quia tamen ſaltem propter fugæ ſuſpicionem cautio judicio ſiſti eſt introducta, hinc debitorem etiam obæratum, ſi immobilia poſſideat, relevari à præſtatione cautionis tradit *Carpzov. p. 1. conſt. 5. defin. 14. pal. 15. §. ſi fundum. 6. h. t.* Quia & hoc caſu ſuſpicio fugæ excluditur, & non tam idoneitas bonorum, quàm poſſeſſio inſpicitur. Clerici nudam tantùm promiſſionem cum hypothecâ ſuarum rerum præſtare tenentur, *l. 33. §. 3. de Epiſc. & Cleric.* quia jurare eos Canones non permittunt, *l. 25. §. 1. eod. c. 1. de jur. calum.* ex quo colligitur Clericis eſſe prohibitum jurare ſine licentiâ ſuperioris, præſertim in judicio, ut ibidem docet Abbas *n. 18.*

Poſſeſſor autem rei immobilis dicitur, 19
qui rem ſoli poſſidet, ſive ex aſſe ſive pro parte, agrum vectigalem, vel emphitevticum, item, qui ſolam proprietatem habet, non verò qui uſumfructum, nec creditor, qui pignus accepit. In fundo dotali maritus & uxor poſſeſſores intelliguntur, *l. 15. h. t.* immobilibus annumerantur reditus annui, *l. 14. C. de SS. Eccleſ. Gail. 2. obſ. 10. n. 6.* ubi etiam actiones ad res immobiles competentes immobilibus accenſet, quia hoc quis in bonis habere dicitur, ad quod habet actionem, *l. 143. de V. S. l. 25. de acq. rer. dom.* Idem ſtatuunt Dd. de poſſeſſore multarum rerum mobilium, quæ occultari & alienari haud facilè poſſunt, *Gail. 2. obſ. 91.* König *in proceſſ. jud. c. 46. Harpp. Inſt. h. t. §. 2. n. 18.* Et quia poſſeſſio realis eſſe debet, ſolaque ſpes non ſufficit, *l. 1. §. 21. de collat.* inde ſimultaneè quoque inveſtitus ad ſatisdandum obſtrictus eſt, *Webner in obſerv. verb.* Vorſtand / & filiusfamiliâs, quia ſpes ſucceſſionis non attenditur, cùm multa intervenire poſſint, quominùs hæres ſit patris.

---

# *Liber II. Titulus XII.*
## De
# *FERIIS.*

**Summaria.**

1. *Qui citatus ad diem feſtum non comparet reprehendi non poteſt, & n. 7.*
2. *De feriis Judicii Imp. Aulici, & Cameræ Spirenſis.*
3. *De Calendario Gregoriano, remiſſivè.*
4. *Refertur diviſio feriarum.*
5. *Ferias meſſium & vindemiarum omnibus prodeſſe, etiam illis, qui meſſem vel vindemiam non habent.*
6. *Renuntiari à partibus poſſe feriis humanis, ſed non Divinis.*
7. *Diebus Dominicis jubemur audire S. Miſſam.*
8. *An ex favore cauſæ die feſto aliquid fieri vel teſtes examinari poſſint.*

NOn omnis tamen dies eſt Judicialis, quâ ſcilicet Judicium vel audientia celebretur, ſed aliquando feriæ dant excuſationem reo, qui vadimonium deſeruiſſe non videtur, ſi dies, quo comparendum illi fuit, in ferias incidat, *l. 2. & 5. ff. de his qui in jus voc. non ier.* Cùm verò duplex habeamus Calendarium, Julianum & Gregorianum, Germanicè Alten und Neuen Calender, in Judicio Imperiali Aulico ſolum Gregorianum obſervatur, quo etiam Conſiliarii A. C. utuntur; iiſdemque diebus ferias ſuas habent, feſtaque celebrant, quibus Catholici ex Calen-



Digitized by Google

lendario Gregoriano, id faciunt. In Camerâ Imperiali quoad ferias utrumque Calendarium obſervatur: Sed aliàs in exhibendis ſupplicationibus, dandis decretis, expediendis proceſſibus & documentis, ſignandis productis & computandis terminis, cæteriſque actibus Judiciariis ſemper dies Veteris Calendarij apponitur, *Jac.* Blum *in Proceſſ. Cam. tit. 62. §. 4. & ſeqq.* ubi ferias Camerales Ordine enu-
3 merat. De Calendario Gregoriano *ſuprà tit. 2. p. 2. n. 19.* quædam diximus. Sunt itaque feriæ vacationes à negotjis foren-
4 ſibus, *l. 9. de fer. l. 5. eod.* & quidem duplicis generis, aliæ ſolennes, quæ ex ordine obſervantur,, & *ordinariæ* dictæ, aliæ repentinæ & *extraordinariæ*, quæ extra ordinem indicuntur ex cauſis varijs pro arbitratu indicentis, ut propter Principis adventum, nuptias, natam illis prolem, res benè geſtas, aliámve publicam cauſam, & lætitiam *l. 26. §. ſi feriæ ff. quib. ex cauſ. maj.* Priores verò illæ ordinariæ vel ſunt *ob cultum Divinum*, ad quas ſpectant dies Dominici & Feſti, qui vel mobiles ſunt vel immobiles; vel *ob humanum uſum* ad colligendos fructus, quæ
5 dicuntur meſſium & vindemiarum. Et iſtæ feriæ omnibus proſunt, etiam illis, qui in vindemiâ non ſunt occupati, *Weſenb. paratitl. n. 7. h. t.* Quia illa cauſa non finalis, ſed impulſiva tantùm eſt, quâ juxta Dd. vulgatam traditionem ceſſante, non protinùs ceſſat diſpoſitio: Sufficit enim, quod in pluribus verificetur, quia diſpoſitiones legum, ad omnes exten-
6 duntur, *Carpzov. p. 1. conſt. 3. def. 22.* Renunciari tamen ferijs ob uſum humanum introductis à partibus poteſt, quia partium tantùm favorem concernunt, & edictum ita conceptum eſt, ne quis invitus in jus vocari poſſit, *l. 1. ff. h. t.* ubi notat Jaſon, quod exceptio feriarum ſit opponenda, aliàs proceſſum valere. Cæterùm ferijs cultui Divino dedicatis renuntiari non poſſe, nec quicquam iis diebus coràm Judice vel arbitro compromiſſario rectè agi, probatur ex *l. 7. C. de fer. & l. fin. eod.* ſic, ut actus his diebus celebrati ſint irriti & nulli, *l. 1. h. t. l. 2. eod.* Diebus enim Dominicis & alijs feſtis ſacrificio Miſſæ inter-
7 eſſe jubemur S. Canonibus, *can. omnes. 62. & 64. de conſtit. diſt. 1.* qui legis habent vigorem, *l. Sacris. 45. C. de Epiſcop. & Cleric.* Miſſæ autem mentio fit in *l. 42. §. 10. & 1. C. de Epiſc. & Cleric.* ſub Imperat. Juſtiniano, Anno Chriſti 527. *Nov. 7. §. 17. Nov. 133. c. 2. Nov. 57. §. illud. in fine.* Repentinas etiam quoad renunciationem Divinis comparamus, ut in his nec inter conſentientes Judicium reddi poſſit, quia publicum magis favorem concernunt, vide *Dom. Tabarell. tr. de judic. t. 9. de fer.* 8
ubi tamen tradit, eo caſu, quo pro conſentientibus jus dicitur, teſtes invitos ad dicendum teſtimonium non poſſe compelli, *l. 27. §. 4. verſ. ante omnia. ff. de pact. Accurſ. in l. 7. in fin. Cod. de fer.* Citatus directè & formaliter ad diem feſtum comparere non tenetur, quod citatio in totum eſt invalida. Si verò non dies feſtus, ſed dies menſis in citatione expreſſus eſt, in quem fortè incidit dies feriatus, obligatur citatus proximo die habili comparere, *Innoc. ad. c. fin. de fer. n. 2. c. cum dilecti. de dolo & contum. Gail. 1. obſ. 53.* id quod hodiè plerunque in Citationibus exprimitur, ut ſi dies Citationis juridica non fuerit, reus alterâ die compareat: niſi neceſſitas & cauſæ favor etiam in altero membro aliud ſuadeat, *Tabarell. d. l. §. 3.* ubi amplius affirmat, etiam teſtium examen complures Canoniſtas die feſto concedere, ſi modò juramentum vel die profeſto præſtiterint, vel partes id eis remiſerint, quod tamen *Suarez lib. 2. c. 3.* negat. Diebus denique feriatis expediri poſſunt cauſæ alimentorum, carceratorum, pupillorum, viduarum, miſerabilium perſonarum, & quæ publicam utilitatem, aut privatam neceſſitatem reſpiciunt, quia ubi periculum eſt in morâ, à regulis juris communis receditur, & neceſſitas ex illicito licitum facit, *c. quod non eſt: de reg. jur. in 6. Tabarell. d. l. Zaſ. ff. h. t. n. 6. Conſtant. Imp. in l. 3. C. de fer.* ubi ruſticis agricultura conceditur die feſto. Similiter actus Juriſdictionis voluntariæ die feſto fieri poſſe extra dubium eſt, *l. 8. C. h. t.* Unde & laudum ab arbitratore ferri poteſt, quia ad amicabilem compoſitionem litigantium pertinet, *l. fin. h. t.* Sed quid hodiè in diverſitate Religionum & Calendariorum, & exindè feriarum diſcrepantiâ ſtatuendum? Judicis ferias eſſe obſervandas non eſt dubium; ſed etiam rei ratio habenda, quem in ſuis ferijs comparere teneri, fuerit abſurdum.



Digitized by Google

# Liber II. Titulus XII.
## De
## TERMINIS, DILATIONIBUS ET PROROGATIONIBUS.

### SUMMARIA.

1. Lites terminorum accuratâ obſervatione eſſe abbreviandas.
2. Poſt terminum elapſum neminem debere audiri, ſine reſtitutione in integrum.
3. Quid ſi dubium ſit, an contra lapſum termini excuſationes adſint.
4. Aliquando favore cauſæ dari contra terminum reſtitutionem.
5. Lapſum termini vim ſententiæ obtinere.
6. Procuratori novo novum terminum non concedi, ſi à defuncto jam fuit in cauſâ ſubmiſſum.
7. Qui termini prorogationem petit, in terminum & cauſam conſentit.
8. Refertur conſtitutio ex R. I. de anno 1507. de primo termino Citationis.
9. Exceptiones dilatoriæ quando proponi poſſint.
10. Nec Procuratores invicem ſibi terminos prorogare poſſe.
11. Terminos ſub pœnâ obſervandos eſſe.
12. Judicem tamen pro circumſtantiis terminos vel contrahere vel dilatare poſſe.
13. Si terminus ad concludendum datus juſtâ de cauſâ prorogari nolit, appellari poſſe.
14. Terminum in ſententiâ præfixum prorogari non poſſe.
15. Omnes terminos hodiè eſſe præjudiciales.
16. Poſt eorum lapſum non dari prorogationem citra reſtitutionem in integrum.
17. Prorogationes prorogationum non concedendas eſſe ſine documento impedimenti.
18. Remittitur Lector ad noviſſimam formam proceſſus ex R. J. de anno 54.
19. Prolongationem proceſſus ad judicij dedecus ſpectare.
20. In cauſis & proceſſibus promovendis arbitrio Judicis multa committi.
21. Modus antiquus articulandi, & ad articulos reſpondendi ſublatus.
22. Hodiè in ſupplicatione pro citatione factum ſummariè proponitur, vel etiam punctatim ſi cauſæ circumſtantiæ id exigant, deindè deducitur.
23. Citatio omnibus citatis inſinuanda.
24. Si libellus cum Citatione non exhibeatur, proceſſus nulli decerni debent, & ſi citato non intimetur, ille ad comparendum non eſt obligatus.
25. Pobatoria ſua quando producere actor debeat? & quid circa reproductionem obſervandum?
26. Reo pro circumſtantiis cauſæ & loci congruus terminus eſt indulgendus.
27. Contra reum contumacem quomodo hodiè procedatur?
28. Quid in primo termino reo ſit peragendum.
29. Quomodo reſponſio vel exceptio rei qualificata eſſe debeat?
30. Exceptiones dilatorias & peremptorias omnes ſimul & ſemel proponere debet, ſub pœnâ præcluſionis & n. 31. in fin. exceptis tamen fori declinatoriis.
31. Reus prorogationem termini petere quomodo poſſit?
32. Debet reſpondere in primo termino ad probatoria, ſi ab actore ſtatim producta, & ipſi intimata ſint.
33. Exceptionibus fori declinatoriis non attentis, reus tamen, pro arbitrio Judicis, in causâ principali ſimul procedere debet.
34. De articulis & juramento dandorum, reſpondendorum.
35. Procuratoria in primo termino producenda ſub præjudicio, aut cavendum.
36. Juramentum calumniæ, à partibus, earumque Advocatis & Procuratoribus, vel in perſonâ vel per mandatarium debet præſtari, exceptis Principum Conſiliariis, quod ad eorum cauſas attinet.
37. Formula juramenti proponitur.
38. Si vel actor, vel reus in primo termino non compareat, quomodo procedendum?
39. Si reus in primo termino exceptiones produxit, actor in ſecundo termino replicare, documenta ſua producere, eorum recognitionem urgere, & factum ulterius deducere debet.
40. Si reo prorogatio termini conceſſa eſt, in ſecundo termino exceptiones proponit, & actor, ſi non in continenti id facere velit & paratus ſit, replicat in tertio.
41. Si reus in exceptionibus ſuis factum negat, actor in ſequenti termino id probare debet.

42.

42. *Eodem modo reo incumbit, ut exceptiones ab actore negatas, in tertio aut quarto termino demonſtret.*
43. *Articuli probatoriales, quomodo pro circumſtantiis aliquando poni, & ad illos reſponderi debeat?*
44. *Si non purè & Simpliciter reſpondeatur, articulus pro confeſſo habetur.*
45. *Impertinentia, irrelevantia, non ſunt ad probandum admittenda.*
46. *Dilatio ſecunda vel tertia, ſine cauſæ cognitione non concedenda, amputatis earum prorogationibus, & ut in tertiâ dilatione eá requiſita obſerventur, quæ olim erant in quartâ.*
47. *In diſceptationibus finium, juris paſcendi, venandi, & ſimilibus, ſchema produci ab utràque parte debet.*
48. *Pendente termino probatorio, nulla interim ſcriptura, niſi ex decreto & permiſſione Judicis admittitur.*
49. *Actore ad probationem ſe non offerente, vel ſi Judex arbitretur nullâ probatione opus eſſe, reus quoque concludere debet, & n. 52.*
50. *Commiſſarÿ, quomodo rotulum teſtiũ conficere, & transmittere debeant?*
51. *Interrogatoria criminoſa rejicienda.*
52. *Termino probatorio elapſo peti debet publicatio atteſtationum, aliaque documenta produci, & alteri parti in copiis communicari.*
53. *Publicatis atteſtationibus, quælibet pars unâ ſcripturâ concludit.*
54. *Reſervato tamen Judicis arbitrio,* ob der letzte Satz dem Kläger / oder dem Beklagten zu geſtatten.
55. *In cauſis appellationum reproducit appellans in primo termino proceſſus, cum juſtificatione formalium.*
56. *Contra attentata poſt inhibitionem inſinuatam facta, Mandata revocatoria etiam extrajudicialiter decernuntur, & iſte punctus executioni demandatur, ſine proceſſu judiciario ſupplicantis.*
57. *Compulſoriales cum Citatione petendæ & ſimul inſinuandæ ſunt, ſub pœnâ.*
58. *Judex à quo rationes decidendi ſub pœnâ 2. marc. auri, cum actis prioribus transmittere debet.*
59. *Etiamſi ſententia concepta eſſet à Collegio Univerſitatis Juridico.*
60. *Acta priora intra 30. dies ab interpoſita appellatione requiri debent, ſub pœnâ deſertionis.*
61. *Judex à quo acta ſtatim edere tenetur, niſi velit, ut in pœnam O. C. contra ſe procedatur.*
62. *Acta priora inrotulari, & clauſa produci debent, ſub pœnâ.*
63. *Appellans acta in termino ſibi conſtituto ulterius requirere, & documentum diligentiæ producere debet ſub præjudicio abſolutionis.*
64. *In appellationis quoque inſtantiâ proceſſus articulandi abbreviatus.*
65. *Appellans, ſi nulla vult exhibere gravamina, id indicare debet, ut proceſſibus inſeratur, reusque id ſciat.*
66. *Acta à partibus, earumque Advocatis & Procuratoribus in copiis diligenter aſſervanda.*
67. *In cauſis gravioribus, aut pauperes concernentibus, indulgendus ad acta habenda terminus.*
68. *Proceſſus maturè extrahi & inſinuari debere.*
69. *Fatalia appellationis non facilè proroganda.*
70. *Supplicationes pro proceſſibus citò expediri debere.*
71. *Exceptiones non devolutionis vel deſertionis ſimul in primo termino proponendæ.*
72. *Si verò appellato gravamina ſunt communicata, unà cum exceptionibus in cauſâ principali eventualiter reſpondere debet.*
73. *Submittente appellante ad acta priora, idem appellatus in primo termino faciat.*
74. *Appellans, qui nova vult producere, ad juramentum ſe offerat, ſicut & appellatus.*
75. *In cauſis Mandatorum S. C. non licet, petere terminum ad excipiendum, ſed exceptiones exhibendæ, vel docendum de paritione.*
76. *Si Exceptiones ſint frivolæ, ſtatim ferenda paritoria.*
77. *Si relevantes eſſe videantur exceptiones, replica admittitur.*
78. *Impetratus exceptiones ſuas ſimul omnes producat, ſub præjudicio.*
79. *Adduntur quædam de narratis ſupplicationum, de Mandatis cum clauſulâ, Exceptionibus frivolis, &c. ex d. Rec. Imp. anno 54.*

Cùm

Digitized by Google

1 CUm Reipublicæ interſit lites abbreviari, termini proceſſûs probè obſervandi ſunt, ut litigantium libidini non nimis indulgeatur, liteſque immortales fiant. Hoc fine termini proceſſus conſtituti, appellationi interponendæ decendium, Reviſioni quadrimeſtre, Reſtitutioni quadriennium ſub pœnâ deſertionis præfixum, certusque in proceſſu ſcripturarum numerus præfinitus, quem egredi ordinariè non licet. Hinc omnis terminus juris habetur pro peremptorio, *c. oblatæ. 57. c. ſæpè 44. de appellation. l. nemo 3. C. de temporib. appellation. Mynſ. 1. ob. 71.* idque tam in cauſis ſummariis, quàm ordinariis, adeò ut ſi intra terminum nil probatum ſit,
2 is non ſit redintegrandus, *Capyc. deciſ. 82.* cùm poſt terminum nemo debeat audiri *l. ob commiſſa. 21. C. ad l. Jul. de adulter.* ut effluxo termino ejus prorogatio peti nequeat, ſed reſtitutio impetranda ſit, *Klock. relat.*
3 *Cam. 80. n. 30.* quo in caſu, ſi dubium ſit, an petens contra lapſum termini idoneas habeat excuſationes, & id altiorem indaginem requirat, poteſt Judex admittere examen, ita ut de exceptione termini lapſi unà cum meritis cauſæ diſputent partes, *Mev.*
4 *p. 5. dec. 24.* imò ex favore cauſæ aliquando contra terminum detur reſtitutio, *Carpzov. lib. reſp. 74.* aliàs legali termino elapſo moræ purgatio non admittitur, *l. fin. ff. de Decret. ab. ordin. fac. c. pia. de except. in 6.*
5 *Klock. Relat. 3. n. 428.* Quia termini acceptio, ejusque lapſus vim ſententiæ habet, idem *Klock. Relat. 15. n. 127. Menoch. de arbit. Jud. lib. 1. quæſt. 35. n. 2. juncto n. 6.* quod enim tempore determinatum eſt, non debet ulterius porrigi, *arg. l. Imperator. 8. ff. de poſtuland.* quia lapſo termino parti adverſæ ex eo jus quæſitum eſſe dicitur, *c. de cauſis. 4. de officio legat. Otto Tabor. in theſaur. loc.*
6 *commun. lit. F. c. 10.* Idcircò etiam Procuratori novo terminus concedendus non eſt, quando à defuncto Procuratore in cauſâ concluſum fuit & ſubmiſſum, juxta *Receſſum de anno 1600.* §. auff dem Fall ein *Pro-*
7 *curator. Klock. Relat. 39. n. 11.* Quod ſi quis igitur termini probatorij ſibi præfixi prorogationem petit, illum non tantùm ipſam termini aſſignationem, ſed probationem quoque faciendam ratam habere, nulla dubitatio eſt, *l. fin. C. ad SC.* Quia petitio prorogationis termini non poteſt eſſe abſque conſenſu, ut ideò petens prorogationem, non ſolùm in id, quod prorogatum eſt, ſed etiam cujus causâ prorogatum eſt, conſenſiſſe videatur, *dict. l. fin. & c. 1. extr. de Judic.*

In Receſſibus Imperij hæc ferè de ter- 8
minorum obſervationibus conſtituta ſunt. In *Ord. Cam. Ratisbon. anno 1507. tit. 36.* Wann der Beklagte in termino citationis nicht erſcheinet / oder ſein Anwalt nicht antwortet / ſo wird der Herr als ungehorſamb geſtrafft : dann ſo der Herr einen Anwalt ſetzet / ſo ſich der Sachen nicht beladen / noch den Herrn defendiren will / ſoll der Herr in Koſten verurtheilt werden / und ſoll ihme zumeſſen / warumb er nicht erſcheint als er ſoll / und nicht einen geſchickten Anwalt erwöhlt. Es ſey dann daß etwas neues vorgefallen / ſo er nicht hat mögen bedencken / ſo gibt man dem Anwalt weiter Schub ſich mit dem Herrn zu berathen : ubi in §§. *ſeqq.* & toto illo titulo
plura de omnibus judicij & Proceſſûs ter- 9
minis tractantur, præſertim verò in *tit. 39.* traditur de exceptionibus dilatoriis, quod illæ, quando judicem, judicium, vel actorem concernunt, etiam ante exhibitionem vel inſinuationem libelli ſtatim opponi poſſint, peremptoriæ verò demùm poſt litis conteſtationem proponi debeant.

In *Receſſu Imperij de anno 1566.* §. ferner nachdem auch befunden / 93. hoc inſuper ſancitum, ut nec Procuratores partium ſibi invicem terminorum prorogationes largiri
poſſint ; verba hæc ſunt : Ferner / nach- 10
dem auch befunden worden / daß die Procuratores ihren Gegen-Anwalten / offtermals inn- und auſſerhalb Gerichts / länger Termin bewilligen und zu laſſen / dann die Ordnung vermag / dardurch der Partheyen rechthängige Sachen verzogen werden : Solchem zu begegnen ſetzen und wollen wir / daß hinfürter in keines Procurators Willen oder Macht ſtehen ſoll / in- oder auſſerhalb deß Gerichts ſeinen Gegentheil zu ſeiner Handlung mehr oder andere Termin zu bewilligen / dann die Ordnung ſelber außweiſt und zugibt / oder / durch Cammerrichter und Beyſitzer erkennt werden. In *Ord. Cam. de anno 1555.* 11
*p. 3. tit. 37.* præcipitur, daß die Procuratores die Termin und Ordnung halten ſollen / bey pœn eines Rheiniſchen Güldens / ſo offt darwider geſchehen / zubezahlen. Reſerva- 12
tur tamen Judici *eod. loc. tit. 38.* ut pro circumſtantiis cauſarum ordinarios agendi terminos vel contrahere vel prolongare poſſit,



Digitized by Google

poſſit, daß nach Gelegenheit und Geſtalt der Sachen / Händel und Nohtdurfften / auff anruffen der Partheyen oder für ſich ſelbſt / ex officio die beſtimmte Termin mäſſigen / mehr oder weniger Termin oder dilationes geben / auch weiter ſchrifften dann die Ordnung vermag / als nemblich triplicas, quadruplicas, und dergleichen / doch in einer gewiſſen Anzahl / und beeden Theilen zugleich zuzulaſſen / und derhalben den Partheyen / daß ſolches jhre Nohturfft erfordere / mit den Eyden zuerhalten / auffzulegen; quod enim in cauſis præſertim majoribus, judiciorum terminorumque ſolennitatibus inhæreri perpetuò non poſſit, jam ſupra *tit. 3. part. 2. n.*
13 *22. & 23.* notavimus. Imò terminus ad concludendum datus, propter aliquas cauſas prorogandus eſt, ita ut ſi non fiat,
14 appellari poſſit, *Marta Dig. Noviſs. Tom. 1. verb. Terminus. c. 10.* terminus verò in ſententiâ ad probandum datus, prorogari non poteſt. *Idem c. 12. ex deciſ. Rotæ Genuæ. 108. Flaminij Cartarij.*

De cætero verò & ordinariè termini præjudiciales, quales hodiè ſunt omnes,
15 ex *Receſſu Deput. de anno 1600.* §. *92.* Demnach auch nunmehr alle termini præjudiciales ſeynd / quibus lapſis jus parti quæſitum, quo ſtante, ulterius quaſi re integrâ procedi nequit, derwegen auch nicht andere neue Zeit mag geſtattet werden / alſo alle die Receſs darinnen bißhero vilfältig / poſt purifi-
16 catum terminum, Zeit pro novo termino gebetten / gantz überflüſſig und vergeben / den was auch für Urſachen vorbracht / oder beſcheinet / jedoch citra remedium reſtitutionis causâ cognitâ & auditis partibus, dadurch der Parthey nicht geholffen werden mag / derwegen ſollen zu Gewinnung der Zeit / und Verhütung dergleichen vergeblicher ſubmiſſionum ſolche Receſs den Procuratorn ernſtlich hiemit verbotten ſeyn; Et prorogationes prorogationum ſine probatione impedimenti non indulgendas eſſe, *eod. Receß. dep.* §. *91.* diſponitur, his verbis: Wiewol 17
auch alle prorogationes prorogationum ohne Beſcheinung genugſamer Urſachen zu bitten verbotten / alſo wo hernacher poſt terminum die Verhinderung gleich beſcheinet / ſolches doch nicht in acht genommen würde / und dieweil der Gegentheil per lapſum termini ſchon ein jus und præjudicium erlangt / ſo jhme ſtracks und causâ non pleniùs cognitâ nicht mag wider entzogen werden / nichts deſtoweniger befindet man / daß bißhero derſelbigen vergeblichen Receſs vil gehalten / daß prorogatio ohne Beſcheinung etwan nur allein alſo (dieweil ein Bott vermuthlich / oder ſonder Zweiffel unterwegen) gebetten worden / welches dann an ſich ſelbſten kein Urſach / ut ex quo non poteſt conſtare de diligentiâ partis principalis, &c. derwegen ſollen ſolche vergebliche Receſs hiemit bey ernſtlicher Straff inſonderheit verbotten ſeyn.

Quia tamen nullibi ſolidius aut accu- 18
ratius de abbreviatione Proceſſus tractatur & diſponitur, quàm in Receſſu Imperij de anno 1654. hinc lectorem ad dictum Receſſum, §. *34. & ſeqq.* remitto, *& ad Summaria ſuprà poſita.*

---

# *Liber II. Titulus XIII.*
# De
# *RERUM DIVISIONE.*

## SUMMARIA.

1. *Quare rerum dominia introducta?*
2. *Multa, quæ jure gentium communia manſerunt, propria facta ſunt.*
3. *Quomodo & quo jure?*
4. *Publicarum rerum definitio, & earundem & communium differentia. n. 6.*
5. *Publicarum uſus ne à Principe quidem impediri poteſt, & de impoſitione vectigalium.*
7. *Alvei fluminis proprietas & uſus.*
8. *Definitio rerum Sacrarum, & earum ab Eccleſiaſticis differentia, n. 9.*
10. *In locum communem quomodo mortuum inferre licet?*
11. *Clerici nomine Spiritualis officij præſtiti aliquid exigentes excuſantur.*
12. *Quid, & quæ ſint res ſanctæ?*
13. *Quæ & quales ſint res cuivis propriæ.*

Apri-

Digitized by Google

A Primordio mundi res omnes fuêre communes, veluti unum cunctis patrimonium eſſet, ut *Juſtin. l. 43.* loquitur. Hinc factum eſt, ut quisque hominum ad ſuos uſus arripere poſſet, quod vellet.

Sed cùm, aucto hominum numero, potentiores prohiberent alios à multorum uſu & fructu, ignavi alieno labore ali vellent: nec contenti homines veſci ſponte natis, antra habitare, corpore aut nudo agere, aut corticibus arborum, ferarumve pellibus veſtito, vitæ genus exquiſitius delegiſſent, induſtriâ opus fuit, quam ſinguli rebus ſingulis adhiberent. *Grot. de jur. pac. & bell. lib. 2. c. 2.* Hinc dominia diſtincta, gentes diſcretæ, regna condita, urbes extructæ, agris termini poſiti, ædificia collocata ſunt, *l. 5. ff. de juſt. & jur.* Quia tamen omnes res dividi non poterant, aut non expediebat, quædam manſerunt communes, ut aër, aqua profluens, mare & litora maris, quarum uſus omnibus competit. Dicuntur ergò ***res communes***, quæ cùm propter immenſitatem tum propter uſum, quem in commune omnibus debent, diviſæ non ſunt jur. gent. ſed relictæ in ſuo eſſe primævo, à nemine firmiter occupatæ, *l. 14. ff. de acq. rer. dom.* Iſtæ enim res totæ non poſſunt poſſideri, & dividi, ſicut terra ſtabilis & fixa, propter vaſtitatem fluxumque vagum; quod idem de litore tanquam parte, & acceſſorio maris ſtatuitur; Item lapilli, aves, piſces, feræ beſtiæ, res communes ſunt, continens enim & contentum judicantur ejuſdem juris & rationis, & iſta omnia nuſpiam hærent aut firmiter conſiſtunt, ſed liberè vagantur; licet alij nullius potiùs eſſe dicant, quas occupando noſtras facimus, *§. 12. h. t. l. 51. ff. de contrah. empt.* & prohibens aliquem uti rebus communibus injuriarum tenetur, *l. 13. §. 7. de major.*

Nec refert, quod ſi maria & litora ſunt communia tam quoad uſum, quam quoad proprietatem & in nullius privati vel populi dominio, malè in *l. litora. 3. ff. ne quid in loc. publ.* dicatur, litora in quæ populus Romanus Imperium habet, eſſe ipſius; Cur enim ut extruere quis poſſit in litore vel mari, opus habet Decreto Prætoris? *l. 50. ff. de acq. rer. Dom.* cur in mari Adriatico Veneti gabellas tranſeuntibus imponunt? Unde Reges Principesque vindicant ſibi jura evectionum & invectionum? Cur Hiſpani, Luſitani, Veneti, Genuenſes, alijque jus navigandi in vicino mari ad ſe transtulerunt? Cur Rex Daniæ Balthici maris ſe Dominum aſſerit? Cur in Boruſſiâ ſoli Principi ſuccinum legere licet? Cur in multis locis piſcari volentes prohibentur?

Nam harum rerum Dominium præſcriptione immemoriali acquiſitum eſt, & licet hæ res origine fuerint communes, poſteà tamen communi placito communioni exemptæ ſunt, & factæ privatæ vel populi occupantis. Cæterùm hoc plerique alij damnant, Imperium quidem in maris partem ſinusve vicinos uſurpari poſſe concedentes, ſed ſine jure proprietatis aut dominij, tum quia ne dominij quidem capax eſt, reſiſtens occupationi & poſſeſſioni, unde dominia rerum cœperunt, *l. 1. §. 1. de acquir. poſſ. Grot. 2. de jur. pac. & bell. c. 3. n. 13. idem de mari. c. 5. Anton. pereg. 8. de jur. Fiſci.* Exiſtimant tamen *Grot. d. l. n. 10.* non obſtare jus naturæ quò minus portio maris incluſa litoribus fiat ejus populi cujus ſunt litora.

Ergò Principes vicini maris, ſicut in locis terreſtribus jurisdictionem exercent, ita pariter in mari ſtatuere poſſunt, vetando, permittendo, pœnas inobedientibus imponendo, *Peregr. d. l. n. 23. Duaren. ad tit. de rer. diviſ.* ut uſus harum rerum hodiè publicus eſſe videatur & jure populi vicini comprehenſus, *l. 3. ne quid in loc. publ.* nec enim omnibus gentibus eſt liber, ſed certis legibus definitus. Et recepto in ſe onere tuendæ navigationis adverſus piraticas excurſiones, juvandæque per ignes nocturnos & brevium ſigna, vectigal æquum Principes imponere poſſunt: quale fuit Romanum vectigal Erithæum de quo *Strabo. lib. 17.* & multò magis litora attingentia limites Imperij alicujus, eidem ſubjiciuntur. Ponens ædificium in parte maris aut litoris ſibi eam acquirit: tamen quoad Jurisdictionem perſona cum ædificio ſubjecta eſt Principi ipſius maris aut litoris Imperium tenenti, quia Jurisdictio ſupra rem & perſonam diſtincta eſt à dominio rei, & ædificans in ſolo alicujus jurisdictionali illius ſubditus efficitur. Venetiæ verò, Civitas inſignis & potentiſſima, libertatem prætendit, nec ſuperiorem agnoſcit, quia in nullius ſolo ædificârit,

rit, *Peregr. lib. 8. n. 6. & ſeqq.* Planè hodiè mare & litora maris in dominio Principum, & ad jus Imperij & Regalia traducta eſſe videntur, ut ſine ipſorum conſenſu
3 ædificare non liceat. Quâ ratione, aut quo jure? Reſpondet Oſtermannus, hæc ita quidem uſurpata eſſe, ſed ab initio nullo jure, *arg. l. 13. §. f. de injur.* Groſſe Herꝛen haben groſſes Recht. Nam aliàs Cicero ait: Inter prima juſtitiæ munera eſſe rebus communibus pro communibus uti.

4 *Publicæ res* ſunt, quæ in diviſione rerum pro uſu certi cujuſdam & totius populi deputatæ & occupatæ ſunt, *l. 14. ff. h. t.* qualia ſunt flumina perennia, portus, & alveus fluminis, quamdiu à flumine occupatur, ripæ quoad uſum: Flumina enim, quatenus territoria à populis occupata interluunt, unà cum illis occupata & jure proprietatis attributa ſunt, hodièque translato jure à populo, ad Principem quoad proprietatem & Juriſdictionem jure Superioritatis ſpectant. Ergò acquiri à privatis ſicuti res communes non poſſunt, uſus tamen earum communis eſt populo, ad quem res publicæ ſpectant, ſcil. quoad jus piſcandi, navigandi, pecora ad flumen appellendi, lavandi, aquam hauriendi. Nemini tamen foſſam fodere, per quam aqua in prædium ſuum perenniter fluat, *l. 1. §. 8. & 15 l. 2. de flum.* aut molendinum ponere licet, ne publicus uſus impediatur, *l. 1. in pr. §. 12. 14. 19. 21. & l. de*
5 *flum.* Sed ſi ædificium non eſt impedimento navigantibus, tunc Principi ædificare licet, & ex conceſſione ejus (quæ propter proprietatem & juriſdictionem Principis requirenda eſt) etiam privato.

6 Differunt res publicæ à communibus 1. quia harum proprietas eſt nullius, illarum populi ſeu Principis. 2. Communium uſus eſt omnium gentium, publicarum alicujus populi tantùm. 3. Communia conceduntur occupantibus, publica non item.

Verùm licet publicarum rerum uſus olim fuerit communis, tamen procedente tempore per conſuetudinem & præſcriptionem Principes jus piſcandi ad ſe traxerunt, ut hodiè jus piſcandi aliquibus in feudum concedatur, reliquis verò negetur, & piſcationum reditus ſint de regalijs Principum *c. un. quæ ſint regalia in uſib. feud.* nam quia privatus alterum prohibere, & contra prohibitioni acquieſcentem ſolus in loco illo jus piſcandi præſcribere poteſt, *l. 7. de diverſ. & temp. præſcript.* (quæ præſcriptio aliàs utpote in actu meræ facultatis, ſine præcedente prohibitione & alterius acquieſcentiâ non procedit, *l. 45. de uſucap.*) cur ergò Princeps non deberet eſſe melioris conditionis quàm privatus, qui tamen inſuper proprietatem & Juriſdictionem habet?

Vectigalia etiam imponunt Principes navigantibus & prætereuntibus, quia magnos ſumptus pro bono publico itinerantium faciunt, in extruendis & reficiendis pontibus, in muniendis ripis fluminum, ne in obliquum excurrant, & iter navigij impediatur? Item in purgandis fluminibus ab obſtaculis, in conſervandis vijs publicis, & à prædonum latronumque incurſu ſalvandis, *Peregr. lib. 8. n. 9.* quæ eſt primæva vectigalium cauſa. Sed hodiè, 7
pro dolor! nullo prædictorum præſtito, vectigalia tamen, tanquam Fiſci fructus pro libitu Dominorum, ſed cum gemitu peregrinantium imponuntur, *Klock. de vectig. jur. th. 4.* Eſt etiam differentia inter *aquam fluminis*, quod eſt aliquid totum & immobile corpus, quod mille abhinc annis fuit, & quo utimur ad navigandum, piſcandum. Et *aquam profluentem*, quâ utimur ad lavandum, hauriendum. Hoc enim ſenſu ſi aqua ſpectatur ſimpliciter, ut aqua, eſt res communis, ſi aqua fluminis, eſt publica.

De ripâ quæſtio eſſe poſſet, an ſicut ipſum flumen eſt quoad proprietatem publicum, ita etiam ripa, nam litus quoque maris naturam ſequitur. Sed reſpondetur, ripam non eſſe partem fluminis, ſicut litus eſt maris, quod æſtibus maris quotidianis ſubjicitur: & ipſe alveus maris ſimpliciter eſt communis; Alveus autem fluminis non eſt abſolutè publicus, ſed tantum quoad uſum, quatenus à flumine tegitur, & interim nullum alium ſui uſum præbet. Nudatus ſeu derelictus à flumine fit vicinorum, ex quorum agris olim factus videtur. Quâ ratione etiam Inſula in flumine nata vicinorum eſt, *§. 22. & 23. Inſt. h. t.* Sed hoc de proprietate dicitur, nam quoad uſum & Inſula & ripa eſt publica, ſed limitatè, quatenus utendi fluminis ratio poſtulat, ad religandas naves, ſiccanda retia, &c. Nam fru-

fructus arborum in ripis natarum utique ad vicinos Dominos pertinent, *Oſterman. Manz. Inſt. h. t.* quod ſi flumen ex agro alicujus fecit alveum, & poſt aliquod tempus recedit, reverriturq; ad alveum priorem, ſummum jus iſtum agrum propter mutatam formam tribuit vicinis, *l. 7. §. 5. ff. acquir. rer. dom.* æquitas priori Domino, *d. l. 7. §. 5. in fin. l. 30. §. 3. h. t.* Quia hujusmodi occupatio non longè abeſt ab innundatione, quæ dominium non mutat, niſi diu duret, *l. 23. quib. mod. uſus fr. amitt.* quo caſu ſi aqua receſſit dominium quaſi poſtliminiò reſtituitur. Circumluvio dominium non auffert *l. 30. §. 2. h. t.* *Res Univerſitatis* ſunt, quæ in diviſione rerum alicui Communitati, Univerſitati, Civitati, Collegio, villæ vel pago ſunt attributæ, *Weſenb. paratl. n. 3. ff. de rer. diviſ.* talia ſunt hodiè forum, curia,
7 ſcholæ, plateæ, fontes, balnea, paſcua, nemora, aquæductus, quæ res ſingulis acquiri, & emi vendique non poſſunt, *§. fin. Inſt. de empt. vend. §. 2. de inutil. ſtipul.* niſi evidens neceſſitas urgeat, *t. t. C. de vend. rer. civit. t. t. ff. de loc. publ.* Atque hæ res dicuntur eſſe in patrimonio civitatis vel bona reipublicæ, *l. 17. ff. de V. S.* quarum uſus non ad ſingulos, ſed ſolam rempublicam pertinet, & in commercio non exiſtit, *l. 6 ff. de contrah. empt. l. 14. de acquir. rer dom.* ut ſunt prædia, horrea, armamentaria, penus, cellæ vinariæ, cereviſiariæ tabernæ, officinæ, *Weſenb. h. n. 3.* Res Univerſitatis dicuntur etiam publicæ, *§. 2. Inſt. de inut. ſtipul. §. fin. de empt. vend.* ſed id fit oppoſitivè ad res privatorum, & dicuntur iſtæ res publicæ non jure populi, ſicut ſuprà, ſed jure civitatis vel univerſitatis. Quomodo executio fiat contra univerſitatem, & an homines de univerſitate poſſint eſſe teſtes, in causâ univerſitatis, tradit *Schneidew. Inſt. h. t.* quem ſequor.

8 *Res nullius* ſunt res divini juris, quæ neque ullius ſunt, neque alicujus fieri poſſunt, & ne uſus quidem illarum ſingulorum eſt, quales ſunt *ſacra, ſancta, & religioſa.* Quod enim ſemel Deo dicatum, non eſt amplius ad uſum humanum transferendum. *c. ſi ſemel. de R. I. in 6.*

Res ſacræ ſunt, quæ ritè per Pontifices, *t. t. extr. de conſecr. Eccleſ. & alt.* Deo conſecratæ ſunt, ut Eccleſiæ, Templa, Sacella, Oratoria, Monaſteria, Aſceteria, Donaria, Calices, Veſtes, Libri, *l. 21. C. de SS. Eccleſ.* Sunt tamen caſus, quibus non quidem loca ſacra & templa facilè, *c. 2. cauſ. 10. q. 2.* ſed v. g. calices, candelabra, aliaque vaſa aurea vel argentea, alij Eccleſiæ integra, reliquis verò, qui ſacra poſſidere nequeunt, confracta vel conflata vendi poſſunt, *c. aurum. 70. cauſ. 12. q. 2. c. hoc jus cauſ. 10. q. 1.* quia confracta formam amittunt, & ſacra eſſe deſinunt, *Beſold. in diſſert. de diviſ. rer. c. 5.* talis caſus eſt redemptio captivorum, vel fames, *d. l. Sancimus. 21. C. de SS. Eccleſ. Nov. 65.*

A rebus autem ſacris differunt *bona Eccleſiaſtica*, quæ non immediatè, ad cultum divinum deſtinantur, ſed pro ſuſtentatione Miniſtrorum Eccleſiæ, pro fabricâ & reparatione ædium ſacrarum deputantur, ut ſunt prædia, prata, vineæ, piſcinæ, à pijs hominibus vel donatæ vel ultimâ voluntate relictæ, quæ licet etiam alienari prohibeantur, *t. t. de reb. Eccleſ. non alienand.* tamen facilius quàm res ſuperiores, & non ſolùm neceſſitatis, ſed etiam utilitatis causâ, cum requiſitis de jure canonico ſolennitatibus alienari permittuntur, *d. t. de reb. Eccleſ. non alienand.* 9

Diruto vel collapſo ædificio templi, locus tamen adhuc ſacer manet jure civili, *l. 73. de contrah. empt.* & captum ab hoſtibus jure poſtliminij recipit ſuam qualitatem, *l. 36. ff. de religioſ.* in quo differt à loco communi, qui diruto ædificio in priſtinam cauſam revertitur, *l. 6. in pr. de rer. diviſ. l. 14. §. 1. de acquir. rer. dom.* quia conſecratio etiam locum afficit; quod ſecus eſt de jure can. *c. Eccleſijs. 20. diſt. 1. de conſec.* niſi tectum duntaxat corruiſſet, parietibus illæſis manentibus, *c. ligneis. 6. de conſecr.* nam conſecratio Eccleſiæ non conſiſtit in tecto, ſed in parietibus, in quibus cruces & inunctiones fiunt, *Vinian. Manz. Inſt. h. t.*

Sed his non attentis Acatholici Eccleſias, monaſteria & alia Deo dicata, ad ſe traxerunt, decimasque & reditus Fiſco vel Cameræ ſuæ applicarunt, ut hic deplorat *Manz. Inſt. h. t.*

*Religioſa loca* ſunt illa, in quæ quis defunctum cadaver aut cineres detulit, *l. 6. §. 4. h. t.* vel etiam ſolum hominis caput, *l. 44. de relig. & ſumpt. fun.* Veteres enim

nim oſſa defunctorum veneranda putârunt, quia animæ cum Superis vel in campis Elyſijs, aut in regno Plutonis & Proſerpinæ degerent ; quemadmodum nos Catholici reliquias Sanctorum veneramur. Ideoque oſſium illatio locum facit religioſum, *l. 8. de relig.* pro illo ſpatio, quod cadaver occupat, *l. 2. §. 5. d. t.* ſi à Domino aut ejus conſenſu illatio fiat.

10 In locum communem purum invitis ſocijs inferre extraneum ( ſecus ſi unus ex Dominis ſit ſepeliendus, *l. 41. & 43. d. t.*) uni ex Dominis non licet, *l. 6. §. 6. & l. 28. comm. divid. c. cum in re. 56. de R. I. in 6.* ne alteri per alterum iniqua conditio inferatur. In commune ſepulchrum licet, *§. 9. Inſt. h. t.* quia res eſt ad hunc uſum deſtinata, & inutilis aliàs eſſet communis, ut non obſtet *l. 28. in pr. comm. divid.* ubi in re communi melior eſt conditio prohibentis. Quia etiam utilitas publica concurrit, ne cadavera maneant inſepulta.

In fundum alienum vel in quo alter uſumfructum habet inferre non licet, niſi Domino vel Uſufructuario conſentiente, *l. 2. §. 7. de relig.* niſi Dominus proprietatis teſtatorem inferat, qui uſumfructum reliquit, *d. l. 2. l. 17. de uſufr.* & quemadmodum Jure Canonico noſtra *Cœmiteria* ab Epiſcopis ad ſepulturam conſecrantur, & non tantùm religioſa ſed ſacra fiunt, *t. t. ex. de ſepult.* adeòque propter conſecrationem vexari non poſſunt animæ à ſpiritibus immundis, Abbas *in rubr. de ſepult. Speidel. in ſpec. obſerv. verbo* Kirchhoff.

11 *Hoſpin. lib. 3. de Cœmiter. c. 1.* ait: Non carere publicâ Clericorum notâ, quod etiam ſepulchra reddiderint vectigali obnoxia. Cùm tamen ratione terræ ne quidem conſuetudine exiſtente, aliquid ſit exigendum, *c. abolendæ. de ſepult.* & multò minus de re ſpirituali, propter crimen Simoniæ, *c. 9. de Simon.* quâ ratione igitur excuſantur, qui pro exequiis mortuorum, pro benedictionibus nubentium, & ſimilibus aliquid ſumunt & poſcunt? Reſp. excuſare ab hoc vitio liberalitatem dantis, modicitatem rei, & laudabilem conſuetudinem, quæ ex piâ fidelium devotione, ſpontaneâque & liberâ oblatione originem habuerit. Et quod ſic ſolvitur, dici poteſt ſolvi intuitu laboris extrinſecus impenſi, & in ſtipendium ſuſtentationis, *Leſſ. de juſt. & jur. lib. 2. cap. 35. dub. 7. n. 39. Deſſel. in Erotem. jur. Canon. lib. 5. t. 3.* Qui in actu criminoſo occiditur, furto, fornicatione vel in duello ſine confeſſione, & pœnitentiæ ſigno, in loco ſacro non eſt ſepeliendus, *P. Strein in Summâ Jur. Canon. p. 2. t. 5.* Qui ſepulchra violant, varijs pœnis pro ratione circumſtantiarum ſubjiciuntur, *id. eod.*

12 *Sancta res* ſunt, quæ ſanctione, & pœnæ comminatione in ſpecie tanquam ſanctæ & venerandæ munitæ ſunt, *l. 8. & l. 9. §. 3. de rer. diviſ.* ut muri & portæ Civitatis pœnâ capitali *l. 11. d. t.* ubi dicitur, aliter quàm per portas egredi hoſtile & abominandum eſſe. Quod non tantùm de muris Civitatis Romæ, ſed etiam alicujus municipij verum eſt, *l. 8. §. 2. de rerum diviſ. l. 3. §. 17. de re milit.* Quapropter etiam quodammodò divini juris eſſe dicuntur, muri. Fortè quia Urbes ſingulæ ſpeciales ſuos Deos Tutelares habuerunt, vel quia ſolennia Sacra in muris deſignandis adhiberi ſolent, *Bach. Inſt. h. l.* Sanctæ dicuntur etiam leges, legati, termini, ærarium, Eccleſiæ, domus propria, fœdera, Imperium Romanum, aſyla, Salvæ guardiæ, loco wo ein Burgfrid angeſchlagen / ubi imago repræſentans manum ſecuri reſciſſam affixa, Magiſtratus, Miniſtri publici, ut fusè tradit *Manz. Inſt. h. l.* Sancta perſona Patris filio, *l. 9. de obſeq.* Nam omnium harum rerum læſio vindicatur graviter, & pro ratione circumſtantiarum capitaliter, ſi dolo malo & ex propoſito fiat. Non enim omnis rei ſanctæ violatio plectitur capite, aut quod capite non plectitur, ſanctum non eſt, dantur enim ſanctitatis gradus, *Bach. in not. ad paratit. Weſenb. h. t.* Et ſatis eſt ad hoc ut aliquid ſanctum ſit, ſanctione aliquâ ab injurijs hominum eſſe defenſum, *l. 8. in pr. l. 9. §. 3. h. t.* Deus T. O. M. ſanctiſſima Virgo & Mater Dei, Glorioſiſſima Cæli Regina Maria, Cæliteſque omnes, non modò Theologicè, ſed & civiliter ſancti ſunt, ſanctionibus capitalibus conſtitutis in blaſphemantes, *auth. ut non luxur. cont. nat. coll. 6. Nov. 77. §. & quoniam. R. I. anno 1500. Auguſtæ, Treviri, & Colonia anno 1512. Damhud. in prax. crim. c. 61. n. 25.*

13 Tandem *res* aliæ ſunt *ſingulorum*, quæ patrimonio dominioque cujuslibet ſunt ſubjectæ, eæque *corporales* vel *incorpora-*

Digitized by Google

*porales*, quæ poſteriores nihil aliud ſunt, quàm qualitates, quas jus circa perſonas & res corporales produxit, v. g. quod debetur, corporale eſt, veluti fundus vel pecunia, ipſum verò jus obligationis vel ſucceſſionis incorporale eſt. Atque ita nec hæreditas, nec legatum, nec fideicommiſſum res eſt, ſed jus quoddam rebus applicatum voluntate teſtatoris, aut legantis, aut fideicommittentis, unumquodque ſuâ quâdam relatione definitum. Tum porrò aliæ ſunt res *mobiles* aliæ *immobiles*. Quæ diſtinctio licet propriè ſpectet ad res corporales per analogiam tamen aliquando etiam ad jura ſeu res incorporales accommodatur. Mobilium & immobilium rerum aliæ ſunt *feudales*, *allodiales*, aut *fideicommiſſaria*, de quibus, & earum dominio quia multæ quotidiè ſuboriuntur controverſiæ, non gravabor adjungere caſum nuper examinatum & deciſum.

---

## SUMMARIA.

1. *Refertur caſus ſeu facti ſpecies.*
2. *An & quando rei vindicatio locum habeat?*
3. *Dominium ſine traditione in donatione non transferri.*
4. *Nec in donatione mortis causâ, vel inter vivos cujus effectus in tempus mortis differtur.*
5. *Dupliciter conſiderari poſſe donationem, prout eſt modus acquirendi dominii & prout rationem conventionis ſeu tituli habet.*
6. *Ex quibus verbis colligatur donatio, mortis causâ, & ſuprà n. 4.*
7. *Donationem mortis causâ requirere præſentiam quinque teſtium, & evaneſcere, ſi donatarius ante donatorem moriatur.*
8. *Non præſumi donationem inter vivos, ſi de intentione donantis mortis causâ clarè appareat.*
9. *Reſervatio diſponendi de bonis quæſtionatis, an & quomodo intelligenda?*
10. *A donatione mortis causâ ſolâ pœnitentiâ poſſe recedi.*
11. *Si quis ſibi reſervet poteſtatem diſponendi de certis bonis, nec tamen de iis diſponat, ad quem illa poſt mortem ipſius pertineant?*
12. *Donationem ultra quingentos ſolidos non valere, niſi ſit inſinuata, ut etiam hæres donatoris poſſit excipere de nullitate.*
13. *Extraneum dotantem poſſe legem quamcunque bonis in dotem datis aſcribere.*
14. *Filios donatarij in conditione poſitos jus irrevocabile acquiſiviſſe quod Pater poſteà in præjudicium eorum remittere non poſſit.*
15. *Duos caſus mortis eſſe conſiderandos ex ſecundo receſſu.*
16. *Declarationem verſari circa verba ambigua, & novam diſpoſitionem non inferre.*
17. *Secundum donatarium, cui prius tradita poſſeſſio, priori omninò præferri.*
18. *Verba receſſuum otioſa eſſe non debere.*
19. *Utilem rei vindicationem ceſſionario competere.*
20. *Ad conſtituendam dotem, & ejus augmentum verba quæcunque ſufficere.*
21. *Actionem realem ſive rei vindicationem tantùm cedi poſſe, ſi alter fundum poſſideat.*
22. *In ultimis voluntatibus dominium ſine traditione transferri.*
23. *Pacta in continenti adjecta, quæ dicantur, & quando inſint contractibus, & n. 25.*
24. *Pactis dotalibus hodiè dari hæreditatem.*

RENuntiavit filia nobilis Paternæ Maternæque hæreditati in favorem fratris & deſcendentium, biß auff einen lödigen Anfall / his verbis: Geſtalt dann auch hiebey ferner außdrucklich verglichen / daß auff künfftigen tödtlichen Abfall wolgemeldtes N. fratris Canonici, gedachte Schweſter noch deren Eheherr / an die Elterliche / und bißhero von beyden Herrn Gebrüdern eingehabte Erb und Güter / ſo lang der ander Bruder N. und deſſen Eheliche Rittermäſſige Adeliche Kinder oder Kinds Kinder im Leben / nichts weiters prætendiren / ſondern alsdann und ehender nicht / die mütterliche N. Güter / neben dem Haus in der Stadt N. wegen ſolchen Sterbfalls noch gewärtig ſeyn und haben ſolle. Eàdem verò die denuò declararunt fratres, formalibus ſeqq. Damit dann wegen der heut geſchloſſener und verfertigter Eheberedung / wegen mein N. Canonici, §. Geſtalt dann auch / ꝛc. kein ungleicher Verſtand entſtehen könne / daß nach ſolchen tödtlichen Ab- oder Sterbfall / obſchon ich Kinder haben und hinterlaſſen würde / unſere geliebte Schweſter / die im Land Berge gelegene Güter / erblich anzutretten und zugebrauchen haben ſolle. Ex quà declaratione filia, ejusque nunc deſcendentes poſt mortem fratris Canonici, non expectatâ deficieniâ alterius fratris & liberorum ejus ſucceſſionem in hæreditate maternà prætendunt. Quam Judex primæ Inſtantiæ adjudicavit, ſtatuens rei vindica- 1

Digitized by Google

dicationi locum eſſe, ſuppoſito dominio actoris, & poſſeſſione rei.

2 In judicio ſuperiore dubia res videbatur. Quod malè actor, & quidem diſertis verbis, malè etiam Judex ad *rei vindicationem* ſe reſtrinxerint, adeòque malè ſententia ſuper hac actione prolata fuerit. Prout enim rei vindicatio duo habet ſubſtantialia, dominium videlicet à parte actoris, & poſſeſſionem à parte rei. Suppoſito licet altero, poſſeſſione nimirum rei, dominium tamen actoris hic omninò deſiderari. Quis enim ex Receſſione & declaratione ſuprà poſitâ dominij

3 translationem evincet; Nam ſive fingatur donatio inter vivos, nullâ tamen ſecutâ tradititione, quâ ſolâ, non verò nudis pactis dominium transferri tralatitium eſt, dominium translatum eſſe dici nequit, prout in terminis donationis tradit *Cutel. tr. de donat. ſpec. 12 n. 103.* ut ex actione rei vindicationis adjudicari appellatæ parti bona quæſtionata nequeant.

4 Si verò appellati, uti quidem faciunt, in donationem mortis causâ ſuum collocant fundamentum, nec hac ratione dominii translationem demonſtrare poſſunt. Ponamus enim donationem mortis causâ, quæ ex verbis diſertis, auff künfftig tödtlichen Abfall wohlgemeldtes N. alsdann / ꝛc. coargui ſolet, *l. Seja in fin. de mort. cauſ. donat.* exindè tamen nulla dominij translatio infertur. Quam nec obtinebunt, ſi dicant, donationem inter vivos ſtatim perfectam, & mortis tempus ſaltem dilationis gratiâ, quando donatio effectum

5 ſortiri debeat, adjectum fuiſſe. Donatio enim dupliciter conſideratur. Primò ut celebretur ipsâ datione rei donatæ, ſicque ſimul cauſam tradendi & traditionem ipſam includat, quo ſenſu eſt modus acquirendi dominij. Secundò ut donationis causâ aliquid promittatur, quo ſenſu donatio eſt cauſa obligationem pariens, rationemque conventionis & tituli habet, adeò ut hodiè, *verbis in præſens directis*, pactum legitimum ſit, veluti, *dono tibi centum*, condictionem ex lege *l. 35. C. de donat.* ſed non dominium producens, quia dominium non transfertur, niſi donator ſtatim rem tradat & faciat accipientis.

6 Verùm quia donans verbis claris expreſſit, daß die Schweſter die Güter poſt mortem alterius fratris ejusque deficientium maſculorum, wegen ſolchen Sterbfalls alsdann gewärtig ſeyn ſolle; quæ verba tantò manifeſtius donationem mortis causâ demonſtrare videntur, quod nulla alia donationis ratio allegari poſſit, quandoquidem donataria jam tum ſe quoad dotem & portionem ſuam paternæ maternæque hæreditatis contentam, inſuper ab ipſo donatore pro augmento dotis quinque millibus imperialium honoratam eſſe faſſa fuerit. Quoties autem mors eſt cauſa donationis, toties eſſe donationem mortis causâ, eleganter pertractat *Cutel. tr. de donat. ſpec. 12 n. 3.* quod etiam verba diſpoſitionis ſecundæ ſatis declarant, daß ſie alsdann die Güter erblich antretten ſolle / quæ denotant aditionem ſive ſucceſſionem jure hæreditario, quod certè non per actum inter vivos, ſed ultimam voluntatem tantùm contingere poteſt, *Klock. conſ. 114. n. 42. & ſeq.*

Quid quod hæc donatio mortis cauſa 7
aut nulla, ob defectum teſtium & ſolennitatum, aut viribus evacuata eſt, quod in eâ ſolius ſororis donatariæ, non etiam liberorum & hæredum facta ſit mentio, illaque pridem ante ipſum donatorem fuerit extincta, §. *1. Inſt. de donat.* Sanè cùm ſoror nullum jus hæreditarium in vitâ habuerit, cùm viventis nulla ſit hæreditas, nihil apparet, quod ad hæredes transmittere potuerit. Neque enim attendi po- 8
teſt, quaſi donatio, licet factâ mentione mortis, tamen quaſi inter vivos facta habenda ſit, ſi non adhibiti quinque teſtes, ut actus potiùs valeat quàm pereat, *Carpzov. p. 3. conſt. 2. def. 41.* Id enim ut in dubio procedere poſſit, ubi de diſponentis voluntate non conſtat; Tamen ſi certa ſit mens diſponentis, quod mortis causâ donare voluerit, prout in præſenti accidit, nulli conjecturæ locus relinquitur, ita ut actus potiùs perire debeat, in terminis *Mantic. de conject. ult. vol. lib. 1. t. 13. n. 11.* ut hinc teſtamentum, quod ſolum teſtator condere voluit, ne quidem in vim donationis mortis causâ ſubſiſtat, non obſtante clauſulâ Codicillari, quippe quæ ſolennitatem tantùm non voluntatem ſupplet, *Carpzov. p. 3. conſt. 1. def. 42.*

Quod porrò ſorori donatariæ nullum jus inter vivos ex allegatâ donatione acquiſitum ſit, ac ab eâ proindè ad filiam hæredem transmitti non potuerit, ex eo manifeſtè

Digitized by Google

feſtè comprobatur, quod donatori multis
poſt annis, in pactis dotalibus inter filiam
donatariæ & maritum ejus appellatum an-
9 no 55. initis facultas diſponendi de bonis
controverſis diſertè legitur reſervata, in
verbis: **Ohne dem / was Jhro Hochzeitern
Frau Mutter S. von jhrem Herrn Brudern
N.** in augmentum dotis, **Vermög daruber
auffgerichteten** Receſſus **verſprochen / und
theils bereits an Gütern eingeraumet / dann
ſolche Güter und** augmentum dotis, **jhro
und deren jetziger oder anderer Ehe erzeugten
Kindern erblich und** plenè **auffzutragen und
zuzueignen ſich N.** frater donatariæ **auß-
drucklich vorbehaltet**; cui reſervationi lo-
cus eſſe non poſſet, ſi matri adhuc viventi
ex dictà donatione jus irrevocabile quæſi-
tum fuiſſet. Imò hæc reſervatio potiùs
ad bona quæſtionata non pertinet, cùm in
primis pactis dotalibus ea nec in dotem
data, nec dotis augmento addita, ſed ſuc-
ceſſioni hæreditariæ **auff einen lödigen An-
10 fall /** reſervata ſint. Quod ſi etiam do-
nans diſponendi facultatem in ultimis pa-
ctis dotalibus reſervavit, apertè patet,
ipſum à donatione mortis causâ, ſi quæ
anteà fuiſſet, receſſiſſe, cùm expediti juris
ſit, donationem mortis causâ ſolà donato-
ris pœnitentià revocari, *l. qui mortis. 30. de
mort. cauſ. donat.* veluti ſi rem donatam
nullâ neceſſitate cogente alienavit, *l. 32. §.
5. ff. de donat. int. vir. & uxor. Carpzov.
in jurispr. part. 3. Conſt. 2. def. 10.* prout
hoc caſu diſponens rem donatam fidei-
commiſſo poſteà ſubjecit. Atque quia ſi-
bi facultatem diſponendi de bonis quæſtio-
natis reſervavit teſtator, nec tamen in fa-
vorem partis alterius diſpoſuit, hinc famo-
ſa illa ſurgit quæſtio, *ad quem bona reſer-
11 vata devolvi debeant?* Certè ſi donatio
inter vivos eſſe prætendatur, & in actibus
hujuſmodi juri accreſcendi (quod jus ac-
creſcendi aliàs locum habet in donatione
mortis causâ, *l. un. §. his autem. C. de cad.
toll. l. cum de mort. cauſ. fin. C. de don. mort.
cauſ.*) locus non ſit; ſequitur ei deberi
bona, quem diſponens univerſalem ſibi
ſucceſſorem conſtituit, quam ſententiam
communiter in praxi receptam eſſe probat
*Amatus p. 2. reſol. 76. n. 11.*

12 Quinimò ſi concedatur, ceſſionem
hanc donationem inter vivos ſapere, ex
eo tamen ſubſiſtere non poteſt, quod ſum-
mam quingentorum florenorum enormiſſi-
mè excedat, abſque eo quod fuerit un-
quam Judici inſinuata, quæ tamen inſinua-
tio etiam in donatione matrimonij causâ
factâ, quatenus cauſam excedit, omninò
neceſſaria eſt, *Cutel. de donat. diſcurſ. 3.
particul. 6. n. 18.* & de quâ etiam hæres
donatoris excipere poteſt, *Gratian. diſ-
cept. forenſ. 887. n. 13.* atqui hanc donatio-
nem ipſam cauſam matrimonij ac dotis
excedere evidenter ex ſupradictis colligi-
tur, quod ſorori donatariæ tam ratione
dotis, quàm legitimæ & portionis bono-
rum paternorum & maternorum initio
fuerit abundè, imò à donatore inſigni
cum augmento 5000. Imperial. ex pro-
prijs bonis ſatisfactum, ita ut præſtitâ de-
ſuper renuntiatione hæreditatum, jus am-
plius ullum prætendere haud potuerit.

Quod ſi etiam cuivis extraneo dotan- 13
ti licitum eſt, quamcunque legem bonis
in dotem datis adſcribere, *Cutel. de loc.
n. 3.* & fratres quoad dotandi officium ex-
traneorum loco habentur, quippe qui ra-
tionem dotandi jam abundè expleverunt:
*Cutel. ſpec. 26. n. 27.* Negari non poteſt,
huic quoque donatori permiſſum fuiſſe,
fratrem ſuum ejuſque maſculos deſcen-
dentes, ante donatariam ad ſucceſſionem
bonorum controverſorum vocare. Quam
poteſtatem quidem non, ſed tantùm vo-
luntatem pars adverſa negat, aſſerens in
declaratione ſororem ante alterum fratrem
ejuſque liberos eſſe vocatam.

Iſta tamen aſſertio exindè eliditur,
quod in actu inter vivos, prout iſte eſſe
prætenditur, filii in conditione poſiti
diſpoſitivè cenſeantur vocati, ut præ-
latio ipſorum poſteà revocari non poſſit;
cum filiis etiam naſcituris jus irrevocabi- 14
le in donatione acquiratur, abſque aliâ
quàm Patris ſtipulatione, & ſine
ratihabitione liberorum, quibus, licet
nondum natis, nihilominus eſt jus ex pri-
mo receſſu aquiſitum, *Cutel. de donat. ſpec.
16. n. 20. Amatus reſol. 31. per tot.* & qui-
dem filiis ut filiis, non autem ut hæredi-
bus Patris, *Cutel. ſpec. 25. per tot.* id eſt,
ut filij per ſe conſiderentur, & tot dona-
tiones eſſe cenſeantur, quot ſunt perſonæ,
in quorum præjudicium poſteà nil Pater
diſponere poteſt, *Cutel. d. ſpec. 16. n. 21.*
ſed filij ſtatim ac nati mentisque compo-
tes facti ſunt alienata à Patre revocare
poſſint, *d. loc. n. 21.* ubi id extendit, e-
tiamſi



Digitized by Google

tiamſi donator & primus donatarius concordent quoad revocationem donationis, *Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gl. 26.* Quocircà quantumvis Pater per receſſum ſecundum gratificando ſorori filijs nocere voluiſſet, notorius tamen foret poteſtatis defectus. Ubi hoc etiam monendum, reſpectu ipſius Patris nil eſſe in ſecundo receſſu mutatum, ut hujus ſaltem mors expectanda fuiſſet. Deinde receſſus ſecundus eſt tantùm declaratio prioris, ibi; damit wegen all ſolchen Sterbfalls / und berührten §. kein ungleicher Verſtand entſtehen
15 könne: Ergò ſecundus receſſus in ſubſtantiâ, idem quod prior habet, continere debet. Quod fit, ſi ſecundùm priorem donataria excludatur, quamdiu frater & ejus maſculi vixerint, vel ſecundùm poſteriorem, ſi admittatur poſt omnium mortem, id eſt, non tantùm donatarij, ſed & fratris & ejus deſcendentium maſculorum, quod apertè ſuadet caſus mortis dupliciter & diſtinctè poſitus; ibi, daß nach all ſolchem tödtlichen Ab- und Sterbfall / h. e. donatoris, deindè expreſſis liberis; auff begebenden all ſolchen Sterbfall; qui poſterior caſus, ſi non de liberis, ſed rurſus de donatore intelligeretur, verba forent omninò otioſa contra omnem pactorum na-
16 turam. Certè declaratio debet eſſe circa verbum ambiguum, nam quod principali diſpoſitioni non convenit, non eſt declaratio, ſed nova diſpoſitio, quæ præſertim in præjudicium juris alterius non valet, latè *Caſtillo lib. 3. c. 10. n. 29. & ſeqq.* alioquin etiam würde der Verſtand contra mentem diſponentium gantz ungleich ſeyn. Et ſi pars adverſa alium voluit habere ſenſum, cur legem pacto non dixit apertius? Donationes enim ſunt ſtricti juris, & nunquam latè interpretandæ, præſertim in damnum familiæ, cujus conſervandæ causâ bona fideicommiſſo ac primogenituræ omni favore dignæ fuerunt incorporata.

Denique perpendendum, quod pars adverſa nec dominium nec poſſeſſionem bonorum quæſtionatorum unquam fuerit conſecuta, quæ tamen obtinuit frater mediante ſibi factâ ceſſione in vitâ, nec non per fideicommiſſum erectum & à Cæſare confirmatum: ac denique per apprehenſionem poſt mortem donatoris ſtatim fa-
17 ctam. Eſto igitur, receſſus poſterior inferat donationem inter vivos, tamen ſecundus donatarius, cui res actualiter fuit tradita, procul dubio priori erit præferendus, per *l. quoties. 15. C. de R. V.* ibi; *cùm etſi ex causâ donationis dominium rei utrique vindicetis, eum cui priori poſſeſſio tradita eſt, haberi potiorem conveniat.*

Magnam victoriæ ſpem in his fundamentis collocare poterat pars appellans. Ijs tamen non attentis movebantur alij in
contrarium. Operari aliquid debere ver- 18
ba receſſus ſecundi; ibi; ob ſchon ich / alter frater, eheliche rittermäſſige Leibs-Erben haben und hinterlaſſen würde / unſere geliebte Schweſter / auff begebenen all ſolchen Sterbfall / das Hauß und die Güter erblich anzutretten und zugebrauchen haben ſolle: His enim verbis decipi contra bonam fi-
dem ſororem non debere. Potiùs utiliter 19
vindicare ſororem non debere, quod ipſi per ceſſionem vel contractum à fratre eſt acquiſitum, *l. ult. C. de hæred. vel act. vend.* quia utilis in rem ceſſionario detur actio, modò ceſſio non ſimulata, non in Magiſtratum aut potentiorem facta, non lite pendente vel de re litigioſa facta ſit, quoniam per has fraudes nihil agitur, *l. ult. C. Mand.* ſed per legitimam ceſſionem transfertur omne jus in ceſsionarium, adeò ut cedens ipſe cenſeatur extranei loco, *l. ſi*
*cum emptore. ff. de pact.* Quid quod ho- 20
diè quibuscunque verbis dos, ejuſque augmentum conſtituatur, *l. ad exactionem dotis. C. de dot. promiſſ.*

Atqui verò *l. ult. C. de hæred. vel act.* 21
*vend.* id tantùm habet, quod cedi poſſit actio realis ad fundum quem alius poſſidet, ut explicat *Brunneman. in Cod. ibid.* in quibus terminis hoc negotium non verſatur. Neque dici poteſt de dote vel ejus augmento agi, ubi de ſucceſſione hæreditariâ tractatur, daß ſie es nach all ſolchem Sterb-
fall erblich antretten ſoll. Atque licet in 22
ultimis voluntatibus dominium nudo titulo, vi & autoritate legis transferatur, *l. legatum 80. ff. de legat. 2. l. à Titio 64. ff. de furt. Th. Baſil. vol. 3. diſp. de teſtam. th. 160.* ex ſuprà dictis tamen conſtat, quot ubique defectus ſe obſtendant.

Sed tamen receſſus ſecundus videtur 23
pactis dotalibus primis ineſſe tanquam pactum incontinenti adjectum, quale negotio ineſſe dicitur, *l. in bonæ fidei. C. de pact. l. 43. l. 48. ff. eod.* Inſunt enim contractibus

Digitized by Google

bus pacta juxta gloſſam, quæ in principio vel fine contractus, antequam contrahentes ad alia negotia digrediantur, oppo-
24 nuntur. Pactis verò dotalibus in Germaniâ relinqui hæreditatem, ſicut ultimis voluntatibus, vulgatum eſt, *Klock. relat. Camer. 28. n. 93. Gilman. Symphor. p. 2. deciſ. 43. n. 73. 109. 113. & 114.* Ex quo fundamento & effectus ultimi receſſus & domi-
25 nium inferri videtur. Niſi hic iterum obſtaret, quod pactum incontinenti adjectum dici nequeat, ſi contractum priorem non declaret, ſed omninò mutet aut tollat, prout hoc caſu contingit. Præſertim ſi adjiciatur re non amplius integrâ, & ubi jam liberis fratris jus quæſitum erat ex pactis prioribus, ſecundùm ſuprà dicta. Imò pacta non præſumuntur incontinenti adjecta, ſed hanc qualitatem allegans eam probare debet. Quin etiam magis eſt, ut pacta quæ ineſſe debent, adjiciantur contractui, dum adhuc eſt in fieri, ut materiæ contractus poſſint quædam admiſceri, poſt perfectionem enim quæ ſuperadduntur, extra rem manere coguntur, ut nec formâ ejus regantur, nec de eâ quid participent, *Schnobel. ad Struv. in ff. h. t. th. 23.* hinc *in l. 7. §. 5. h. t.* dicitur *ea, ſaltem pacta ineſſe, quæ in ingreſſu contractus facta ſunt, Chriſtin. vol. 3. deciſ. 86. n. 1. & ſeq.* nec poſſint dici contractus portio ſeu pars, quæ poſt contractum jam perfectum adjiciuntur, *Fab. in Cod. lib. 4. t. 36. def. 1. n. 5. & 6.* cùm id demùm in continenti accedat, quod ſimul cum ipſo contractu expreſſum, unâ conventione concluditur, ita ut contrahentes interim ad alia negotia non diverterint, h. e. in ingreſſu, *d. l. 7. §. 5. h. t.* in exordio ſeu initio, *l. initio C. de pact. int. empt. vend.* cùm inchoatur contractus vel actio *l. 27 ff. de R. I.* antequam contractus perficitur, vel quando contractui lex nondum dicta eſt, *Cothofred. ad l. 13. C. de pact. Theſ. Baſil. vol. 3. diſp. de uſur. th. 28.* Ex intervallo autem adjicitur pactum, quod non in contractu ipſo, ſed aliquanto tempore poſt actum perfectum interponitur, d. loc. per *l. 2. §. 5. de pact. l. 72. ff. de contrah. empt.* vide *Menoch. lib. 6. præſ. 12. n. 25. & ſeqq.*

Placuit nihilominùs aliis, ſententiam priorem confirmandam eſſe, quod pacta poſteriora derogent prioribus, nec bona fides permittat, ea quæ ſemel placuerunt, retractare. Agi de augmento dotis, atque filiam in ultimis pactis dotalibus, ex metu reverentiali conſenſiſſe, ut patruus ſibi diſpoſitionem de bonis controverſis reſervaret. Hisque ſolis ſuppoſitis ſententia prior confirmata eſt. *Anno 70.*

---

# *Liber II. Titulus XIV.*

## De CONVENTORUM HEREDUM EXCEPTIONIBUS, NEC NON DE SUCCESSIONIBUS ET TESTAMENTIS:

### SUMMARIA.

1. *Quibus modis deferatur hereditas?*
2. *Quando heres conveniri poſſit?*
3. *Exceptio rei judicatæ quando poſſit objici.*
4. *In dubio contra eam pronuntiandum eſt.*
5. *Reijcitur ad merita cauſæ, ſi eſt altioris indaginis.*
6. *Hæc exceptio non obſtat, ſi agitur alterato judicio.*
7. *Quibus argumentis probetur hereditatis aditio?*
8. *Inhabitatio domus defuncti arguit aditionem hæreditatis.*
9. *Ex creditorum defuncti, ex actione debitorum, ſolutione, bonorum poſſeſſione probari hæreditatis aditionem.*
10. *Exceptionem, non ſum ſolus heres, nil operari, ſi non in tempore opponatur.*

11. *Heres poſſidens hypothecam poteſt in ſolidum conveniri.*
12. *Heredes ſæpius objicere creditoribus beneficium legis & Inventarij.*
13. *An hodiè jurata ſpecificatio hæredibus proſit?*
14. *Hodiè in confectione Inventarij attendi conſuetudinem cujusq; loci.*
15. *Quid hac de re ſtatuatur in jure Romano?*
16. *Inventarium, non citatis iis quorum intereſt, non prodeſſe, & quare?*
17. *Debere res omnes in inventario deſcribi & æſtimari, ubi refertur ſententia Mevij.*
18. *Si allegetur conſuetudo contraria, illam in ſpecie eſſe probandam.*
19. *Heredes tamen ad juramentum eſſe admiſſos.*
20. *De lege Anaſtaſiana ejusq; tenore.*
21. *An debitori vel fiſco reſiduum tribuatur? & n. 23.*
22. *Legem Anaſtaſianam non omnes ceſſiones improbare, & quas non?*
23. *Quis verus ſit redemptor litium?*
24. *Prohibitionem non extendi ad alias ſpecies, quàm in quibus facta eſt.*
25. *Propter honeſtatem perſonarum ceſſare legem Anaſtaſianam.*
26. *Prout etiam inter perſonas conjunctas & in transactione.*
27. *L. Anaſtaſ. multis in locis ſublatam eſſe.*
28. *Quibus in caſibus hæc lex penitus ceſſet?*
29. *Quid hodiernis temporibus de venditione nominum ſtatuendum, ubi ſententia Zoreri refertur?*
30. *Quæ ſit prohibitionis ceſſionum in jure noſtro ratio?*
31. *Quid in hoc caſu pronuntiatum?*
32. *An teſtamentum reciprocum ſuperſtes conjux ſolus mutare poſſit?*
33. *An valeat mutatio in ſolidum, an verò ſolùm pro parte bonorum revocantis?*
34. *Expeditur diſtinctione.*
35. *Teſtamentum filij ob præteritionem Patris eſſe nullum.*
36. *An querela inofficioſi non præparata transmittatur?*
37. *Quinquennio querelæ præſcribitur.*
38. *Quid operetur clauſula codicillaris?*
39. *Quis ſit hodiè pactorum dotalium effectus, & an teſtamentum prius conditum evertant?*
40. *Concluditur pactis dotalibus teſtamentum prius non everti.*
41. *Adduntur quædam alia de teſtamentis.*

Hereditas aut teſtamento defertur, aut lege: imò hodierno jure etiam pactis. Sed ut quis tanquam heres, conveniri poſſit, opus eſt, ut hæreditatem ſibi delatam, & ipſo jure civili acquiſitam, etiam facto ſuo ſe ſuſcipere & retinere velle oſtendat, & id vel verbis, vel reipsâ, gerendo ſe ſcilicet pro hærede, declaret. Tam callidi enim ſæpè ſunt hæredes, ut cùm à creditoribus conveniuntur, negent ſe adiiſſe hæreditatem, ſicque creditoribus neceſſitatem imponant idipſum probandi. In facto contigit, ut hæres conventus duas objiceret exceptiones. *Primò* rem jam alibi judicatam eſſe: *Secundò* ſe hæredem non eſſe. *Tertiò* denique ſi hæres eſſet, ſe non ſolum, ſed cohæredes quoque conveniendos fore. Quod ad exceptionem rei judicatæ attinet, in eâ inſpiciendum eſt, an eadem quantitas, corpus, jus, cauſa petendi, conditioque perſonarum ſit, *l. 12. 13. 14. ff. de except. rei jud.* Si enim Judicio variato agatur, & res primò petita viâ executivâ arreſti, jam proceſſu ordinario poſtuletur, exceptio rei judicatæ non militat, & in dubio contra rem judicatam pronuntiandum eſſe tradit *Marta Digeſt. noviſſ. tom. 1. verbo exceptio. c. 9.* quia hoc minùs præjudiciale exiſtit, *Klock. relat. 79. n. 56.* aliàsque vulgatum eſt, quòd abſoluto arreſti proceſſu cauſa principalis ad Judicem ordinarium pertineat. Nam licet ſatis notæ ſint vires exceptionis rei judicatæ, quòd nimirum impediat litis ingreſſum, & diſcuſſionem cauſæ principalis non ampliùs admittat. Id tamen tunc demum obtinet, ſi iſta exceptio non eſt altioris indaginis, ſed incontinenti probari poteſt, nam aliàs non impedit litis conteſtationem, verùm ad merita cauſæ principalis rejicitur, teſte *Gilman. tom. 1. p. 2. t. 12. vot. 2. n. 6. Oldendorp. de except. n. 15. Klock. relat. Cam. 126. n. 19. Gail. 1. obſ. 119. in fin. Mev. p. 1. deciſ. 215.* quod etiam Commiſſarij hac in causâ obſervâſſe videntur, dum in ſuâ interlocutoriâ non ſolùm probationem exceptio-

1 2 3 4 5

ceptionis rei judicatæ, ſed & progreſſum in causâ principali injunxerunt; quæ omnia benè, ex Juris & proceſſus ordine ita judicata, omniaque cauſæ merita ab utrâ-
6 que parte diſcuſſa ſunt. Nam ſi agatur rei vindicatione, tunc ſententia lata ſuper hypothecis non præjudicat huic cognitioni, cùm tunc demum obſtet exceptio rei judicatæ, quando res judicata nocet ipſi actioni intentatæ, *Gilman. tom. 4. p. 1. vot. 28. n. 81. fol. m. 231.* hinc poſt judicium retinendæ in judicio recuperandæ exceptio rei judicatæ non militat, *Marta Dige… noviſſ. tom. 1. verbo Exceptio. c. 9.* quia cùm uno modo actum eſt, rem judicatam non parit, ſi alio modo agitur, etiamſi idem jus inducatur, velut cognitio in ſummario, non obſtat in plenario. Idem *c. 13.* Sic & qui totum petijt, & victus eſt, poſteà ejus partem, vel pro diviſo vel pro indiviſo, petens, exceptione rei judicatæ ſubmovetur, quia res judicata pro parte tantùm valere non poteſt, *l. in hoc judicio. ff. famil. Erciſc.*

Secunda exceptio hæc erat, quâ negabat ſe adiiſſe hereditatem, quam tamen actor multis demonſtrabat argumen-
7 tis, v. g. quòd poſſideret bona hereditaria, quòd multa millia ſolviſſet pro defuncto, quòd exegiſſet ipſius credita, quòd in omnibus aliis actibus ſe geſſiſſet pro herede. Quamvis enim, quoties actus fieri poteſt, citra jus & nomen heredis, non inducatur ex eo aditionis conjectura, ut ſi frater diſtraxit prædium fratris defuncti, quia poteſt aliquis etiam rem alienam vendere, *Chriſtin. in Cod. lib. 6. deciſ. 27. tit. 31. Maſcard. vol. 1. concl. 43. n. 9. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 12.*
8 *tit. 12. n. 6.* Certum tamen eſt, aditionem hereditatis probari, ſi filius poſt mortem patris domum ejus inhabitavit, niſi probet ſe tanquam inquilinum, vel cuſtodiæ, vel aliâ causâ incoluiſſe, *l. 1. C. de repud. hered.* Cùm enim aliàs actus iſte citra jus & nomen hereditatis geri non poſſit, arguit voluntatem admittendæ hereditatis, & præſumptionem talis propoſiti inducit, quæ loco probationis eſt, donec refellatur ex adverſo, *Tulden. in Cod. lib. 6. tit. 31. de repud. her. Gail. 2. obſ. 128. n. 14. Mev. p. 1. deciſ. 72. Marta ff. noviſſ morum tom 5. verbo aditio c.*
9 *11.* ubi ait: aditionem præſumi ſi credita hereditaria exigantur, & huic præſumptioni tamdiu ſtari, donec probetur contrarium. Hinc ex bonorum poſſeſſione probari hæreditatis aditionem, tradunt communiter DD. in *l. 1. & 2. C. de repud. hered.* & multò magis ex bonorum diviſione cum coheredibus, quia illa citra jus & nomen heredis planè fieri nequeat per textum in *l. 1. & 2. ff. famil. Erciſc.* Quin etiam illud in argumentum adducitur, quòd reus multa millia pro defuncto ſinè proteſtatione exſolverit, hocque facto certum ſe illius demonſtraverit heredem per *l. 2. C. de jur. de lib. l. parentibus C. de inoffic. teſtam. l. pro herede. §. 2. ff. de aditione heredit.* Ad quod licet reſpondeat impetratus, id factum eſſe ex pietate fraternâ ergà defunctum & quia debitum etiam pro ignorante & invito ſolvi poſſit, exinde hereditatis aditionem fruſtrà inferri, communis tamen legum & Doctorum conſenſus eſt, quòd ſolutio æris alieni creditoribus hereditarijs facta, præſertim, ſi æs alienum non ſit modicum, & hereditas non damnoſa aditionem importet, quia ſolutio debitorum defuncti ad heredem pertinet, illumque deſignat, *Marta ff. noviſſimorum tom. 5. verbo aditio C. 20. & 29. Gratian. tom 1. c. 150. n. 23.* quia in dubio potiùs proprio quàm alieno nomine actum quis gerere intelligitur, *l. & magis ff. de ſolut. DD. in l. 81. C. de jur. delib.* & faciliùs aditio præſumitur in hereditate lucroſâ, quàm damnoſâ. *Maſcard. vol. 1. concl. 41. n. 14.* quia aliàs gravatim homines atque repugnanter pro alio ſolvunt, *idem Maſcard. vol. 1. concl. 44. per tot. Menoch. 4. præſumpt. 101.* ubi fusè hanc materiam tractat. Et quis credat, reum pro defuncto, qui jam, uti aſſeritur, multa millia ſuprà portionem ſuam in vivis acceperat, tot adhuc millia gratis fuiſſe exſoluturum? Denique implet probationem, quod credita quoque defuncti reus exegerit, & æs alienum receperit, quod clariſſimum eſt aditæ hereditatis argumentum, ſecundùm *Ma-*
*ſcardum dictum vol. 1. concl. 44.* Et cùm 10
reus ſolus actionem totam ſuſceperit, fruſtrà jam exceptio, *non ſum ſolus heres*, ab eodem opponitur, quippè quæ ampliùs admitti non debet, ſi juſto tempore non eſt oppoſita quòd ſi enim hac exceptione omiſſâ heres ſuper toto debito li-

 tem

Digitized by Google

tem conteſtatur, exceptionem abdicat,
& in ſolidum ſemet offerendo, in ſoli-
dum obſtringitur, tum quia cum actore
per litis conteſtationem in ſolidum factam
contrahit, & ex quaſi contractu ſuo tene-
tur, quocircà non injuſtum eſt, ipſum
tunc in ſolidum condemnari, indemnita-
tem verò adverſus coheredes judicio fa-
miliæ Erciſcundæ quæri, *Mev. part. 5. de-*
11 *ciſ. 42.* Atque ſi heres unus hypothecam
poſſideat, ille actione hypothecaria in ſo-
lidum conveniri poteſt, quia non ut he-
res, ſed ut poſſeſſor convenitur, idem
*Mev. d. part. 5. deciſ. 68.* ideoque contra
reum ſententia prolata eſt.

12 Altera ferè heredum exceptio eſſe
ſolet, quòd adierint hereditatem cum *be-*
*neficio legis & inventarii.* quapropter ul-
tra vires hereditarias non teneantur. Sed
memini objectos ab actoribus fuiſſe cer-
tos inventario defectus, quòd Creditores
ad illud non citati, nec bona hæreditaria
taxata ſint. Hinc tota quæſtio huc redu-
cta eſt, an inventarium non attentis defe-
ctibus allegatis validum, an verò nullum
ſit? Et rei quidem ſe paratos offerebant
ad juratam ſpecificationem, quæ in defe-
ctu inventarij hodiernis moribus ſufficiat,
13 *Carpzov. Juriſp. forens. part. 3. Conſt. 33.*
*def. 6. & 7.* cùm in foro Saxonico jurata
ſpecificatio idem præſtet, quod confectio
inventarij, *Carpzov. deciſ. 25. n. 33. & de-*
*ciſ. 160. n. 9.* & imò citatio Creditorum,
bonorumque æſtimatio hodiè non ampliùs
obſervetur, ſecundùm *Brunnem. ad l. ult.*
*de jur. delib.* & *Anton. Fab. in Cod. eod.*
14 *def. 17.* Hodiè enim in confectione in-
ventarij dominari conſuetudinem, cujus-
que loci & Religionis tradit ex *Bald. &*
*Richard. Rittershuſ. in Nov. part. 6. cap. 8.*
*num. 10.* Cæterùm oppoſuerunt actores
non omnia, quæ in foro Saxonico obti-
nent, ſemper juri Cæſareo conſona eſſe,
ex quo tamen lis præſens, illo ſepoſito, ſit
definienda.

15 Quòd autem Creditores ad confe-
ctionem inventarij citandi ſint, non ſolùm
in *l. ult. §. 2. C. de jur. delib.* ſed & *Nov. 1.*
*cap. 2. §. 1.* clarè diſponit, & ſic quidem,
ut inventarium non proſit, non citatis iis,
quorum intereſt, *d. l. §. 12. & d. Nov. §. 1.*
*Klock. relat. Cameral. 57. num. 29. Leuven.*
*Cenſur. forens. lib. 3. cap. 10. Klock. tom. 3.*
*conſ. 138. num. 20.* ubi ampliùs probat per
*l. 39. de adopt. Nov. 73. cap. 7. & c. ſignifica-*
*vit. de teſtib.* Quod in inſtrumentorum 16
omnium confectione citandi ſint, quos res
tangit; quia, cùm plura requiruntur ad
actus alicujus validitatem, omnium com-
plementum requiritur, ut ſequatur effe-
ctus, *Gail. 2. obſ. 125. num. 8.* Qui enim
non conficit inventarium, vel non conficit
legitimè, (quæ paria ſunt, *l. 6. qui ſatisd.*
*cogunt. l. 4. C. de leg. hered. c. ſi quis 46. de*
*elect. in 6.*) præſumptione juris & de jure
præſumitur ſubtraxiſſe bona hæreditaria,
ut non amittatur contraria probatio vel re-
ſtitutio, tradit *Andreol. controv. 101. n. 10.*
*& ſeqq.* & inventarium debet continere
mobilia cum pondere, numero & menſu-
ra, *l. ſi quis intrà. 7. C. de bon. præſcript.*
non obſtante conſuetudine contrariâ tan-
quam inducente fraudis occaſionem, idem
*Andreol. controv. 242. n. 5.* Quòdſi enim
hoc admiſerimus, ut quilibet pro arbitrio
ſuo, neglecto juris præſcripto, inventa-
rium conficiat, jam beneficium inventa-
rij inane & nullum erit, paſſimque hære-
dibus occaſio dabitur, jura Creditorum &
legatariorum, ad libitum uſque ſuum, elu-
dendi & intervertendi: Neque tantum
præſidium in hæredis juramento vel jura-
tâ ſpecificatione rerum hæreditariarum
poſitum eſſe puto, ut Creditores propte-
reà ſecuri eſſe poſſint, cùm proclive ni-
mis ſit, honorem ſuum perjurio quoque
defendere, præſertim ubi titulus de ac-
quirendâ hæreditate concurrit. Ideòque
ob amiſſam creditorum citationem hæres
beneficio inventarij privandus eſt, ſecun-
dùm *Sande. deciſ. Friſic. lib. 4. t. 12. d. 4.*
Nec debet frui iſtius legis beneficio, qui
eam contempſit, *Grivell. deciſ. Dolan. 143.*
*n. 16.* & modum formamque à lege præ-
ſcriptam vel conſuetudine approbatam
non obſervavit, *Cöppen. lib. 1. obſ. 131. n. 6.*
*& obſ. 63. n. 5.* ubi dicit: Inventarium 17
debet eſſe liquidum, & clarum, omnia-
que deſcribi per ſigna & confinia, cum æ-
ſtimatione valoreque eorundem: cui con-
ſentiunt *Rol. à Valle de inventar. pag. 107. &*
*conſ. 73. n. 13. vol. 2. Maſcard. concl. 531. n.*
*61. Honded. conſ. 35. vol. 1. p. 3. n. 24.* quis e-
enim ſcire poterit vires hæreditatis, ſi bona
hæreditaria taxata & æſtimata non ſint? &
qua ratiõe reijci poterit Creditoris præten-
ſio, ſi de quantitate hæreditatis nõ apparet?

Quocircâ optimum pro hæredibus
con-

Digitized by Google

conſilium eſt ait *Mev. in levam. debit. c. 7. n. 161.* ut poſt aditam hæreditatem, ſtatim bona à fide dignis, & ſuſpicionis expertibus, per Judiciale Decretum curent æſtimari, quò de viribus hæreditatis ſinè difficultatibus conſtet, & exigentibus indè aut parata ſit ſolutio, aut manifeſta deficientium facultatum demonſtratio. Dilatio æſtimationis eſt materia litis, & certa pœna hæredis. Si enim bona hæreditaria fuerint deteriorata, vel pretia imminuta, id damnum iſti nocebit, qui tenetur id præſtare creditoribus, quanti valuerunt tempore mortis, *hactenus Mevius.* Secundùm quæ omnia elucet, quòd contra juris Saxonici præſcriptum & ejus Interpp. forma conficiendi inventarij à lege præſcripta ad unguem ſervanda ſit, aliàs ſi minimum omittatur, rupturæ ſubjacet, veluti ſi deficiunt tres teſtes fide digni, bona immobilia poſſidentes, atquè optimæ opinionis, qui loco creditorum abſentium adhibentur.

18 Nec ſufficit allegare conſuetudinem in contrarium, niſi in ſpecie probetur, quæ verba ſunt *Marta in Digeſt. Noviſſ. Tom. 1. tit. Inventarium. c. 13. & 14.* Nam licet conſuetudine tolli poſſint ſolennitates ad inventarium aliàs neceſſariæ, niſi tamen ea in ſpecie fuerit probata, contra inventarium vota danda ſunt, ait idem *Marta. d. l. c. 3. ex deciſ. conſil. Neapolit.* neque ſufficit ad probationem talis conſuetudinis, quòd de illa teſtes deponant, niſi & ſimul producantur ſententiæ aliquæ ex quibus conſtet in judicio contradictorio fuiſſe judicatum, prout in Regia Pincianâ Cancellariâ obſervari teſtatur, *Munoz. de Eſcobar. de ratiocin. debit. c. 9. n. 44.* Ex quibus hactenus allegatis, cùm caſus præſens, ex jure communi, præjudiciis, & auctoritatibus clariſſimè deciſus ſit, nec ullam in contrarium conſuetudinem vel praxis oſtendat, vel rei probaverint, præſertim cùm actori non opponant alia debita, quàm ſua propria, puto ex propriâ ſuâ culpâ damnum ſenſuros eſſe, ſi paritoria contra ipſos feratur; Cæterùm cùm defectus inventarii ad Notarium rei referrent, quem tamen tanquam hominem in illo loco celebrem, & juris obſervantiæque gnarum elegerint, ſeque porrò nihil in inventario doloſe omiſſum aut ex hereditate ſubtractum eſſe, juratò aſſeveraturos offerrent, placuit, ſuadentibus id varijs circumſtantjis, mediam hanc viam ingredi, & heredes ad juramentum admittere, præſertim cùm ex *Chriſtian. Barth. tom. 5. pag. 538.* nec non 19
*tom. 3. pag. 186. & 1112.* varia in hanc ſententiam præjudicia allegarent, hujus tenoris; In Sachen N. N. iſt hiemit zu recht erkandt / möge und wolle gemeldter N. durch ſich ſelbſt / oder ſeinen derhalben gevollmächtigten Anwalt / einen Ayd zu GOt und den Heiligen ſchwehren / daß er weiter dann in dem eingebrachten Inventario einverleibt / in weyl. gedachts N. Verlaſſenſchafft gehörig nichts beyhanden / oder gefährlicher weiß verändert / ſondern in allen getreulich und ungefährlich gehandelt hab / daß ſolches gehört / und er thue das alſo oder nicht / ferner darauff ergehen ſolle / was Recht iſt. Quia Notarij error vel incuria, cujus induſtriæ, fidelitati & dexteritati omnia commiſſa fuerunt, heredibus nocere non debet, *Honded VI. conſ. 53. n. 15.* & non exiſtente dolo nullitas inventarij non attenditur, *Molin. diſp. 218.* Atque ſi de validitate conſuetudinis dubitatur, nihilominùs quia heres fuit in bonâ fide, non apparet, quarè privari poſſit beneficio inventarij, quando faciens inventarium probabili credulitate aliquam inventarij partem omiſit, *Honded. d. conſ. 53. n. 30.* cautè tamen in hac materiâ eſt procedendum, ne ſuperiùs allegata jura omnia ferè eludantur.

Aliâ inſuper exceptione uſi ſunt con- 20
venti heredes. Actorem nimirum tenui nimis pretio creditum acquiſiviſſe, ut legi Anaſtaſianæ locus ſit. Notum enim eſt, quid in *l. per diverſas. & l. ab Anaſtaſio. C. Mand.* de venditionibus obligationum & ceſſionibus in ſpecie ſit diſpoſitum, quòd nimirum ad ceſſionem validam, legitimus titulus, verum & determinatum pretium in caſu venditionis, & clara probatio pretij numerati requiratur, ita, ut confeſſio cedentis & ceſſionarij non ſufficiat. *Klock. tom. 3. conſ. 136. n. 25.* nec ceſſionarius plus conſequatur, quàm ipſe dedit, *d. l. per diverſas. 22.* ibi: *ſi quis datis pecunjis hujusmodi ſubierit ceſſionem, uſq; ad ipſam tantummodò ſolutarum pecuniarum quantitatem, & uſurarum ejus actionem exercere permittatur, & l. ſeq. ibi:* & *ne ampliùs à debitore conſequatur his, quæ preſtitit ceſſionis auctori.* Qui modus ab

Ana-

Anaſtaſio ceſſionibus ideò præſtitutus eſt, quia modicitas pretij præſumptionem facit ceſſionis ſimulatæ, & animo vexandi adverſarium actio translata vel ceſſa videtur. *Menoch. de arb. jud. quæſt. lib. 2. cent. 3. caſu 248. & lib. 3. præſ. 129. n. 2.* adeoque debitor ex ceſſione modico pretio facta jus quæſitum habet, ut non niſi tantundem ſolvat, *Manz. in tr. ad l. Anaſtaſianam q. 7. n. 19.* in cujus ſcilicet favorem lex eſt introducta, Idem. *q. 8. Mev. in levam. debit. c. 7. n. 22.* ubi tamen ex noviſſ. Imp. conſtitutionibus pro Fiſco reſpondet, & beneficium debitori non tribuit, ſed emptorem, velut uſurarium, amiſſione partis
21 debiti multat, eamque Fiſco defert, *Receſſ. Imp. Auguſtan. de anno 115. tit.* von wucherlichen contracten. *Reform. polit. de anno 1530. eod. tit.* & Policey-Ordnung zu Franckfurt *de anno 1577. tit.* von wucherlichen *contracten.* §. Dieweil aber ſolche / ꝛc. ut videlicet id, quod excedit verum pretium, publicandum ſit, velut uſurariam pravitatem redolens, cujus ſpecies ea pactio habetur. Magiſque rationabile id videtur: nam ut cedens id capiat, voluntati ipſius contrariatur, qui à ſe abdicavit, & retinere noluit. Debitori verò ut relinquatur, nulla apparet cauſa, niſi in eâ ſpecie, cùm nomen in potentiorem ceſſum eſt, quo caſu in ſolatium periculi id conſtitutum, ut tam is qui vendit, quàm qui redimit alienam litem, actionem amittat, *l. 1. & 2. C. ne liceat potentior.*

22 Cæterùm non omnes ceſſiones Anaſtaſianâ lege improbatæ ſunt, ſed eæ tantùm, quæ fiunt alienarum litium redimendarum gratiâ, nam extra hunc caſum notiſſimi atque etiam à Theologis approbati juris eſt, quòd liceat chirographa minoris emere, quàm contineant, propter periculum obtinendi à debitore ſolutionem, quæ fortè non ſine lite & expenſis recuperabitur, ut propter hanc ſolam difficultatem, & incertitudinem poſſit dimidio valore emi, cùm nullum creditum tam in tuto ſit poſitum, ut in ſecuritate æquivaleat pecuniæ numeratæ *Molin. de Juſt. & jur. diſp. 26. ſect. 7. §. 1. n. 93. & 96. Lugo diſp. 26. 7. §. 1. n. 93. & 96.*

23 Itaque hujus Conſtitutionis prohibitio intelligenda eſt, ut procedat in maligno, ſordido, doloſóve litis redemptore, qui avaritiâ ductus, animoque vexandi debitorem, ceſſionem acquirit juris incerti, dubij, & naturâ ſuâ diſputabilis, viliori & infimo pretio, ut non niſi pro ratâ pecuniæ cedenti ſoluta valeat experiri, adversùs debitorem, reliquum verò cedat lucro & utilitati ipſius debitoris, prout hunc eſſe verum dictarum legum intellectum ſcripſit *Salgado in Labyr. credit. part. 1. c. 13. §. 2. n. 25. Olea de ceſſione jur. & act. tit. 6. q. 10. n. 53. Cancer. var. reſol. part. 3. c. 1. de act. & obl. n. 164. Carpzov. deciſ. 67. n. 11. & deciſ. 255. n. 8. Chriſtin. vol. 2. deciſ. 110. n. 17.* & latè hanc materiam pertractat *Joſephus Urceolus conſultat. forens. c. 51. per tot.* quia utique jure concedente nomina & debita vendi poſſunt, *l. nomina. 17. l. venditor actionis. 23. ff. de hæred. vel act. vend. l. 3. & 9. C. eod.* qui titulus per legem Anaſtaſianam non eſt ſublatus, cujus etiam legis ratio poſita eſt in odio lites redimentium & uſurariorum, laceſſendi & vexandi debitoris causâ, vel etiam improbi lucri, & fœnoris captandi gratiâ, pro modico ceſſiones ſibi fieri procurantium, *Bruhneman. ad d. l. Mev. de levam. deb. c. 7. n. 25.* & præſertim conſtituta contra Procuratores in rem ſuam, qui ſibi cedi faciebant actiones, ut hâc ratione proprio nomine cauſam agerent, & ſententiâ pro ſe latâ clientibus ſuis certam victoriæ partem ſolverent, reliquam ſibi retinerent, quo facto plus conſequebantur, quàm per pactum de quotâ litis: quia in hoc ipſi à clientibus ſuis & principalibus: illic hi ab illis neceſſe habebant obtentum extorquere & repetere, uti ex *Sichard. ad d. l. tradit Manz. ad l. Anaſtaſ. in pr. n. 7.* quæ 24
igitur certâ ratione facta eſt prohibitio, non extenditur, quàm ad ſpecies, in quibus illa ratio reperitur, *Mev. d. l. n. 27.*

Idcircò cùm in præſenti caſu juſtus titulus interceſſerit, venditionis nimirum, quia ceſſio facta ſit pro pretio 15000. Imp. omnem ille præſumptionem calumniæ & ſimulationis excludit, *Manz. d. loc. q. 1. num. 14. Gabriel. concl. comm. lib. 2. concl. 5. de action. n. 18.* præſertim cùm pretium non modicum, ſed ſatis honeſtum concurrat, ut habitâ ratione lucri ceſſantis & damni emergentis, & ob expenſas, laboreſque probabiliter faciendos, omnis præſumptio fraudis videatur excluſa, cùm juſtum habeatur pretium, quod deductis operis factis aut faciendis læſionem ultrà dimi-

mi-

Digitized by Google

midium non excedit, *gloſſ. in d. l. per diverſas. verb. in aliis cauſis. Fulgos. Conſ. 242. Mev. n. 29.* eò magis quòd ceſſio inter Nobiles immediatos Imperij eſt peracta, adverſus quos præſumptio, ſuper quâ lex Anaſtaſiana fundatur, eò minùs locum
25 habet. Honeſtas enim perſonæ tollit ſiniſtram ſuſpicionem, *arg. l. 21. in pr. ibi: integræ opinionis ff. de rei vind. c. niſi eſſent 21. in pr. ubi Panormitan. extra de præb. Manz. d. l. q. 10. n. 12.* ut hoc caſu ſola cedentis & ceſſionarij confeſſio probet, præſertim quia cedens exceptioni non numeratæ renuntiavit, quem caſum notat *Tuſcus, concl. 209. n. 20. 21. & 22.* quando enim ex qualitate tum negotij, tum perſonarum deprehenditur, ceſſionem non eſſe
26 factam animo vexandi illum, contra quem fit, meritò ceſſionarius impediri non debet ab exercitio actionisj, & ideò minùs, ſi ceſſio facta ſit in perſonam conjunctam, vel per tranſactionem, à quibus caſibus diſpoſitio legis Anaſtaſianæ penitùs excluditur, *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt 129. n. 16. Cyriac. controvers. 170. n. 27. Cancer. var. reſol. part. 1. c. 13. de empt. vend. n. 75. Carol. de Mean. obſ. 242. in fin. part. 2.* ubi ſic judicatum eſſe atteſtatur.
27 Ut ſilentio non prætaream, legis hujus prohibitionem in Regno Franciæ non obſervari, in ſtatu Mediolani diſpenſationem pati, & in ſtatuto civitatis Bononiæ penitùs ſublatam eſſe. Si enim creditum certum,
28 indubitatum, & liquidum cedatur, quod ſcilicet vel inſtrumento quarentigiato, vel re judicatâ aut tranſactâ munitum eſt, tunc ceſſio in totum valet, etiamſi non correſpondeat pretium à ceſſionario ſolutum, quia ex quo creditum non litigioſum, ſed clarum & certum eſt, non cadit ſuſpicio in ceſſionarium, quaſi eſſet redemptor litis, aut pravâ duceretur vexandi debitorem voluntate, ſuper qua præſumptione tamen legis Anaſtaſianæ diſpoſitio fundatur, *Urceol. conſult. forens. d. c. 51. n. 4.* Fieri etenim poteſt, ut ceſſio facta ſit, ob diffidentiam cedentis de conſequendo debito, propter tergiverſationem debitoris, nec non odium & execrationem litium, ſicut in præſenti caſu, weilen der Schuldner niemahls in der Güte zue der Bezahlung gebracht werden können/ quo caſu propter urgentem alienationis cauſam ceſſat Lex Anaſtaſiana, *Manz. ad Leg. Anaſtaſ. q. 6. n. 22. ex reſponſo Ingolſtadienſi tractatui ad d. l. Anaſtaſ. annexo. n. 12. Berlich. deciſ. 33. n. 29.* Et inprimis conſiderandum etiam eſt periculum & moleſtiæ ceſſionarij & cedentis in debito exigendo, *Manz. q. 6. n. 30.* quia nobilis immediatus contra immediatum, vel coram Auſtregis, vel ſi cauſâ ita qualificata eſt, coram Imperatore, proceſſus non ſinè operâ ex ſumptibus impetrare debet, ſicut hic actor jam integro quadriennio pro conſequendo debito litigavit. Et quia aliquot annis nullas penſiones percepit, cùm earum ſolutio ex noviſſimo Receſſu de anno 1654. demum ab eo tempore in Mandato præcepta, prætereàque ceſſionarius nomen iſtud emit, quando adhuc incertum erat, quid de ſolutione Capitalium & penſionum in proximis Comitijs ſtatueretur, eò magis ceſſio valida eſt propter periculum & incertitudinem, *Manz. in d. reſp. n. 21. & 22.* ut propter hanc cauſam ceſſio magnæ ſummæ pro parvo pretio fieri poſſit, *Sichard. ad d. l. diverſas. n. 7.* quando enim incertitudo & periculum in ceſſionarium transfertur, non injuſtè ſolatium aliquod capit, qui de eventu diſcriminatur, ut ex *Salicet. & Sichard. ad dd. ll. tradit. Mevius ſuprà d. loc. n. 28.* Ut taceam, multos arbitrari legem Anaſtaſianam generali deſuetudine abrogatam eſſe, ne creditoribus egentibus omnis via præcluderetur, his exulceratis temporibus pecunias ex venditione nominum ſuorum comparandi, 29
cùm debitores ſolutionem procraſtinarent, nam ut *Zorer.* in ſeinem rechtlichen Bedencken/ *q. 15. n. 118.* tradit; wann einer tauſent Gulden wiſſentlich umb vierhundert verkaufft/ ſo geſchicht ſolches mit ſeinem guten Willen/ zu ſein und der ſeinigen beſſerer Unterhaltung/ oder doch anderwerts mit dem Geld Nutzen zu ſchaffen/ und ſich auß vorſtehender Noth zuerretten; da man hingegen den Kauffer hernach ſorgen läſſet/ wie er das erkauffte Capital oder Zinß bekomme. So würden ſich die wehrende Kriegs-Zeit über/ gewiß vil Leuth gefunden haben/ wie noch/ die gern Schuld-Brieff umb den halben Theil auch geringer verkaufft/ wann ſie nur Kauffleuth gefunden hätten/ indeme die Erfahrung mitgebracht/ daß vil Hungers geſtorben/ verdorben/ oder in das bittere Elend gehen müſſen/ ſo zwar anſehentliche Brieff und Güter gehabt/ aber kein Geld darfür bekommen



Digitized by Google

men können / ubi ſimul ex alio innominato auctore reſolvit, quòd debitor hoc caſu ceſſionario in ſolidum teneatur.

30 Quamvis igitur jura noſtra & lex Anaſtaſiana contra ceſſionarios præſumptionem fraudis induxerint, quando ij, qui circà lites morantur, ceſſionem ſibi fieri procurant, easdemque vel debitoris odio, vel uſurariæ pravitatis ſtudio appetunt & inquirunt, nomina modico, tenuique pretio coëmunt, quando de verâ numeratione pretij nullatenus apparet, vel cedente paulò pòſt reſtitutum eſt, partim donatum eſſe aſſeritur, aut in potentiorem ceſſio facta, ut deducit *Menoch. lib. 3. præſumpt. 129. per tot.* nihilominùs Idem *n. 16* docet, quòd iſtæ præſumptiones locum non inveniant, quando ex alijs conjecturis conſtat, ceſſionem eſſe factam juſtis de cauſis legitimo titulo, inter perſonas honeſtas, pro pretio ſatis congruo, cùm præſumptio legis contrariis conjecturis everti poſſit,
31 *Bart. in l. inter omnes §. recte ff. de furt.* ita ut exiſtimem caſum præſentem diſpoſitioni Anaſtaſianæ non ſubjacere, ſed reis ſolutionem penſionum ex integro capitali injungendam eſſe, cùm obligationis tenor hoc ſecum ferat, ut cuilibet legitimo ejus poſſeſſori debitum ſolvatur; & aliàs ex ipsâ ceſſionis naturâ ceſſionarius jura cedentis in ſolidum occupet. Utut aliàs optandum eſſet, alter Anaſtaſius vel Juſtinianus exiſteret, qui leges has contra litium redemptores hoc noſtro ſeculo priſtino nitori ſtitueret, ex voto *Brunneman. in Cod. ad dd. ll.* Itaque heredes, non attentis exceptionibus ad ſolutionem ſunt condemnati.

Cùm verò ſæpè ſoleant conjuges re-
32 ciproca condere teſtamenta, de facto diſceptatum eſt, an ſuperſtes conjux ſolus tale teſtamentum, vel in ſolidum, vel pro parte mutare poſſit? Affirmativa reſolutio dubio planè nullo caret, cùm duo ſint teſtamenta, teſtatoréſque duo, ut hîc militent omnia jura, quæ volunt, ut non poſſit cuiquam aufferri libertas teſtandi usque ad extremum vitæ ſpiritum, *Peck. de teſtam. conjug. lib. 1. c. 43. per tot. Mynſ. 1. obſ. 8. Oldrad. conſ. 174. Gail. 1. obſ. 117.* & ita judicatum eſſe anno 1575. 19. Februarij in Parlamento Lutetiano refert *Choppin. lib. 3. de utili Andegavenſ. rer. domin. cap. 1. tit. 4. n. 13. Peleus. quæſt. illuſtr. 22. Maynard. lib. 5. cap. 97.* Et quamvis non deſint, qui contendunt, mutationem 33
ſaltem valere pro parte bonorum revocantis, non verò in ſolidum, quia morte unius teſtantis teſtamentum ita ſit confirmatum, ut poſteà quoad illius bona ſit irrevocabile. Diſtinguendum tamen eſt, an diſpoſitio Conjugum inſtitutionibus vel legatis ſit ſeparata, veluti ſi priùs maritus exprimat voluntatem, poſtea uxor: an verò conjunctim mutua inſtitutio facta ſit, veluti his verbis; So haben wir beede Eheleuth / ut 34
ſic confuſa non diſtincta bona à teſtatoribus relinquantur; Tunc enim revocato per alterum teſtamento, aliud quoque omninò revocatum videri debet, ſicut contingit in omnibus actibus correſpectivis, quorum uno corruente corruit & alter, *l. cum te. ff. de pact. int. empt. & vend.* quod eò firmiùs ſtatuendum eſſe, ait *Mev. ad Jus Lubec. part. 2. tit. 1. art. 10. n. 36. & ſeqq.* ſi teſtatorum quisque non diſtinctè de ſuis bonis, ſed de communibus & commixtis diſpoſuit; *Peck. dict. c. 44. n. 6. in fin. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 165. n. 20. Berlich. deciſ. 92. p. 1. n. 5. Ant. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 5. def. 18. Marta in Digeſt. noviſſ. tom. 5. verbo teſtamentum. c. 105. & 106.* ubi in Parlamento Delphinali ita deciſum eſſe refert. Quin & eò minùs dubij res iſta habet, ſi una pars alteri vel expreſsè vel tacitè de ſuis bonis teſtandi, vel teſtamentum mutandi concedat licentiam, *Mev. d. loc. n. 56. Peck. d. lib. 1. c. 43. n. 3. & ſeqq.* Ergò pro mutatione in ſolidum eſt pronuntiatum.

Ampliùs & hæc quæſtio judicialiter diſcuſſa eſt, an teſtamentum filij propter præteritionem Patris ſit nullum, & an pacta dotalia poſt teſtamentum erecta illud evertant? Prima quæſtio definita eſt in 35
*Nov. 115. c. 3.* quòd legitima titulo inſtitutionis in lineâ deſcendente & aſcendente, inter liberos ſcilicet parenteſque relinqui debeat, aliàs teſtamentum nullum eſt, ex communi interpretum ſententiâ, *Hahn. in not. ad parat. Weſenb. de inoffic. teſtam. n. 6.* quamvis enim jure veteri opus fuerit querelâ, ut teſtamentum ipſo jure validum reſcinderetur, *l. 5. ff. & l. 28. C. de inoff. teſt.* id tamen per *d. Nov. c. 3. & 4.* aliter ſtatutum, & præſcripta teſtamentis certa forma, quâ non impletâ teſtamentum nullum eſt, nec opus eſt querelâ, ſed ſaltem nul-

Digitized by Google

nullitatis declaratione, *Gail. 2. obſ. 134.* Pfeil *conſ. 101. n. 49. Hahn. ad Weſenb. d. loc. n. 7. Urceol. conſultat. forenſ. 6. n. 1. & conſult. 17. n. 6.* Et hæc querela jure novo ad deſcendentes transmittitur etiam non præparata, *l. 34. C. de inoff. teſt.* ſi ſcilicet agatur de teſtamento aſcendentium.
36 Sed ſi de teſtamento deſcendentium ſit quæſtio, querela non præparata non transmittitur à Parente in cæteros liberos, quia hic caſus jure novo non eſt exceptus, *Brunneman. in l. 3. C. de inoff. teſtam.* citans *Roderic. Soarez. in l. quoniam. ff. h. t.* quia eadem quidem fit ratio Parentum & liberorum, in *d. Nov. 115. c. 3.* quoad poteſtatem rumpendi teſtamentum, non tamen quoad poteſtatem transmittendi; quâ de re tamen videri etiam poteſt *Pruckman. vol. 2. conſ. 1. n. 596.*

Exheredare itaque vel inſtituere liberos & Parentes oportet, præterire non licet, præteritique etiam dicuntur illi, quibus per fideicomiſſum relinquitur hæreditas, aut ſaltem non titulo inſtitutionis; licet per donationem aut legatum, aut alio quocunque modo portio legibus debita collata ſit, Pfeil. *conſ. 101. n. 50.* nihilominùs proponere nullitatem, & implorare
37 officium Judicis intra quinquennium oportet, quia lapſu quinquennij querela inofficioſi, & hodiè nullitatis, quæ in locum ſurrogata eſt, extinguitur, *l. 2. §. 2. C. de inoff. teſt.* cùm tamen in præſenti facto nec Pater querelam præparatam ad actores transmiſerit, nec ipſi eam intra quinquennium propoſuerint. Quibus accedit, quòd teſtamentum hoc clauſulam habet codicillarem, cujus virtute pro inofficioſo haberi
38 nequit, nec ex eo, ſed ab inteſtato ſuccceditur defuncto, adeòque Pater videtur rogatus, ut ſcriptis hæredibus, tanquam fideicommiſſarijs, hæreditatem, detractâ ſibi portione legitimâ reſtituat, ut ſentiunt DD. communiter, teſte *Struv. Syntagm. jur. tit. de inoff. teſtam. concl. 36. Urceol. tom. 1. conſult. 6. num. 19.* ubi hunc caſum tractat in terminis; quòd nimirum filia præterierit Patrem inſtituto ſuo marito, & tamen ait, teſtamentum valere, virtute clauſulæ codicillaris, ut per eam pater præteritus habeatur ac ſi inſtitutus eſſet, cum onere tamen reſtituendi hæreditatem hæredibus ſcriptis, juxtâ Doctrinam *Bart. in l. 1. ff. de jur. codicill.* quam Dd. communiter ſequuntur, prout *Urceol. d. loc.* allegat *Rimin. Surd. Henriquez. Turret. Mart. Simon. de Prat. Fuſar. Buratt. Durand. de Mareſcot.* & alios. Quæ omnia eò magis procedunt, ſi non malâ mente facta ſit præteritio, *l. 18. ff. de lib. & poſth. l. 16. §. 2. ff. de cur. fur.* Richter *deciſ. 41. num. 48. & 49. Struv. in Syntagm. jur. de inoff. teſt. concl. 37.* præſertim cùm non deſint Autores, qui putant inſtitutionem præcisè non requiri, ſed ſufficere titulum legati, *Bachov.* & *Hunn. in Treutl.* allegantes *§. 6. & ult. Inſtit. de inoff. teſtam.* ibi: *Igitur quartam quis habere debet, ut de inofficioſo agere non poſſit, ſivè jure hereditario, ſivè jure legati, ſivè fideicommiſſi, vel ſi mortis causâ ei quarta donata fuerit, & Nov. 8. c. 1.* nec non ipſam *Nov. 115. cap. 5.* quod in medio jam relinquimus.

Supereſt alterea quæſtio, annon ſaltem hoc teſtamentum per ſubſecuta pacta dotalia ſit everſum? Et quidem vulgò no- 39
tum eſt, quid hodiè de conſuetudine Germaniæ pacta dotalia operentur, quòd nimirùm hereditas iis dari, & de futurâ ſucceſſione diſponi poſſit, Richter *p. 1. deciſ. 26. n 37. Klock. relat. Cam. 28. n. 93.* ubi ait: Et quòd hoc verum ſit, teſtis eſt tota ferè Germania, in quâ receptum per pacta dotalia relinquere hereditatem, *Gilm. p. 2. deciſ. 43. n. 73.* ut adeò tale pactumquodammodò ſit teſtamentum, *Idem n. 109. & n. 113.* quia cùm de futura ſucceſione diſponat, non poteſt valere ut pactum, nec ut codicillus vel donatio mortis causâ, quibus modis hereditas non datur. Igitur hujusmodi pacta vocantur ultimæ voluntates innominatæ, *Weſenbec. pag. 1. conſ. 38. num. 49. & 51.* & *Gilman. Symphor. tom 1. part. 3. vot. 6.* de tali pacto ait: concludo igitur pactum noſtrum, quoad ſucceſſionem vim habere ultimæ voluntatis, & per modum fideicommiſſi valere: præſertim ſi in iis de viciſſitudinariâ utriusque conjugis agitur ſucceſſione, *Pruckman. vol. 2. conſ. 25. num 41. Mynſ. 2. obſ. 33.* Eſſe enim ſententiam à Dd. communiter approbatam notat *Klock. vol. 3. conſ. 123. num. 81. & multis ſeqq.* præſertim etiam *num 153* quòd pacta dotalia, quatenùs tractant de futurâ ſucceſſione, habeant ſpeciem teſtamentorum & ultimarum voluntatum, in tantum, ut novis omnium gentium moribus, tertium genus



Digitized by Google

conventionalium ultimarum voluntatum, veteribus juriſconſultis incognitum proveniat, *Heig. p. 1. q. 23. num. 16. Cothman. vol. 3. reſp. 37. num. 153.* ait: pacta dotalia ſucceſſoria eſſe ultimas voluntates vel ordinationes, quibus tota Germania ſit referta, propriè tamen non poſſe dici teſtamenta, nec codicillos, nec donationes propter nuptias, nec planè pacta, ſed voluntates in genere. In *vol. 2. conſil. Argentorat. conſ. 10. num. 49.* dicuntur valere in vim donationis mortis causâ, ſupremumque judicium continere, cùm tamen donationes mortis causâ omnes effectus habeant ultimæ voluntatis, *l. fin. C. de mort. cauſ. donat.* & teſtamentum ſubſequens minùs ſolenne tamen tollat prius, ſi in poſteriore (ut hîc in pactis) proximiores ab inteſtato venientes ſint inſtituti, *Tuſcus concl. 152. num. 60. & concl. 154. num. 6. & 30. Klock. vol. 3. conſ. 123. num. 177.* Præſertim cùm teſtator in teſtamento ſuo appoſuerit clauſulam reſervatoriam, ſolches zu ändern / zu mindern und zu mehren / oder gar abzuthun / welcher Geſtallt / wann und wie ihme belieben wird / quòd præſtiterit per ſubſecuta pacta, ex quibus manifeſtè colligatur, teſtatorem pœnituiſſe prioris voluntatis, id quod cum effectu juris facere poſſit, per *text. in l. 1. §. pen. ff. ſi tab. teſtam. null. extr.* eſt enim pactum dotale lex contrahentium, poſſuntque ab initio conjuges legem rebus ſuis dicere, quam velint, *Mar. Giurba. deciſ. 111. num. 14.* nec eſt neceſſe in poſteriori voluntate prioris facere mentionem, & eam expreſſè revocare, quia ipſa factio novi teſtamenti rumpit prius & inutile facit, *l. 27. C. de teſtam.* inſuperque actores per binas transactiones pacta jam approbaverunt.

40 Cæterùm ut ex dictis hactenus ſufficienter demonſtratum ſit, pacta dotalia circà ſucceſſiones, & transferendas hæreditates, in vim teſtamenti valida eſſe, ut etiam in Camerâ Imperiali alijsque Judicijs, ſinè ullâ hæſitatione deſuper pronuntietur, prout latè deducit *Klock. d. vol. 3. Conſ. 123. per tot.* Id tamen probatum mihi nondum videtur, quod etiam talia pacta teſtamentum ſolenne prius conditum evertant & infirment, in quâ quæſtione tota difficultas hujus litigij reſidet. Expreſſi ſunt in jure noſtro modi, quibus teſtamentum prius ſolenne vel rumpitur, vel infirmatur, inter quos pacta dotalia non occurrunt. Nec codicillis, nec donationi mortis causâ effectus iſte attribuitur, cùm tamen pacta dotalia maximè mortis causâ donationibus aſſimilentur, quibus non minùs omnia bona transferri & donari poſſunt. Etſi fortaſſis juxta mores hodiernos aliquid ſtatui poſſet, præſertim ſi teſtes tot in pactis aſſumerentur, quot ad teſtamentum fuere vocati, res tamen nullibi aut lege, aut præjudicio, quantum ego quidem memini, eſt determinata. Attendendum porrò eſt, dividi pacta debere in *ſimplicia*, quæ nimirum dotem, donationem propter nuptias, dotalitium, & quid in iſtis in caſum mortis obtinere debeat, determinant, vel alia quoque bona, etiam univerſa, ſuperſtiti aſſignant conjugi per modum contractus & donationis inter vivos, dilato ſemper tempore ſolutionis in diem mortis, *Carpzov. Juriſpr. p. 2. Conſt. 43. def. 5. & 6.* & *mixta* quæ non ſolùm continent dotis & donationis propter nuptias promiſſionem, ſed & de futurâ ſucceſſione conjugum & liberorum inter ſe agunt, verbis ultimæ voluntatis concepta, *Carpzov. d. loc. Struv. in Syntagm. jur. tit. de pact. dot. concl. 19.* quæ propiùs ad ſubſtantiam teſtamenti accedunt, & quinque teſtes requirunt, *arg. l. ult. C. de Codicill. l. fin. C. de donat. mort. cauſ.* quia invito conjuge altero poteſt revocari, quod per modum ultimæ voluntatis in hujusmodi pactis eſt relictum, non verò id, de quo per modum conventionis diſpoſitum, *Carpzov. d. loc. d. 10. 11. Cothman. vol. 2. reſp. 78. num. 169.* Et hæc pacta faciliùs etiam teſtamentum præcedens evertere poſſe videntur, cui in omnibus, præſertim ſi eædem ſolennitates adhibeantur, ſunt ſimillimâ. Atque pacta hæc dotalia, de quibus movetur quæſtio, poſterioris generis eſſe videntur, utpotè in quibus de totâ ſucceſſione continetur diſpoſitio in præſentiâ ſeptem teſtium erecta.

Nihilominùs, quia clari juris eſt, teſtamentum prius tunc demum rumpi per poſterius, ſi hoc omni jure perfectum ſit, aut omnes ab inteſtato venientes in eo ſint inſtituti, *Brunneman. ad l. 2. ff. de injuſt. rupt. irrit. fact. teſt. DD. ad l. 21. §. 3. C. de teſtam.* Patet ex literâ pactorum, parentem teſtatoris etiam in iis præteritum eſſe,

Digitized by Google

eſſe, ut eodem vitio (nec enim magis licebit pacto præterire patrem, quàm teſtamento) laborent, quod rei teſtamento objiciunt, neque in caſum exiſtentium liberorum de totâ hæreditate, ſed ſaltem de quibusdam bonis ſunt concepta, & proximiores ab inteſtato nuſquam inſtituti, ſed ſaltem in rebus certis viduæ ſubſtituti. Ut itaque pacta hæc dotalia de particularibus rebus concepta teſtamentum prius ritè factum nullâ ratione evertant. Nam quamvis mutata teſtatoris voluntas exindè colligi velit, per *text. in l. 1. ff. ſi tab. null. ext.* debet tamen voluntas ſolenniter mutari & revocari coram ſeptem teſtibus, ut ex tabulis bonorum poſſeſſio peti non poſſit, ut tradit *ad d. l. Brunneman. num. 2. Marpurg. Conſ. 34. num. 48. vol. 1. Mantic. de conject. ult. vol. 2. tit. 15. n. 19. Gilcken. ad l. ſancimus. 27. n. 7. C. de teſtam.* Finckelthauß. *obſ. 93.* nec ſufficit quævis mutatio per aliud teſtamentū imperfectum aut nullum.

Quid quod in ipſis pactis dotalibus teſtamentum denuò per appoſitam clauſulam; daſern der Bewittumb ihr nicht ein mehrers wird geben/ eſt confirmatum, quæ verba non niſi ad teſtamentum referri poſſunt, nec non teſtator in agone, ut ex dictis teſtium videre eſt, declaravit, ſe cum teſtamento decedere, in quo benè proſpexerit uxori, teſtamentum verò etiam cancellatum reviviſcit, ſi teſtator illud vult denuò valere §. *pen. Inſtit. quibus modis teſtamen. infirm. Piſo Svacius de teſtam. lib. 5. cap. 2. n. 7.*

Quod ſi ergò ſubſiſtit teſtamentum, clari porrò juris eſt, quòd qui teſtamentum tanquam inofficioſum impugnavit, perdat id, quod illi in eo eſt aſſignatum, & id fiſco vindicetur, *l. 8. §. 14. l. 13. §. pen. ff. de jur. Fiſc.* quod hîc eò magis locum invenit, quia in teſtamento clauſula eſt appoſita, daß wer ſolches anfechten/ oder deſſen nicht erſättiget oder begnügt ſeyn würde/ alles deſſen/ ſo ihme darinn verhafft würde/ durchaus entſetzt/ und ſolches den übrigen gefolgt werden ſolle. Sed quoad pœnam abſtrahendum eſſe arbitror, quia teſtamentum ſaltem propter clauſulam Codicillarem non directò, ſed in vim fideicommiſſi, valet, & qui juſtam probabilemque cauſam impugnandi habet, relictum non amittit, juxta Richtern *1. deciſ. 42. n. 7. Struv. in Syntagm. tit. de inoffioc. teſt. concl. 28.* Fideicommiſſario autem imputantur in legitimam ex fideicommiſſo detrahendam, ea quæ ex bonis teſtatoris in ipſum profecta ſunt, ut legata fideicommiſſa, dos, donatio propter nuptias *l. 8. & 35. l. ult. C. de inoff. teſtam. Struv. in Syntagm. eod. tit. concl. 35.* Atque ita judicatum, teſtamentum valere virtute clauſulæ codicillaris in vim fideicommiſſi.

Illud etiam venit in quæſtionem: An Avus ſubſtituere poſſit nepoti ex filio demortuo pupillariter? Jure civili res extra controverſiam, ſi filius mortuus adhuc fuit ſub poteſtate patriâ. Nam ſi iam fuiſſet emancipatus, nepos non recidit in poteſtatem Avi, *lib. 41. de adopt.* Sed cùm hodiè moribus noſtris pro emancipatione habeatur, quando pater filiofamiliâs uxorem ducere, proprios lares habere, & ſeorſim habitare permittit, vel filiam elocat in matrimonium: Tunc enim ſtatum ſuum filius vel filia quodammodò mutant, & priſtinis juribus alimentorum habitationisque in bona paterna non ampliùs gaudent, ſed usque poſt mortem parentum donatione propter nuptias, vel dote contenti eſſe debent, quod praxis quotidiana comprobat, *Gregor. Tholoſan. Syntagm. jur. lib. 41. c. 10.* Ideò pari ratione aſſerendum videtur, Nepotem ex filio, tanquam per matrimonium emancipato, Avi poteſtati non ampliùs ſubeſſe, & conſequenter ei pupillariter ab Avo ſubſtitui non poſſe.

Sed profectò pater, vel conſentiendo in matrimonium filij, vel elocando filiam jure ſuo non omninò decedit: nec per filij matrimonium poteſtas patria tollitur, niſi bona porrò judicialiter ſeparentur, quæ ſeparatio demum effectum emanicipationis inducit, & à patriâ poteſtate liberat, *Hahn. in not. ad parat. Weſenb. tit. de adoption. num. 7. Ern. Kothman. vol. 2. conſ. 96. n. 20. & vol. 4. conſ. 6. n. 14. Mev. ad jus Lubec. tr. 2. art. 33. & 34. Beſold. in theſ. pr. verbo.* Abgeſonderte Kinder. *Johann Philippi in uſu Inſtit. pract. l. 1. tit. 12. Eclog. 77.* De cætero, licet filia nupta faciliùs ſolvatur poteſtate patriâ, utpotè quæ tranſit in tutelam & curam ſui mariti, quæ ratio in filijs ceſſat, *Penſold. in addit. ad Coler. p. 2. deciſ. 222. n. 17.* tamen nec uxor tranſit in poteſtatem mariti, niſi quoad obſequium matrimoniale, domicilium, forum, & ope-



Digitized by Google

operas domeſticas, item quoad acquiſitionem eorum, quæ ex re patris non proveniunt; Quoad reliqua enim manet in poteſtate patris, *l. fin. C. de lib. exhib.* undè injuria filiæ conjugatæ illata tangit patrem, *§. ult. Inſtit. de injur.* imò pater in filij quoque emancipati bonis uſumfructum retinet, *lib. 1. & fin. C. de bon. quæ lib.* Et conſuetudo contraria in ſpecie, atque in judicio contradictorio confirmata eſſet probanda. Hinc pro ſubſtitutione Avi, tanquam validâ pronuntiatum eſt.

---

# *Liber II. Titulus XV.*
# De
# *JURE DOTIUM.*

## SUMMARIA.

1. *Proponitur caſus pactorum dotalium.*
2. *Viduæ inopi debetur quarta ex bonis defuncti mariti.*
3. *Sed quid, ſi inopiam diſſimulaverit? vid. n. 6.*
4. *An beneficium Auth. præterea C. undè vir & ux. pertineat etiam ad viduas illuſtres? vide n. 12.*
5. *Non illatâ realiter dote ceſſat dotalitium.*
6. *Vidua non eſt privanda beneficio juris pro dotibus vel dotalitio inducto, niſi pœna privationis expreſsè ſit determinata.*
7. *Viduæ inopes etiam illuſtres, admittendæ ad beneficium quartæ.*
8. *Si minus quartâ ſit relictum à marito, vidua ad ſupplementum agere poteſt.*
9. *Quid, ſi adſint liberi?*
10. *Quibus caſibus mulier non poſſit prætendere quartam?*
11. *Quartam ex hæreditate defuncti non ſolùm mulieri, ſed etiam viro inopi deberi.*
12. *Illuſtribus æquè deberi quartam ſicut perſonis inferioris conditionis per rationes, & vid. ſuprà n. 4. 7.*
13. *Eſſe in electione viduæ, an dotalitium, an verò quartam ex bonis mariti eligere malit.*
14. *Præſertim ſi ex dotalitio nil poſſit conſequi.*
15. *Heredes mariti tenentur ad exſolutionem dotalitij.*
16. *Dotalitij quantitas ex calamitatibus bellicis, vel ſterilitate non poteſt minui.*
17. *Succeſſores feudales ad illud obligantur.*
18. *Licet maritus aliquid in teſtamento ipſi reliquerit, vel bona ejus confiſcentur, vel ipſemet bona vendat in fraudem uxoris.*
19. *In causâ dotalitij non habent locum Auſtregæ.*

Promiſit uxor marito dotem ſex millium, ille viciſſim pro donatione propter nuptias decem millia, conſtituto inſuper ſponſæ dotalitio in dominio N. annuorum quatuor mille florenorum. 1
Sed ſponſa inops non intulit dotem, & ex dominio N. pro dotalitio ipſi aſſignato, utpotè ab hoſtibus occupato, nil conſequi potuit, undè recurrit ad beneficium *Authenit. præterea. C. undè Vir & uxor. Nov. 33. c. 6. Nov. 117. c. 5.* deſiderans quartam 2
hæreditatis defuncti mariti ex diſpoſitione citatorum textuum. Sed objicitur illi, quod in pactis dotalibus inopiam ſuam diſſimulaverit, ut propterea beneficio deſiderato gaudere non poſſit, quia qui non 3
vult videri inops, ad privilegia inopum nequeat confugere, *arg. c. ex eo. 38. de reg. jur. in 6.* cum præſertim beneficium quartæ ex bonis mariti ſolum pertineat ad uxores conditionis inferioris, non ad perſonas illuſtres, quibus certa bona pro dotalitio 4
aſſignantur, ex quorum reditibus alimenta percipiunt, quod dotalitium in locum quartæ ex bonis mariti ſucceſſit, *Beſſian. ad conſuetud. Averniæ c. 13. art. 11. fol. 86. Myler. gamolog. c. 10. n. 1.* & quia vidua promiſſam dotem non intulit, dotalitium ipſi non debeatur, *Myler. d. tr. c. 13. n. 1. Henel. de dotalit. c. 4. n. 14. Neuenhan. de jurib. Viduit. memb. 2. ſect. 9. lit. b. Sichard.*

ad

*ad auth. dos data. C. de donat. antè nupt. n.*
*7. Carpzov. p. 2. conſt. 44. tex. 9. Cancer.*
*variar. reſol. p. 1. c. 9. n. 146. per text. in l.*
*dos data. C. de donat. propt. nupt. auth. ſed*
*quæ nihil. C. de pact. convent. Nov. 2. §. ult.*
cujus rei ratio eſt, quia quando ſunt duæ
obligationes correſpectivæ, tunc deficien-
5 te principali, deficit etiam altera. Dotali-
tium autem fit reſpectivè propter dotem,
quâ non ſoluta ceſſat quoque obligatio do-
talitij, cùm hæc duo ſint correſpectiva,
*Teſſaur. qu. forenſ. 9. n. 12. lib. 2. Neuenhan.*
*d. tr. memb. 2. ſect. 6. lit. f. fol. 56.* Hinc
Dd. dicunt, dotalitium ſeu donationem
propter nuptias dotem comitari, ut dos per
dotalitium cenſeatur vendita. *Myler. d. loc.*

Replicavit tamen Vidua, propter diſ-
6 ſimulationem inopiæ, in honorem familiæ
ſuæ, non ſe poſſe privari beneficio *auth.*
*prætereà. C. undè vir & ux.* cùm privatio
ſucceſsionis irrogari non debeat, niſi ex-
preſſo jure, quod tamen hoc caſu deficit,
id caveatur, *arg. Nov. 2. c. 3.* ibi: *non frau-*
*damus ſucceſſione. Hartm. Piſtor. lib. 2. qu.*
*15. n. 40.* præſertim in cauſâ favorabili Vi-
duarum & dotium, eò quod Judex durior
lege eſſe non debeat. Promiſsio autem
dotis ab inope facta eſt ipſo jure nulla,
*Bald. in l. fin. C. de dot. promiſſ. Schneide-*
*win. in §. fuerat. 1. de act. Hartm. Piſtor.*
*obſ. 111. n. 13.* Quia ergò vidua propter
dotem non numeratam ex pactis dotalibus
vix aliquid prætendere poteſt, cur non ad
7 quartam ex bonis mariti admitteretur?
cùm dos vel donatio propter nuptias ipſo
jure vel facto inutilis non ſublevet mulie-
rem, vel paupertatem ejus exoneret, ſivè
ſit illuſtris, ſivè inferioris gradûs, in quo
tamen ratio circà beneficium quartæ ver-
ſatur, *Nov. 53. c. 6.* imò in illuſtribus eò
magis locum habet beneficium Authenti-
cæ, ne cum ſummo dedecore defuncto-
rum in paupertate & miſeriâ tabeſcant. Et
8 in tantum hoc beneficium tribuitur mulie-
ribus indotatis, ut etiamſi legatum viduæ
reliquerit maritus, quod tamen ſit minus
quartâ, vidua ad ſupplementum quartæ a-
gere poſsit, per clara verba *d. Nov. 53. c.*
*6.* ibi: *quartam partem ſubſtantiæ, &c.*
*ſi tamen legatum aliquod reliquerit, &c.*
*compleri.* Itaque uxor, quæ inops eſt,
quod ex arbitrio Judicis pendet, habet ex
ſubſtantiâ mariti locupletis quartam por-
tionem pleno jure, ſi nulli adſint liberi, li-

cet præſentes ſint collaterales vel aſcen-
dentes, *ex textu Nov.* legatum verò quar-
tâ minùs, vel aliud ipſi relictum in quar-
tam imputatur. Si verò liberi vel illius vel
alterius matrimonij legitimi adſint, & qui- 9
dem numero tres vel pauciores, quartam
partem: ſi plures, virilem accipit, utrin-
que tamen uſus fructus jure, proprietas ſer-
vatur liberis ſinè diſcrimine matrimonij,
an ex hoc vel ex alio fuerint, *d. Nov. 53. c.*
*6. Nov. 117. c. 5. Scharſchmid. ad Nov. 53.*
*exercit. 10. c. 6.* quamvis diſſentiat *Perez.*
*ad tit. C. undè vir & ux. n. 1.* quæ omnia
intelligenda ſunt, ſi ſcil. mulier non ha-
beat dotem, vel habeat quidem, ſed in- 10
ſufficientem, tunc enim ſupplementum
quartæ petit: Aliàs ſi dos ipſi pinguis ſit,
vel dives pater, vel alia ſubſtantia, nihil
accipit, ſicut etiam ſi luxurioſè vivit, vel
ad ſecundas nuptias intrà annum luctûs
tranſit, vel etiam poſt luctum locupleti nu-
bit. *Scharſchmid. d. loc. Nov. 39. & 53.*
diſſentiente licet *Rittershus. part. 7. expo-*
*ſit. Nov. c. 17. n. 13.* Quæ quarta non ſo-
lùm in muliere inope, ſed & in viro locum 11
habet, ſi mulier locuples moriatur, *d.*
*Nov. 53. c. 6. §. 2.* in verbis: *inops aut vir*
*aut mulier inveniatur* Plura videri poſ-
ſunt apud *Brunneman. ad tit. C. undè V. r.*
*& ux.* imò mulier non exigens quartam
ab hæredibus mariti, ſi denuò nubat, &
in ſecundo matrimonio non egeat, eo au-
tem ſoluto inops ſit, poteſt ab hæredibus
primi mariti quartam petere, ex doctrina
*Gratian. Tom. 1. diſcept. c. 120. n. 59. Barry*
*de Succeſs. lib. 18. tit. 4. n. 12.*

Cæterùm quicquid hactenùs dictum
eſt de beneficio quartæ viduo vel viduæ 12
inopi debitæ, non ſolùm accipiendum
eſt de perſonis inferioris conditionis, ſed
etiam illuſtribus, ex paritate rationis.
Nam 1. generaliter in jure conſtitutum
eſt, quod ſi matrimonium abſque dote
fuerit, mulier inops marito locupleti in
quarta bonorum pleno jure proprietatis
ſuccedat, ſi tres vel pauciores ſint colla-
terales, *d. ſæpius. Auth. prætereà. & Nov.*
*53. c. 6. Strycke de ſucceſſ. ab inteſt. diſſ.*
*4. c. 1. n. 37.* 2. eadem militat ratio in per-
ſonis illuſtribus & alijs, ne ſcilicet in op-
probrium divitis mariti defuncti uxor ſu-
perſtes, quæ vitæ fuit ſocia, & omnium
fortunarum particeps, *l. 1. ff. de R. N. l. 22.*
*§. 7. ff. ſolut. matrimi.* in paupertate &
ino-

Digitized by Google

inopiâ gravi vivat, atque afflictæ ulterior addatur afflictio: Sed potius ut dignitatem & honorem priſtini matrimonij tueri, & vidualem vitam condecenter, & pro dignitate ſuſtinere queat, ex diſpoſitione Imperatoris in *Nov. 53.* ſæpius jam allegatâ, *c. 6. in fin.* in verbis, *ut inopia conjugis per divitias alterius ſalvetur.* Quæ ratio generalis utique etiam competit perſonis illuſtribus, cùm privilegium gratioſum miſericordiæ causâ datum latiſsimè ſit interpretandum, *Myler. in tr. de Gamolog. c. 9. n. 6.* atque ideò quicquid in favorem viduarum jure communi conſtitutum eſt, ad illuſtres quoque viduas extendendum, *c. ex parte. 15. extr. de foro compet. Gail. 1. obſ. 1. n. 40. Myler. d. n. 6.* quia viduarum illuſtrium conditio non debet eſſe deterior conditione civicarum vel ruſticarum, *Carpzov. p. 2. conſt. 44. def. 8. n. 4.* itaque dotalitium non tollit beneficium *d. Authent. præterea*, ne dignitas & nobilitas operetur diminutionem commoditatum ex legibus provenientium, contra *l. Senatores. 11. ff. de Senator.*

13 Quâ ratione verò dotalitium impediret beneficium quartæ viduæ inopi competentis? cùm à liberâ voluntate ejus dependeat, an dotalitium acceptare, an verò beneficium legis vel ſtatuti eligere malit, ſicque dimiſſo dotalitio quartam petere; id enim facere poteſt, *Carpzov. p. 2. conſt. 44. def. 8. & p. 3. conſt. 37. d. 3. Coler. p. 1. deciſ. 60. n. 3.* ne quod in favorem illuſtrium viduarum introductum eſt, in odium earum retorqueatur, contrà textum in *c. 61. x. de reg. jur. in 6. l. 25. ff. de H. l. 6. C. eod.* & tantò magis viduæ circà electionem dotalitij vel quartæ favendum, ſi ex
14 dotalitio, propter hoſtium incurſum, nihil habere poſſit, ex æquitate præſcriptâ in *l. 2. §. 5. ff. de aqua pluv.* undè etiamſi offerant hæredes mariti viduæ certam ſummam annuam loco dotalitij, illa tamen eandem acceptare & acquieſcere non tenetur, quia quantitas dotalitij ex liberalitate & declaratione mariti, non verò aliorum dependet, *Myler. d. l. c. 10. n. 10. Mev. p. 8. deciſ. 354. n. 6.* & mariti hære-
15 des dotalitium ad eum modum præſtare tenentur, quo à defuncto fuit conſtitutum, *Hartm. Piſtor. lib. 1. q. 4. n. 6. Schultz. Synopſ. feud. c. 8. n. 240.* licet maritus uxori remiſerit aut donaverit iterùm promiſſam dotem, quod liberè facere potuit, *l. pen. C. de donat. inter vir. & ux. Carpzov. p. 2. c. 12. d. 16. Eyben. de teſtam. Princip. vel Comit. th. 18. §. ſic donationes Principum. Gail. 2. obſ. 38. in fin. Myler. d. loc. c. 13. n. 8.* adeò ut nec ob bellicas calamitates hære- 16
des quid detrahere poſſint, & ſi vidua ex dotalitio penſiones non percipere poſſit, id quod deeſt ſupplere teneantur, *Struv. Syntagm. jur. feud. c. 14. aphor. 11. in fin. Richter. de Succeſſ. ab inteſt. memb. 3. n. 35. ſect. 4.* quia vidua pro dote videtur emere iſtum reditum, & ſterilitas potuit compenſari ubertate annorum præcedentium, *Gail. 2. obſ. 23.* ideò, ſi nihil creviſſet pro dotalitio, pecuniam ſolvi debere, tradit *Zorer.* in ſeinem Bedencken / *part. 2. q. 8.* neque Succeſſores feudales hanc obligationem evitare poſſunt, prout tradit *Schurff. lib. 3. conſil. 51. Myler. d. loc. c. 12. n. 13. Coler. p. 1. deciſ. 15. n. 21. & 28. Mev. p. 8. dec. 355.* Eò quod vidua illuſtris dotali- 17
tium non jure Succeſſionis, aut facto mariti, ſed ex ſpeciali privilegio, adeòque jure quaſi proprio conſequitur, *Mod. Piſtor. lib. 1. quæſt. 19. Carpzov. jurisprud. forenſ. p. 2. conſtit. 25. defin. 8. Molin. de primog. lib. 1. c. 20. n. 41.* Ideò namque inopi Conjugi ſuperſtiti Imperator Juſtinianus providit, ut quartam conſequatur, quia nec teſtamento ſivè judicio defuncti, nec ab inteſtato vocatur ad ſucceſſionem, alioquin non fuiſſet opus Imperatoris providentiâ ſingulari, & condito licet teſtamento nihilominùs eſſe locum huic ſuc- 18
ceſſioni vel inde deprehenditur, quia relicta in teſtamento imputantur ipſi in quartam debitam, *d. Authent. præterea, in fin.* & *§. quoniam verò verſ. ſi tamen. Nov. 53.* quod fieri non poſſet, ſi condito teſtamento inops conjux excluderetur à ſucceſſione. Accedit, quòd hæc portio ſeu quarta ſuccedit in locum dotis deficientis, *d. §. quoniam verò. Gail. 2. obſ. 86. n. 16. Kohl. de ſucceſſ. conjug. part. 2. n. 84.* Ita ut nec obſtet huic quartæ confiſcatio bonorum mariti, ſed illa portio uxori indotatæ ſalva maneat, per *text. in §. ult. verſ. ſi vero mulieres. auth. ut nulli jud. lic. & auth. bona damnatorum. C. de bon. præſcr. Struv. exercit. 38. ff. n. 39. Maſtrill. deciſ. 283.* atque uxor bona à viro vivente in fraudem ejus alienata revocare, ſuamque quartam vindicare poſſit, *arg. l. filiæ. 59. ff. ſo-*

Digitized by Google

*ff. ſolut. matrim. c. 2. de renuntiat. in 6. Richter. ad d. auth. prætereà. n. 32. Ludwel. de ult. volunt. c. 4.* Tandem in cauſa dotalitij, quod non petitur jure actionis, ſed officio Judicis, locum non habent Auſtregæ, nec reviſio admittitur, tanquàm in cauſa alimentorum, quæ moram non patitur, uti deciſum in causâ *Zw. contrà Zw. 30. April. anno 1665.* quia dotalitium gaudet juribus dotis & alimentorum, nullam admittens retentionem vel retardationem, *Henel. in tr. de dotalit. c. 2.* nam dotalitia ſunt dotibus exæquata, ijsdem gaudent privilegijs, §. *eſt & aliud. Inſtit. de donat. Schneidw. lib. 4. tit. 6.* §. *fuerat. n. 35.* memini Viduam ſupplicantem allegâſſe textum ex Sacrâ Scripturâ *Exodi c. 22. verſ. 22.* Ihr ſollet keine Wittib beleidigen / wirſtu ſie beleidigen / ſo werden ſie zu mir ſchreyen / und ich werde jhr ſchreyen erhören / ſo wird mein Zorn ergrimmen / daß ich mit dem Schwerdt tödte / und euere Weiber Wittiben / und euere Kinder Waiſen werden.

---

# Liber II. Titulus XVI.
## De
# JURE DOTIUM.

### SUMMARIA.

1. Lamentationes viduarum dotes repetentium.
2. *An poſſint convenire tertium poſſeſſorem hipothecæ ſine præviâ excuſſione?*
3. *Refertur caſus in jure jam tertiò acquiſito.*
4. *Quomodo fideicommiſſum vel feudum in dotem dari poſſit.*
5. *Excuſſionem debitoris principalis non requiri, ſi non reperiatur, vel notoriè non ſit ſolvendo.*
6. *In notoriis non obſervatur ordo juris.*
7. *Exceptionem excuſſionis non admitti in repetendâ dote.*
8. *Publicè intereſt mulieres eſſe dotatas.*
9. *Bona fideicommiſſo ſubjecta ex cauſâ dotis poſſunt alienari.*
10. *Non obſtare auth. hoc ſi debitor C. de pignor. & hypoth.*
11. *In odioſis non admittitur extenſio.*
12. *Non admittuntur conjecturæ, ubi diſpoſitio clara eſt.*
13. *Dos ſemper antè omnia detrahitur.*
14. *Excuſſionem non habere locum, ſi contrà potentem rixoſum vel egenum fieri deberet.*
15. *Tùm demùm deveniri ad fideicommiſſum, ſi alia bona libera non adſint.*
16. *Bona libera non adeſſe, actor probare debet.*
17. *Teſtatorem præſumi, legibus ſe conformare voluiſſe.*
18. *Exceptionem excuſſionis etiam contrà dotem habere locum.*
19. *Hanc exceptionem non eſſe odioſam.*
20. *An inter mercatores locum habeat?*
21. *Sententia contrà principalem non poteſt executioni mandari contrà tertium poſſeſſorem.*

Dotes, dotalitia, dona matutina, largitèr promiſſa ſæpius tamen non exſolvuntur, hinc lamendationes & querelæ! Viduæ ſupplicant: agunt contrà hipothecam: Rei excipiunt, rem fideicommiſſo ſubjectam nec hipothecari, nec in dotem dari potuiſſe, niſi alia bona libera non adſint. 2. Se non eſſe heredes allodiales, ſed alios adeſſe heredes teſtamentarios, qui priùs conveniendi. Et profectò cùm actores inſtituerint actionem hipothecariam contrà poſſeſſorem hipothecæ, atque talis actio tendat contrà tertium poſſeſſorem, & rem fideicommiſſo ſubjectam, rectè opponitur exceptio excuſſionis, antequàm ad tertium poſſeſſorem deveniatur. Ubi tamen obſervandum, in hoc caſu ceſſam eſſe hanc hipothecam ab uno fratre alteri fratri debitori cum hac expreſſâ reſervatione, daß er ſeine Gemahlin darauff genugſam verſichern könne / ut proinde fideicommiſſi poſtea ſubſecuta inſtitutio huic pacto & reſervationi inter fratres obſtare nullatenus poſſit, cùm juri alicuius tertij priùs acquiſito nemo præjudicare poſſit, ſed omnes conceſſiones, privilegia & actus hanc tacitam contineant clauſulam, ut illæſum conſervetur jus tertio jam acquiſitum: Cùm etiam in pactis gentilitijs der Erb-Einigung anno 1661. clarè proviſum ſit, daß die Ge-



Digitized by Google

mahlin auff dem Gut / gebühreuder notturfft nach / verſichert und verwitumet werden ſolle. Quæ pacta cùm anno 1628. ubi frater alteri fratri bona quæſtionata ceſſit, expreſſè ſint renovata, deſùperque debitor anno 1629. pacta dotalia erexerit, hócque dominium particulari inſuper Inſtrumento conjugi ſuæ ſpecialiter obligaverit: nullum dubium eſſe poteſt, quin feudum & fideicommiſſum in dotem dari poſſit, ſi alia bona libera non adſint, ut ad minimum illa datio ſuſtineatur, quaſi ip-
4 ſi fructus in dotem dati eſſent. *Roſenth. de feud. c. 1. concl. 11. n. 2. Zaſ. de feud. alien. n. 8.*

Excuſſionem porrò debitoris principalis, etiamſi hæc actio contra tertium inſtituatur, eò minùs eſſe neceſſariam, cùm hic jam excuſſus eſſe videatur, eò quod nemo ex teſtamento debitoris Principalis heres eſſe velit, unde præſumptio juſta inſurgat, hæreditatem oneribus & debi-
5 tis ſublevandis non ſufficere. Iuris autem certi ſit, excuſſionem principalis non eſſe neceſſariam, ſi notoriè conſtet illum non eſſe ſolvendo. *Neguſant. de pignor. p. 8. memb. 1. n. 14.* cùm notorium relevet ab onere probandi. *Clement. appellant. X. de appell.* quia in notorijs ordo juris non ob-
6 ſervatur, *Gail. 1. obſ. 77. n. 8.* Ipſáque acta hactenus ventilata prodere, nullum nec heredem, nec rem hereditariam reperiri potuiſſe, quæ acta notorium inducant, *Gail. 1. obſ. 31. n. 5.* ut fruſtra excuſſio debitoris vel hæreditatis jacentis objiciatur, cùm hereditas jacens dici non poſſit, ubi nulla bona, nomina, aut actiones reperiuntur, quia non entis nullæ ſunt qualitates, offert ſe tamen actor ad ulteriorem excuſſionem in ſuâ replicâ, ſi reus rem hereditariam liberam & litibus non ſubjectam ipſis demonſtrare poſſit, cùm erectio fideicommiſſi ſatis demonſtret, daß nicht allein / was ſie der Zeit beſeſſen ſondern alles / was ſie ins künfftig erkauffen / oder aderwehrts erwerben würden / dem fideicommiſſo incorporirt werden ſollte. Quin imò ceſſat beneficium excuſſionis in repetenda dote, pro cuius reſtitutione agi poteſt contra tertios poſſeſſores bonorum mariti, vel alterius obli-
7 gati, non excuſſo principali debitore. *Roman. in l. ſi conſtante. in princ. ff. ſolut. matrim.* ſicut enim exceptio præpoſteratio-nis unius actionis ad aliam eſt de apicibus juris, ita etiam cenſetur exceptio excuſſionis; cùm non concernat facti veritatem, *Bart. in l. 1. ad fin. ff. de condict. indeb. & l. cùm quis. C. de jur. & fact. ignor.* ut non ſit attendenda exceptio excuſſionis, ubi agitur ex bono & æquo, velut in dote, in qua ratio publicæ utilitatis concurrit, quia publicè intereſt mulieres dotatas eſſe, *l. 1. ff. ſolut. matrim. l. aſſiduis. C. qui pot. in* 8
*pign.* & quæ ſunt de apicibus juris, attendi non debent in causâ, ubi agitur de bono publico, *l. ita vulneratus in fin. ff. ad l. Aquil.* ut enim ex textu *l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. hab. §. fuerat. Inſtit. de action.* patet: legislatores omni modo Succurri voluerunt mulieribus, ita ut quoque bona fidei Commiſſo ſubjecta ex causâ dotis alienare permiſſum ſit: *Auth. res quæ ſubjacent reſtitutioni C. comm. de legat. nov.* 9
*39 c 1.* Nec facere poſſumus, ut privilegio dotis derogetur, cùm etiamſi expreſſa in fideicommiſſo fieret ab ipſo fideicommittente prohibitio de alienatione dotis, alienatio tamen procederet: *Fuſar. de fideicom. ſubſtit. quæſt. 531. n. 71. Fachin. 4. Controv. 48. Menoch. 4. præſumpt. 189. n. 116. & ſeqq.* per text. *in Nov. 39. c. 1. verſ. Sancimus.* Alienationem iſtam quoque procedere non tantùm in conſtitutione, verùm etiam in reſtitutione dotis, tenet *Knipſchild. c. 11. n. 245.* Et multò magis tùm à fideicommittente expreſsè reſervatur alienatio pro dote, *Menoch. conſ. 88.* ſicut etiam recta ratio dictat, quòd in caſu, quo pro dote fiat alienatio expreſsè à teſtatore permiſſa, non videatur fieri de re fideicommiſſo ſubjecta, ſed allodiali: fideicommittens enim, cujus voluntas pro lege habenda, *§. diſponat. Auth. de nupt.* excipiendo cauſam dotis, quoad eam non cenſetur voluiſſe inducere fideicommiſſum, ſed rem in favorem dotis in naturali ſuâ libertate relinquere, & reſpectu dotis naturam allodij nequaquam commutare, modus quippe & conditio fideicommiſſo appoſita ſervari debet, *Knipſchild. d. c. 11.* Nec obſtare his omnibus poteſt *auth. hoc ſi debitor C. de pign. & hypoth.* quia hæc 10
deſumpta eſt ex *Novellâ 4. c. 2.* nimis generaliter loquente, ut ad ſpecialem cauſam dotis, in detrimentum ejuſdem applicari nec poſſit nec debeat, præſertim cùm

hic

Digitized by Google

hic ſpecialis conſtituta ſit hypotheca, quo caſu excuſio debitoris principalis non eſt neceſſaria, *per text. in Nov. 112. c. 1. §. ab hoc autem: & ibi Gothofred. in gl. lit. l.* Ex quibus fundamentis & fideicommiſſi & excuſsionis exceptionem penitùs removeri. Non officere præterea contendit actor, ſi reus de quibuſdam pretioſis & in ſpecie de Saphiro multis millibus æſtimato exceptionem formare, actóremque eò remittere velit, illum enim lapidem pro 8. millibus ſibi impignoratum eſſe, ut ejus pretium hanc ſummam Capitalem unà cum penſionibus non adæquet: Creditum verò ſexaginta mille Imperialium in teſtamento debitoris legatis exhauſtum eſſe, ut planè tenue reſiduum ſit. Cùm itaque hypotheca in dominio quæſtionis, ſuper credito privilegiato dotis validiſſimè ſit contracta, & objecta excuſsionis oppoſitio ſufficienter refutata, petit actor immiſſionem in hypothecam, uſque dùm plenariè ſibi ſit ſatisfactum, reſervans inſuper regreſſum ad alia bona hæreditaria, caſu quo talia reperiantur, & ex hypotheca plena prætenſionis ſolutio obtineri non poſsit.

Quæ res dubium nullum habet, quando facultas alienandi bona fideicommiſſaria pro dote, in ipſâ fideicommiſſi inſtitutione, uti hîc reſervata eſt, in quo ſuppoſito lex alienationis prohibitiva penitùs ceſſat. Nec reſtringi hæc facultas alienandi & oppignorandi poteſt ad caſum, quando alia bona libera non adſunt, quia hæc exceptio in Inſtrumento erecti fideicommiſſi nullibi reperitur, ut ſuppleri, tanquàm odioſa & contra favorem dotis non debeat,
11 *in odioſis enim non admittitur extenſio:* Standum videlicet eſt diſpoſitioni declaratæ per verba, nec alia eſt admittenda quæſtio, aut conjecturis indulgendum,
12 ubi diſpoſitio clara eſt. *Peregrin. de fideicomm. art. 11. n. 2. & 3.* quod procedit tam in ultimis voluntatibus, *l. ille aut ille 25. §. ff. de leg. 3.* quàm in contractibus, *arg. l. continus 137. §. cùm quis 6. ff. de V. O.* imò etſi præſumptio eſſet, teſtatorem, aut contrahentem aliud ſenſiſſe, quàm notarius ſcripſerit, tamen à ſcriptura, quæ clara eſt, recedi non debet. *Caſtrenſ. conſ. 71. n. 2. in 2do.* Idcircò quando teſtator fidei committens expreſsè diſponit, quòd poſsint pro dote alienari aut appignorari bona fideicommiſſo ſubjecta, non debet præſumi vel reſtringi diſpoſitio ad caſum illum, ſi alia bona libera non adſint, quia teſtatoris intentio transgreditur ordinariam diſpoſitionem legis, & in claris locus non eſt conjecturis. *Menoch. d. conſ. 88. n. 53. & ſeqq.* qui contra *Angelum*, *Iaſonem* & *Alicatum* defendit, dotem an- 13
tè omnia detrahendam eſſe etiam bonis fideicommiſſo ſubjectis, *Idem conſ. 33. n. 10. & ſeqq.* ſive fideicommiſſum præceſſerit conſtitutionem dotis, ſive ſit ſubſecutum, *d. conſ. n. 29.* addito fundamentó majorem eſſe rationem pro muliere, quàm pro fidei Commiſſario, cùm iſte agat de lucro captando, ſed mulier certet de damno vitando in repetenda dote, ideoque in dubio pro dote ſit reſpondendum. Fruſtrà porrò reum captare verba, der Nothdurfft nach / quaſi per hæc alienatio reſtricta eſſet in caſum, quo alia bona libera non adſunt, cùm tamen per hæc verba ſaltem prohibeatur extenſio oppignorationis ultra quantitatem dotis realiter numeratæ, ut ſcilicet mille in dotem datis fideicommiſſum ad duo millia non obligetur, ſicque debitor permiſſionem obligationis transgrediatur. Quin imò etſi concedatur, bona fideicommiſſaria alienari nunquam poſſe, quamdiu adſunt bona libera, id tamen actoribus non obſtare, quia notorium ſit ex ipſius partis adverſæ confeſſione, quòd nulla alia bona immobilia & libera adſint, in quæ immiſſio peti, aut executio fieri poſſit: Et ex eodem fundamento everti oppoſitam excuſſionis exceptionem, quia bona immobilia neceſſariò ad excluſionem actorum adeſſe debeant, ſicque intelligendum eſſe *Knipſch. de fideicom. cap. 11. n. 241.* cùm verbum *bona* regulariter & in vero ſenſu pro immobilibus cenſeatur; Iuri juſtitiæque contrarium fore, ſi actores, qui ſibi de ſpeciali hypothecâ in bonis immobilibus proſpexerunt, illis relictis ad inanes litterarum obligationes & lapillos controverſos, de quorum pretio nec quicquam conſtat, relegarentur: Cùm tamen in jure diſpoſitum ſit, excuſſionem non 14
eſſe neceſſariam, ubi notoriè potens, rixoſus, aut non ſolvendo exiſtens, eſſet excutiendus *l. 2. ff. qui ſatisd. cogantur. ibique Bart & Dec.* quia idem eſt non eſſe ſolvendo facultatibus, aut non eſſe ſolvendo facultate conveniendi *Gail. 1. obſ. 27. n. 25.*

Duo potiſſimùm ad elidendam actionem



Digitized by Google

nem adducit reus. Primò dominium quæſtionis tanquam fideicommiſſo ſubjectum ſaltem in ſubſidium pro dote obligatum eſſe. Secundò (quod ex priori conſequenter ſcaturit) actioni hypothecariæ adverſus ſe, tanquam tertium poſſeſſorem, locum non eſſe, niſi debitore principali, aut ejus hæreditate jacente priùs excuſsâ. Quamvis enim actor glorietur fideicommiſſi exceptionem obſtare ſibi non poſſe, quia ipſi erigentes reſervaverint ſibi & ſuis ſucceſſoribus liberam facultatem, ihre Gemahlin mit Heyratgut / Morgengab / Wider-
15 lag / der Nothurfft nach zu verſichern: Certum nihilominus eſt, ſubſidiariam tantùm hanc reſervationem & obligationem eſſe in caſum, ſi alia bona libera non adſint, juxta *text in l. pater filium 38. in fin. princ. ff. de legat. 3.* ibi *ſi non erat aliud in hereditate unde debitum ex ſolviſſet. Auth. res quæ*, ibi. *Sed ſi liberis portio legitima non ſufficiat. C. comm. de leg. & illic DD. comm. Molin. de primog. lib. 1. c. 10. n. 4. & lib. 4. c. 7. n. 2. Peguer. deciſ. 116. n. 3. Menoch. lib. 4. præſ. 189. n. 9. Marzar. in epitom. fideicom. q. 48. n. 74. Menoch. art. jud. caſ. 182. n. 69 Peregrin. de fideicommiſſ. art. 42. n. 1. 3. & 81. Fuſar. de fideicom. ſubſtit. q. 532. n. 1. & ſeqq. Knipſchild. de fideicom. c. 11. n. 245.* ubi hanc ſententiam fundat in *Nov. 39. in pr. verſ. moriente. & d. nov. c. 1. §. ſancimus*, aſſerens fideicommiſſa non ſolùm pro conſtituenda, ſed etiam reſtituendâ dote in ſubſidium alienari poſſe, ſi dos non ſolùm confeſſata, ſed realiter numerata ſit. Atque bona libera non adeſſe, non fideicommiſſarius, ſed creditor pro-
16 bare debet, *Schneidw. Inſt. de act. §. ſerviana. n. 88.* qui fundamentum ſuæ actionis in hac aſſertione ponit, quod bona libera non adſint, & ex hac ratione fideicommiſſum evertere conatur, *Mazar. Peguer. Molin. Peregrin. dd. loc. Beſold. conſ. 133. n. 60.* Quia fideicommiſſarius ex fideicommiſſo fundatam habet intentionem, quod bona fideicommiſſaria non aliter, quàm in ſubſidium & ſi alia bona libera non extent, alienari poſſint. *Peregrin. de fideicomm. art. 40. n. 22. Vinc. Fuſar. de fideicomm. ſubſtit. q. 531. n. 124.* Itaque aſſerens hæc bona fideicommiſſaria alienari poſſe, & facultatem alienandi ſibi conceſſam eſſe, ſimul probare tenetur, alia bona libera non adeſſe. *Peguer. d. c. 11. n. 479. & ſeqq.* quia in alienatione horum bonorum ſemper ſubintelligitur hæc tacita conditio, niſi alia bona libera adſint, eaque ad cauſam iſtam neceſſariam non ſufficiant, *d. Auth. res quæ. C. comm. de legat. l. 38. in fin. pr. ff. de leg. 3.* Cùm intentio principalis fideicommittentium ſit conſervatio bonorum in familiâ: Sicque etiamſi teſtator dixerit, quòd fœminæ dotari ex fideicommiſſo debeant, nihilominùs eſt remedium ſubſidiarum, & tùm demum pro dote alienari fideicommiſſum poteſt, ſi alia bona libera non adſint. *Marzar. Menoch. Peregrin. Petra. Fuſar. quos ad hoc allegat Knipſchild. d. c. 11. n. 241.* additâ ratione, quòd teſtator ita diſponendo id voluiſſe cenſeatur, quod leges diſponunt, quæ quia in ſubſidium tantùm fæminis ex fideicommiſſo dotem tribuunt, id quoque teſtator ita ſenſiſſe, & legibus conformare
ſe voluiſſe cenſendus ſit, ne tam facilè fi- 17
deicommiſſa deſtruantur, quæ intentio fideicommittentis etiam clarè elicitur ex verbis: der Nothurfft nach / und ferner nicht / utpote quibus fideicommiſſi alienationem ſollicitè præcavere voluit.

Atque etſi fortè ſuperiora omnia in eum ſenſum trahi poſſe videantur, ut tunc fideicommiſſum liberè alienari non poſſit, cùm ex eo dudum antea erecto dos aut conſtituenda, aut reſtituenda eſt, quo caſu non niſi in ſubſidium alienari, vel hypothecari fideicommiſſum pro dote poſſit; Aliter tamen ſe res habet, cùm in ipſâ fiedeicommiſſi inſtitutione alienatio in favorem dotis reſervatur, quo caſu libera & nullis reſtricta vinculis alienatio conceſſa videatur; Potiùs tamen eſt, ut ſecundùm ſubjectam materium legúmque tenorem, voluntatis interpretio accipiatur, atque etiam hoc caſu non niſi in ſubſidium alienatio fiat; Quin verò dubitare non licet, etiam udverſùs uxorem dotem ſuam repetentem, tertium poſſeſſorem excuſſionis exceptionem opponere
poſſe, *per text. in Auth. hoc ita C. de pig-* 18
*nor. & hypoth. Schneidvv. inſt. de action. §. item ſerviana n. 81.* Etiamſi hypotheca eſſet conſtituta in inſtrumento Guarentigiato cum clauſulis executivis, *Coler. de proceſſ. exec. p. 2. c. 3. n. 430.* cùm contra tertium poſſeſſorem mulier agere non poſſit, quamvis dos ſit privilegiata, niſi priùs excuſſo marito. *Gail. 2. obſ. 27. n. 9. Gra-*

Digitized by Google

*9. Greve. ibid. conſid. 2. per tot.* ubi non ſolùm multis authoritatibus & præjudicijs hanc ſententiam firmat, & ab hac ſentetiâ non eſſe in judicando recedendum tradit, ſed etiam *n. 3.* extendit, ut tam in ſpeciali, quàm generali hypothecâ praocedat *Teſſaur. deciſ. 51. Vinc. de Franckis. deciſ. 279. n. 2.* adeoque ſive mulier ex hypotheca tacitâ ſive expreſſa agat adverſùs tertium poſſeſſorem, *Caroc. de excuſſ. bonor. q. 25. n. 4. & 6. p. 2.* niſi vel tertius poſſeſſor ſciviſſet tempore alienationis de hypothecâ mulieris, vel maritus ſe conſtituiſſet precario poſſidere pro reſtituione dotis, *Greve. d. loc.* de quibus tamen cautelis in his actis nil reperitur.

19 Quæ omnia confirmantur ex eo, quòd diſcuſſionis exceptio non ſit odioſa, neque de apicibus juris, ut quidem actores contendunt, ſed admittenda ſit, etiam ubi ex æquo & bono cauſa eſt decidenda;

Nam licet excuſſionis exceptio fidejuſſori à lege conceſſa habeatur vulgò de apicibus juris, non tamen hæc, quæ tertio poſſeſſori adversùs creditorem datur, quæ ſcilicet magnâ potiùs æquitate fulcitur, cùm nihil ſit, quod illi tertio poſſeſſori imputari poſſit, quod non cognoverit jus alterius, fidejuſſori verò imputari queat, quòd ſe pro alio obligaverit, ut reſpondit. *Cravett. conſ. 263. n. 3. & 4. Menoch. de arb. jud. q. 51. poſt n. 9. Oſaſc. Pedemont. deciſ. 2. n. 15.* ubi ita judicatum refert: Sicut etiam in foro mercatorum beneficium excuſſionis obſervari debeat, ſecun-
20 dùm *Caroc. de excuſſ. bonor. q. 48. n. 3. p. 2.* quamvis diſſentiat *Gail. 2. obſ. 27. n. 27.* cujus doctrinam declarat & limitat *Greve. ibid. conſid. 5.* atque excuſſionem debitoris legitimè factam eſſe oportet quoad omnia bona debitoris principalis, antequam ad tertium poſſeſſorem deveniatur *Schneidw. inſt. de action. §. ſerviana n. 51. & 87.* quia ſententia declaratoria & via operta requiritur, *Grev. d. l. concl. 12. n. 1.* nec ſententia lata contra principalem executioni mandari poteſt, contra tertium poſ-
21 ſeſſorem non citatum. *Mynſ. 4. obſ. 96. Vinc. Caroc. q. 33. n. 8.* ubi hanc ſententiam tanquàm veram, æquam, tutorem, magis communem, & in praxi receptam laudat: Et ſi hoc in fidejuſſore communiter ſtatuitur, ut ſcilicet ſententia contrà principalem, ſive in cauſâ crediti, ſive in puncto excuſsionis lata, ipſi non citato non præjudicet, quem tamen major urget ſollicitudo animadvertendi in res debitoris principalis, quia ſe ultro fidejuſſionis nexu implicuit: tantò minùs tertio poſſeſſori non citato excuſſionis ſententia inter creditorem & debitorem lata præjudicare poterit uti aſſeverat *Franciſc. Viv. Neapol. deciſ. 327. per tot.* ubi *n. 2.* ſic in Regiâ Bari judicatum fuiſſe refert, vide *Hieron. de Cavall. Spec. comm. opin. contra comm. q. 434. n. 12. Grev. d. loc. in Coronid. n. 7.* Quòdſi itaque hæc procedunt, ubi jam lata eſt contra debitorem principalem ſententia, ut nihilominus ad tertium poſſeſſorem, principali nondum excuſſo, perveniri non poſſit, dubium planè nullum eſt, quòd hæc doctrina multò magis inveniat locum, ubi adhuc nihil cum principali eſt actum, ſed tertius poſſeſſor immediatè impeditur à Creditore: Cùm tamen nec favor Fiſci operetur, ut exceptio excuſſionis tertio poſſeſſori denegetur, etiamſi jam ſententia contra debitorem principalem lata ſit. *Franc. Viv. d. deciſ. n. 3. Peregrin. de jur. fiſci. tit. 6. n. 45. lib. 6.* Nec in favorem actoris quicquam facit *Nov. 112. c. 1. §. ab hoc autem*, quaſi excuſſio tunc non haberet locum, quando à Creditore hypotheca ſpecialis oppugnatur; quia *d. Nov. 112.* ſaltem loquitur de caſu, quando res hypothecæ ſubjecta pendente lite alienata eſt, uti arguit ipſius Conſtitutionis inſcriptio, quæ eſt de litigioſis, & confirmat *Gudelin. de jur. noviſſ. lib. 4. c. 7. §. ſimiliter conſtitutum*, nec non *Donell. in Comment. ad l. 14. C. de pignor.* ubi *n. 3.* explicat de caſu, quo debitore adhuc poſſidente creditor cum eo agere cœperit hypothecaria, & lite pendente debitor hypothecam alienaverit; Atque hypothecariam actionem non poſſe moveri contra tertium, non excuſſo priùs debitore principali, noviſſimè docet *Struv. in Syntagm. Juriſpr. exercit. 20. concl. 38.*

# Liber II. Titulus XVII.
# De
# JURE DOTIUM.

## SUMMARIA.

1. Utrum vidua vel filiæ vaſalli poſſint retinere bona feudalia, vel debeant in illa immitti, donec ipſis propter dotes & alias prætenſiones ſatisfiat?
2. Argumenta pro negativâ.
3. Argumenta pro affirmativâ.
4. Præjudicia pro affirm.
5. Prærogativa Viduarum & filiarum non ſolùm in dote, ſed etiam aliis præter dotem illatis.
6. An Vidua teneatur ad rationes?
7. Nulla in interdictis admittur exceptio dominij vel proprietatis.
8. Quæ ſit virtus & efficacia conſtituti poſſeſſorij?
9. De conſuetudine totius Germaniæ hoc jus in feudis viduæ & filiabus competere, & n. ſeq.
10. Quando Dominus vel fiſcus poſſit feudum apprehendere?
11. Filia heres vel ex teſtamento poteſt propriâ autoritate feudum apprehendere.
12. Viduæ datur remedium recuperandi.
13. Illatio dotis quomodò probetur?
14. Quid ſecundùm ſuperiora pronuntiatum?
15. Refertur aliud præjudicium.
16. Filij tenentur debita exſolvere ex feudis, ſivè feudum ſit hereditarium, ſivè ex pacto & providentiâ.
17. Dotis & dotalitij ſolutionem nec Dominus feudi, nec agnati poſſunt evitare.
18. Referuntur privilegia & prærogativa dotium.
19. Dotalitia dotibus ſunt exequata.
20. Quomodò mulier ſe opponere poſſit executioni in bonis mariti pro conſervandâ dote.
21. Nec non propter dotalitium.
22. Morgengab quoque habet tacitam hypothecam, & an debeatur Viduæ?
24 Requirirur realis numeratio dotis, ut mulieri competant prærogativæ.
25. Dotis numeratio quomodo probetur? & vide ſuprà n. 13.
26. Sterilitas non nocet mulieri in dotalitio.

Haud raræ ſunt controverſiæ, quas viduæ filiæque vaſallorum in puncto dotium & dotalitiorum movent, atque eo nomine vel retentionem feudi vel immiſſionem in illud prætendunt, usque dùm illis plenariè ſit ſatisfactum. Mota fuit hæc quæſtio, & acriter diſputatum inter partes, an reimmittenda Vidua & filiæ defuncti vaſalli in poſſeſſionem feudi, donec de dotibus & aliis prætenſionibus ipſis ſit ſatisfactum, donec diſcutiatur, utrum non ſint feudi capaces, donec ſeparata ſint allodialia, detracta & ſoluta melioramenta. Quo in caſu multa obſtant viduæ & filiabus; 1

Nam *primò* ex jure feudali conſtat, quòd feudum nec à patre, fratre, aut quocunque alio vaſallo in dotem dari poſſit. *Vult. lib. 1. c. 10. n. 59. Mynſing. 4. obſ. 86.* 2
Nec uxor in bonis mariti tacitam habeat hypothecam ratione dotis in bonis feudalibus. *Vult. d. loc. n. 62. Mynſing. 6. obſ. 45. n. 4.*

*Secundò* verba inveſtituræ clariſſimè ſecum ferunt, maſculos tantùm ad hujus feudi ſucceſſionem vocari.

*Tertiò* Quinimò negant fiſcus, & agnati, dotem eſſe liquidam, vel ejus realem illationem probatam, quo caſu viduæ nihil debetur, cùm dotem illiquidam & controverſam petens, jus retentionis non habeat, nec alimenta & ſumptus ex hereditate prædefuncti mariti petere queat, *Carpzov. lib. 4. reſp. 20.*

*Quartò* non datur Viduæ vel filiabus ad petendas ex feudo dotes vel alimenta actio, niſi tantùm ſubſidiaria, quatenùs ex bonis allodialibus illa ſolutio præſtari non poſſit, hinc eòusque in feudum immittendæ non ſunt, donec de inſufficientiâ allodialium docuerint. Poſſidere autem Viduam à defuncto feudum & alia bona, unde ſufficienter ipſi & filiabus ſatisfieri poſſit.

ſit. Nam quamvis produxerint dicta teſtium, ab Imp. Commiſſario ſuſcepta, quibus probare conantur hereditatem allodialem onere debitorum planè abſorberi, illos tamen teſtes nil probare, quia ad eorum examen nec fiſcus nec agnati fuerint citati. Et cùm filiæ ſemel factæ ſint heredes patris, quamvis cum beneficio legis & Inventarij, tamen eatenus acceptâſſe hereditatem, quæ præſumitur dives, donec contrarium probetur. Et, ſi filiæ & vidua ſuſtinere velint, hereditatem eſſe debitis exhauſtam, ut non pro alimentis, multò minùs verò pro dotibus ſufficiat, offerunt Agnati alimenta & dotes pro arbitrio boni viri exſolvenda, ſi illæ in eorum favorem renuntiare vellent hereditati paternæ, & hoc ipſo demonſtrare, nullâ ſe fraude uti in præjudicium Agnatorum, dum dotes & alimenta ex feudo ſolicitant.

*Quintò.* Etiamſi dicatur ex generali conſuetudine filias egentes eſſe à domino feudi vel ab Agnatis dotibus ſublevandas, & viduæ dotem reſtituendum, tamen illa conſuetudo viget potiſſimùm in Saxoniâ & regno Neapolitano, quam proinde Scriptores Saxonici & ex illis terris oriundi ſcriptis ſuis extulerunt, ad quam idcircò, velut particularem, in præjudicium Domini & Agnatorum, non eſt reflectendum. Et quamvis quidam ad totam Germaniam conſuetudinem illam velint extendere, tamen *Roſenth. de feud. c. 7. concl. 47. n. 7.* dicit, ſe illis vix adhibere fidem poſſe, ac recordari, ſe vidiſſe quandoque contrarium, quod ſcilicet nec dominus nec Agnati dotare voluerint.

*Sextò.* Prout nullum facilè legitur præjudicium, quod extrà Saxoniam in Judicio contradictorio ſic fuerit pronuntiatum; Ita certè maximum onus imponeretur Dominis feudi ſimul & Agnatis, ſi per ſententiam ad exſolvendas dotes & præſtanda alimenta ex feudo ad ſtringerentur.

3 Verumtamen ſi inſpiciantur ſcriptores, qui hanc quæſtionem examinant, *Vult. de feud. lib. 1. c. 10. n. 62.* tradit, quòd licèt donatio propter nuptias in feudo conſtitui non poſſit, nec uxor in bonis feudalibus ratione dotis habeat hypothecam, prout deciſum eſſe in Camerâ tradit, *Mynſ. cent. 6. obſ. 45. n. 4.* tamen viduam in bonis mariti feudalibus habere jus retentionis (quod ipſum tacitam eſſe hypothecam cenſet *Schneidw. de feud. p. 7. n. 29.*) usque dum de dote & aliis ei ſatisfiat, hodie vix ullum habere dubium, citans adhoc *Burſat. Moller. & Joſeph. Ludovic.* Nam licèt regulariter filiæ feudorum capaces non ſint, cùm tamen caſus poſſit dari, in quo filia probabiliter queat prætendere feudi ſucceſſionem, illud non in poſſeſſiorio, ſed petitorio eſt diſcutiendum, & filia interim immittenda, & poſt immiſſionem demùm cognoſcendum; ad quem bona controverſa pertineant. *Idem vult. lib. 2. c. n. 38.* Et de totius Germaniæ conſuetudine bonis allodialibus deficientibus, dotes filiabus defuncti Vaſalli ex feudo, vel à Domino, ſi ipſi feudum ſit apertum, vel à fratribus & Agnatis conſtituendæ ſunt, pro quibus conſequendis datur filiabus actio ſubſidiaria, ut etiam filiæ eo nomine habeant in feudis tacitum pignus, itémque jus retentionis. *Schulzen in Synopſ. feud. cap. 8. n. 78.* ubi refert, anno 1584. menſe Julio Wittebergæ ſic eſſe judicatum; & quantitas dotis definiri debet ſecundùm dignitatem perſonæ & pro quantitate patrimonij, ad quod feudum ſe extendit, numeratúrque hodie hoc dotis debitum inter ordinaria feudi onera, *Vult. 1. c. 10. n. 61. Idem* tradit *Georg Schulzen citato loco.* quod filiæ vaſalli, ſi aliunde ali aut dotari non poſſit, alimenta & dos ex feudo præſtari debeant, & illa interim donec matrimonium ineat, ex feudo ſuſtentari, ſi vaſallus vel nulla vel certè exigua bona allodialia habeat, quæ filiabus dotandis minimè ſufficiant. *Zaſ. in epitom. feud. p. 9. n. 8.* ubi ita in praxi, in cauſa Baronum de Stauffen & nobilis vaſalli cujusdam obſervatum teſtatur, & id longiſſimo uſu comprobatum eſſe tradit, *Hartm. Piſtor. lib. 2. q. 37. n. 1. & ſeqq.* in tantum ut viduæ defuncti vaſalli non ſolùm detur retentio bonorum mariti feudalium & allodialium, donec ipſi de dote, ſed etiam de donatione propter nuptias aliiſque rebus & juribus paraphernalibus, quæ præter dotem attulit, ſatisfiat, *ex l. filio familias. 53. in pr. ff. ſol. matrim. & l. un. §. plenus. C. de rei uxor. act. l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. Menoch. conſ. 160. n. 14. Coler de proceſſ. execut. p. 1. c. 2. n. 190. & ſeqq. Weſenb. conſ. 50. n. 24. & 25. & conſ. 77. n. 9.* qui omnes citantur à *Klockio tom. 3. conſil. 155. n. 231. & ſeqq.* ut ſcilicet mulier poſſeſſioni bonorum incumbens alimenta ex iis habeat, quem

Marginal numbers: 4 (beside "ubi refert, anno 1584"), 5 (beside "donatione propter nuptias").

quemadmodùm vivente marito habuit, donec de dote ipſi ſatisfiat, nec antea, ut excedat, cogi poſſit; *Idem n. 232. Myns. 6. obſ. 45. & obſ. 82.* imò vidua, ſi non ſit in poſſeſſione bonorum mariti, in eam eſt immittenda, usque dum illi de dote fuerit ſatisfactum, *Carpzov. lib. 2. reſp. 19.* nec tenetur ad rationes, niſi adminiſtret, aut fructus percipiat. *Mev. p. 1. deciſ. 172. Gaſtel. in ſpec. jur. c. 27. n. 104.* aliàs enim omninò ad rationes reddendas tenetur, *Neüenhahn. de jurib. viduit. mēmb. 3. ſect. 24. fol. 191.* Addi poteſt *Meichſner. deciſ. Cameral. tom. 3. deciſ. 13. & 16.* ubi ait, filiam eſſe immittendam in poſſeſſionem bonorum à defuncto poſſeſſorum vel detendatorum, ſive ea allodialia ſint ſive feudalia; & quamvis notoriè talia eſſe conſtaret, quoniam multa cum hæreditate ſive univerſitate tranſeunt, quæ aliàs non tranſirent, *Cacheran. deciſ 26. n. 13. & 14. per c. 1. §. inter filiam. verſic. defuncto milite, ſi de feud. def. controv. ſit inter dom. & agnat.* idque donec de jure vel illius proprietate in petitorio cognoſcatur: Nulla enim unquam in interdictis exceptio dominij vel proprietatis admittitur, vel in continenti liquidabilis dicitur, niſi partis immiſſionem petentis vel expreſſa vel tacita adſit confeſſio, *hactenùs Meichſner.* qui quamvis videatur loqui de petitione hæreditatis, ubi filia tanquam talis, hæreditatem patris vindicat, & in eam totam eſt immittenda, nos verò verſemur in caſu, ubi vidua & filiæ fatentur eſſe bona feudalia & ſaltem eorum retentionem quærunt, donec de dotibus & alijs prætenſionibus ipſis fiat ſatis, commodè tamen etiam hæc deciſio allegari poteſt, prout quoque *Roſenth. c. 7. concl. 48.* tradit filiam ex teſtamento hæredem juxta *l. fin. C. de Edict. D. Hadr.* in feudum, in vitis agnatis Domino (quibus petitorium ſalvum manet) immittendam & ita in Camera judicatum eſſe. Addatur *Carpzov. jurispr. forens. p. 2. conſtit. 25. defin. 8. & part. 3. defin. 1. conſt. 33. Negus. de pignor. part. 5. pr. membr. 4. n. 5. Vinc. Caroc. deciſ. 21. n. 1. Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 2. n. 222. Hartman. Piſtor. obſ. 107. n. 3.* qui omnes tradunt, viduam habere jus retentionis, & poſſeſſione deſtitutam in eam reſtitui debere. Undè apparet, hanc non ſolùm eſſe Saxonum, ſed aliorum quoque ſententiam.

Præſertim cùm vidua fuerit in poſſeſſione bonorum *virtute Conſtituti* adjecti in inſtrumento dotali, quod eſt adeo efficax, ut impediat quamcunque aliam poſſeſſionem etiam privilegiatam, *Amat. reſol. 39. n. 71. Rot. Rom. 28. & 173. poſt tr. Poſtij de manuten.* & quia bona allodialia non poſſunt apprehendi à Domino vel Agnatis, niſi prius fuerit probata qualitas feudalis. *Boſt de manut. deciſ. 346. Altograd. ſen. conſ. 4. n 30. l. lib. 2.* maximè quia datâ mixtione bonorum feudalium cum allodialibus, non datur apprehenſio, niſi factâ priùs allodalium ſeparatione, *Cyriac. controv. 145. n. 13. juxta text in c. 1. §. defuncto milite. Si de feud. def. controv.* ubi filia, dum contendit de allodialitate bonorum, non depellitur à poſſeſſione feudi. *Poſtius de manuten. deciſ. 168. n. 9. & deciſ. 293. n. 3. Altograd. ſen. conſ. 2. n. 34. lib. 2.* Ex quibus traditis apparet, quòd, ubi re integrâ diſputatio incidit de feudi devolutione, vel de alia exceptione, locum non habeat feudi apprehenſio, ſed fœmina in poſſeſſione ſit manutenenda; Præſertim cùm hoc caſu vidua & filiæ aſſerant, & propterea ad Inventarium provocent, quòd aliunde non habeant alimenta, nec dotes conſequi poſſint, quo caſu talia ex feudo ipſis præſtari debent, juxta conſuetudinem Germaniæ, de qua *Coler. dec. 213. & alij ſupra citati. Piſtor. lib. 2. p. 2. quæſt. 37. n. 18. Schurff. conſ. 24. Cent. 1. n. 1.* Nam quamvis viduæ huic & filiabus nulla videatur competere poſſeſſio in bonis feudalibus virtute conſtituti, utpote in quibus nullum jus habeat, & proinde nec poſſint continuationem virtute conſtituti prætendere, ita ut nec dos poſſit deduci ex feudo ſeu bonis feudalibus, niſi in ejus conſtitutione acceſſerit conſenſus domini *per text. in c. 1. §. donare. qualiter olim feud. alien. poteer. ubi Bald. Belvis. Alvarot. Roſenth. de feud. cap. 9. concl. 8. Molin. controv. lib. 2. controv. 59. n. 18.* & fiſcus non attentâ diſputatione inter dominum & vaſalli hæredes ſuper feudi devolutione, vel alijs exceptionibus, ſtatim apprehendat feudum, ex praxi variarum Curiarum & traditis *Boer. in conſuetud. Biturius tit. de feud. §. 13. col. 1. Rebuff. in tract. de materia poſſeſſ. art. 2. glos. 2. n. 28. Galeot. reſponſ. fiſcal. 12. n. 188. Joh. Baptiſta de luca diſcurs. 16. n. 5. Ca-*

5. *Capycius Latro conſult. 75. n. 279. Peregrin. de jure fiſci l. 6. tit. 6. n. 37.* ubi admonet, ut qui tuetur partes fiſci, ſit cautus in apprehenſſione poſſeſſionis feudalium, & ita ſemper fuiſſe obſervatum; Imò *Roſenth. de feud. c. 7. concl. 60. n. 14.* tradit, quòd Dominus poſſeſſionem feudi aperti propria autoritate ad ſe trahere poſſit, atteſtante praxi totius Imperij, tamen *d. loco.* addit limitationem, ſi de Juribus domini nulla ſit dubitatio, nec adſit vaſallus vel heres, qui reſtitit, nam tunc judicium & ſententia requiritur; licèt enim poſſeſſio vaſallo notoriè inhabili & indigno tradenda non ſit, tamen ſi res altiorem requirat indaginem, Dominus, ſalvo jure ſuo, proviſionaliter eum in poſſeſſionem mittere tenetur, *Idem Roſenth. c. 10. concl. 41. n. 41.* Cùm itaque citati autores omnes atteſtentur, conſuetudinem totius Germaniæ id ſecum ferre, ut filiæ inopes ex feudo dotentur & alantur, prout tradunt ſupra citati *vult. Burſat. Moler. Ioh. Ludov. Zas. Hart. Piſtor. Schulzen Gilman. Klock. Schrader. de feud. p. 7. c. 4. in fin.* ubi ait:
11 filiam heredem patris vel ex teſtamento vel ab inteſtato, propriâ authoritate feudi poſſeſſionem apprehendere poſſe, neque agnatos eſſe legitimos contradictores, etſi ab ipſis expellatur, in eum reſtitui debere, *& p. 10. Sect. 2. n. 34.* tradit: viduam Spoliatam poſſeſſione feudi mediô
12 recuperandæ poſſe experiri: *Conſil. Marpurg. vol. 4. conſ. 12. n. 120.* ubi firmatur, quòd, etiamſi manifeſtum ſit, rem controverſam eſſe feudalem, tamen fœmina, jus etiam quodcunque aliud nedum feudalis ſucceſſionis prætendens, ejúſque probabilem cauſam habens, in poſſeſſionem nihilominus ſit collacanda, ubi multi alij citantur, præſertim *Menoch. de adipiſcend. poſſ. remed. 4. n. 397.* ubi ait: malè ſenſiſſe, qui contrarium tenuerunt; *Gilman. vot. Cameral. pag. 2. tom. 2. vot. 35. per tot. Ritterhus. in p. feud. lib. 1. c. 15. Alvar. & Math. de Afflict. ad tit. 36. lib. 2. Borcholt. de feud. c. 7. in 2. memb. n. 74. Rhetius in comment. in jus feud. lib. 1. tit. 1. n. 8. Struv. in jus. feud. c. 14. aphor. 17.* ubi ait: moribus namque ex æquitate receptum eſt, ut deficientibus vel non ſufficientibus bonis allodialibus alimenta & congrua dos filialibus ex feudo patris ſuppeditari, vel ſaltem ſuppleri debeant à quolibet feudi poſſeſſore, citans *Vult. ſupradicto loco. Hartmann. Piſtor. 2. quæſt. 37.* ubi tradit, competere actionem in rem ſcriptam, *Gail. 1. obſ. 117. Jacob Schultet. ad Modeſt. Piſtor. p. 3. q. 122. n. 33. & 86. Richter. de concurſ. creditornm diſput. 8. p. 239.* ita tamen ut non pars corporis feudalis ad hæc exſolvenda adhibeatur, cùm ex fructibus id deſumi queat. Atque 13
realis exſolutio dotis & numeratio probatur partim per ipſa pacta dotalia, partim per apochas mariti defuncti & confeſſiones, pro quibus ſtat præſumptio. *Hennel. de dotalit. c. 4. §. 19. Fontanella de pact. nupt. clauſ. 14. p. 2. n. 8. & ſeqq.* imò aliquando probatur juramento mulieris ſuppletorio, vel confeſſione mariti in agone mortis per teſtes probata. *Bechman. in uſu pract. jur. feud. exercit. 15. lib. 2. tit. de fruct. feud.* & *in Comment. ad ff. tit. qui pot. in pign. hab. n. 18.* Et cùm per teſtium dicta pateat, allodialia debitis onerata pro alimentis filiarum, nec non earum dotibus & prætenſionibus viduæ non ſufficere, ut adeò ea, quæ à vidua & filiabus petuntur, pro illiquidis haberi non poſſint. Hinc exiſtimatum & deciſum, viduam cum filiabus in poſſeſſionem feudi immittendas eſſe, ita tamen, ut vel ipſæmet rationes reddant, ſi adminiſtrare velint, vel alius adminiſtrationem continuet, & ipſæ ex illius manibus reditus accipiant, ne nova ſuſcitetur difficultas. *Bechman. in uſu pract. jur. feud. exercit. 15. lib. 2. tit. de fruct. feud. n. 18.* atque ſic pro Vidua & filiabus eſt pronuntiatum.

Similis deciſio ſecuta eſt in caſu trium 15
fratrum, quorum unus uxorem, duobûs reliquîs conſentientibûs, duxit, tali pacto, ut feudum quoddam pro ſecuritate Neoſponſæ dotis hypothecæ nexu obligaretur, quem in contractum conſenſerunt fratres, pactáque dotalia cum hac conditione concepta ſubſcripſerunt, promittentes inſuper, ſe Domini directi conſenſum impetraturos, prout moris, & denegari non ſolet; Id tamen neglexêre omnes fratres. Mortuus eſt maritus, poſt cujus fata ſecundus frater nomine quoque tertij abſentis cum Vidua tranſegit, denuò conſtituendo feudum pro hipothecâ. Decedit & iſte tranſigens, relicto filio. Moritur quoque tertius frater, cui ſecundi filius ſuccedit, contrà quem Vidua intentat actionem. Recuſat iſte

ſolvere, tanquam ſolùm heres feudalis, ad quem onera talia non ſpectent. Sed profectò fuit juſtè condemnatus, non ſolùm propter conſenſum parentis, & quia conſenſus Domini habebatur pro impetrato:
16 Sed etiam quia filij debita parentum tenentur exſolvere ex feudis, *per text. in lib. 2. feud. tit. 45. Rhetius ad jus feud. lib. 1. tit. 8. n. 7. Struv. de feud. c. 9. aphoriſm. 11. & c. 14. aphor. 30.* ubi firmat hanc ſententiam, cùm capitulum ſuprà cit. loquatur generaliter ſine diſtinctione inter feudum ex pacto & providentiâ & hereditarium, addendô, quòd, quando textus juris feudalis agit ſimpliciter de feudo, intelligatur feudum proprium ex pacto & providentiâ, & quòd ſit differentia inter agnatos & filios, quia filius deſcendit & ſuccedit per patrem, quo mediante bona feudalia ad ipſum perveniunt, non verò agnati, quàpropter filius tenetur ſolvere æs alienum, ut dedecus patris avertat, *Schurbel. diſp. feud. 7. th. 23.* conformiter ijs, quæ habet *Mynſing. cent. 3. obſ. 67.* ubi ait: ob honorem patris, & ſi bona allodialia non ſufficiant, filium teneri ſatisfacere creditoribus ex fructibus feudi, *Mev. 2. deciſ. 119.* quæ omnia minus dubij habent in feudo hæreditario, *Gail. 2. obſ. 154. Gilman. tom. 1. pact. 2. tit. 8. vot. 8. n. 48.* & in totâ Franconiâ uſu receptum eſt, ut Domini directi feudorum pro ſecuritate dotium ſuos præſtent conſenſus, cum aliàs nobiles difficulter invenirent uxores dotibus bonis inſtructas; aut uxores miſero eſſent loco, ſi in perpetuo periculo perdendarum dotium verſarentur, & nullam ex feudis refuſionem ſperare poſſent.

Hinc juſtiſſimè filij tenentur ad exſolvendum æs alienum, præ agnatis, *Mev. 5. deciſ. 41.* etiam in feudo ex pacto & providentiâ, *Cacheran. deciſ. 162. n. 2.* Atque moribus invaluit, ut nobilium Viduis dotalitia conſtituantur in feudis in compen-
17 ſationem dotis, quod onus nec Dominus nec agnati poſſunt detrectare, ita ut etiamſi vivus maritus uxori de dotalitio non proſpexerit, tamen poſteà Viduæ veniat conſtituendum, *Hartm. Piſtor. part. 3. q. 4. n. 2. 3. 35. Köpen. deciſ. n. 39. Schulzen. de feudis. c. 8. n. 243. Carpzov. p. 2. c. 42. def. 5. & 6. & lib. 6. reſp. 55. Rotſchuz. in tr. de dotalit. art. 1.* quos omnes allegat *Struv. de feud. c. 14. aphoriſm. 19.* atque idem tradit *Knipſchild. in tr. de Privileg. Ord. Equeſt. lib. 2. c. 1. n. 72. cum ſeqq.* & multis allegatis autoritatibus, ubi ait, in Germaniâ uſu receptum, **daß denen Adelichen Wittiben ein Leibgeding auff den Lehen verſchriben werde.** Itaque condemnatus eſt agnatus ad ſolvendum anno 1694.

Dotis enim magna ubivis ſunt privile- 18
gia, nam dotis causâ uxor contrà conjugem in bonis ejus, tacitam hypothecam habet, omnibúsque alijs creditoribus præfertur: Dotis repetitio datur uxori etiam conſtante matrimonio, ſi viro obærato, & prorsùs ad inopiam vergenti, ignara ejus conditionis nupſerit: Dotis privilegium uxor transmittit ad heredes deſcendentes: Dos ſuccedit loco legitimæ, & ideò filiæ aufferri non poteſt: nullam admittit ſub quovis prætextu retentionem vel retardationem; pro eâ in dubio ſemper eſt pronuntiandum; quarum propoſitionum textus & autoritates videri poſſunt in *Theſ. Baſilienſ. Volum. 2. diſp. 11. Vol. 3. diſp. 13. Volum. 5. diſp. 7.*

Dotalitia verò ſunt dotibus exequata, 19
ijſdémque privilegiîs gaudent, *§. eſt & aliud. Inſtit. de donation. Schneidw. lib. 4. tit. 6. §. fuerat. n. 35. Hennel. de dotalit. c. 2. & c. 10. §. 23.* atque hinc in causâ dotalitij locum non habent auſtregæ, nec reviſio admittitur, tanquàm in causâ alimentorum, quæ moram non patitur, prout deciſum *30. Aprilis anno 1665.* Undè mu- 20
lier ſe poteſt opponere executioni in bonis mariti pro dote ſibi obligatis, *Mev. p. 1. dec. 53.* atque Vidua poteſt retinere bona defuncti mariti pro dote & donatione propter nuptias, ínque ijs debet manuteneri, dummodò habeat precarium vel conſtitutum in reſtitutione dotis, vel aliàs poſſeſſio vacua ad illam pervenerit, ut neque ſub prætextu rerum amotarum, *l. un. §. taceat. C. de rei uxor. act.* atque expilatæ hæreditatis retentio impediri poſſit, *l. 4. C. de crim expil. hered.* latè *Urceol. conſult. forens. 52.* atque etiam propter dotalitium mulier non tenetur abire è bonis mariti, 21
donec ei ſatisfiat, *Neuenhahn. de jurib. Viduit. membr. 3. ſect. 3.* **Morgengab** etiam habet tacitam hypothecam in bonis mariti, *Myler. in Gamolog. c. 18. n. 6.* atque 22
Viduæ quoque debetur. Quamvis enim regulariter detur donum matutinale in premium amiſſæ virginitatis, quæ ratio in vi-

Digitized by Google

viduâ ceſſat, atque hinc virginibus ſolùm Morgengaba conſtituitur, *Gilman. tom. 3. Symphor. verb.* Morgengab. *Wehner. in obſ. verb. eod.* Tamen alia quoque cauſa hujus premij eſſe poteſt, puta honoris, nobilitatis, dignitatis, vel in remunerationem rei donatæ, vel ut uxor opulentior exindè fiat, ac ex annuis reditibus hujus doni ſe honeſtiùs & decentiùs ſuſtentare poſſit. Nec enim ſolummodò datur hoc premium in remunerationem amiſſæ virginitatis, ſed etiam pudicitiæ conjugalis, quod quadrat quoque in Vidua, quæ ſe marito cognoſcendam tradit. Cùm pudicitia vel ſit virginalis, vel conjugalis, vel vidualis, teſte *S. Auguſtino ad Valerium de Nuptiis lib. 1. c. 4. Myler. in tr. de Gamolog.*
24 *c. 16. n. 5. & ſeqq.* Cœterùm quod de jure mulieri ratione dotis competente dictum eſt, tunc demùm locum habet, ſi mulier de dote numeratâ docere poſſit, quia retentio eſt quædam compenſatio, quæ non datur in debito illiquido, *Neguſant. de pignor. part. 5. membr. 1. n. 37. Andreol. controv. 187. n. 9.* quia dotis confeſſatæ tantùm retentio denegatur, *Mev. ad jus Lubec. part. 1. tit. 5. art. 13. n. 39. Coler. de proceſſ. exec. p. 1. c. 2. n. 223.* & creditores præferuntur, *Idem lib. 3. tit. 1. art. 9. n. 19.* Dotem verò numeratam eſſe, quomodò
probetur, juxtà ſuperius *n. 13.* adducta do- 25
cet *Hennel. de dotalit. c. 7. n. 16.* Quòd ſi ſterilitas incidat, illa in ſolutione dotalitij
vix attendenda, quia vidua videtur pro do- 26
te emere iſtum reditum, & ſterilitas potuit compenſari ubertate annorum præcedentium, vel ſaltem eſt exiguitas fructuum, non ſterilitas, *Gail. 2. obſ. 23.* per *l. licet. C. locuti. & ibid. Brunneman.* & ideò, ſi nihil creviſſet, pro dotalitio pecuniam ſolvi debere, & ſi centum annui conſtituti ſint pro dotalitio, illos poſſe peti initio anni, tradit *Zorer.* in ſeinem Bedencken / *part. 2. q. 8. n. 647.* per *l. nec ſemel. 12. §. 1. ff. quando dies leg. ced. l. 8. ff. de ann. leg. & ibid. Weſenbec.* ita ut etiamſi intrà annum decedat vidua, heredi tamen ſuo legatum relinquat, ſecùs ac in alijs uſufructibus.

---

# *Liber II. Titulus XVIII.*

## De *DIVISIONE HÆREDITATIS ET CORRIGENDA LÆSIONE.*

### SUMMARIA.

1. *De litis conteſtatione & quando ea fiat?*
2. *Solennis conteſtatio litis rarò requiritur.*
3. *Quando minor poſſit reſtitui adverſus actum in præſentia patris vel Curatoris?*
4. *Deſignationem patris eſſe inſtar Inventarij.*
5. *Exponitur difficultas in exigendis nominibus.*
6. *Æqualitatem ſemper eſſe obſervandam.*
7. *Quot modi dividendi in jure ſint præſcripti?*
8. *Diviſionem cum minorenni abſque autoritate tutoris eſſe nullam.*
9. *Per actus à majorenni ſubſecutos non confirmari.*
10. *Patris autoritas interveniens aliquando non obſtat, uti & agnatorum.*
11. *Pupillus etiam autore tutore læſus in diviſione debet contrà illam reſtitui.*
12. *In diviſionis negotio majorenni reo convento competit electio, an ſupplere, an verò de novo dividere velit.*
13. *Alia in minoribus ratio.*
14. *Imò omnis diviſio læſiva, præſertim inter fratres corrigenda.*
15. *Quid ſi reus conventus melioramenta fecerit?*

De Jurisdictione moveri dubium poſſet, cùm lis inter immediatos Imperij Barones vertatur, niſi cauſa quandam connexitatem & cohærentiam haberet cum alterâ commiſſione, iſtis Baroni-



Digitized by Google

bus contrà Creditores ſuos conceſſâ, cui actoris petitio annexa, ijsdémque Commiſſarijs demandata eſt, tanquam & ipſe velut Creditor concurreret, & porrò de fori competentiâ nihil à reis eſſet exceptum & de Baronatu partímque feudo Imperij eſſet controverſia, *Theſ. Baſil. vol. 2 diſp. 4. th. 26.*

De procuratorijs ideo fruſtrà quæritur, quia partes ipſæ principales apud Commiſsionem comparuerunt.. Illud circà proceſſum occurrit, & à Commiſſarijs quoque notatum eſt, quòd rei negant, aut non recordari dicunt, ſe litem conteſtatos eſſe; quia tamen ipſimet iſtam proteſtationem ad antecedentes ſolùm tractatus concordiæ referunt, poſteáque in facto & jure cauſam fuſiſsimè deduxerunt, &, non ſuccedente tranſactione amicabili, ad ſententiam ſubmiſerunt, petentes, actori ſilentium perpetuum imponi cum condemnatione in expenſas, quæ petitio fruſtranea & inanis eſſet, nec condemnatio petita cum effectu poſſet emanare, ſi Judicum ex defectu Jurisdictionis nullum foret: Idcircò non puto, magnoperè ad iſtam litis conteſtationem reflectendum eſſe, ut nullitas proceſſûs exinde timenda ſit; adeoque exiſtimo, nimiam eſſe Commiſſariorum ſollicitudinem, qui in voto ſuo ad Imperatorem ſuadent, ut ad evitandam nullitatem lis ante omnia pro conteſtata accipiatur, cùm tamen rei Sufficienter ad querela
1 las actoris reſponderint; litis autem conteſtatio minùs ſolennis ex quacunque partis reæ contradictione oriatur, *l. rem non novam §. patroni. C. de judic.* & ibidem DD. *Gylmann Symphor. thom. 4. p. 1. vol. 25. n. 60.* ubi ait: quòd inducatur litis conteſtatio per reſponſionem partis, quod etiam ſufficit ad judicium ſubſtantiandum in cauſis ſummarijs, ubi ſaltem naturalia proceſſûs & quæ ſunt juris gentium obſervantur. *Carpz. de proceſſ. tit. 10. art. 2. n. 19.* Sicque rei vel fecerunt proteſtationem facto ſuo contrariam, dum ad actoris petita per diverſas deductiones in jure & facto reſponderunt, & ſine omni exceptione contrà forum litem reſpondendo conteſtati ſunt, ut proteſtatio facto con-
2 traria non relevet proteſtantes; vel ſi ad ſolennem litis conteſtationem reſpexerunt ea non eſt neceſſaria in hoc proceſſu Commiſſionis ſumariæ, in quo nec libellus formalis offertur, *Gail. obſer. 76. n. 4.* Nec ipſi rei proteſtationi ſuper litis conteſtatione inhæſerunt; Si tamen tutiùs eſſe putabitur, ne præjudicium hoc in conſequentiam trahatur, & quia in *Ord. Cam. p. 3. t. 32.* litis conteſtatio in genere & indiſtinctè injungitur. *Gilm. tom. 4. p. 1. vot. 326. n. 95.* Non repugnabo, ut vel injungatur, vel lis pro conteſtatâ acceptetur.

Ad materialia cauſæ deveniendo, videtur actor implorâſſe officium judicis, pro reſtitutione in integrum adverſùs læſionem notabilem & enormem, ad quam probandam ſequentibus utitur argumentis. 1. Weilen in dem Theilungs-Protocoll ſelbſten vermeldet werde / daſſelbe in confuſo vorgenommen worden / und die rei ſagen/daß wegen Ermanglung der documenten nichts anderſt vorgenommen werden können. 2. Weilen in derſelben ſelbſt bedingt und referirt worden / da ſich über kurtz oder lang ein Fehler / ſo wol in calculo als re ipsà, erzeigen ſolte / ſelber emendirt und verbeſſeret werden ſoll / da ſich dann 3. Ein überauß groſſe læſion dahero erzeige / daß die völlige maſſa hereditatis auß dem Anno 42. durch den Vatter als Vormundern / vor einem beaydigter Diener / ſo kein Intereſſe dabey gehabt / aufgerichten Inventario, ſich ad 200000. fl. erſtercket / und alſo ein 4.ter Theil ſich auff 50. fl beloſſen / da doch ſein Klägers Frau 4. nur allein 16000. fl. und zwar an keinen Gütern / ſondern meiſten theils ungangbahren Gültbrieffen; und 5. wegen ihrer Frau Mutter anſehenlichen Geſchmucks nur 1000. fl. empfangen / deßwegen die Beklagte Krafft producirter Schreiben ſub n. 4. & 5. ſich ſelbſten Anno 58. zu einer neuen Theilung erbiethig gemacht; 6. vil Güter / wie n. 2. zuſehen / ungetheilt geblieben / welche Dionyſius allein genoſſen / auch die Jagtbarkeit und das Fiſchen. 7. Weilen der Vatter mit und neben ſeinen Kindern ſich auch zum Erben gemacht / da ihme doch nichts von der Erbſchafft / auſſer was der Heyrahts-Brieff ihme geben möchte / gebühret. 8. Wie auch ſeines Sohns N. portion allein an ſich gezogen. 9. Seyen vil Schulden in die Theilung kommen / welche von dem Vatter herrühren / deren ſie nicht zu entgelten; und deßwegen 10. ſich nicht gebühret / dem N. wegen Zahlung ſolcher Schulden ein ſo Namhafftes von dem Mütterlichen zu zu ſchreiben / ſonderlich da noch mehr andere Schulden ad 3660. fl. zu bezahlen übrig. 11. Die Güter gantz inæqua-

qualiter, dem einen allzu hoch / dem andern allzu gering angeſchlagen / und von dem alten Anſchlag gar zu weit abgewichen werden / daß alſo die Güter / welche Vermög Inventarij 63863. fl. werth geweſen / dem N. nur umb 6100. fl. in der Theilung überlaſſen worden. ex quibus argumentis omnibus actor ad novam diviſionem provocavit. Exceperunt autem rei, Inventarium productum eſſe tantùm privatam deſcriptionem bonorũ, bona tempore belli deteriorata, nullam in diviſione intervenisse læſionem, nec etiam poſſe minorennem reſtitui, niſi adverſùs Curatores priùs egerit, & læſionem non temporis anterioris, ſed temporis contractûs probaverit, cùm ex incerto eventu nec læſio allegari, nec reſtitutio peti poſſit, *Beſold. 6. Conſil. 295. n. 62.* uti nec propter læſionem modicam ea detur, eò quòd utile per inutile non vitietur, *l. 14. commun. divid. Schurff. Conſil. 17.* præ-
3. ſertim ſi diviſio fiat in præſentia patris, & ſimul Curatoris, quæ omnem doli & metûs ſuſpicionem excludit, cùm nullus affectus vincat paternum, utpote qui liberis optimè proſpexiſſe præſumitur, *l. fin. C. de curat. l. 35. & 13. C. de transact.* Nec liberis ideò contrà parentes reſtitutio conceditur, *l. ult. C. qui & adverſus in integr.* Se-
4 poſitis tamen partium litigantium argumentis, duobus potiſſimùm fundamentis.

Duobus potiſſimùm fundamentis reſciſſio diviſionis ab actore quæritur, nimirùm ex capite minorennis ætatis & læſionis, quibus etiam ipſam diviſionis antehàc factæ nullitatem adjungit. Quantùm ad minorennitatem attinet, de eâ ſufficienter conſtat ex atteſtato Wolffgangi, D. Mauri Monaſterij Abbatis, quòd conjux actoris 13. Junij anno 30. nata, ſicque tempore diviſionis anno 52. 21. annorum, & tempore petitæ & impetratæ Commiſſionis 6. Maij 59. adhuc fuerit intrà fatalia reſtitutionis, quam etiam citiùs Judicialiter petiiſſet, niſi pars adverſa ſponte ſuâ anno 57. & 58. ad novam ſe diviſionem offerendo, ſuſtuliſſet eo tempore judicialiter conquerendi neceſſitatem, teſtantibus id literis apud acta ſub n. 4. & 5. productis.

Alterum reſtitutionis requiſitum læſio eſt, de quâ inprimis clarè conſtare debet, ut læſionem prætendens reſtitui poſſit. Eam 1. hoc in caſu deſumit actor ex inventario anno 42. à Patre eodémque tutore erectô, & per officialem, qui optimam proventuum bonorúmque notitiam habuerit, confectô; Quod quamvis defectu Notarij & teſtium laborare videatur; tamen eò magis illi fides adhibenda 2. quia pater idémque tutor, juſſus ab Imperatore, inter liberos illud erexit, ut illi ideò fides omnis detrahi non poſſit; deſignatio enim bonorum à patre ſcripta vel ſubſcripta pro inventario eſt, *Mynſ. 2. obſ. 93. Rauchbar. p. 1. q. 30. n. 32. Mev. p. 2. t. 2. art. 21.* cùm ad ſolenne inventarium conficiendum non teneatur, *Mynſ. d. loc.* eò minùs 3. quia bona fratris minoris ſecundùm illud æſtimata & diviſa ſeu ipſi adjudicata ſunt, quod fieri non potuiſſet, ſi inventarium illud omnimodâ nullitate circà æſtimationem bonorum laborâſſet.

4. Quia frivola eſt ratio reorum, quam contrà hoc inventarium adferunt, daß der Vatter darumb die Gütter in dem Inventario ſo hoch æſtimiret / umb ſeine creditores dadurch zu encouragiren / quæ vel ideò nullam veritatis ſpeciem habet, quia non ex his maternis, ſed proprijs debitoris bonis ſolutionem illi expectare debebant, ut ex horum pretioſâ æſtimatione nullâ planè ſpe, niſi vaniſſimâ lactari potuerint.

5. Licèt tempus inventarij decem integris annis diſtet à tempore diviſionis, & læſio non ex illo ſed contractûs & diviſionis tempore ſit dimetienda, ſi tamen conſideretur æſtimatio caſtri N. cum pertinentijs juventarij, bellico tempore, anno 42. pro 45. 60. fl. æſtimati, & in diviſione actricis fratri ſaltem 1600. florenis attributi, cui hominum tanta depretiatio credibilis, vel ullam probabilitatem habere, videri poteſt? Eadem ratio eſt in caſtro N. Hanc æſtimationem inventarij licèt rei conventi penitùs rejiciant, & bonorum per bella deteriorationem contrà prætendant, ſi tamen tempori bellico facti Inventarij, tempus diviſionis & jam reductæ pacis anno 52. opponatur, vix eſt, ut non eo tempore rurſum creverint bonorum pretia.

6. Quòd ſi etiam, non habito ad inventarium reſpectu, ſaltem ipſa diviſio conſideretur, patet ex Inſtrumento, quòd actricis fatri attributa ſint bona æſtimata pro 26460. fl. quæ ſi ſecundùm Inventarij æſtimationem computentur, faciunt ſummam

82282. fl. cùm tamen actrici ſaltem dati ſint 16. mille floreni, ita ut ſecundùm inventarium patiatur læſionem in 64282. fl. ſecundùm diviſionem 10. cùm tamen venatio, piſcatio, & ejuſmodi jura in portione fratris, reis fatentibus, planè non ſint æſtimata.

7. Cùm in hæreditate eſſent bona mobilia & immobilia, libera & allodialia, nullo feudalitatis, primogenituræ vel majoratus nexu impedita, nullâ obſtante conſuetudine vel pacto, actrici tamen ex his nihil adjectum, ſed tota ipſius portio meris nominibus & quidem apud debitores non adeò promptos vel parùm idoneos vel difficulter exigibiles, impleta eſt, quæ ſola inæqualitas bonorum & nominum, meo quidem judicio, movere Judicem ad re-
5 ſciſsionem diviſionis poſſit. Quis enim neſcit, & quotusquisque non experitur, quot labores & difficultates, quot moleſtias & quantos ſumptus cum diſpendio & morâ aliquot annorum hodiè requirat nominum exactio. Undè rei conventi jam decennio gaviſi ſunt proventibus bonorum, actrix ex ſuis nominibus nihil utilitatis percepit. Notúmque eſt talia nomina hodiè mediâ vel tertiâ parte vendi ſolere, & egentem creditorem vix aliquando panem fami ſaturandæ ex nominibus corrogare poſſe, nil præter curam & lites ex chartaceis & atramentarijs nummis habere. Ut non immeritò talia nomina quis appellet inania habendi ſimulacra, opum ſomnia, burſarum patrimonij pigmenta, *Mev. in levam. deb. c. 5. n. 44.* Ajunt quidem illi, wer vermeint hätte / daß nicht diſe Brieff ihr beſſer / als die verderbten Gütter ſeyn ſolte / & ex incerto eventu debitorum non ſolventium læſionem prætendi non poſſe. Sed hæc eorum opinio rationi & experientiæ, juriſque diſpoſitioni repugnat, ex quâ nomina ſunt ipſo jure pro portione hæreditariâ diviſa inter cohæredes *l. 4. ff. famil. erciſc. l. 25. eod. l. 6. C. eod.* ut non ampliùs dividi, vel uni ſoli obtrudi queant, quamvis enim hoc aliquando fieri poſſit per pactum, vel Judicis officio *l. 2. 3. ff. fam. erciſc. l. 2. C. de hæred. act.* tamen hoc caſu neutrum intervenit, & pactum tam damnoſum cum minorenni fuiſſet inutile. Nec æquitas admittit, ut in his circumſtantijs actrix ab omnibus bonis excluſa ſolis iſtis nominibus contenta eſſe jubeatur. Nam ut Pater poſſit, ſalvâ legitimâ, hæreditatem ſuam inter liberos pro arbitrio dividere, & alteri plùs dare, alteri minùs, hanc tamen poteſtatem in bonis alienis jura parentibus nullibi attribuunt. Inque bonis etiam proprijs nimia inæqualitas non toleratur, tradente *Mev. ad jus* 6
*Lub. lib. 2. t. 1. art. 2. n. 38. Cothman. conſ. 6. per tot.* in rebus matermis liberis jam acquiſitis Pater nequit diſponere, *l. 1. C. de bon. materm. l. ſi quis prioris C. de ſecund. nupt.*

8. Eò minùs videtur actrix reſtitutionis deſtituenda auxiliô, quòd in iſtam læſionem vel inæqualitatem non ſortis vel electionis infelicitate, vel ſententia Judicis præcipitata, ſed coheredum habitâ prærogativâ & calliditate circumventa eſt, contrà conſtitutionem in *l. 2. C. quand. & 96. quart. pars. deb. Schurff. cent. 2. conſ. 10. n. 1.* nec non in diviſionibus gratificationi locus relinqui debet, per quam lites potiùs augentur, quàm tolluntur, ſed ſorti vel electioni res committenda.

Duos enim modos divendi hæreditatem 7
jus civile invenit, officium Judicis, vel ſortem; Tertius juri Canonico placuit, *c. 1. de parochis*, ut major natu dividat, minor eligat, qui modus tanquam æquiſſimus generali Germaniæ conſuetudine receptus eſt, teſte experientiâ & *Gail. 1. obſ. 106. n. 14. Mynſ. 4. obſ. 37. Schurff. cent. 1. obſ. 71. per tot.* in noſtro tamen caſu neglecta iſta omnia, forma diviſionis ex his tribus nulla, ſed, ut apparet, omnia ex arbitrio Patris coheredis & ſenioris fratris Dionyſij placito geſta.

10. Aperti juris eſt, diviſionem cum 8
minorenni celebratam ſinè tutoris autoritate nullam eſſe *l. 5. ff. de autor. tut. l. 2. C. eod.* nec minori ullatenùs præjudicare, *Mev. lib. 2. t. 2. art. 19. Schurff. cent. 1. conſ. 17. n. 1.* textus expreſſus in *l. 20. ff. de admin. tut.* neque enim aliàs adjudicationes, dominiique translationes fieri poſſunt, quas in diviſionibus intervenire neceſsè eſt, cum diviſio ſpecies ſit alienationis, *Faber. in Cod. lib. 3. t. 27. def. 21.* Sic tamen tutor nullus legitimam præſtitit autoritatem, & conſequentur totum diviſionis negotium ipſo jure nullum eſt.

Neque prodeſt reis objicientibus, quod actrix reſtitutionem petens, nomina quædam alienaverit, ſicque diviſionem denuò rati-

Digitized by Google

9 ratificaverit; quia 1. actrix alienationem
inficiatur, nec rei eam probaverunt. 2.
Eâ poſitâ, non protinùs induceretur ratifi-
catio, ſed hoc tamen aparetur, ut aliena-
tum imputetur in portionem alienantis,
*Faber. in Cod. lib. 3. t. 28. def. 10.* 3. tùm de-
mùm operatur ratificatio, quando contra-
ctus per ſe eſt validus, ſi alienans
eo tempore jam ſciat & cognoſcat læſio-
nem, 4. niſi actus à majorenni geſtus ha-
beat conſequentiam ad antecedentem,
*Brunneman. ad t. C. ſi major fact. rat. hab.*
quæ omnia hîc concurrunt.

Fruſtrà etiam opponunt rei, quòd non
ſolùm Parens actricis ſimúlque confirma-
tus tutor, ſed etiam duo proximi agnati auto-
ritatem præſtiterint, quorum præſentiâ
negotium hoc & ſummâ fide & integrita-
te geſtum.. Ut enim urgens ſit præſump-
tio, quæ pro Parentis amore in liberos & in-
10 duſtriâ militat, ea tamen diutiùs non du-
rat, quàm à ſecundis nuptijs pater abſtinet,
quæ ſecutæ eandem planè infringunt, ſicut
nubentium animos alterare ſolent, *Mev.
lib. 2. t. 2. art. 21.* 2. eò minus Pater au-
thoritatem præſtare potuit, quia inter ip-
ſum coheredem & pupillum hoc nego-
tium geſtum eſt, nemo autem tutor vel cu-
rator inerponere autoritatem poteſt in fa-
cto proprio, ut in ſimili caſu reſpondit
*Schurff cent. 1. conſ. 17. n. 1.* Non poteſt
tutor eſſe autor actui illi, ex quo principa-
liter etiam ſibi ſuiſque aliquid quærit, *l. ult
ff. de admin. tut.* ſuſpecta eſt enim talis au-
toritatis interpoſitio, quod idem, quia a-
ctor & judex in eâdem lite conſtitueretur,
víxque credatur tutor utilitatem ſuam pu-
pilli commodis poſtpoſiturus: *Hahn. in obſ.
ad Weſ. ff. de autor. tut. n. 3.* Præſumpito
etiam Paterni affectûs non elidit argumen-
ta veritatis; præſertim cum in facto con-
ſtet, quòd partem hereditatis maternæ &
portionem filij Pater ſinè ullo juris titulo
ſibi arrogaverit.

Minus aſſumpti duo agnati ſupplere
poſſunt neceſſariam autoritatem, quia au-
toritas eſt pars adminiſtrationis, ut ubi nulla
adminiſtratio eſt, ibi hæc quoque ceſſet *l. 1.
C. ſi ex plur. tut.* quia fruſtrà autoritatem
interponit, qui tutelam non gerit, *l. 4. &
6. h. t.* ut non dubitem, ſi Pater aperuiſſet
in precibus pro confirmatione oblatis, ſe
quoque liberorum coheredem eſſe in bo-
nis maternis indiviſis tùm vel non confir-
matus, vel ad actum diviſionis ipſi cura-
tor adjunctus eſſet, ex *Nov. 72. c. 1.*

Tandem etſi diviſio iſta authore tutore
celebrata fuiſſet, hæc tamen authoritas non 11
impedit, quò minus pupillus Læſus pete-
re in integrum reſtitutionem queat, *t. t. C.
ſi tut vel cur. interv. Manz. de tut. q. 5.
t. 8. n. 44.* ut nec tutoris curatoriſvè Patris
autoritas hic attendatur *l. 29. in pr. ff. de
minor.* ubi *Modeſtin.* reſpondet: Etſi Pa-
tre eodémque tutore autore pupillus cap-
tus probari poſſit: Curatorem poſteà ei
datum nomine ipſius reſtitutionem in in-
tegrum petere non prohibebit. adde *l. 4.
C. ſi adverſ. rem ſua.* nec obſtat *l. 2. C. qui
& adverſus quos.*

11. Fatentur ipſi rei læſionem quan-
dam ſeu inæqualitatem interveniſſe, tan-
tam verò eſſe negant, propter quam tota
diviſio reſcindi, & nova fieri debeat, ſed
error ſolummodò emendandus ſit. Con-
ſentientem ſibi me habent caſu quo à ma-
jorenni reſtitutio petitur. Tunc enim da-
tur electio reo convento, an conſentiat
reſciſſioni diviſionis, an verò ſupplere ma- 12
lit quod alteri deeſt, *Gilman. Symphor.
tom. 4. p. 1. vot. 4. n. 20. & ſeqq.* probatió-
que læſionis ultrà dimidium requiritur,
*Andreol. controv. 262. Grivell. deciſ. 127.*

Alia ſunt omnia caſu reſtitutionis à
minorenni petitæ. Tunc enim diviſio in
totum reſcinditur, *Gilman. d. loc. n. 27. l.
57. ff. famil. erciſc.* ubi *Papinianus*: Arbi- 13
trô quoque accepto fratres comūnem hæ-
reditatem dividentes pietatis officio fungũ-
tur, quam revocari non oportet, licèt arbi-
ter ſententiam jurgio perempto non di-
xerit, *niſi intercedat ætatis auxilium l. 4.
C. comm. divid. l. 3. C. comm. utr. jud. l. 1.
C. ſi adverſ. tranſ. vel. diviſ.* Nec læſio
ultrà dimidium, ſed ſaltem enormis aut no-
tabilis requæritur, *Brunneman. ad d. l. 3. C.
comm. utr. jud. Grivel. deciſ. 127. n. 2.* eò
magis quia multi ſtatuunt non inter majo-
res diviſionem, læſionem qamvis notabi- 14
lem, reſcindendam eſſe vel reducendam
ad æqualitatem, per textum *l. 3. C. comm.
utr. jud.* quos citat *Klock. tom. 3. conſ. 104.
n. 85.* adeòque inter fratres læſionem in
quartâ parte efficere, ut diviſio per implo-
ratum judicis officium reſcindatur, tradit
poſt alios allegatos *Mev. ad jus. Lubec. lib. 2.
t. 2. art. 19. n. 13.* hâncque ſententiam con-
trariæ, licèt communi, in judicando exiſti-
mat

Digitized by Google

mat eſſe præferendam, cùm etiam teſtamenta Parentum ob enormem inter liberos inæqualitatem infirmentur, idem *Mev. lib. 2. art. 2. t. 1. n. 38. Cothman. conſ. 6. per tot.* ubi ait, in praxi ſæpiùs ita obſervatum eſſe & æquum eſſe, ut nemo per diviſionem ſaltem in aliquo lædatur, dicit *Kahn. in obſ. ad Weſenb. tit. famil. erciſc. n. 8.* quia eo animo fit, ut quisque ſuam partem, quam aliàs pro indiviſo habebat, nunc poſſideat pro diviſo. Æqualitas nutritiva concordiæ inter fratres eſt obſervanda, nec Pater debet facere unum filium, alterum privignum ut latè deducit *Schurff. cent. 1. conſ. 61. per tot.*

Quia igitur inæquitas diviſionis inter fratres eſt inimica naruræ, rigida & aſpera, & ideò quovis modo avertenda, ſecundùm *Cothm. d. loc.* & læſio quoad reſtitutionem contrà diviſionem in perſona minorennis non alia requæritur, quàm quæ non ſit minima, & non contemnenda ex *Grivell. dec. 127. n. 16. cum ibid. alleg.* quam exiſtimo ex ſuperioribus argumentis ſufficienter eſſe deductam, cauſáſque alias inſuper etiam allatas, cur actrici imploratô reſtitutionis beneficiô ſuccurrendum ſit; idcircò me ſola melioramentorum à reis in actis decantata difficultas adhuc ambiguum detinet, 15
an ſit computanda melioratio & ſupplenda, antequàm ad diviſionem procedatur, vel primò dividendum, & deindè meliorationum habenda ratio? Idem quærit *Gilman. tom. 4. p. 1. vol. 4.* & concludit *n. 35.* quòd hoc commodiſſimè fiat unà cum actu diviſionis, ex re natâ & occaſione, quem ſequor, & jam certi nihil in ea ſpecie definiri poſſe exiſtimo. Expendi etiam difficultates novæ diviſionis, & maluiſſem actrici conſulere ſupplemento ejus, quod ſibi deeſſe conqueritur; ſed quia nihil ex bonis hereditaris præter notoria accepit, ut proindè ſuppletio non inveniat locum, tractatus concordiæ quoque à Commiſſ. fruſtrà tentati, & jam Juſtitiam ſententiámque pars utraque implorat; aliter ex juris præſcripto cauſam definire neſcio, niſi ut actrix in integrum reſtituatur, nováque diviſione inſtitutâ bona hereditaria æqualiter dividantur.

---

# *Liber II. Titulus XIX.*
## De
## *TRANSACTIONIBUS.*

### SUMMARIA.

1. *Transactio, quid ſit, & quæ acceptio nominis?*
2. *Transactionis requiſita.*
3. *Tranſigere non poſſe eum, qui ſcientiam habet Juris alieni.*
4. *Judicem poſſe concordiam tentare in quavis parte Judicij.*
5. *Etiam in Reviſorio.*
6. *Quæ ſint incommoda controverſiarum Judicialium?*
7. *Certis caſibus Judicem partes non ſolùm ad transactiones hortari, ſed etiam compellere poſſe.*
8. *Judicem tamen Transactionem ſuadere haud debere, ſi ipſi de alterius partis Juſtitia ex actis jam liqueat.*
9. *Niſi id ex alia causâ videat expedire.*
10. *Quid de Advocatis circà transactiones ſentiendum?*
11. *Quo fine hodiè ferè litigia quidam moveant, & transactiones ineant?*
12. *Quomodo transactio fiat per pactum, & quis ſit effectus?*
13. *Hodiè diſputationem de transactione per pactum factâ ſupervacaneam eſſe.*
14. *An transactio producat præſumptionem diffidentiæ?*
15. *An à contraveniente transactione cumulativè poſſim & pœnam petere, & exceptione transactionis me tueri?*
16. *In transactione juratâ utrumque obtinere.*
17. *Qua actione res datæ à contraveniente repetantur.*
18. *An tranſigens teneatur de evictone?*
19. *Transactionem fieri poſſe omni tempore & loco:*
20. *Quænam perſonæ transigere poſſint?*
21. *Pupillum licèt pubertati proximum transigere non poſſe, & quare?*
22. *Minor non habens Curatorem transigere poteſt, ſed læſus reſtituitur.*
23. *An minor contrà transactionem juratam reſtituatur?*

24.

24. *Etiam mulierem per Juramentum à St. Vellei. excludi.*
25. *Juramentum roborare contractus invalidos.*
26. *Quid ſi in contractu jurato læſio enormiſſima interveniat?*
27. *An transactio ex læſione enormiſſima retractetur? ubi affirmativa approbatur.*
28. *An transactio ſit ipſo jure nulla, cui dolus cauſam dedit?*
29. *Dolo inductus ad transactionem juratam, non poteſt recedere niſi impetrata prius abſolutione.*
30. *Minorennis enormiſſimè læſus etiam contra transactionem juratam reſtituitnr.*
31. *Mente ſanos, licèt corpore laborantes, ſurdos quoque, mutos & abſentes à transactione non arceri.*
32. *Procuratores in rem ſuam, & ſpeciale mandatum habentes transigere ſinè dubio poſſe.*
33. *Non item Procuratores ad agendum, niſi deciſio cauſæ ipſis ſpecialiter ſit demandata.*
34. *Syndicos & adminiſtratores Civitatum tranſigere poſſe, ut & procuratores cum libera vel univerſorum bonorum.*
35. *Procuratori tranſigere quidem licere, non tamen donare vel profundere.*
36. *Eandem tutorum eſſe rationem, & quatenus illi tranſigere poſſint.*
37. *De rebus extraneis, ſinè mandato tranſigi non poſſe.*
38. *Solvens ei, quem probabili ratione putat eſſe creditoris procuratorem, liberatur.*
39. *Vaſallus quoque tranſigere poteſt.*
40. *Agitur de materia transactionis.*
41. *Quod transactionis cauſa ſolutum eſt, non repetitur, licèt nullum debitum ſubfuerit.*
42. *Ad transactionem ſufficit, rem incertam eſſe, licèt lis deſuper de præſenti nec moveatur, nec metuatur.*
43. *De transactione ſuper ſtatu vel libertate.*
44. *De transactione ſuper ſtatu Monaſtico.*
45. *In cauſa matrimoniali, ut matrimonium non teneat, tranſigere non licet.*
46. *Tranſigi poteſt etiam poſt concluſionem cauſæ uſque ad ſententiam, ad ſuprà n. 4. & 19.*
47. *Poſt rem judicatam & de re clarâ, transactio nulla eſt.*
48. *Si ſcilicet ipſa ſententia non ſit nulla, & tranſierit in rem judicatam.*
49. *Super Inſtrumentis Guarentigiatis, cauſa jurejurando deciſa, vel à reo confeſſa, transactio non datur.*
50. *Super negotio teſtamentario tranſigi non poteſt, niſi inſpectis teſtamenti verbis, & quarè?*
51. *Nec inſpectioni renunciari poteſt, niſi juratò.*
52. *De transactione ſuper alimentis.*
53. *Super alimentis ex contractu debitis tranſigi poteſt, quin & juratò ſuper debitis ex teſtamento.*
54. *Paciſci de alimentis cuivis eſt licitum.*
55. *De transactione ſuper crimine capitali.*
56. *Tranſigens non habetur pro confeſſo.*
57. *De crimine non capitali tranſigere non licet.*
58. *Quare in l. 18. C. h. t. excipiatur adulterium, ut de eo tranſigere non liceat?*
59. *An paciſci ſuper adulterio liceat?*
60. *De effectu transactionis ſuper crimine.*
61. *Vindictæ publicæ per eam non præjudicari.*
62. *Transactionem cum re judicata non in omnibus convenire.*
63. *In delictis non capitalibus transactionem non admitti, vide ſuprà n. 57.*
64. *An tranſigere liceat ſuper crimine Majeſtatis & parricidij?*
65. *Quid, ſi crimen ex ſe non ſit capitale, ſed ex arbitrio Judicis eò extendi poſſit?*
66. *An de privatis delictis tranſigere liceat?*
67. *Quid crimine falſi ſtatuendum?*
68. *Hodiè ferè diſpoſitionem l. 18. ceſſare.*
69. *Transactiones eſſe ſtricti juris, & ſinè præjudicio tertij.*
70. *Strictè accipiendas eſſe.*
71. *De effectu transactionis in civilibus.*
72. *Transactionem ex falſa cauſa initam reſcindi poſſe.*
73. *Hodiè etiam transactione per pactum celebrata priorem actionem extingui.*
74. *Quæ detur actio in contravenientem?*
75. *Additur præjudicium.*
76. *Errorem iteratæ quoque transactioni poſſe opponi.*
77. *Contrà renunciationem etiam juratam poſſe peti legitimam vel ejus ſupplementum.*
78. *Quid probandum ei, qui transactionem prætextu erroris vel falſæ cauſæ vult evertere?*
79. *Non ſufficit in conſcientia, pro ſe habere tranſactionem.*
80. *Transactionem ex falſa cauſa vel errore non valere.*
81. *Præſumitur pro inſtrumento transactionis.*
82. *Per transactionem extinguuntur omnia jura, actiones & inſtrumenta.*
83. *Transactionem, quæ impugnatur ex falſitate cauſæ, manere firmam, donec per tres ſententias conformes reſcindatur.*
84. *Minorennem non læſum contrà tranſactionem non reſtitui.*
85. *Ex transactionibus iteratis præſumi omnia legitimè geſta.*

VErbi *tranſigere* variæ ſunt ſignifica- 1
tiones, ut omnem terminationem & finem negotij etiam in jure ſignificet, *l. 15. ad municipal. l. 5. de decur. l. 129. & 130. de verb. ſign.* ſed illis omiſſis in argumento propoſito ſpecialiter verbum transactionis accipitur pro *conventione, quâ rem dubiam litemq́; incertam ita finimus, ut pro eâ aliquid viciſſim accipiamus,* & definiri po-

teſt, tribus verbis: *trantactio eſt non gratuita rei dubiæ deciſio factâ conventione partium l. 1. & 2. h. t. l. 7. & 17. l. 33. & 38. C. eod. Perez. ibid. Vinn. de transact. c. 1.* Non enim eſt pactum vel ſtipulatio, ſed fit per iſta tanquàm cauſas, ſive modos, germanicè vocatur, ein Vergleich oder gütliche Handlung/ *Beſold. Theſ. pr. verb.* Vergleich/ & verb. vereinigen.

2 Tria ſunt ejus ſubſtantialia requiſita. 1. Quod fiat utrinque fide bonâ i. e. quòd nec nec verè præſüptivè dolus interveniat aliàs enim potiùs deceptio, quàm transactio diceretur. 2. Quòd fiat ſuper re dubiâ, & lite incertâ. 3. Quòd celebrata ſit aliquo dato, aliquo retento, vel promiſſo; Hos tres comites transactio, ut vera & legitima dici queat, habere debet, adeò, ut vel unico deficiente transactio corruat, & pro nullâ habeatur, *l. 1. de transact. l. 2. C. eod. Gail. 2. obſ. 7. n. 12. Zaſ. conſil. 18. n. 16. Speidel. in obſerv. verb.* Vergleich. deficiente enim bonâ fide, utpotè fundamento, corruit ſuperædificatum, & in malâ fide dicitur eſſe is, qui habet ſcientiam rei vel juris alieni, *l. 109. de V. S.* ita tradunt in ter-
3 minis *Zaſ. d. l. Fichard. Conſil. 30. n. 2.* & mortaliter peccat, qui ſciens adverſarium ſuum habere juſtam cauſam, eum ad concordiam inducit, per quam aliquid juri ſuo detrahatur, *Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 26. t. 8. n. 77.* peccatum verò non dimittitur, niſi reſtituatur ablatum, *c. peccatum. d. R. I. in 6.*

Itaque quamvis Judex propter publi-
4 cam privatámque quietem hortari partes ad concordiam poſſit, & imò ejus officio id incumbat, cùm per transactionem & amicabilem litium compoſitionem pax & concordia firmetur, & laborioſa fugiantur judiciorum incommoda, ne litium multitudine ſalus Reipublicæ prematur. *Cicero de legibus.* Quo fine transactio non ſolùm in principio, ſed etiam in quavis parte judicij tentari poteſt, ex Conſtitutione *Noviſſimi Rec. Imp. de anno 1654.* §. Zweytens ſolle der Richter erſter Inſtantz/ die Partheyen in zweiffelhafftigen Sachen/ nicht allein vor angefangenem Recht-Stand und litis conteſtation/ ſondern auch in quacunque parte judicij, durch alle dienliche Mittel und Weg/ auch ſchickliche Erinnerungen/ in der Güte voneinander zuſetzen/ und hierdurch alle weitläuffige koſtſpieltige Rechtsfertigung zu-
verhüten/ ſich befleiſſen: Ita ut etiam in Re- 5
viſorio hæc cura judicis non excludatur, ex diſpoſitione *ejusd. Receſſ.* §. 133. wenigers nicht ſollen die Reviſores zwiſchen der Partheyen/ die ſich zu ſolchem End einfinden möchten/ jedoch ohne Auffzug und Hinderung anderer Sachen/ die gütliche Vergleichung/ ſonderlich in den wichtigen Sachen/ vor allen Dingen verſuchen/ auch die acta, da metus armorum vorhanden/ vor andern/ vornemmen und expediren/ wo aber die reviſio frivolè geſucht wird/ ſollen derſelben von denen Reviſoribus keines wegs deferitt werden. Utiliſſimum ſcilicet eſt, transactionibus litium vexationes redimere, cùm ſecun-
dùm *Ciceronem 2. Officior.* non modò libe- 6
rale ſit, juri ſuo cedere, ſed & fructuoſum, propter Judiciorum pericula: idcircò Judicem antè omnia diſpicere convenit, ut partes priùs ad concordiam reducat, quàm ad judicium venire ſinat, *c. ult. de transact.* Nam ut *Auguſtin. Barbaroſa in paſtorali allegat. 79. n. 14.* hæc verba refert: In controverſiis cauſarum capitales inimicitiæ oriuntur, fiat amiſſio expenſarum, labor animi exercetur, quotidiè corpus fatigatur, multa & inhoneſta deindè crimina conſequuntur, bona & utilia opera poſtponuntur, & qui ſæpè credunt obtinere, ſuccumbunt, & ſi obtinent computatis laboribus & expenſis nihil acquirunt.

Et tantus eſt favor transactionum, ut 7
*certis caſibus* Judex partes litigantes ad transigendum vel compromittendum non tantùm hortari, ſed & compellere poſſit, ut ſi lis eſſet inter egregias perſonas, ex quarum diſſenſione grave damnum reipublicæ immineret, vel ſi cauſa adeò eſſet dubia & intricata, cujus certa deciſio reperiri non poſſet: vel ſi partibus jam diu litigantibus, graves inter eos inimicitiæ & ſcandala ſequerentur, *Gail. de P. P. lib. 2. cap. 18. Valeron. de transact. in proœm. n. 26.* ubi plurimos citat, *Mev. p. 1. deciſ. 224.*

Rectè tamen admonet Judicem Jaſon
*in l. convenerit. n. 15. ff. de re jud.* ne poſt- 8
quam ex meritis cauſæ didicerit, quæ pars juſtitiam foveat, transactionem nihilominùs ſuadere præſumat, id quod etiam in ſuprà citati *Receſſ. de Anno 54.* §. Zweytens. 110. his verbis exprimitur: Jedoch ehe denn er die Partheyen vorſchlägt/ vorhero in den Sachen ſich wol informiren/ und ſein Abſehen bey diſen gütlichen Vergleichen/ dahin jeder-

derzeit ſorgfältig ſtellen / damit die eine offentlich ungerechte Sach führende Parthey zu demſelben nicht gelaſſen / noch der Recht habende Theil damit beſchwehrt / noch auch die Juſtitz / wider deß anderen Theils Willen/ verzogen werde. Nam Judex perſuadendo Juſtæ parti concordiam mortaliter peccat.
9 *Göden in proceſſ. rubr. 2. in fin.* niſi fortè videret expedire aliquâ ex cauſâ, *Wintzler. in tr. de transact. q. 20. n. 5.* prout per litis moras fas eſſe Judici certis caſibus partes adducere ad concordiam tradit *Mev. p. 1. deciſ. 225.* nam cæterùm ſuadendus non eſt offenſus, ut jure ſuo cedat. Quia æquitatis ratio non patitur, ut quis cogatur invitus parcere offendenti, niſi in foro
10 pœnitentiali. Proindè etiam *Advocati* clientibus ſuis potiùs transactiones, quàm lites ſuadere debent. Ut enim optimè advertit *Petius de formâ Judicior. lib. 2. c. n. 9.* Officium Patroni DEUM timentis eſt, ut non permittat clientem ſumptibus & expenſis vexari. Si tamen ex alterâ parte injuſtè lis movetur & calumnioſè, non poteſt Advocatus tutâ conſcientiâ clientem ſuum inducere ad tranſigendum, & ſi fiat, læſus transactionem reſcindere, & ad pri-
11 ſtina jura redire poteſt, *Valeron. de transact. in proœm. n. 31. & 32.* peſſima nimirum ſeculi hujus ratio eſt, quòd multi calumnioſa proximis ſuis hoc ſaltem fine litigia movent, ut poſteà transactiones offerant, & id, quod jure non poſſunt, callido, ſed injuſto transactionis titulo acquirant.

Transactio ergò non eſt pactum, ſed
12 fit per pactum *l. 2. h. t. l. 15. eod. l. ſi inſtituta. de inoffic. teſt. l. 28. C. h. t.* cum nudo pacto ſcilicet actio tollitur, & citrà ſtipulationem nudo pacto aliquid promittitur, *cit. ll.* ut ſi quis paciſcatur, ut alter certum quid accipiat, & à lite diſcedat. Ex quo tamen nec actio tollitur, nec nova actio naſcitur, ſed ſaltem ope exceptionis lis finitur, & deciditur, dum exceptio datur ei, qui placita transactionis implere paratus eſt, *l. 19. & 28. C. h. t.* ideò placiti firmius ſervandi, & actionis producendæ causâ ſtipulatio ſubjici ſolet, *l. 15. ff. l. 33. C. h. t. l. cum proponas. 21. & 27. C. de pact.* ubi actio ex transactione dari expreſſè negatur, *l. 5. C. de contrah. ſtip.*

Sicque transactionem per nudum pactum celebratam perfectam eſſe multi negant. Quia ubi res adhuc in finibus conventionis de dando aut faciendo conſiſtit, nulla adhuc fit transactio, ſed de tranſigendo, pactio, tradentibus, *comm. Dd. ad l. 38. C. h. t.* Undè Inſtrumentum transactionis non valet, niſi contineat transactionis cauſam & faciat mentionem de dato aliquo, retento, vel promiſſo, notat poſt *Jaſon. Gail. 2. obſ. 71.* omnis igitur transactio fit per contractum innominatum, niſi ſpecialiter ſubjecta eſt ſtipulatio, & actionem præſcriptis verbis producit, *l. 6. C. h. t.* Transactio autem, quæ in ſimplici pacto ſubſiſtit, imperfecta eſt, & perficitur, ſi actor remittat actionem ſub pacto, ut alter aliquid det, vel promittat, vel etiam actor ſibi retineat, quod ex bonis actoris eſt apud ipſum. Ita ſemper transactio incidit in contractum, do ut facias, vel facio, ut des. Quid quod transactione per pactum celebrata lis non eſt deciſa, ſed inſtaurari poteſt, *l. 37. de inoff. teſt. l. 14. C. h. t.* nec ita transactio rei judicatæ habet effectum, contra *l. 16. & 20. C. h. t.*

Sed quidquid moveat *Bach.* ad *Treutl. h. t.* nulla mihi ratio obſtare videtur, quominùs transactio per pactum celebrata perfecta ſit ideò *in l. 27. de inoff. teſt.* pacto transactum eſſe dicitur, & *in l. 2. ff. h. t.* rransactum accipi poſſe, & tunc cùm pactum conventum fuerit factum. Quas & ſimiles leges fruſtrà eludere conantur, quòd pactionis nomen generale ſit, ſub quo etiam contractus comprehendantur, vel quòd principium transactionis pro ipſa transactione ponatur: Tales ſiquidem divinationes ipſa legum verba reſpuunt, & effectus exceptionis indè natæ refellunt. Si enim contractus ſub verbo pacti intelligeretur, non exceptio tantùm, ſed actio oriretur; Si transactio non perfecta, ſed ſaltem ejus principium eſſet, nec exceptio naſci poſſes, quæ utique eſt transactionis factæ, non futuræ & faciendæ, ex pacto, ut ajunt de transigendo. Et eâdem ratione, nec transactio ſtipulatione perfecta eſſet, utpote, quæ etiam in terminis conſenſûs, licèt ſolennis conſiſtit. Non obſtat, quòd lis pacto deciſa poſſit inſtaurari, *l. 14. 19 & 32. C. h. t.* nam muto conſenſu à transactione pacto celebratâ recedi quid implicat? Es ſufficit in eo transactionem rei judicatæ conformari, quòd invitus alter ab eâ recedere non poſſit, nec no-



Digitized by Google

vorum inſtrumentorum, nec læſionis ultrà dimidium prætextu, neque neceſſe eſt, ut æquiparata reſpondeant ſibi per omnia, *Zæſ. h. t. n. 49.* Res verò judicata, nec partium cenſenſu poteſt reſuſcitari, quia authoritate publicâ definita eſt.

Fit igitur transactio per pactum, & celebrari non minùs poteſt per contractum innominatum, do ut des, vel facias, v. g. do tibi prædium, ut à lite diſcedas, *l. 33. C. h. t.* remitto actionem, ut mihi partem des bonorum, *l. 6. C. eod.* quoties enim certâ lege quid datum vel factum eſt, pacti natura exceditur, & contractus evadit innominatus, undè actio præſcriptis verbis oritur, vel fit per ſtipulationem aquilianam & acceptilationem, *l. 2. l. 15. h. t.* vel per ſtipulationem ſimplicem, *l. cum mota. 6. l. 33. C. h. t.* vel denique pacto, aut ſtipulatione antecedenti ſubjungitur ſtipulatio pœnalis, *l. 15. ff. l. 37. & 41. C. h. t.* ſicque transactio ſtipulatione celebrata in contractum innominatum incidit, *l. 5. C. h. t.* Et licèt potiùs diſtractus eſſe videatur, tamen hoc ipſo, quo de diſtrahendo agitur, contrahitur, *Zæſ. ff. h. t. n. 1.* primam namquè litem finit, *l. 16. C. h. t.* ſed viciſſim reum Actori obligat ad id, quod transactionis nomine promiſit.

13 Sed hæc diſputatio *moribus hodiernis* etiam ſupervacua eſt, quando res ad ſimplicitatem juris gentium rediit, & tam pactum, quàm ſtipulatio ad actionem prodeſt. Differt transactio à pacto, quòd ſemper fiat ſuper re dubiâ, *l. 1. ff. & l. 2. C. h. t.* & aliquo viciſſim dato, retento, vel promiſſo, *l. 38. C. eod.* nam ſola res dubia pactum à transactione non diſtinguit, cùm ſuper crimine capitali, tanquam re dubiâ, & paciſci & tranſigere poſſimus, *l. 18. C. h. t.* igitur illa eſt differentia perpetua, & pactum aliquando (non enim fit ſemper, *l. 6. §. 3. de his, qui notantur infamiâ. l. 41. & 45. de pact.*) poteſt eſſe gratuitum, & donationis causâ fieri, *l. 1. h. t.* cùm transactio ſemper contrario modo ſe habeat ex naturâ ſuâ.

14 Hîc etiam quæritur, an transactiones regulariter faciant dubium alicujus diffidentiæ? & reſpondetur, quòd non. Cùm etiam cuilibet poſſidenti, maximè in temporalibus, redimere liceat vexationem injuſtam pro conſervando jure ſuo, nec ideò dici poſſit quis diffidere, vel ſibi in aliquo præjudicare. *Tib. Decian. Conſ. 124. n. 63. vol. 3.* ad quod allegat textum *in l. 1. l. 4. §. quoties. de condict. ob turp. cauſ.* addi poteſt ratio, ex *l. item ſi res. de alien. judic. mutand. cauſ. fact.* quòd ſcil. non ſit inverecunda cogitatio ejus, qui lites & moleſtias jurgiorum averſetur, & extimeſcat. Nam, ut ſcribit *Oldendorp. claſſ. act. 11. in except. rei convent.* multi boni viri repeririuntur, qui malunt re aliquâ carere, quàm ſtrepitu vexari judiciario, præſertim, ut nunc, ait, vident ſacroſanctas Juſtitiæ officinas ubiquè conſtupratas. Nec obſtat *c. Chriſtianis. 11. q. 1.* ubi dicitur: qui Judicium refugit, apparet eum de juſtitiâ cauſæ diffiſum. Id enim accipiendum eſt, ſi redemptio litis eſſet contra bonos mores, vel apertum, & magnum rebus tranſigentis jam judicio conventi, & fortè aliàs hominis litigioſi, & non facilè cedentis damnum infligeret. Nam aliàs, ſi *Baldo* teſte, ſub juſti clypeo pereunt juſti, & ſæpè ſuccumbit juſtitiam fovens, mirum profectò non eſt, ſi vir providus dubios litis anfractus evitet, & aſſiduarum divexationum metum, inimicámque legibus violentiam potentiorum in inferiores declinet, *d. c. Chriſtianis.*

Sed ſi per pactum facta ſit transactio, 15
ſubjectâ ſtipulatione pœnali, & actor tamen non deſiſtat à lite, an poterit reus cumulativè ſeu conjunctim & exceptione ſe tueri, & pœnam in ſtipulationem deductam petere? nequaquàm, niſi expreſsè convenerit, ut rato manente transactionis placito, exceptionem pacti & actionem datorum, habeas, *l. pen. ff. & l. cùm proponas. 17. C. h. t.* at ubi nominatim id non convenit, non eſt æquum, ut ſimul, & ex ſtipulatione pœnali, & ex pacto commodum ferat, ſed alterutro contentus eſſe debet, *l. 10. §. 1. de pact. l. 14. C. eod. l. 12. §. 2. de pact. dot.* planè ſi jurata fuerit trans- 16
actio, placet eum, cujus intereſt, odiô perjurij utrumque conſequi, & prætereà, qui fidem rupit, notatur infamiâ, ex Conſtit. Impp. Arcadij & Honorij in *l. ſi quis major. 41. C. h. t. &* ibi *Dd. Gail. 2. obſ. 59. n. 4.*

Sed quâ actione repetentur res datæ 17
à rumpente transactionem? puto diſtinguendum, an remiſſio facta ſit nudo pacto, quo caſu ſupereſt actio priſtina necdum ſublata, an verò per ſtipulationem, nam

tunc

Digitized by Google

tunc agitur condictione ſine cauſa, quia cauſa, ob quam datæ res erant, non eſt ſecuta, *tit. ff. de condict. datâ, cauſ. non ſecut.* non rei vindicatione, nam quòd in *l. 28. C. h. t. ibiquè Brunneman.* dicitur pendere rei vindicatio, id eò pertinet, quòd actor intentatam rei vindicationem, perurgere & continuare poſſit, ſi non præſtentur promiſſa. Tandem hoc etiam notandum eſt, quòd is, qui cum alio tranſigit, & rem aliquam adverſario dimittit, cautè providéque agere debeat. Itaquè in Inſtrumento transactionis inferri curabit, quòd parti dimittat vel relaxet, talem rem vel fundum, non autem quod det,
18 vel tradat. His enim caſibus poſtmodum fortè ſecutâ *evictione* de ea teneretur, non item ſuperioribus, *l. ſi pro fundo. 33. & ibi Dd.* ac pulchrè *Salicet. n. 6. C. h. t.* & *Brunneman. ibid. Carpzov. p. 2. conſt. 34. def. 28. Franc. Viv. opin. 103. n. 5.*

Quòd ſi transactio fiat per pactum, ſtipulationem, vel contractum innominatum, modò ſuprà dictum eſt. Quin & fieri poteſt transactio, quovis tempore,
19 etiam die feſto, *l. fin. C. h. t.* etiam nocte, *l. 20. C. eod.* & quidem ſinè luminibus, niſi tales adſint circumſtantiæ, in quarum conſideratione fraus adhibita eſſe videri poſſit, de quo Judex arbitrari debet. De perſo-
20 nis hoc obſervandum, quòd illæ tranſigere poſſint, quæ poſſunt paciſci: cùm enim plus videatur eſſe de re liquida paciſci, & eam pacto remittere, quàm tranſigere de dubia & litigiosa, vel ſaltem, ubi lis in futurum metuitur: cur cui plus licet, quod minus eſt, non liceret, *l. non debet. de reg. jur.* ſed cùm transactio de genere prohibitorum ſit, & implicitam ſemper adjunctámque habeat remiſſionem, alienationem, vel dationem, hinc quidam, qui paciſci poſſunt, tranſigere tamen nequeunt, ut rectiùs ſtatuatur axioma: *Quòd omnes tranſigere poſſint, qui naturâ aut jure non prohibentur.* Ob animi vitium igitur tranſigere nequeunt, infantes, furioſi, mente capti. Quibus addo *pupillum infante majorem, aut pubertati proximum,*
21 qui ſinè tutoris auctoritate tranſigere nequit. Nam etſi ejus ætatis pupilli rectè paciſcantur, ne, quod debent, à ſe petatur, & tale pactum jure valeat, *l. 28. pr. de pact.* tamen nec promittendo ſe obligare, nec remittendo alios liberare poſſunt, ſinè quibus tamen transactio nulla eſt, *l. 38. C. de transact.* Nec obſtat, quòd hujuſmodi transactio, quatenus pupillo prodeſt, favore ætatis ſuſtinetur; nam & ætatis favore ſuſtinetur ſententia pro minore lata, *in l. 14. C. de Procur.* (per rationem *in l. 6. C. d. ll.* expreſſam) quæ reverâ & inſpectâ juris ratione eſſet nulla, húcque pertinet, quòd pupillus hæreditatem adire non poſſit, licèt ei lucroſa ſit, ut conſtituit *Juſtin. Inſtit. de auth. tut. lib. 1. tit. 21.* Inſuper etiam puberes litem remittere, aut dare aliquid, ut à lite diſcedatur, nequeunt. Talis enim transactio ſpecies alienationis eſt, & ad jus adminiſtrandi pertinet, quod minoribus curatorem habentibus denegatum eſſe conſtat.

Hoc tamen quæri poſſe videtur, an non *minoris transactio*, non dato aliquo, aut remiſſo, ſed tantùm promiſſo ipſo jure valeat, ut minor ex hac ſua promiſſione civiliter obligetur? Et hoc etiam negandum eſt, quia, qui non poteſt alienare, etiam ſe obligare nequit. Si tamen pupillus de facto tranſegit, & locupletior factus eſt, obligatur ad transactionem ſervandam, quæ ita rata habetur, *l. 5. de author. tut.* Minores verò ſinè curatori- 22
bus conſtituti tranſigere poſſunt, ut ipſo jure valeat transactio: ſed ſi intra tempora legitima ſe læſos eſſe probaverint, causâ cognitâ, in integrum reſtituuntur, *l. 3. C. de in integr. reſtit. min. & tit. C. adverſ. transact.* ubi *Sichard.* Quarè quod legitima ætas in transactione requiritur, *l. 22. & 25. C. h. t.* id eò pertinere, ſciendum eſt, ne fortè ob ætatem poſteà reſcindatur transactio, ſed ut rata maneat; eámque ſequatur pleniſſima ſecuritas. Undè propoſitio formari poteſt: quod nemo jure efficaciter tranſigit, niſi, qui liberam habet rerum ſuarum adminiſtrationem.

Ulteriùs quidam progrediuntur, & minori reſtitutionem juratam concedunt, cum *Salic. Baldo. Butrig. & alijs.* Sed 23
profectò ea hîc tenenda videtur opinio, quæ juramenti religionem integram conſervat, & conſcientijs rectiùs conſulit, *ut Dd. in Auth. ſacramentum puberum tradunt,* & ſic juramenta facta ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis inviolabiliter cuſtodiantur, Eámque tradit *Gail. 2. obſ. 41. n. 5.* in Camerâ receptam eſſe, quòd ſcilicet minor jurans non contra-



Digitized by Google

travenire contractui excludatur à beneficio reſtitutionis, etiamſi de eo non fuerit certioratus, nam jurans videtur omnibus remedijs, quibus aliàs tanquàm minor contractum evertere potuiſſet, in ſpecie re-
24 nuntiare. Undè etiam *mulier* ſolâ virtute juramenti non certiorata de beneficio sti Vellejani, ab eo excluditur, & efficaciter obligatur, *C. ex reſcripto de jurejur.* adeòque ſi contractus favore minoris ætatis eſt invalidus, juramentum habet duplicem effectum, ut roboret contractum, & tol-
25 lat beneficium reſtitutionis, *Zas. in d. auth.* nam licèt juramentum olim non videatur habuiſſe hos effectus, propter *l. non dubium. C. de ll.* tamen eos poſteà accepit, ex *Conſtit. Frid. 2. Imp. in auth. ſacramenta puberum*, quem multis ſeculis præceſſit, *Theodoſius Author. l. non dubium. C. d. ll.*

26 Verùm ſi *enormiſſima læſio* intervenerit, an & tùm pro religione juramenti obſervandâ reſpondebimus? Equidem Saxones teſte *Carpzov. p. 2. Conſt. 35. defin. 1.* majoribus beneficium, *l. 2. C. de reſc. vend.* in totum denegant. Et memorabile fidei & juramenti ſervati exemplum eſt Nicolaus Duthius, vexillifer Zovingenſium. Is cùm opidum Zovingenſe nondum ſe ab Auſtriacis ſejunxiſſet, ſed fidem Leopoldo ſervaret, in infelici adverſùs Helvetias pugnâ, fortunam ſuis adverſam, & inclinatam jam aciem perſpiciens, ne vexillum fidei ſuæ creditum in hoſtium poteſtatem veniret, lacerum & in fruſta conciſum recondidit, quémque locum pedibus cæperat, fortiter occumbens corpore texit. Qui repertus inter cadavera domúmque reductus, vexillum quoque ſuum ore retulit, quæ res ita movit Proceres Urbis, ut deinceps in juramentum vexilliferi urbis relatum ſit, ne vexillum in hoſtium poteſtatem & ludibrium perveniat, id exemplo Duthij vel in ore ſervaturum. Hæcque pro juramenti religione ſententia forenſis & practica eſt; nam licèt inæqualitas in contractibus naturaliter locum faciat reſciſſioni aut reformationi: tamen ſi juramentum interceſſit, Deo præſtanda eſt fides ſecundùm Pſalmiſtam XV. ubi viri boni virtutes enumerat, & reddit hanc: *Juratus in damnum ſuum non tamen mutat. Hugo Grot. lib. 2. de jur. pac. & bell. c. 13. n. 16. Dyoniſ. Halicarn. ultima*, inquit, *fides inter homines tùm Græcos, tùm Barbaros, quam nulla delebit ætas, eſt ea, quæ per jurata pacta ſponſores adhibet Deos.*

Quidni tranſactio jurata inviolabiter eſſet obſervanda, cùm etiam ſinè juramento celebratam tranſactionem prætextu læ- 27
ſionis nunquam reſcindi, tradat rerum practicarum obſervantiſſimus *Gail. 2. obſ. 70.* Tres autem hac de re ſunt opiniones. Prima ſimpliciter negat Secunda diſtinguit cum Bartolo. Tertia ob enormiſſimam læſionem reſcindit tranſactionem. Prima fundatur in textu, *l. 78. §. fin. ff. ad SC. Trebell.* ubi læſus in quadruplo non reſtituatur. 2. quia reſcripto ſpeciali Imp. tranſactio non reſcinditur, *l. 15. C. h. t.* ergò multò minùs per *d. l. 2.* ut reſcriptum generale. *Hahn. in not. ad parat. Weſenb. h. t. n. 8.* Nam tranſactio comparata eſt ad finiendas lites, quas non oportet reſuſcitate, æquiparatúrque rei judicatæ. Et juramentum per ſe prætextu læſionis non retractatur, *l. 5. §. 2. de Jurejur.* imò tranſigens afficitur commodo, & propter dubium litis eventum, læſionem nullam prætendere poteſt, cùm ea, quæ dubia ſunt, nullam recipiant æſtimationem, *l. 75. ff. de V. O.* Et quomodo igitur læſionem allegare poteſt? Quæ ratio peremptoria eſt.

Præſertim ſecundùm principia ſervandæ tranſactionis, quæ ex moralibus, & politicis hauriuntur. Quia primò contrariatur principijs humanarum actionum, çùm omnibus populis receptum ſit, ne lites voluntariè finitæ reſuſcitentur. 2. Injuſtum eſt (cùm omnis tranſactio fiat per conventionem, *l. 38. C. h.*) *l. 1. ff. de pact.* 3. publicæ privatæque utilitati adverſatur, cùm interſit promovere in ſocietate civili tranquillitatem, litéſque non reſurgere. Nec nefragatur, *l. 3. §. 1. de tranſact.* ubi ſi de fideicommiſſo tranſactum eſt, poteſt nihilominùs tranſigens poſteà conſequi, quanto minùs ex fideicommiſſo conſecutus erat: Id enim fit ideò, quia de controverſiis ex teſtamento deſcendentibus tranſigi non poteſt, niſi inſpectis teſtamenti verbis, *l. 6. h. t.* in caſu autem *d. l.* ex codicillis poſteà repertis, qui tamen pars ſunt teſtamenti, apparuit, majorem quantitatem eſſe relictam, quapropter meritò tranſactione ſuper teſtamento, nondum prolatis Codicillis facta, reſtitutio fideicommiſſi non impeditur.

Se-

Digitized by Google

Secunda ſententia eſt *Bart. Imol. Weſenb. Conſ. 31. n. 13. Heigij p. 2. q. 9. n. 12. Fachin. lib. 2. c. 26. Pinell. ad l. 2. C. de reſc. vend. p. 1. c. 4.* ubi alios complurimos citat, qui putant, diſtinguendum eſſe, an læſio ponderetur ad ipſius rei æſtimationem, quæ in Judicium deducta eſt, qualem hîc nullam agnoſcunt: An verò ad ipſum litis eventum, quòd quis alius alterum tantùm pro dubio litis eventu fuiſſet daturus. Sed quis lites emet? Et hanc opinionem impugnat *Bacch. in not. ad Weſenb. parat. h. t.* Quia illa æſtimatio litis dubij eventûs eſt prorſus incerta, ita ut vix comprehendi etiam ratione poſſe videatur. Sanè mediæ ſententiæ Authoribus, qui inter læſionem enormem & enormiſſimam diſtinguunt, inter quos eſt *Corneus Conſil. 166. & 189. vol. 1.* Rota Romana apud *Jacob. Pute deciſ. 230. lib. 1. Gabriel. lib. comm. opin. de empt. vendit. concl. 5. n. 69. Moz. in tr. de empt. vend. t. quib. cauſ. annul. emp. n. 23. Morla in empor. jur. p. 1. t. 4. q. 5. n. 9.* pluribúsque ab his commemoratis, *&c.* videtur favere textus *in l. 5. verſ. ſanè. Si immodicè læſa. C. de dolo mal.* qui fruſtrà meo judicio ad caſum illum reſtringitur, quo pater filiam dolo ad tranſigendum induxit; nam cùm dolus in omni contractu ſemper intelligatur exceptus, quia conſenſum excludit, ab ea diſpoſitione ad quam quis dolo fuit inductus, *l. & eleganter. 7. in pr. ff. de dolo, quamvis. 2. de pactis. in 6. c. cùm contingat 28. de Jurejurand.* ratio nulla reddi poteſt, quare in *d. l.* præcisè de immodicâ læſione fiat mentio, & non niſi ob enormiſſimam læſionem detur actio, in minori negetur? niſi hæc, quòd dolus in enormiſſimâ læſione præſumatur, *l. 17. § 1. quæ in fraud. Credit.* Imò dolus ex propoſito, & dolus incidens æquiparantur, *in l. ſi cum aliter. 36. ff. de V. O.* licèt id eô ſaltem reſpectu fieri reſpondeant, ſi quis cognito dolo petat ſibi dari, quod promiſſum eſt: Nam ſi dolo filiam in *d. l.* inductam dicimus, cur tantùm in immodicâ, & non etiam in minori læſione ipſi per actionem doli ſuccurritur? Si dolus ille motivum principale eſt dandæ actionis? nimirùm in *d. l.* dolus tantùm incidens eſt, ſivè circumſcriptio realis, quæ magno exceſſu læſionem ultrà dimidium ſuperans intolerabilis eſt. Non habet autem hîc locum beneficium, *l. 2. C. de reſcind. vend.* quia tranſactiones & pacta ſui naturâ ſunt ſtricti juris, *arg. §. 28. Inſt. de action. l. 7. §. 5. & 27. §. 4. de pact.* Sed in ſtricti juris contractibus Conſtitutioni *l. 2. C. de reſc. vend.* non eſt locus. *Zaſius, Caſtrens. Marant. Moz. in tr. de empt. vend. t. quibus cauſ. annull. n. 19.* ideoque actio vel exceptio doli datur. Quæ ſententia æquitati & humanitati omnimodò eſt conformis, ne alter cum alterius damno locupletetur, *Mynſ. 1. obſ. 33. & 6. obſ. 91.* ubi præjudicium Camerale allegat.

Quamvis itaque prima ſententia juri ſcripto convenientior eſſe videatur, prout eam quoque multis argumentis tuetur & illuſtrat *Hunn. in Teutl. de Ædilitio Edict.* & *Harpp. Inſt. lib. 3. §. ult. de empt. vend. n. 165. & ſeqq. per l. ſub. prætextu, 19. & l. 29. C. h. t.* ubi dicitur tranſactionem reſcindi non poſſe prætextu inſtrumentorum noviter repertorum, & per *l. C. de plus petit:* ibi ſervanda eſt tranſactio, etiamſi doloſè plus petitum, nec non per *l. 5. §. 2. & l. 9. §. 1. de jurejur. l. 2. eod. l. 19. C. h. t.* ubi tranſactio comparatur juramento & rei judicatæ, quam ob læſionem non reſcindi, extra dubium eſt; Nihilominùs cum tam inſigni detrimento privati, vix foveri hæc ſententia debet, præſertim ſi circumſtantiæ alicujus vis vel metûs, vel indigentia & ſubtractio alimentorum acceſſerit, aut ſi neceſſaria læſio defuerit informatio, & in dubium jus ipſi antea incognitum ex poſtfacto reveletur, *Mev. p. 4. deciſ. 39.* Atq; reſciſſionem tranſactionis in caſu enormiſſimæ læſionis locum habere tradit quoquè *Carpzov. p. 2. conſt. 34. def. 1.* Nec movet, eſſe tranſactionem ſuper re dubiâ, cujus certa æſtimatio, & læſio dari non poſſit. Nam aliud eſt res debita, aliud jus & cauſa debendi. Scire poſſum, deberi mihi centum, deſtitutus autem eſſe fundamento probandi, ut notat *Joach. Schnobel. ad Syntagm. Adam. Struv. h. t. th. 67. in fine.* **Richter.** *p. 2. dec. 99. n. 54.* ubi etiam adferuntur exceptiones tranſactionis reiteratæ, judicialis, ratificatæ & confirmatæ ex intervallo, nec non præjudicia referuntur. Ad *l. Lucius 78. ff. ad SC. Trebell.* in quâ potiſſimum fundamentum collocant contrariæ ſententiæ aſſertores, reſpondet *Brunneman. in ff. ibidem.* quòd fideicommiſſarius ſciverit vires hæreditatis, ſed ob incertum eventum nihilominùs tranſegerit, ſicque me-

Digitized by Google

meritò tranſactio non potuerit reſcindi. Hanc eandem ſententiam confirmat *Joh. Volck.* Bechman *in Commentar. ad Pandect. h. t. ad. l. 14.* licèt enim lis antè tranſactionem videatur eſſe dubia, tamen poſt tranſactionem poteſt fieri certa, dum ſolidæ probationes contrariæ adferuntur, quibus deindè immodica læſio demonſtratur. Deindè tranſactio & juramentum comparantur non ſpecialiter, & ſecundùm quid, ſed generaliter & ſic, quòd etiam propter enormiſſimam læſionem non poſſit retractari, undè probatio redibit in circulum, hoc enim quæritur. *Valeron. in tr. de tranſact. tit. 6. quæſt. 2. n. 46.* Judicat hanc opinionem in praxi veriorem eſſe, & ſecundùm eam ſæpiſſimè judicatum in Prætorio Pinziano. Quis enim ſuſtineret tranſactionem, quæ in ſe dolum & fraudem habet, id eſt, enormiſſimam læſionem, adeò deteſtabilem? cujus æſtimatio deſumi poteſt ex dubio litis eventu, inſpectis utriusque partis juribus, ac ſi tranſactum non eſſet: Hinc tranſactionem ob læſionem enormiſſimam reſcindi poſſe, tradit *Valeron. d. l. n. 50.* etiamſi jurata eſſet, quia juramentum, interveniente læſione enormiſſimâ, nihil operatur. *Trentacinq. tit. de transact. res. 1. n. 3. Grev. ad Gail. 2. obſ. 70. n. 8. & 9. Cutel. de donat. tra. 2. diſc. 1. ſpec. 23. n. 23. Gratian. diſcept. 788. n. 1. Giurba deciſ. 103. n. 18.* Quod extendit *Valeron. n. 52.* ut procedat etiam hoc in caſu, ubi propoſitâ contrà tranſactionem læſione enormiſſimâ, rurſus ſuper læſione tranſactum eſſet; Si tamen adhuc poſt ſecundam tranſactionem læſio enormiſſima remaneret, cùm eadem adhuc ſubſit reſciſſionis cauſa. *Franchis. deciſ. 243. n. 3. & 4. Faber. ad tit. C. de reſcind. vend. def. 1. & 23. Gratian. diſcept. 824. n. 59. Caſtillo. lib. 4. controv. c. 52. n. 39.* Quænam autem dicatur læſio enormis vel enormiſſima, latè pertractat *Caſtillo. de Tertijs. c. 18. n. 79. & ſeqq.* ubi *n. 85.* tradit, læſionem enormiſſimam eſſe, quæ multùm excedit dimidiam partem, ſed tandem propter differentiſſimas Dd. opiniones *n. 91.* ait, tutiſſimum eſſe Judicis arbitrio & religioni committere, qui inſpectâ perſonarum & rei qualitate, nec non damni ſeu læſionis quantitate, divitiis etiam, conditone, aut paupertate eorum, qui contraxerunt, meliùs definire poſſit, quæ læſio ſit habenda pro enormiſſimâ, quàm ut illud regulâ generali queat terminari, *Mar. Giurba. deciſ. 110. n. 4.*

Ponamus ergò dolum tranſactioni cauſam dediſſe, an tranſactio erit ipſo jure nulla? Notum eſt, quòd dolus dans cauſam contractui, eum ipſo jure vitiet, ſi ſit bonæ fidei, *l. & eleganter 7. de dol. mal. l. 3. §. ult. pro ſoc. l. 36. ff. de V. O.* quia ſcilicet in dolo conſenſus non eſt, aliud namque agitur aliud ſimulatur, *l. 1. §. 2. de dol.* itaque qui propter dolum conſentit, conditionaliter tantùm præbet conſenſum, ſi verum eſt illud, propter quod ad contrahendum inducitur. Sed in contractibus ſtricti juris, licèt ex dolo & falsâ causâ ad eos quis inducatur, tamen illa cauſa eſt extra contractum, nec venit in conſiderationem, quia in his nón eſt tam ampla interpretatio ex æquo & bono, nec quicquam attenditur, niſi de quo eſt præciſè conventum, *l. 99. in pr. l. 126. §. 2. de V. O.* Quia igitur tranſactionem ſtricti juris eſſe modò, ſuprà dictum eſt, ex eo ſpontè conſequitur, tranſactiones, quibus dolus cauſam dedit, non eſſe ipſo jure nullas. Ne tamen decipiens ex fraude ſuâ conſequatur lucrum, actione vel exceptione doli decepto ſuccurritur, *l. 4. & l. 19. C. h. t. l. dolo. 5. C. de inutil. ſtip. l. 22. & l. 36. de V. O.* aliter paulò iſtud dubium explicat *Beſold. in delib. Jur. ex lib. 4. Pand. t. 2. n. 5.* Non obſtat traditis *l. 65. §. 1. de condict. indeb.* ubi dicitur, tranſactio eſſe nulla, quia res datæ repeti poſſunt: nam in *d. l.* agitur de eo, qui per evidentem calumniam & vexandi adverſarij causâ, cùm ſciret ſibi nil quidquam ab eo deberi, actionem intentavit, vel litem minatus eſt, poſteáque per Dolum ad tranſigendum induxit, ideò meritò illic tranſactio imperfecta dicitur, ut peſſimis machinationibus occurratur. Præſertim, quia non tacita, ſed evidens calumnia illic interceſſiſſe dicitur. 28

Ponamus & alterum caſum, dolo quempiam ad juramentum fuiſſe inductum, & tamen juratò tranſegiſſe, an nondum impetratâ abſolutione à tranſactione ei recedere liceat? negamus ex jure Canonico & civili; de illo certa res eſt. De hoc multi dubitant. Sed quia in *auth. ſacramenta puberum*, juramentum nonniſi oppoſitivè ad juramentum liberè præſtitum, nullius momenti eſſe dicitur, ideò ex *pr. d. auth.* ſatis apparet, juramentum inviolabiliter eſſe ſervandum, aliàs ſinè abſolutione jurans face- 29

Digitized by Google

facere cogitur, quod promiſit, quia juramentum ſemper producit obligationem religionis ad honorem nominis Divini. *Carpzov. p. 2. Conſt. 35. Lugo. de Juſt. & jur. diſp. 22. ſect. 8. n. 194.*

30 Illa etiam meritò hîc examinatur quæſtio: An minorennis juratò tranſigens uti tamen poſſit beneficio, *l. 2. C. de reſc. vend.* ſi enormiſſimè ſit læſus? non deſunt, qui affirmativè reſpondent, ex ratione, quòd jusjurandum non corrigat imbecillitatem conſilii, nec faciat, ut propter hoc ſolum, quod juravit, prudentior & conſultior effectus eſſe videatur, *arg. l. ult. de manum. vind. Carpzov. p. 2. Conſtit. 35. def. 2.* Ideoque *Cyn. & Salycet. ad d. l. 2.* defendunt, quòd minor tantùm juraſſe videatur ſuper remedio reſtitutionis, quod ipſi beneficio ætatis indultum eſt, ut propterea alia remedia, etiam majoribus conceſſa, non ſint ipſi deneganda. Si enim juramento etiam hoc remedium præcluderetur, malè conſultum eſſet minoribus, qui eâdem debilitate ad jurandum inducuntur, quâ ad contrahendum inducti fuerunt. Et quia dolus in enormiſſimâ læſione præſumitur, ſecundùm *Gail. 2. obſ. 142.* ex eo non debet alter cum jacturâ minoris locupletari. Contractus enim, in quo intervenit injuſtitia, etiam adhibito juramento fert ſecum obligationem resarciendi injuriam, atque adeò reſcindendi contractum ut docet *Lugo de Juſt. diſp. 22. ſect. 8. n. 203.* nec enim jusjurandum eſt vinculum iniquitatis, vel impedit injuſtitiæ correctionem. Igitur minor enormiſſimè læſus, non obſtante juramento, à quo tamen abſolutionem petere debet, contractum propter injuſtitiam reſcindere poteſt, enormiter ſaltem, non poteſt, ſuprà *h. t. n. 23. Gail. 2. obſ. 41.* Quia hoc in caſu, quando ſcilicet minor enormiter ſaltē læditur, nō tàm conceditur ipſi reſtitutio ex capite injuſtitiæ, vel injuriæ, qualis propter utilitatem publicam hîc non conſideratur: ſed ſalten propter ætatem minorennem & fragilem reſtitutio datur, quæ per juramentum non tollitur, *Auth. ſacramenta puberum. c. cùm contingat. de jurejur. Lugo. d. l.* Ideò quod in *d. c. contingat.* dicitur juramentum ſervandum eſſe, ſi non vergat ejus obſervatio in diſpendium ſalutis: de illis eſt accipiendum, quæ contractui adjiciuntur, in quo injuſtitia nulla verſatur. Dices fortè minorem nunquam reſtitui, niſi ſit læſus, ſicque in contractu verſetur injuſtitia? Fateor quidem, ſed illa injuria non niſi propter qualitatem minorennitatis, & quidem jure ſingulari, à lege civili conſideratur. In majorenni ne quidem attenditur. Minus obſtat, quòd juramentum tanquam acceſſorium ſubſequatur naturam contractûs, cui adjicitur, recipiátque omnes tacitas conditiones, quas alioqui contractus juramento non adhibito reciperet. *Speidel. in Specul. obſerv.* Ayd. non enim habet hoc transactio ex natura ſua & jure communi, vel ex capite injuſtitiæ, quod reſcindi ultra dimidium poſſit, ſed ſingulare tantùm jus minorum, id eſt, ex commiſeratione illis præ majoribus datum, quod ideò in caſu enormis læſionis per juramentum, ad quod majori cum deliberatione acceditur, eò facilius iterùm auffertur. Sanè in praxi minorem ultrà dimidium læſum reſtitui æquum & humanum eſt, *Carpzov. ſuprà d. l.* quæ res etiam hoc fundamentum habere poteſt, quòd læſio ultrà dimidium in majoribus quoque conſideratur, & ſolus caſus transactionis exceptus facere non poteſt, ut *remed. l. 2. C. de reſc. vend.* ſolis minoribus jure ſingulari competere videatur. Non poſſum hîc omittere, quod tradit *Gregor. Tholoſ. lib. 35. c. 24. n. 21. de reſcind. vend.* jurantem non contravenire contractui, non habere beneficium, *l. 2. C. de reſc. vend.* ad reſciſſionem contractûs. Quia tamen juramentum ſit contractûs confirmatio, non poſſe iſtam confirmationem impedire, quò minùs agat, ad ſupplementum. Quod in medium relinquo. Certè involuta hæc eſt circa juramenta materia, & variantes Authorum ſententiæ.

Sed in viam redeamus de perſonis, quæ transigere poſſunt. Nemo ob mor- 31
bum corporis transigere prohibetur, dummodò mente ſanus ſit, *l. 27. C. h. t.* nam interdùm morbus uſque ad animum penetrat, mentémque afficit, quo caſu *Ulpianus* docet, conſentire eum non poſſe, qui ſentire non poteſt, *l. 8. ff. de opt. leg. l. 1. §. 9. de ædil. edict.* Nec muti, ſurdi, abſentes à tranſactione per pactum celebranda excluduntur, *l. 2. de pactis* nam ſtipulari has perſonas non poſſe, nimis quàm certum eſt, *l. 1. de V. O.*

Porrò non tantùm ſuo nomine tranſigere licet, ſed etiam alieno, puto procura-

32 ratorio. Et de *Procuratore* in rem ſuam, vel qui ſpeciale mandatum habet ad tranſigendum, res non eſt dubia, *l. 17. in fin. de jurejur.* & magis in cauſâ propriâ, quàm alienâ videtur transigere, *l. 19. C.*
33 *de Procur.* Sed Procurator ad agendum vel defendendum, licèt ſimpliciter aut generaliter conſtitutus, transigere non poteſt, *l. mandato. 60. de Procur.* & ibi *Baro.* niſi litis quoque deciſio ſpecialiter ei ſit mandata, *l. 7. C. h. t. qui ad agendum, de Procurator. in 6.* quibus etiam actores ſeu
34 Syndicos & adminiſtratores defenſoreſque civitatis, municipij, aut collegij, accenſeo, quòd ſcilicet transigere poſſint, modò bonâ fide & non ambitiosè id faciant. *Nicol. Loſæus. de jur. univerſ. lib. 1. c. 3. n. 117. & ſeqq. l. 34. de jurejur.* qui tamen textus de juramento litis deciſorio tantùm loquitur; Et aliàs Syndicus transigere poteſt, *l. 12. C. h. t. l. 14. de pactis.* quia mandatum cum liberâ habere videtur, *Gail. 2. obſ. 72.* Idem tamen, ut & Prælatus, Antiſtes Eccleſiæ res immobiles non aliter tranſigendo poſſunt alienare, quàm cum conſenſu Magiſtratûs, *l. 12. C. h. t.* aut Eccleſiæ, & ſolennitatibus adhibitis, *c. 5. de rebus Eccleſ. non alienand. Gail. 2. obſ. 72.* At verò Procurator, cui generaliter libera omnium bonorum adminiſtratio commiſſa eſt, transigere, aliáque omnia facere audacter poteſt, quæ dominus ipſe faceret, ſi præſens eſſet, *l. Procurator. 58. & ſeqq. de Procur. l. 12. de pact. l. 17. §. ult. de jurejur. c. 4. de Procur. in 6.* neque ullam inter procuratorem univerſorum bonorum, & cum liberâ, facimus diſtinctionem, quam commentitiam appellant. *Duaren. ad d. l. 1. §. 20. de acq. poſſ. Donell. 4. comment. 15. Vaud. 1. quæſt. 47.* quid enim intereſt ſimpliciter alicui ſit mandata univerſorum bonorum adminiſtratio, an cum liberâ? neutri plus licet, quàm alteri, *Vinn. Inſtit. 2. t. 1. §. 42.* Diſtinguendum ſcilicet eſt, inter Procuratorem litis & bonorum. Ille ſive generalis ſit, ſive ſpecialis, non poteſt transigere, quia datus eſt ad alium finem, ad agendum nempè, non ad decidendum, *l. 7. C. h. t. l. 60. de Procur.* niſi ſpecialiter hoc ipſi ſit mandatum.

Hic vel eſt omnium bonorum generalis, & transigere non prohibetur, *d. l. 58. de Procur. l. 60. & 63. eod. l. 60. §. 4. ff. mandat.* vel ſpecialis, & transigere nequit, niſi ad hoc habeat mandatum ſpeciale, vel ſit Procurator in rem ſuam, ſeu ceſſionarius. Jure tamen Canonico prodita eſt diſtinctio inter Procuratorem ſimpliciter omnium bonorum, & Procuratorem cum liberâ, *per c. 4. de Procur. in 6.* quam ferè in praxi ſequimur. *Gail. 2. obſ. 72.*

Cavendum eſt Procuratori, ne tranſigat, quando paratas habet probationes, aut pro modico nimis Domini jus remittat, quod non adminiſtrare eſſet, ſed profundere & diſſipare, *l. 7. de donat.* non enim 35
habet hanc poteſtatem transigendi ſimpliciter & rectâ, ſed quaſi in ſubſidium, ut in caſu tantùm neceſſitatis transigere & jusjurandum deferre poſſit. Sícque limitandi & explicandi ſunt textus, qui videntur obloqui, ut *l. 60. de Procur. l. 28. §. 2. de pact. l. 22. C. eod. l. 12. C. h. t. l. 35. de jurejur. l. 46. §. ult. de adminiſt. tut.* quòd ſcilicet Procuratoribus transigere non liceat, niſi ob incertitudinem rei ipſa utilitas domini hoc expoſcere videatur.

Et ita etiam transigendi jus *tutoribus* conceſſum, in *l. 54. §. ult. & l. 56. de furt.* 36
limitatur & reſtringitur *l. 46. §. ult. de adminiſt. tut.* quia tutores & Curatores regulariter transigere non poſſunt, niſi ob rei incertitudinem, & ubi de juſtitia pupilli dubitatur plurimùm *l. 54. § fin. l. 56. §. 4. de furt. l. 12. C. h. t.* quo caſu; ſi tranſactio fiat de re immobili, præter voluntatem eorum decretum Magiſtratûs intervenire debet, *l. 4. C. præd. min. t. t. de rebus eorum, qui ſub tutel.* Planè mandatum cum liberâ in caſu reaſſumendæ litis non æquiparari mandato ſpeciali, *arg. l. 25. §. 5. de acquir.* tradit. *Carpzov. conſtit. 17. def. 41.* Procurator Cæſaris in conſulto Principe nullo modo transigere poteſt, *l. 13. h. t.* nec Prælatus in præjudicium Eccleſiæ, *c. 2. de donat.*

Quid ſi Procurator, cui id non licet, de facto tamen tranſegerit, an hoc domino nocebit? nequaquam, quia mandati fines eſt egreſſus, *l. 10. C. de Procur. l. 5. in pr. ff. mand. l. 7. C. h. t.*

Itaque ſi de juſtitiâ cauſæ pupillorum dubitatur, id eſt, ubi dubius & incertus litis exitus aliquid accipere, vel remittere ſuadet potiùs, quàm de toto periculum facere, etiam tutorum tranſactionem valere, extra dubium eſt, *Gail. 2. obſ. 72. n. 9. l.*

*Lu-*

Digitized by Google

*Lucius. 48. §. ult. de adminiſt. tut.* non aliter tamen, quàm ſi jus ſit obſcurum, & valdè dubium, non diminuendi, ſed decidendi causâ, *l. 35. de jurejur.* vel ſi ſumptus exceſſuri ſint ipſius debiti quantitatem. Tunc enim hoc in caſu plus tutores habent, quibus pleniſſima adminiſtratio à lege aut Magiſtratu conceſſa eſt, quàm reliqui Procuratores. Inſupérque decreto Judicis opus eſt, ſi res, quæ tranſactionis causâ in alium eſt transferenda, ex earum ſit numero, quæ recenſentur, *in l. 22. C. de adminiſtr. tut. per l. 22. & l. 4. C. d. præd. & al. reb. min.* imò, ſi tutor ſaltem remittit actionem pro re immobili, decretum Judicis requirunt. *Bl.* & *Caſtro in l. 12. C. h. t.* aliud in patre receptum, qui tranſigere poteſt, ſinè decreto, ſecundùm *Dd. in l. ult. C. de bon. quæ lib.* Si tamen plenè ſibi conſulere tutores volunt, in omni tranſactione decretum Judicis adhibeant, neceſsè eſt, ut lites evitent.

37 De rebus extranei alicujus ſine mandato nemo tranſigere poteſt, ita nec pater de rebus filij emancipati, *l. 10. h. t.* qui ſcilicet extranei loco habetur, *§. 3. Inſtit. de hæred. qual. & diff.* idem jus eſt de filiofamiliâs ratione peculij caſtrenſis & quaſi caſtrenſis, vel etiam adventitij, in quo parens uſumfructum non habet, *Nov. 117. cap. 1.* De adventitijs, in quibus uſumfructum habet, tranſigere poteſt: quia legitima adminiſtratio eorum etiam competit patri, *l. ult. C. de bon. quæ lib.* Cur igitur non idem hîc concederetur patri, quod tutori permittitur? ſic tamen, ut ſi filius juſtæ ſit ætatis, ejus etiam conſenſus in decidendâ lite adhibeatur, *d. l. ult. §. 3.* ut fruſtrà hîc diſſentiant, *Cujac. Pac.* & *Pinell.* cùm etiam Pater ex juſta causâ res adventitias alienare poſſit, *l. 8. §. ſin. autem æs alienum. 4. C. de bon. quæ lib.* & nullius momenti eſt ratio, *Treutl.* & *Zaſ.* quòd uſufructuario non liceat intervertere proprietatem: nam pater non tranſigit, ut uſufructuarius, ſed ut adminiſtrator, & tranſactio potiùs ad rem conſervandam,

38 quàm perdendam ſpectat. Addo, quòd ſolvens ei, quem mandatum habere probabili ratione poterat credere, qui ſcilicet paſſim habeatur, pro Creditoris procuratore, licèt non ſit, liberetur, *Maſcard. concl. 649. n. 28. Mev. p. 5. deciſ. 174.*

39 De Vaſallo, an ſine conſenſu domini ſuper re feudali tranſigere poſsit, quæritur? quidam affirmant eo caſu, ſi rem feudalem retineat, aut ab alio poſſeſſam recipiat, aliâ quâpiam re adverſario ſuo datâ vel promiſſâ. Sed ita res feudalis non alienatur, nec aliquid fit in præjudicium domini, cùm tamen *in c. 26. ſi de feud. defunct. controverſ. ſit inter dom. & Agnat. lib. 2.* expreſsè permittatur vaſallo tranſigere cum adverſario, etiam in præjudicium domini, & ſinè ejus conſenſu, non modò ſi agat vaſallus, ſed etiam ſi conveniatur. Ex quo fundamento etiam non poteſt conſiſtere diſtinctio eorum, qui putant, ſi Vaſallus ipſi poſsideat feudum, non poſſe neque totum, neque partem in alterum transferre: ab alio verò poſſeſſum rectè rectè relinquere poſſeſſori. *Tiraq. de retract. gentil. t. 1. §. 1. gl. 14. n. 66. Clar. §. fundum. q. 38. Borchold. de feud. c. 8. n. 44. Ritterſhuſ. de feud. p. 2. lib. 2. q. 17. c. 2.* Sic enim conventus nihil poſſet unquam facere in præjudicium domini, contra dictos textus. Quamobrem rectiùs fortaſsis illi ſentiunt, qui poteſtatem de feudo tranſigendi vaſallo ſimpliciter concedunt, dummodò tranſigat bonâ fide & ſinè colluſione: rejectâ etiam illâ aliorum diſtinctione, utrùm tranſactio, cum alio convaſallo, an cum planè extraneo interponatur, *Curt. de feud. p. 4. cauſ. 41. q. 7. Zaſ. p. 9. de feud. alien. Hahn. in notis ad Parat. Weſenb. h. t. n. 4.* Finckelth. *de feud. diſp. 9. th. 13. Struv. ſyntagm. feud. c. 12. aph. 8. Vultei. lib. 1. c. 10. n. 153.* ubi quærit, an tranſactione per parentes poſſit præjudicari filiis? puto rectè diſtinguere *Knipſchild. de fideicommiſſ. famil. nobil. c. 11. n. 95.* quòd tranſactio tantùm præjudicet vaſallo, non etiam domino vel reliquis agnatis. Sicut etiam venditio rei alienæ vel oppingoratio rata eſt quoad contrahentes, ſed domino rei non præjudicat, *l. 28. de contrah. empt. l. 24. & t. t. C. ſi res ad pign. dat.* nec aliud ex citato textu feudali poteſt evinci. Suadendum tamen eſſe omnibus modis vaſallo arbitror, ut nihil hîc illorum amittat, quæ domino feudi fortaſſis cupidæ feloniæ poſſint occaſionem præbere, ne tranſactione litem non finiat, ſed inſtauret, præſertim cùm dominus feudalis, pro intereſſe ſuo liti aſſiſtere, vaſallúmque defendere teneatur, ſi fuerit conventus ab extraneo, qui feudum pro allodio vellet vindicare: ut extra caſus à

Dd. diſtinguentibus relatos vix alius detur, quo domino planè invito, & jura ſua non negligenti, à vaſallo fidelitatem & reſpectum obſervante, abſolutè poſſit præjudicari, adeòque praxis noſtra hodierna id vix admittit.

40 Materia ſivè objectum transactionis eſt res dubia & lis incerta, *l. 1. ff. h. t. l. 2. C. eod.* vel etiam metus futuræ litis, *d. l. 2.* Et ita nonnulli accipiunt, quod dicitur *in l. 65. §. 1. de condict. indeb.* quod transactionis nomine datur, licèt nulla res media fuerit (id eſt nulla adhuc lis) non repeti-

41 tur. Sed meliùs alij, cum *Accurſ.* verbo *rei* debitum intelligunt, quaſi JCt. dixiſſet licèt nullum debitum fuerit, dummodò lis fuerit, aut timor futuræ litis, non repetitur tanquam indebitum quod transactionis causâ datum eſt, *l. 2. C. de condict. indeb. l. ſi non 6. C. de juris & fact. ignor. l. 11. C. de num. pec.* quippè cùm non minor ſit vis transactionis, quàm rei judicatæ, *l. non minorem. C. h. t.* quod verò ex causâ judicati ſolutum eſt, jure condictionis repeti non poteſt, *l. 1. C. de condict. indeb. l. 29. §. pen. ff. mand.* Nec obſtat. *l. ſi. certa. 31. C. h. t.* nam ibi corpus quidem certum fuit, ut *in l. 75. de V. O.* ſed de illo certo corpore, cui illud competeret, controverſia extitit. Et in *l. 2. h. t.* non proponitur ſuper re transactum: ſed transactionis causâ certa ſumma pecuniæ cauta & promiſſa, *Zæs. ad h. t. n. 15.* negat ex aliâ causâ res dubias ponere materiam transactionis, quàm pro-

42 pter litem. Sed profectò ſufficit, ſi res dubia tantùm ſit & incerta, licèt neque moveatur lis, neque metuatur. Pater id ex *l. 1. C. de pactis. l. 11. C. h. t.* ubi ſpes fideicommiſſi propter incertum eventum modico præſente accepto remittitur. Idem eſt, ſi cui uſusfructus relictus ſit, aut ſalarium annuum homini honeſtioris loci, quia incertum vitæ tempus, rem aut quantitatem incertam facit, *l. cum 11. 8. l. ſi in annos. 23. ff. h. t.* eâdem ratione de alimentis relictis liceret transigere, quoniam neſcitur, quamdiu alimentarius victurus ſit, niſi alia ratio in contrarium moviſſet, in *l. 8. pr. h. t.*

43 Igitur etiam valet transactio ſuper dubiâ ſtatûs quæſtione, *l. ult. C. h. t.* ubi transactio admittitur in cauſa liberali etiam contrà libertatem; ſed nimirum illa transactio non interponitur inter dominum & ſervum, ſed inter dominum & eum, qui ſervum in libertatem aſſerebat, ut deſiſtat. Si enim transactionem inter dominum & ſervum ita fieri ſtatuimus, ut ille ſervus maneat, talis transactio conſiſtere nequit: quoniam, quod in transactione requiritur, nihil ſervo, quod ejus proprium fiat, dari poteſt, *l. 13. C. h. t. l. 10. §. 1. de acq. rerum dom.* transactio autem nullo dato vel retento non procedit, *l. 38. C. eod.* Quòd ſi ſervus transigat cum domino, non quidem ut liber fiat, quod pactione effici non poteſt, *l. 6. C. de ingen. manum.* ſed ne ampliùs de libertate ei controverſia moveatur, hoc caſu valet transactio, & ſervus quæſitâ aliunde pecuniâ domino poteſt aliquid dare, *l. 53. ff. de jud. l. 4. de manum. §. 3. Inſtit. de noxal. act.* adeòque ſtante dubio de ſtatu dominum cum ſervo transigentem obligari, non eſt contrà *l. 13. in fin. C. h. t.* licèt is, qui ſe dominum dicebat, verè ſit dominus. Nec tamen in primo caſu, *l. ult. C. h.* quando transactio eſt facta, ut ſit ſervus, jus aſſerendi ſe in libertatem præciditur, ſed eo redacto ad certitudinem, reſcinditur transactio, vel favore libertatis, quæ eſt inæſtimabilis, nulla declaratur, cùm non poſſit hæc transactio aliarum jure cenſeri. Et *Juſtin. in l. 1. C. de aſſert. tollend.* ſaltem aſſertoris difficultatem, non etiam proclamationem in libertatem ſuſtulit.

Movetur etiam hîc controverſia, an 44
in causâ *ſtatûs monaſtici* transigere liceat, ut ad monaſterium reverti quis non cogatur? Canoniſtæ plerique negativam tuentur, quòd cauſa hæc ſpiritualis ſit, & dari pecunia citra ſimoniam non poſſit, *c. ſuper eo &c. fin. de ſimon.* adeoque decretum Epiſcopi deſiderant, *Dd. in l. ult. C. h. t.* ſed quia de dubiâ ſtatûs monaſtici quæſtione hîc tractatur, quando ſcilicet adhuc incertum eſt, an ſit monachus, an verò non, cur transactio impediatur non video, cùm ſuperior ratio in re certâ & liquidâ tantùm inveniat locum. In transactione ſuper *cau-* 45
*sâ matrimonali* communiter eſt approbata diſtinctio, an pro, an contra conjugium ſit interpoſita, ut illo caſu teneat, hoc improbetur, propter indiſſolubile vinculum matrimonij, *c. fin. & ibi Dd. h. t. c. anquod &c. quos DEUS. 33. q. 2. Gail. 2. obſ. 94. n. 14.* nec enim pecuniam uxori dare marito licet, ne matrimonia videantur eſſe venalia.

An

Digitized by Google

46 An etiam poſt concluſionem cauſæ transigi poſſit? Ita rectè dici videtur, etiam immediatè antè ſententiam, cùm ſit adhuc dubius litis eventus. *Dd. ad. l. ſi cauſa. 32. C. h. t.* & res nondum liquida, *vide ſuprà n. 4. & 19.* Sed poſt rem judicatam, ſive de eo negotio, de quo nullum dubium eſt, nulla lis vel metus litis, transactio nullius momenti eſt, *d. l. 32.*
47 quæ fruſtrà objicitur in contrarium, vel emendatur à Donello pro *ſi non* legendo, *quia*, nihil enim aliud dicit textus in verbis: *Si non aquilianâ ſtipulatione & acceptilatione ſubſecutâ competentem tibi actionem peremiſti*, quàm quòd res etiam liquida & certa per aquilianam ſtipulationem remitti poſſit, non autem per transactionem, ut rectè eum locum intelligunt, *poſt Accurſ. Salicet. & Jaſon.* poteſt enim aquiliana ſtipulatio & acceptilatio donandi causâ fieri, *l. 18. §. 1. de acceptil.* Ideò *Paulus. 1. ſent. §. ult.* ait: pactum poſt rem judicatam, niſi donationis causâ interponatur, non eſt ſervandum. Ut autem transactio poſt rem judicatam interpoſita intelligatur, neceſſe eſt, ut ſententia jure ſubſiſtat, & lata nimirum ſit à competenti
48 Judice, contineat vel condemnationem vel abſolutionem, pronunciata ſit causâ cognitâ, nec lata ſit contra leges vel Conſtitutiones, *l. 2. C. quando provocar. non eſt neceſſ.* Nec ritè latam eſſe ſufficit, ſed & debet transiiſſe in rem judicatam. Nam ſi ab eâ appellatum eſt, vel impetrata reviſio, vel ſi vocetur in dubium, an ſententia valeat? *l. 11. ff. h. t. l. 23. §. 1. de condict. indeb.* adhuc transactio fieri poteſt. Et quamdiu poſt ſententiam, in perſonâ minorum, durat reſtitutio in integrum, tàm diu transactioni locus eſt, *l. 32. C. h. t. l. 42. ff. de minor. l. un. C. in integr. reſtit. poſt. ne quid. nov.* Si tamen cauſa reſtitutionis altiorem deſideret indaginem, æquum eſt, ut victore idoneè cavente, ſe redditurum, ſi alter in causâ reſtitutionis vincat, interim ſententia executioni mandetur, *c. ſuſcitata. 10. h. t. Mynſ. 1. obſ. 48. & 6. obſ. 80.*

49 Idem, quod de re judicatâ, ſtatuimus in inſtrumentis Quarentigiatis, cum *Bart. Bald. Buſ. in l. 7. n. 6. h. t.* quia talia Inſtrumenta inſtar rei judicatæ, certa ſunt. Vel ſi res jurejurando fuerit deciſa, *l. 1. & 2. de jurejur.* vel reus fuerit judicialiter confeſſus, *l. 1. de confeſſis.* niſi fortè confeſſio per errorem facta, ſit *l. 2. eod.*

Speciale quid eſt in *negotiis teſtamentariis*, in quibus non aliter licet transigere quàm inſpectis cognitiſque teſtamenti verbis, *l. 6. ff. h. t. l. 1. §. quemadm. teſtam. aper.* ſive teſtamentum illud ſcriptum fuerit, ſive nuncupativum. Id enim ità ſtatutum eſt, odio teſtamenta occultantinm, & indè lucra captantium, cùm multi medico præſente contenti, magna relicta, utpotè inexpectatò obvenientia, facilè repudient, *l. 8. in pr. h. t.* sicque ſupremæ hominum voluntates per copioſas transactiones circumveniantur. Nec huic inſpectioni verborum teſtamenti renuntiari poteſt, *arg. d. l. 6. junct. l. 7. §. 14. de pact.* niſi renunciatio ſit jurata, quæ jure Canonico ſervanda eſt, *Vinn. de transact. c. 5. n. 8. 9. Rol. à Valle. l. 1. conſ. 19.* eandem inſpectionem in codicillis & teſtamentò nuncupativo in ſcripturam redacto requirimus ex pari ratione. *Molin. de Juſt. & Jur. tom. 2. tr. Diſp. 557.* Si vero hoc in ſcripturam redactum non fuerit, non poteſt de controverſiis indè deſcendentibus transigi, niſi conſtet ex teſtium examine quid teſtamento ſit diſpoſitum. *Carpzov. lib. 2. tr. 2. reſp. 13. n. 1. & ſeq. Vinn. d. l. c. 5. n. 6.* Ideò nec Judici, niſi inſpectis teſtamenti verbis, pronunciare licet, *l. 1. §. 1. quemadm. teſt. aper.* fatuus enim eſt ille Judex, qui ſententiam fert, non inſpecto teſtamento, à quo tota vis cauſæ & intentionis dependet; undè promanavit cautela tradita à *Gail. 2. obſ. 139. n. 10.* Et hinc quoque, ut modò dictum, transigentes iſti inſpectioni renunciare nequeunt, quia legi prohibenti aliquid fieri, aut quid requirenti ad actûs alicuius ſubſtantiam renunciare non licet, *l. 5. de ll. l. 6. C. de pact.* & aliud exigit odium occultantium teſtamenta, & favor publicus, *l. 1. C. de SS. Eccl.* húcque accommodari poſſunt ea, quibus Dd. probant, filiumfamilias non poſſe renuntiare *SC. Maced. ex l. 40. de condict indeb. Menoch. de arbitr. Jud. caſ. 170.* proinde nec jurata renunciatio valere videtur, quia cederet in præjudicium teſtatoris, cujus voluntas everteretur. Sed vix ſubſiſtit iſta ratio, quia cauſa, ob quam transactio de rebus teſtamento relictis improbatur, tota eſt juris poſitivi, neque naturam aut pie-

Mmm 3

Digitized by Google

pietatem offendit celebrata de ijs tranſactio : Idcircò juramentum, quod nihil iniquitatis aut impietatis continet, meritò eſt obſervandum, *c. inter cætera. 22. q. 3. c. contingat. x. de jurejur. Mantic. de tac. & amb. conuent. lib. 26. t. 2. n. 30. Borchold tr. de transact. c. 3. n. 21. & Dd. communiter. Sande, lib. 4. t. 5. def. 15.* Cæterùm pactio gratuita admittitur, etiam non inſpectis verbis teſtamenti, *arg. d. l. 6. h. t. Vinn. d. c. 5. n. ult. Struv. in Syntagm. jur. h. t. n. 57.* non obſtante *l. 3. §. 1. l. 9. §. ult. h. l. 35. ff. de pact. Hahn. in Weſenbec. h. t. n. 5.*

52 Quæſtio de *alimentis* diſtinctione inter præterita & futura dirimitur, ut de illis tranſigere liceat, de his non item ſine Decreto Prætoris vel Præſidis per *l. 8. §. 11. ff. & l. 8. C. de transact.* vel ſi melior alimentarii reddatur conditio *l. 8. §. 6. ff. h. t.* ratio differentiæ eſt, quia ex præteritorum tranſactione nullum alimentario periculum provenire poteſt, ſicut ex futurorum, nec illa ampliùs ſe habent ut alimenta, poſtquam vita aliundè tempore præterito eſt ſuſtentata. In futuris verò tranſactio propterea prohibetur, quia cum hominibus exiguæ fortunæ plerumque alimẽta relinquantur, qui neglectis futuris, & modicâ præſẽti præcuniâ contenti, facilè tranſigunt, per tranſactionem alimenta intercipi & relinquentis pia intentio inanis atque irrita fieri poſſit, qui voluiſſe videtur alimentario potiùs particulatim alimenta relicta, quàm ſummam pecuniæ præſtari, ne hâc mox conſũptâ eſurire cogatur; Ideò præciſè Prætoris vel Præſidis decretum requiritur, *dd. ll.* ex quibus patet, quòd arbitri compromiſſarij cogniti non ſufficiat. Nam inepta eſt quorundam collectio; Arbitria ſunt adinſtar Judiciorum redacta, *l. 1. de recep. arbitr.* ergò arbitri poſſunt hîc cognoſcere. Siquidem fruſtra hîc etiam Judicem dat Prætor, & arbitrium cum ſententiâ ſaltem vel in modo procedendi, vel quòd litem quoque finiat, comparatur. Quòd ſi alicui locupleti alimenta relicta proponantur, etiam id teſtator fortè cogitavit, quòd fieri poſſit, ut facultatibus exuatur, *Vinn. tr. de transact. c. 6.* ubi explicat pulchrè, quid appellatione alimentorum contineatur.

Iſta autem prohibitio tranſactionis non pertinet ad *alimenta contractu conſtituta l. 8. §. 2. ff. de transact.* Ratio diffe- 53
rentiæ peti poteſt à favore ultimæ & enixæ voluntatis defuncti, alimentario conſultum cupientis. Noluit enim certam ſummam relinquere, ne eâ conſumptâ alimentarius egeat. Sed in contractibus ſibi quiſque cautiùs proſpicit, & ex proviſione propria habet alimenta, ideò nihil fit hîc contra mentem contrahentium, quia ut obligationem poſuerunt, ita eandem diſſolvere, poſſunt *l. nihil tam naturale. 35. ff. de reg. jure.* quid ergò juris eſt, ſi alimentarius tranſigens juratò renuntiat inſpectioni tabularum? Nimirum quia tranſactio merâ lege civili improbatur, jurata tranſactio valet, & ipſe actus juramento confirmatur. *Natta in c. quamvis n. 72.* omne ſiquidem juramentum jure Canonico eſt validum, quod ſine diſpendio ſalutis ſervari poteſt, *d. c. quamvis de pact. in 6. Zæſ. h. t. n. 19.* Quamvis autem tranſigere de alimentis 54
non liceat, paciſci tamen nemo prohibetur, cùm cuilibet liberum ſit, quod ſibi relictum eſt, repudiare. Nullibi enim iſta pactio prohibetur, & teſtatoris voluntas conſervari non debet, niſi illi, qui ejus liberalitatem amplectitur, non qui contemnit & repudiat. In eos enim duntaxat caſus leges providere ſolent, in quos proclivior eſt exceſſus, *l. 4. §. 1. ff. ad S. C. Vell. pr. Inſtit. quib. alienar. licet.* nemo autem facilè remittit gratis, *l. cum indebito. 25. de probat. l. ſi quis. 11. de novat.* & quia ideò prohibita eſt tranſactio, ne alimentarius decipiatur, quis eum, qui ultrò remittit, deceptum eſſe dicet?

Tranſactionis etiam objectum eſt cri- 55
men capitale, *l. 18. h. t.* nam quamvis nulla tranſactio, nullum pactum ſit, niſi de rè familiari, & quam quiſque, ut ad ſe pertinentem, remittere poteſt, *l. 7. §. ſi paciſcar. 14. de pact.* tamen hîc etiam miſerationis ratione & intuitu, quædam ſpecies & imago tranſactionis admiſſa eſt, ſic tamen, ut juri & perſecutioni publicæ nihil per hanc præjudicetur, niſi interceſſerit abolitio. Nec habetur reus tranſigens pro 56
confeſſo, quia magis territus gravitate & magnitudine periculi, ſalutiſque & vitæ ſuæ redimendæ gratiâ, ob dubium Judicij eventum, quàm conſcientiâ ſceleris tranſegiſſe videtur. Et per conſequentiam actor quoque non incidit in pœnam talionis aut SC. Turpilianum, ſi ab accuſatione deſiſtit,

Digitized by Google

ſiſtit, *l. 3. §. ult. & l. ult. de prævar.* aliàs enim hoc beneficium reo inutile foret, nunquam tranſacturo actore, ſi pœnam il-
57 lam ſibi ſciret ſubeundam. Sed de crimine non capitali tranſigens vel paciſcens pro victo habetur, *l. ult. de prævar. Hahn. in Weſenbec. h. t. n. 5.*

De tempore quæritur; utrùm omni tempore, id eſt, antè & poſt inſtitutam accuſationem tranſigere liceat? De perſona rei nullum eſt dubium. De accuſatore in contrarium moveor, ſi accuſationem minatus, non gratis, ſed acceptâ pecuniâ deſiſtit. Procul dubio enim propter minas de accuſando incidit in crimen concuſſionis, *l. 2. ff. de concuſſ.* & cùm ratio miſerationis defendat hanc tranſactionem, *l. 1. de bonis eorum, qui ante ſentent.* reſpectu accuſatoris nulla eſt, quo tempore liberam adhuc poteſtatem habet, accuſandi & non accuſandi, neque in crimen ſubſcripſit. Dices: Semper accuſatorem de crimine tranſigentem incidere in pœnam *SC. l. 1. §. 7. l. 6. pr. l. 15. ff. de SC. Turpil. l. 2. l. 3. C. de abol.* nimirum hoc ita ſe habet in criminibus non capitalibus: Quòd ſi ad crimina quoque capitalia pertinere id volueris, addenda erit exceptio, niſi ex tranſactione cum reo facta accuſationem omiſerit.

58 Sed quid tandem cauſæ eſt, quòd in *d. l. 18.* excipitur adulterium? & cùm in cæteris delictis capitalibus tranſactio permiſſa in hoc ſolo ſit vetita? Suppono ex ipsâ *lege 18. C. h.* tempore Diocletiani Im- Imperatoris adulterium capitaliter mulctatum fuiſſe, aliàs enim exceptio non eſſet de regula. Et reſpondeo, 1. exceptum eſſe adulterium ob frequentiam delicti, quæ exigit exacerbationem ſupplicij, *l. 16. §. ult. de pœn.* 2. ut tranſactione prohibitâ, tantò magis ſtuderent matrimoniorum caſtitati cives Romani. 3. Quia adulterij accuſatio non omnibus patet. Nam olim extranei poſt partem demum & maritum adulteræ admittebantur, *l. 4. §. 1. & paſſim. ad l. Jul. de adult.* hodiè poſt Conſtitutionem Conſtantini *in l. 30. C. de adult.* conjunctæ perſonæ tantùm adulterium vindicare poſſunt, quibus utique turpe ſit vindictam proprij pudoris & injuriæ pecuniario commodo poſtponere: vel accuſatione in his tantùm perſonis conſiſtente, facilè tranſactione futurum erat, ut hujus criminis impunitas ſequeretur. 4. Quia hæc tranſactio ob patientiam & conſcientiam ſtupri aliquid lenocinij habere videtur, *l. 2. §. Leoncinij. 2. de adult.* & per eam quaſi venalia fiunt civium matrimonia, cum ingenti dedecore civitatis. 5. Quòd adultero turbentur familiæ, quibus per id partus alieni ſpuriíque inſeruntur. 6. quòd adulterium ejus ſit ordinis, ut facilè repetatur, atque ideò ſe pretio redimens non tam de periculo ex accuſatione imminente videatur ſolicitus, quam viam munire ad novos amplexus, quàm rationem communiter approbatam ait, *Zæſ. ff. h. t. n. 33.* In ſummâ cætera ferè delicta propriæ turpitudinis finibus continentur, adulterium quoddam veluti vitiorum agmen ſecum trahit. Quæ rationes tam graves mihi videntur, ut neſciam, quarè viris doctis, *Duareno, Donello, Moranc. Bacchov. Anton. Math.* ſufficere non potuerint. Quare enim lex iſta tantùm in Actorem, non in reum tranſigentem eſſet concepta, cùm ratio tranſactionis, miſeratio ſcilicet & quòd quovis modo ſanguinem ſuum redimere liceat, principaliter ad eum pertineat? & ratio, quam in actore communiter adferunt, quòd nimirum paciſcendo, in ipſam legem Juliam incidat, *l. 10. C. de adulteriis l. 26. §. 2 eod.* nunquid & ipſa petitionem principij involvit, quare non in aliis criminibus idem ſtatuatur?

Contra ſuperiorem de prohibitâ tranſactione ſuper adulterio, nihil facit, *l. ſi maritus 15. §. ſi negaveris. de adult.* ubi maritus negans ſe accuſaturum poſteà non eſt audiendus. Nam illic ſaltem remittit jus accuſandi, quod ipſi competit jure mariti, non verò quod ipſi competit jure publico, jure cujusvis extranei, de quo paciſci propter utilitatem publicam non licet, *l. 7. §. 14. de pact. l. verò. 2. C. de abolit.* uti illi, qui ſuos cognatos in acuſationem deducunt, petere poſſunt abolitionem, locum tantummodò habet in levioribus delictis, ut patet ex *l. 3. eod.* Et *Nov. 117. §. fin.* ubi amicabili compoſitione adulterium remitti poſſe videtur, intelligenda eſt de pacto antè propoſitum crimen in Judicio, quod eſt prohibitum, *Zæſ. h. n. 36.* vel melùs cum *Delrio & Alciat.* quòd ibi ſaltem de adulterio præſumptivo tractatur. Hodiè tamen ſi reconciliatio conjugum interveniat, abſque crimine lenocinij, in honorem matri-

Digitized by Google

trimonij pœna remittitur ordinaria, *c. 7. & cauſ. 32. q. 1. Carpzov. pr. crim. p. 2. q. 55. n. 12.*

Tantum de ratione exceptionis. Quod ad veritatem attinet, omnes ferè conſentiunt, hoc reſcriptum, *d. l. 8.* interpolatum eſſe à *Tribuniano*, & hæc verba, *excepto adulterio*, ab ipſo adjecta. Quia tempore Diocletiani capitalis adulterio non fuerit præſtita pœna, utpote quam modò à Conſtantino Impp. ſancitam teſtatur Juſtin. *in Novell. 134. c. 10. Vinn. tr. de transact. c. 7. Zaſ. h. t. n. 37.* Quid ergo diſputamus? nimirum diſtingui poteſt inter pœnam ordinariam & extraordinariam, cùm etiam pœna adulterij tempore Alexandri, qui multis ſeculis principatum Diocletiani anteceſſit, jam fuerit capitalis, *l. caſtitati. 9. C. ad l. Jul. de adult.* Tùm verò vel ideò inquirenda ratio exceptionis, *d. l. 18.* adulterij, quia Juſtinianus eam approbavit, ſiquidem omnes leges, quæ in priori Codice extiterunt, authoritatem, & vim ſuam ex Juſtiniani accipiunt perſonâ, *l. 2. C. de vet. jur. enucl.* ut jàm, non quid Diocletianus, ſed Juſtinianus ſenſerit, quæratur.

59 Non ſolùm autem tranſigere, ſed etiam paciſci ſuper adulterio prohibitum eſt, *d. l. 18. C. de adult. l. 2. §. lenocinij. 2. de adult.* & hoc præciſè obtinent in marito, non obſtante *l. 2. §. 3 & l. 29. §. 4. ad l. Jul. de adult.* ubi maritus propter negligentiam vel patientiam, non quidem in pœnam adulterij incidit, ſed tamen pœnam lenocinij incurrit, *d. l. 2. C. de ult.* Quamvis in reliquis, quibus accuſandi jus competat, pactum antè denuntiationem factum impunitum & permiſſum videtur, *l. 6. § 3. qui not. infam.* quæ tamen ſaltem de privatis & levioribus delictis loquitur.

60 Effectus tranſactionis eſt, ut neque reo neque actori noceat, id eſt, ut nec reus, nec actor tranſigens pro confeſſo vel convicto habeatur (quod aliàs fieret, *l. ult. ff. de prævar.*) nec accuſator in pœnam prævaricantium, aut SC. Turpilliani, talionisvè incidat, ut ſuprà dictum eſt. Deindè reo prodeſt tranſactio ad hoc, ut idem ille accuſator repetere accuſationem non poſſit, ſed reus ab illa liberetur, *l. 1. de bon. eor. qui an-*
61 *tè ſent.* Non tamen ob id præjudicium fit cauſæ publicæ, ſiquidem privatâ pactione publica tolli coërcitio non poteſt, *l. 5. ff. de pact. total* nec patitur diſciplinæ rigor, ut delicta maneant impunita, *l. ita vulneratus. 51. § æſtimatio. ff. ad. l. aquil. l. locatio. 9. §. quod illicitè. ff. de public.* Ergò Magiſtratus adhuc per viam inquiſitionis contra reum procedere poteſt, & accuſationi aliorum manet obnoxius, cùm publicorum judiciorum accuſatio cuivis è populo pateat; *§ 2. Inſt. de publ. Judic.* quamvis tranſactio fortaſſis Magiſtratum ad mitiorem ſententiam inclinare poſſit, ſi illi, cujus intereſt, v. g. occiſi viduæ & liberis pecunia per tranſactionem ſoluta eſt. Cùm enim hac ratione delicto ex parte ſatisfactum ſit, pœna mitiganda videtur.

Non obſtat ſuperiùs dictis, quòd tranſactio non minorem vim habeat, quam res judicata, *l. 20. C. h. t.* abſolutio autem à Judice facta crimen perimit ita ut nec alius ad accuſandum eum admittatur, qui ſententiâ Judicis liberatus eſt, niſi novus accuſator ſuum dolorem perſequatur, ignarus accuſationis ab alio inſtitutæ, aut priorem accuſatorem prævaricationis convincat, *l. 7. §. 2. de accuſ. l. 11. C. eod. l. 3. §. 1. de præ-*
*var.* nam comparatio tranſactionis & rei ju- 62
dicatæ non procedit in omnibus. Neque enim, ut res omnibus judicata, pro veritate habetur, *l. 25. de ſtatu. hom.* ita & tranſactio. De criminibus judicari poteſt, tranſigi non item. Res judicata paratam habet executionem, tranſactio non habet, ac pro indè mirum non eſt, abſolutione crimen tolli, tranſactionem non item.

Hæc de criminibus capitalibus. In cri- 63
minibus non capitalibus tranſactio planè non eſt permiſſa. Nam quod in criminibus capitalibus receptum eſt, id fit ſolâ miſerationis ratione, ex *d. l. de bon. eorum.* quâ ceſſante, delicta non ſunt objectum habile tranſactionum, ſed accuſator incidit in SC. Turpillianum, reus autem habetur pro confeſſo, quod tamen ita rectè explicatur, ut non ad Carnificem rapiatur, ſed ut graviſſimo ſe oneret indicio & præſumptione, quòd conſcientiâ criminis adverſarium corruperit. Opus enim eſt adhuc ampliori cognitione, antequam ſequatur damnatio, ut rectè *Bald. in d. l. tranſigere. col. ult. Berchold. tr. de pact. c. 3. n. 80. facit. l. ejus qui 29. de jure fiſci. l. 1, § 17. de quaſt.* Neque accuſatorem crimine non probato ſtatim talio manet, ſed eum duntaxat, quem calumniatum eſſe Judex pronunciaverit,

Digitized by Google

verit, *l. 1. §. 3. & 4. ad SC. Turpill.* ſufficit tamen, quòd ſimilitudine ſupplicij obligatus ſit, & ut calumniator damnari poſſit, ſi in probatione defecerit. Tranſigi ergò non poteſt ſuper crimine, quod fuſtigationem continet, quia non eſt capitale, & hæc pœna toto genere à pœnâ capitali ſecernitur, *l. 2. in fin. de publ. Jud.* Nec in membri mutilatione tranſactio procedit, quippè membro amputato nihilominùs homo manet incolumis, apertéque labitur, *Gomez 3. reſol. 3. n. 54. & Clar. §. fin. pr. crim. q. 58. n. 7. & 8.* in quavis corporali pœnâ transactionem admittentes. Deportatio quoque & infamia à mortis pœnâ diſtinguitur, *l. capitalium. 38. in fin. pr. ff. de pœn.* ſed quid de pœnâ perpetui carceris dicemus? Sanè quidem carcer interdum pœna appellatur, *l. 3. de cuſtod. reor. l. 2. C. eod.* Cæterùm nuſquam jure civili pœna perpetui carceris vel cognita, vel licita, *l. §. 9. l. 35. de pœn. l. 6. C. eod.* Quamvis autem jure Canonico, quod mores hodierni ſequuntur, talis pœna permiſſa ſit; *c. quamvis. 10. de pœn. in 6.* tamen, cùm hæc pœna nequaquam mortem ingerat, nec ſanguinis ſit, non erit licita hæc transactio, *Clar d. q. n. 9.*

64 Majeſtatis & parricidij crimen, quin capitale ſit, nemini eſt dubium, ſequitur ergò de utroque transigere licere, ſicut etiam de crimine perduellionis. Nec obſtat; quòd conſcij, qui non detulerunt hæc crimina, morte plecti jubeantur, *l. 5. §. 6. & 7. ad l. Pomp. de parricid.* Etenim conſcius per *dd. ll.* crimen detegere ac deferre debet, ſivè probationes habeat, ſivè non: Sed accuſare non tenetur. Ac proindè ſtatur regulâ, quòd nemo invitus accuſare teneatur, *tit. ut nemo invitus ag. vel accuſ.* & generali definitioni, quòd ſuper crimine capitali transigere non ſit prohibitum, *Borchold. de trans. c. 3. n. 81. Cujac. 6. obſ. 11. Delrio ad l. transigere. n. 48.* igitur nemo punitur propter omiſſam accuſationem, ſed propter ſilentium, quia rem occultam habuit. Nec accuſare invitus, ſed denuntiare tenetur, ut Judex ex officio, in denunciatum inquirat.

65 Quid ſi delictum tale ſit, ex quo quidem ordinariè pœna mortis non ingeritur, ſed cujus pœna ex circumſtantijs ad mortem uſque extendi poteſt? Quidam putant, transactioni locum non patere, ne nimiùm hoc jus amplietur. Neque eandem rationem eſſe delicti, quòd ex ſe & natura ſua pœnam capitalem mereatur, & quod ex accidenti, ita arbitrante Judice. Sed profectò parum intereſt, an certò conſtet pœnam capitalem irrogatum iri, an de eo dubitari poſſit, ſufficit hîc mortis periculum, cujus vitandi causâ transactio admittitur, *l. 1. de bon. eorum, qui antè ſent.* quale utiquè etiam imminet in re dubiâ; quia fieri poteſt, ut Judex capitalem ſententiam irroget, ſeu jure, ſivè injuriâ. Et *arg. l. 7. §. 1. ff. quod met. cauſ.* Juſtus metus mortis eſt, ſi quis occidi potuit, vel non jure.

Sed quia Impp. loquuntur de criminibus publicis in *d. l. transigere*: Quæritur, an ergò de privatis, ſanguinis pœnam non ingerentibus, transactio ſit licita? Nequaquam. Sed quia ex his civiliter agi poteſt, & criminaliter, *l. ult. de injur.* illo caſu licita eſt transactio vel pactio gratuita, *l. 7. pr. de condict. furtiv. l. 56. §. qui tutelam de furt. l. 13. eod.* Atque etiam ſi pretio quis ſit pactus, obſtat actori transactionis exceptio: Cæterùm paciſcentem pecuniâ datâ ceu confeſſum ſequitur infamiâ; *l. 4. §. ult. l. 5. l. 6. §. 3. de his, qui not. infam.* Si verò criminaliter agitur, illicita eſt transactio, & reus pro confeſſo habetur; *l. ult. de prævar.* & actor licèt non incidat in pœnam SC. Turpillian. tamen officio Judicis coërcetur, *l. ſi quis. 7. ff. ad Turpill.* 66

Superſunt ultima ſæpè *d. l. transigere* verba: *citrà falſi accuſationem*, quibus verbis veteres Interpretes, putant à regulâ excipi crimen falſi, quaſi de illo tranſigere eſſet licitum; Quam ſententiam non pauci etiam Neoterici amplectuntur. *Cujac. 6. obſ. 11. Borchold. de transact. c. 3. n. 92. Fach. 1. contr. 6. Perez. C. h. t. n. 12.* Rationem offerunt, quòd falſi crimen plerumque ad privatum commodum ſpectet, ac propterea transigentem non videri confeſſum, ſed rei ſuæ conſuluiſſe. Deindè quòd olim regulariter de falſo licuerit transigere, utpotè crimine tunc temporis capitali, & mortis pœnam ingerente, ſicut & hodiè interdùm ultimo ſupplicio plectatur, *l. 1. l. 5. l. ubi falſi. 22. C. ad l. Cornel. de falſ.* ac proindè arbitrarium eſſe falſi judicium. Afferunt denique & textus, quibus hæc ſententia aſtrui videtur, *l. ipſe. 7.* 67



Digitized by Google

*l. de his. 16. l. pen. l. ult. C. d. t. l. pen. C. h. t. l. 2. de his, quæ ut indign.* Sed alij fortaſſis meliùs ajunt, verbum *citrà*, in reſcripto poſitum eſſe pro *ſinè*, quaſi Imperatores ſcripſiſſent, *ſinè falſi accuſatione*, vel niſi falſi accuſationem ſubire voluerit accuſator, prout etiam accipitur, *in l. ult. de Publ. Jud.* citrà periculum, *l. 1. §. 1. de pign.* citrà conventionem; *in l. ult. de in diem addict. l. 31. pro Socio. l. 6. de cur. fur. l. 1. §. 7. ad SC. Turpill. l. 8. h. t. l. 3. C. de uſuris.* Ut hic ſit ſenſus, quòd accuſator transigens de crimine non capitali, incidat in accuſationem falſi conſtitutam SC. Turpilliano, *Donell. in d. l. transigere. n. 14. Tulden. in C. ad SC. Turpillian. n. 9.* nam aut gravius cæteris eſt crimen falſi, aut par, aut levius. Si gravius, tantò magis eſt coërcendum. Si par, cur diſtinguimus, quæ eadem ratio conjungit? levius autem dicere non licet, quia fieri poteſt, ut teſtes falſum dixerint in causâ capitis, ut innocentem opprimerent, aut inſtrumentum falſum ſit in causâ, in quâ de omnibus fortunis agitur. Et licèt ſaltem de re pecuniariâ agatur, tamen nec hîc, nec in alio crimine transigere permiſſum eſt. Leges in contrarium allatæ non loquuntur de transactione ſuper crimine falſi, ſivè falſi accuſatione inſtitutâ Judicio publico aut criminali: Sed ſolùm de falſo inſtrumento prolato in causâ civili, quod reus poſteà tanquam falſum accuſare non poteſt, *l. 7. C. ad l. Cornel. de falſ.* Non tamen dico, accuſatorum deſiſtentem incidere in legem Corneliam de falsis, ſed in accuſationem falſi, quia litem deſerit, & prævaricatur, vel tergiverſatur, *l. 1. §. 1. ad SC. Turp.* Hodiè diſputatio l. transigere ceſ-
68 ſat, quando & accuſatio ferè in deſuetudinem abijt, & Centgravijs, Officialibúſque perſecutio criminum competit, omnéſque centenæ ſubjecti crimina denunciare coguntur, ne Silentij, wegen verſchwigener Rug und Anzeig / pœnas luant.

69 Transactio ſtricti juris eſt; quæ iis tantùm nocet, aut prodeſt, à quibus eſt interpoſita, alijs nequaquam v. g. duo pepegerunt inter ſe, ut unus totam ſummam perſolvat, creditor nihilominus cum altero experiri poteſt, *l. 25. C. de pact.* Privatis enim pactionibus jus aliorum non lædi, extra dubitationem poſitum eſſe, reſcribunt Impp. *Antoninus* & *Verus in l. 3. pr. h. t.* ſcilicet niſi ubi manifeſta id ſuadeat æquitas. Veluti in *l. ult. h. t.* ubi debitori adversùs emptorem hæreditatis datur exceptio transactionis, ne juſta ignorantia ei noceat, facit; *l. 3. C. de novat* & *l. controverſia. 14. h. t.* ubi divisâ per transactionem hæreditate inter hæredem ſcriptum & legitimum, Creditores hæreditarii, illos pro partibus diviſis convenire debent, quod utilitatis cauſâ propter incertitudinem ſucceſſionis receptum eſſe dicitur.

Quòd autem transactio ſtrictè ſit ac- 70
cipienda, hæc aperta eſt ratio, quòd tranſigens litem remittit, & jure ſuo quodammodò cedit, quocirca quatenus non expreſsè litem remiſit, eatenus noluiſſe remittere præſumitur. Itaque de injuriâ illata tranſigens, damni dati perſecutionem remiſiſſe non cenſetur, quia diverſæ ex utroque capite naſcuntur actiones. Sed transactione factâ de negotio principali, etiam expenſæ litis videntur remiſſæ, tanquam acceſſorium, præſtandum officio Judicis mercenario. quod ceſſat, ubi tranſactione, lis finita & compoſita eſt, *l. centum capua. ff. de eo quod certo loc.* Alia ratio eſt expenſarum contumaciæ, quæ ſpeciali actione in factum, petuntur, ex *l. 1. ſi quis dicenti. & l. un C. eod. Gail. 1. Obſ. 151. n. 15. Mynſ. 4. Obſ. 48.* Attendenda tamen hîc eſt diſtinctio transactionis, in generalem & ſpecialem. Nam tranſactio generalis eſt, quando vel indefinitè tranſigitur de omni re dubiâ, vel finitè, de re quidem certâ, ſed quæ multa corpora, ſpecies, partéſque complectitur, ut eſt hæreditas, tutela, negotium geſtum, & *c. l. 2. 3. C. h. t. l. 9. ff. eod.* Tranſactio verò ſpecialis eſt, cùm de re ſingulari ſit, vel pluribus ſpecialiter enumeratis, *l. 31. C. h. t.* qualis itaque ſit transactio, ex eo æſtimandum eſt, an petitiones fuerint generales vel ſpeciales, quia illo caſu tranſigens poſteà repellitur à petitione rei cujuscunque verbis illis generalibus comprehenſæ, *l. 29. C. h. t.* Quia talis transactio etiam ad incognita, ſub illâ tamen generalitate contenta, refertur, niſi vel dolo ſint occultata quædam, vel juſtus error intervenerit, *Hahn. in Weſenb. h. t. n. 3.* ubi per diſtinctiones accuratè hanc rem tractat *Molin. de Juſt. & Jur. diſp. 588.*

Cæ-

Digitized by Google

71 Cæterùm transactio inter ipſos contrahentes eandem vim habet, quam res judicata, *l. non minorem. 20. C. h. t.* idcircò non magis retractatur, quàm cauſa ſententiâ deciſa, *l. 1. C. Sent. reſcind. non poſſ.* nec reſcripto Principis reſuſcitari poteſt, *l. cauſas 15. C. h. t.* multò minùs unius partis pœnitentiâ reſcinditur, etiamſi res adhuc ſit integra, *l. ſi major. 36. l. quamvis. 39. C. h. t.* Undè tres hæ exceptiones transactionis rei judicatæ, & jurisjurandi litis finitæ dicuntur, *c. 1. & 2. de lit. conteſt.* quia nimirum litis ingreſſum impediunt, & ſtatim à limine Judicij actorem repellunt. Et in tantum transactione lis finitur, ut etiamſi transactio facta ſit de causâ, ex quâ is, qui tranſegit, non erat obligatus, tamen non audiatur, allegans cauſam transigendi nullam fuiſſe, *l. nec intentio. 23. C. h. t.* nec enim dicitur ſinè causâ ſolviſſe, qui transactionis nomine ſolvit, *l. in ſumâ 65. §. 1. de condict. indeb. l. ſi non 6. C. de jur. & fact. ignor.*

Quidſi nova Instrumenta poſtea reperta ſint, quibus adverſarius oſtendere poſſit, ſe non fuiſſe obligatum, ejúsque rei fidem Judici facere? nec in hoc quidem prætextu transactionem bonâ fide factam reſcindi jura noſtra patiuntur, *l. 4. C. de re jud. l. ſub prætextu. C. h. t.* Sed ſi ex falſis inſtrumentis facta ſit transactio, ea quidem non eſt ipſo jure nulla, ſed per reſtitutionem in integrum reſcindenda, *l. pen. C. h.*
72 *t.* quod etiam obtinet in re judicatâ *t. t. C. ſi ex falſ. inſtrum. jud. ſit,* neque ſufficiens inter falſa teſtimonia, de quibus loquitur, *l. Divus. 33. de re jud.* & falſa inſtrumenta; differentiæ ratio aſſignari poteſt, quidquid diſputet *Zaſ. 1. ſing. reſp. 3.* Undè bonum à Sententia, quam Judex falſis teſtimoniis circumventus tulit, ad tranſactionem argumentum ducitur. Nec obſtat *l. 2. C. ſi ex falſ. inſtrum.* nam quod ibi traditur, cauſam ex integro audiri, etiamſi provocatum non ſit, ſententiam ipſo jure nullam eſſe, non probat. Quia provocatio non tantùm nullitati, ſed & reſtitutioni in integrum opponitur. Et attendendum eſt, an actor vel acceptilatione vel Aquilianâ ſtipulatione tranſegerit, quo caſu vetus actio extincta eſt, ut eâ experiri ampliùs nequeat, *l. 4. C. h. t.* & reſtitutio in integrum eſt neceſſaria.

An verò ſolùm pacto tranſegerit, quo caſu prior actio ſalva manet, *l. 5. C. de pact. l. ſub prætextu. C. h. t.* quâ ſi experiatur, eíque exceptio pacti opponatur, per replicationem doli exceptionem pacti elidere poteſt, *l. 19. C. h. t.* quia dolo malo facit, quisquis petit ex causâ, quæ nulla eſt, *l. 2. §. 1. de dolo mal. except.* Cæterùm cùm 73
hodiè ex nudo pacto obligatio & actio ſit, idem erit in tranſactione per pactum factâ. *Vinn. tr. de tranſact. c. 2. n. 1. Hahn. in Weſenb. h. t. n. 7.* ut ſcilicet etiam per tranſactionem taliter celebratam, prior actio extinguatur. An beneficium *l. 2. C. de reſcind. vend.* in tranſactione locum habeat, ſuprà tractatum eſt.

Quidſi alteruter adimplere fidem tranſactionis nolit, actio præſcriptis verbis, 74
quanti alterius litem omiſſam eſſe intereſt, adverſùs ipſum datur, *l. 6. C. h. t.* ſi prima adhuc actio ſupereſt, actor eâ poteſt conſequi, quod in illâ continetur, vel in tranſactione promiſſum eſt, *l. 28. C. h. t.* pœnalis ſtipulatio transactioni fuerit adjecta, eâ commiſſâ actor cumulativè & pœnam petere, & tranſactione frui non poteſt, ut dictum ſuprà per *textum in l. 17. C. h. t.* Cui non obſtbat, *l. qui Romæ. 122. §. 6. d. V. O.* quia illic non tranſactioni, ſed nudæ conventioni & pacto de non petendo ſtipulatio pœnalis eſt adjecta. Et quænam actio detur contrà tranſactionis contraventorem, vide *Hahn. in Weſenb. d. l. n. 7.* Præjudicium in hac materiâ adjungo,

## *Tit. IV. Pars II.*

Lis agitata eſt inter L. & R. de tranſa- 75
ctione ſuper pactis dotalibus interpoſitâ. Contraxit matrimonium cum filiâ N. cui pater in dotem dedit ſex millia florenorum aureorum, tali ratione, ut quod ex iis parato ære non exingueretur, ex eo annum intereſſe ad 5. pro centum ſolvi interim deberet, addito prætereà pacto, ut ſi uxor antè maritum decederet, parens ſupereſtes, non niſi tertiam bonorum partem transferre ad ſecundas nuptias poſſit. Accidit caſus, tranſiit ad ſecunda vota parens. Nubit ipſius filia ex primo matrimonio L. cui itidem ſex millia florenorum aureorum in dotem aſſignat in certis fructibus bonorum & obligationum, nec non ſub hypothecâ bonorum ſuorum uſque ad Capitalis & intereſſe plenariam ſatisfactio-



Digitized by Google

nem, ſi fortè ex fructibus annuæ penſiones haberi non poſſent, filiâ de cætero bonis paternis omnibus, acceptis adhuc tribus millibus, renunciante. Cùm penſiones obtineri ex fructibus non poſſent, poſt mortem parentis, hæc res inter proles utriusque matrimonij quærelarum cauſa fuit & tranſactionum. Tranſactum nimirum deſuper quater & quinquies, diverſis temporibus & annis, ſed cùm nulla harum tranſactionum impleretur à liberis matrimonij poſterioris, tandem re ad Judicem delatâ fuerunt condemnati. Provocârunt à Sententiâ primæ Inſtantiæ ad ſuperiorem, prætexentes, 1. quaſi immiſſio in bona eorum decreta eſſet, nondum factâ liquidatione. 2. Quòd debitum jam ſolutum eſſe per noviter reperta inſtrumenta docere poſſint. 3. Quòd tranſactiones initæ ex falsâ vel planè nullâ causâ, cùm nulla unquam mota lis fuerit, nec bonâ fide contra pacta dotalia juramento roborata, moveri potuerint. 4. Quòd tempore tranſactionum plenam rei non habuerint informationem, ex defectu Inſtrumentorum, ut hinc etiam ob iteratam approbationem enormitas tamen læſionis non rejiciatur, ſi idem error eadémque ſubſit cauſa. *Cothman. Conſ. 530. n. 60.*
76 Si nullam tranſigens læſionis habuerit notitiam, cùm tranſactio fieri debeat ſuper re dubiâ & incertâ, bonâ fide, ſinè dolo, & aliquo dato, retento vel promiſſo. 5. Tempore tranſactionis primæ fratres ambos fuiſſe minorennes. 6. Tranſactionem eſſe factam non inſpectis tabulis paterni teſtamenti, in quibus tamen ſuper pactis dotalibus ulterius diſpoſuerit, ſicque dolum, errorémque craſſum contra parentis ultimam voluntatem interceſſiſſe, ſine ullâ expreſſâ minúſque probatâ legitimâ tranſactionis causâ. Cùm itaque ob errorem & ignorantiam facti in integrum reſtitutio competat, etiam adverſus præſcriptionem, petunt pronuntiari, benè appellatum, malè judicatum eſſe.

Econtrà nituntur appellati pactis dotalibus & poſtea ſecutis tranſactionibus iteratis, petúntque eas ad impleri. Juſtam habuiſſe contrà pacta dotalia de anno 1607. conquerendi cauſam, quòd ex obligatione N. nec penſiones, nec reditus ex bonis N. perſoluti, quo caſu parens ad ſolutionem in pactis ſe adſtrinxerat. Contra renun-
77 tiationem etiam juratam poſſe peti legitimam vel ejus ſupplementum, certi juris eſt, communis ſententia, teſte *Hartman. Piſtor. p. 4. q. 6. Mynſ. 1. obſ. 36.* quia non nimiùm tribuendum eſt viribus juramenti, ut conventio iniqua per id defendatur, & *Anchor in c. quamvis.* tradit, quòd textus ille contineat limitationem, ſi legitima congrua ſoluta ſit. *Carpzov. part. 2. Conſt. 35. d. 5.* præſertim ſi filia non ſpecialiter legitimæ, ſed ſimpliciter hæreditati renunciet, quia alia ſunt jura legitimæ, alia ſucceſſionis, *Theſaur. deciſ. 159. n. 2.* ubi ait, hanc eſſe comunem, & atteſtatur *Sichard. in l. 3. C. de collat. Gail. 2. obſ. 147. Berlich. p. 2. concl. 43. n. 21.* ergò lis timeri poterat, quod ad validitatem transactionis ſufficit, *l. cùm te proponas C. de transact.* imò de facto mota eſt, ut patet ex verbis transactionis de anno 1618. Daß zwiſchen den Parthenen allerhand Streit und Mißverſtand / wegen der Anno 1553. zwiſchen N. und N. wie auch folgend Anno 1607. zwiſchen N. und N. aufſgerichten Ehepacten und Heyraths-Verſchreibung entſtanden/ und darüber beſchwehrliche Weiterung zwiſchen ſo nahen Anverwandten / augenſcheinlich vorhanden und zu beſorgen geweſen. Nec ſufficit, quòd litem hanc affectatam & calumnioſam fuiſſe appellantes prætendant. Si enim inſpiciuntur pacta dotalia, quæ mater appellatorum cum Patre appelantium erexit, ex ijs clareſcit, quòd data ſint ipſi in dotem ſex millia florenorum aureorum, quæ huic filiæ iterum in dotem attributa, nec pater plus potuit afferre ad ſecunda vota, niſi tertiam partem bonorum, & tamen pro duabus reliquis tertijs, ad filiam ex primo matrimonio pertinentibus, non niſi tria millia florenorum renuncianti deputata: indè litis cauſa & origo deſumpta, indè tot transactionum ſecutarum materia. Non appellatis probatio bonorum & onerum, quanta illa fuerint, & an juſta vel injuſta transactio
incumbit. Innituntur illi huic fundamen- 78
to transactionis, quam ſi evertere tentant appellantes prætextu erroris falſæque cauſæ, neceſsè eſt, producant, omnia acta litis, ſuper quâ facta eſt transactio, cùm ſine illis non poſſit fieri æſtimatio dubij eventûs vel falſæ cauſæ, quod tamen omninò probandum, quando diſputatur de læſione interveniente in ipsâ transactione, *Rota deciſ. 332. n. 2. p. 4. recentior. tom. 2.*

Verum quidem eſſe, non ſufficere in 79
conſcientiâ pro ſe habere transactionem. Ideò Ganfredus Normanorum Dux in ſom-

Digitized by Google

ſomnis admonitus eſt, ut transactionem
iniquam annullaret, referente *Klock. tom.
3. conſ. 182. n. 680.* hîc transactio prima
cum viduâ & minorennibus inita, ex igno-
rantia & errore, quem etiam in duabus ſe-
quentibus adfuiſſe, & documenta citiùs
non reperta, juramenti religionem affe-
80 runt appellantes. Transactio autem ex
falsâ causâ vel errore non valet, *Andre.
d. contr. 184. n. 114.* nec trahenda eſt ad
ea, quæ pars altera non cogitavit, quia
transactio conſenſum requirit, qui non eſt
in errante, *Gilm. tom. 4, p. 1. fol. 98. n. 176.*

Quodſi tamen inſtrumenta producta
examinentur, magis deſtruunt, quàm
corroborant appellantium intentionem.
In transactione de anno 18 hæc habentur:
Die erkiſſete Schids-Freund haben beede
Partheyen biß auff dato (etliche Tag) zur
Genüge angehört / beede Heyraths-Ver-
ſchreibung vorbringen / auch der Vätter und
Mütter: Altvätter- und Altmütterlichen
Verlaſſenſchafft ſich Bericht thun laſſen /
alles reyffig erwogen / und endlich mit gutem
Willen und Belieben beeder Partheyen / und
ihrer Beyſtände die Spän und Irrung folgender
Geſtalt verglichen / und vereinbaret Itaque
81 ſtandum eſt inſtrumento transactionis, pro
quo præſumitur, ſi cauſa transactionis in eo
expreſſa eſt, *Gail. 2. obſ. 71. Marta. ff. noviſſ.
tom. 3. verbo transactio c. 18.* nec exceptio
doli vel erroris poteſt opponi, niſi ex claris
& perſpicuis probationibus appareat, Idem
*c. 7.* cùm enim per transactiones finiantur
litigia, idcircò eas impugnans dicitur ve-
nire contrà jus naturale & jus gentium, *l. 1.
de Conſt. Princ. Gilm. tom. 4. p. 1. vot. 17. n.*
82 *84.* Per transactionem extingnuntur om-
nia jura, inſtrumenta, & actiones, quam-
vis nihil dictum ſit inter partes, *c. 1. de tran-
ſact. Mart. d. l. c. 31.* ut poſt eam non
ſit licitum patere pœnam ex veteri, *Schurff.
cent. 3. conſ. 33. n. 9.* ideò Judex inclinare
debet in favorem tranſactionum ſuſtinen-
83 darum, *Klock. tom. 1. conſ. 11. n. 111.* ut e-
tiam tranſactio, quæ prætenditur nulla ex
falſitate cauſæ, maneat in ſtatu validitatis,
quouſque per tres ſententias conformas re-
ſcindatur, cùm pro ſuſtinendâ transactio-
ne quævis probabilis dubitandi cauſa ſuffi-
ciat. *Salgado. in Labyrinth. Cred. p. 2. deciſ.
40. n. 7. Tulden. in Cod. de tranſact.* Ita-
que ſuppoſitâ appellantium ignorantiâ,
quòd pacta dotalia vel teſtamentum pater-
num nunquam viderint, ſed tanquam in-
ſtrumenta nova producant, tamen ex iis
tranſactio reſcindi nequit, niſi dolus præ-
teritus manifeſtè probetur, *l. 19. & 20. C.
de tranſ. Faber. in Cod. lib. 2. t. 4. d. 13.* &
quis credit totis, triginta & ampliùs annis,
nullam pactorum habuiſſe notitiam, cùm
eorum ubivis tam diſerta & iterata fiat
mentio, tanquam primæ cauſæ & materiæ
litis, ut omiſſa, ſi verum eſt, eorum inſpectio,
ſupina ſit appellantium negligentia? Mi-
norennitas non patrocinatur, cùm mino-
rennis etiam contra tranſactionem non re-
ſtituatur, niſi de læſione doceat, *t. t. C. ſi* 84
*adverſùs tranſactionem.* Et appellantes
utique in transactione de anno 32. & 56.
jam majorennes fuerunt, adeoque ex pro-
priâ confeſſione anno 55. documenta ha-
buerunt in manibus. Tranſactio de anno
18. inita in præſentiâ conſanguineorum,
perſonarum Nobilium, & Illuſtrium, quæ
circumſtantiæ præſumptionem fraudis, aut
læſionis eò magis removent. Et quòd ap-
pellantes regerunt, omnes perſonas nullam
habuiſſe informationem, cauſæ vel bono-
rum: Contrarium ex Inſtrumento tranſa-
ctionis eluceſcit, daß ſie jhnen die Pacta vor-
bringen / auch der Vätter: und Mütter:
Altvätter: und Altmütterlichen Verlaſſen-
ſchafft genugſamen Bericht thun laſſen /
adeòque ex longâ obſervantiâ, & transa-
ctionibus iteratis præſumuntur omnia le-
gitima geſta. *Tondut. reſp. p. 3. c. 190. n. 11.
& 12.* fruſtrà itaque appellantes ſolutio-
nem promiſſæ dotis ex pactis de anno
1607. probare conantur. Aſſignatæ qui-
dem illic in ſolutum, ut videtur, quædam
obligationes, ſed cum onere, ut ſi exindè
penſiones haberi nequeant, parens eas
præſtet, quæ conditio transactionibus cau-
ſam præbuit. Nec attendendam puto repli-
cationem, quòd appellati penſiones non
ſollicitaverint, vel obligationes reſtitue-
rint: Cùm enim utrinque paciſcentium
hæredes ſint in lite, illis de facto paciſcen-
tium non ſatis conſtat, & deſuper transa-
ctum eſt. Nec inſpectio teſtamenti ad
transactionis validitatem fuit neceſſaria,
cùm agatur tantùm de pactis dotalibus, &
extra caſum teſtamenti vel Codicillorum
ſine inſpectione documentorum tranſigi
poſſe aperti juris ſit, *l. de his. ff. de tran-
ſact. l. Lucius Titius §. fin. ad SC. Treb. Gilm.
Tom. 4. p. 1. vot. 17. n. 84.* Itaque pon-
deratis omnibus pronuntiatum, benè judi-
catum, malè appellatum, refuſis expenſis.

N nn 3 *Liber*

Digitized by Google

# Liber II. Titulus XX.

## De REVISIONIBUS.

### SUMMARIA.

1. *AN & quæ ſit differentia inter reviſionem & ſupplicationem ?*
2. *Obſervari in judicio jmperiali Aulico requiſita Reviſionis in R. I. anno 1654. præſcripta.*
3. *Fatalia reviſionis ſeu ſuplicationis currere à die latæ ſententiæ, nec à Procuratoribus poſſe prolongari.*
4. *Contrà ſententias tres conformes reviſio non admittitur.*
5. *Reviſio eſt odioſum beneficinm.*
6. *Cognitionem, an reviſio frivola vel calumnioſa ſit in meritis cauſæ pertinere ad Reviſores.*
7. *An detur reſtitutio contrà lapſum fatalium ?*
8. *An ignorantia ſtyli & requiſitorum ad eam conducat ?*
9. *Procuratoris negligentiam Principali non prodeſſe.*
10. *Cumulationem nullitatis & reſtitutionis non poſſe, niſi alternativè fieri.*
11. *Nullitatem non proponi contra ſententias ſupremorum Tribunalium niſi per reviſionem.*
12. *Reviſio vel ſupplicatio non habet effectum ſuſpenſivum.*
13. *Eliditur porrò prætextus ignorantiæ.*

POſtquam per *Inſtrument Pacis Monaſterienſ. art. 5. §. 54.* Loco reviſionis in Camerâ uſitatæ permiſſum parti gravatæ contrà ſententias in Judicio Jmp. Alico ratas ad Cæſaream Majeſtatem ſpplicare : Varia ſæpius inter partes litigantes exorcta ſunt dubia, dum formalia ſupplicationis, quæ in *Cæſ. Capitul. §. 42.* reviſio nominatur ; ubi : durch den ordentlichen Weg / der in offtbemelten Fridenſchluß beliebter reviſion. neglexerunt. Cùm tamen ipſum Inſtrumentum Pacis *d. art. 5. §. 54.* Clarè diſponat, quòd quoad proceſſum Judiciarium Ordinatio Cameralis Imperialis etiam in Judicio Aulico obſervari debeat, 1
& ſolùm circà perſonas Reviſorum aliud ibidem reperiatur ſtatutum, verba hæc ſunt : *Quoad Proceſſum Judiciarium ordinatio Cameræ etiam in Judicio Aulico ſervabitur per omnia, tum, ut ne partes ibidem litigantes omni remedio ſuſpenſivo deſtituantur, loco Reviſionis in Camerâ uſitatæ licitum eſto parti gravatæ, à ſententia in Judicio Aulico lata ad Cæſaream Majeſtatem ſupplicare*, &c.

Inſuper in Receſſu Jmperij Ratisbonenſi de anno 1654. omnia Reviſionis formalia clariſſimè ſunt expreſſa. Hinc in Conſilio Imp. Aulico Reviſiones intrà 4. menſes à die latæ ſententiæ non introductæ denegatæ ſunt. Ut enim reviſiones concedendæ ſint, wann die Urthl unrechtmäſſig oder nichtig geſprochen worden / *O. C. part. 3. t. 53.* & juxtà *R. I. de anno* 2
*1557.* §. wiewol ferner. *23.* die reviſiones und Syndicat den Partheyen nicht abzuſchneiden. Tamen formalia horum proceſſuum prævisâ ſunt obſervanda, quæ ideò in Conſtitutionibus Imperij, pro bono publico, cujus intereſt lites abbreviari ; tàm ſollicitè, præſertim in R. I. de anno 1654. ſunt determinata. Sexta februarij 1676. in causâ G. contrà R. denegata reviſio, quæ demùm integro quinquennio poſt latam ſententiam eſt petita, ſub prætextu, quod illam pars victrix parti ſuccumbenti non intimaverit, & fatalia reviſionis demùm à tempore intimationis ſententiæ currant, eò quod in Judicio Imp. Aulico ſententiæ in publico Auditorio, velut moris eſt in Camerâ Spirenſi, ſolenniter non publicentur, ſed intimatio earum, quæ parti victæ fit, demùm ſit loco publicationis.

Sed

Digitized by Google

3 Sed cum ſint in uſu quotidianæ protocollorum affixiones ſeu publicationes in quibus omnes cauſæ in Judicio determinatæ deſcribuntur, & cum Procuratores ſint apud acta legitimati, ad eorum vigilantiam ſpectat, de ſtatu cauſarum, quas tractant, inquirere, & ſicut procurator ab inferiori Judice gravatus appellare, ita hi reviſionem intrà fatalia petere tenentur, quia ſingulis diebus ſententiæ notitiam habere, principalibúſque ſuis transmittere poſſunt. Itaque Procuratoribus non eſt concedendum, ut ſibimet-ipſis terminos remediorum contrà ſententias prorogent, & per ſuam negligentiam Supremis noceant Tribunalibus, ſi differendo ſententiarum inſinuationes, ultrà fatale in Conſtitutionibus Imperij determinatum, pro libitu ſuæ voluntatis, ad multos annos ſententias reviſioni ſubijcere poſſent. Sed hoc repugnat Imperij Sanctionibus, in quibus fatale quatuor menſium ſub pœnâ deſertionis eſt præſcriptum: & quidem tali ratione, ut hic terminus nec ab ipſo Judice prorogari poſſit ad exhibenda reviſionis gravamina, es werden dan erhebliche Urſachen fürgebracht und beſcheint / *R. I. anno 1654.* §. in Fällen. *125.* & tamen juramentum reviſorium intrà terminum regalem 4. menſium præſtandum, vel ſaltem mandadatum ſpeciale ad illud præſtandum offerendum eſt, ne ulla partis interveniat mora. Quamvis enim procuratoribus, durante proceſſu ſæpius injungatur, ut doceant de inſinuatione concluſorum, id tamen non procedit in remedijs contrà ſententias introducendis, in quibus terminus à lege, ſub pœna deſertionis eſt præſtitutus. Hîc vigilantibus jura ſunt ſcripta. Neque negligentia purgari, nec jùs amiſſum reparari poteſt.

*7. Julij. 76.* denegata eſt reviſio contrà tres ſententias conformes, quarum ultima duarum antecedentium confirmatoria lata eſt in Conſil. Imp. Aulico. Et quidnî ritè rectéq; à tali ſententiâ denegaretur reviſio? 4 cùm in *Receſſ. Imp. de anno. 1654.* §. in Fällen. *125.* clarè reperiatur diſpoſitum, quod ubi appellatio de jure comuni locum non invenit, ibi quoque reviſio non admittatur. Jam verò in *l. un. C. ne liceat in unâ cauſ. tertiò provoc.* ſancitum eſt evidentibus verbis, *quod poſt tres conformes appellare non poſſit, nec poſt duas ſententias judicum, quas definitio Præfectorum roboraverit.* Qui caſus ipſiſſimus eſt, qui hic tractatur, ubi ſcilicet duas ſententias ab inferioribus latas Judicibus Dicaſterium Imp. Aulicum confirmaverit, itaque ab ijs quarta provocatio, ſivè reviſio non datur. Prout jàm antè *Bender. de reviſ. c. 10. n. 5,* tradidit, ſupplicationem à tribus conformibus ſententijs non admitti, quamvis tertia à Præfecto Prætorij dicatur lata, quod confirmat. *n. 33.* Et quamvis in Camerâ, nec non in Judicio Imp. Aulico, non tantùm tertia, ſed etiam quarta appellatio recipiatur, hoc tamen tantùm fit eo fine, ne Status Imperij, plures conſtituendo inſtantias, hoc ipſo Juriſdictionem Imperatoris, quæ poſtrema & ſumma eſſe debet, evertere poſſint, *Gail. 1. obſ. 72. n. 3. Myns. 1. obſ. 15. Brunneman. ad tit. C. ne lic. in unâ cauſ. tret. prov. Clezel. de appell. c. 3. n. 85.* Nihil ergò proficit objectio, ſi regeratur Rec. Imp. de anno 1654. dùm rejicit reviſiones in ijs cauſis, in quibus appellatio non admittitur, ſaltem intelligendum eſſe de jure communi adhuc in uſu poſito, non verò per contrariam praxin abolito: quia jus commune non eſt abolitum, niſi ex ſingulari favore Juriſdictionis Imperatoriæ, à quâ omnes reliquæ derivantur, in cæteris manet in viridi obſervantiâ, quia jura non præſumunt, aliquem toties gravari in unâ cauſâ à diverſis judicibus, ne lites fiant immortales. Hinc non debet in odium Juriſdictionis Cæſareæ detorqueri, quod in favorem ejus eſt introductum, neque quarta concedi ab ipſâ Cæſaris ſententiâ provocatio. Etiamſi enim aliàs gloria ſit Imperatoris, & ejus excelſi Tribunalis, ſemper audire partes juſtitiam implorantes, tamen propterea malitijs non eſt indulgendum, nec partis victricis contrà jura prægravanda conditio, nec contrà utilitatem publicam augendæ lites *Vide latè Scacc. de appell. qu. 17. limit. 1. Clezel. d. loc.*

Si petatur terminus ad producenda reviſionis gravamina, docendum eſt de impedimento relevanti, *R. I. anno 54.* in Fällen da die appellationes. *verſ.* oder im Fall er das von rechtlich verhindert / vermittelſt deſſen Beſcheinung / einen anderwärtigen termin hierzu gebren; & quidem de impedimento doceri debet in termino quatuor menſium, ſub præjudicio rei judicatæ & ejus executionis, *d. l.*

Men-

Digitized by Google

Menſe *Martio anno 1677.* denegata reviſio, quia in mandato ad jurandum non continebatur *clauſula jurandi in animam* reviſionem petentis. *Anno 78.* rejecta reviſio, quia non erat obſervatum fatale quatuor menſium, computando pro ſingulis menſibus 30. dies, quia inſuper Advocatus in ſuo ad jurandũ exhibito mandanto non appoſuerat ſigillum, ut neſciri potuerit, cujus eſſet manus. Enimoverò, uti *Caſp. Klock. tom. 2. conſ. 100.* tradit, non debent reviſiones promiſcuè admitti, quia inju- 5 rioſum foret, litium multitudinem per diverſarum inſtantiarum diverticula fovere, & ſupremi Judicij Majeſtatem per obliquum ſupprimere. Sicut etiam non paſſim ſcrupuloſæ de Judicibus inquiſitiones inſtituendæ, Syndicatus indiſtinctè indulgendus, cùm injurioſâ, calumnioſâ & inſolenti ſyndicatione Juſtitiæ nervum frangi, autoritatem Judicum vileſcere & deprimi, maleferiatos vires & audiciam ſumere, Judices à Juſtitiæ adminiſtratione abſterreri contingat, *Paris de Put. in tr. de Synd. tit. de offic. Synd. c. 1. n. 6.* Sic de jure communi Supremi Senatus ſententias inappellabiles eſſe conſtat, ſolo duntaxat ſupplicationis remedio condemnatis ex gratiâ conconceſſo, *Trentacinq. lib. 2. reſol. de appell. reſol. 1. n. 1.* & Imperialis Camera demùm anno 1532. reviſionibus cœpit eſſe obnoxia: Hinc *Dn. Birckman.* rectè ſenſit, reviſionis remedium planè odioſum, atque ideò, quantùm fieri poteſt, reſtringendum eſſe, cum revidere à Supremis Judiciis judicata, ſit quodammodò imminuere eorum autoritatem. Itaque reviſiones apertè calumnioſas & frivolas, quæ etiam primâ facie nullam veri ſpeciem præſeferunt, Camera confeſtim rejicit, ne litigantium improbitate & male judicium ſubvertatur, & vincentes juris & juſtitiæ expertes relinquantur. Quæ enim aliàs pauperum & miſerabilium perſonarum eſſet lamentatio, ſi debitoribus annuorum redditTuum, ex quibus ſolis illi vitam ſuſtentant, ad reviſionem promiſcuè convolandi pateret aditus, illis interim paupertate & inediâ 6 enecatis? *Hactenùs Klock. d. loc.* Hodie verò etiam quæſtio, an reviſio frivola & calumnioſa ſit, ad reviſores pertinere videtur, *R. I. anno 1654.* §. wenigers nicht 133. cujus formalia, wenigers nicht ſollen die reviſores zwiſchen den Partheyen die Güte verſuchen / wo aber die reviſio frivolè geſucht wird / ſollen die reviſores derſelben keines wegs deferiren. Ut itaque beneficium reviſionis implorantibus non præcidendum, ita non obſervatis formalibus, quæ ſub pœnâ deſertionis præſcripta, omninò denegandum eſt.

Sed an non contrà lapſum fatalium reviſionis reſtitutio in integrum obtineri poteſt? Non deſunt pro impetranda reſtitutione argumenta. Quid enim? ſi tàm 7 pars principalis, quàm ejus procurator in juſtâ verſentur ſtyli ignorantiâ? dum nullâ Imperij Conſtitutione cautum, quòd in remedio ſupplicationis apud Judicium Imp. Aulicum, omnia requiſita, quæ in reviſione Camerali obtinent, præcisè ſint obſervanda, cùm in ſupplicatione, tanquàm remedio diverſo, nec notificatio ad Electorem Moguntinum, nec fatale introducendi, nec reviſores Statuum requirantur, ex traditione *Roding. in Pandect. Cam. lib. 3. tit. de reviſ. 65. verſ. Ergò. Eric. Maurit. in Exerc. jur. Publ. de jud. Aulic. th. 25. Textor. in tr. de remed. adverſ. ſent. t. 5. n. 7. Joh. Andr. Gerhard. in tr. de jud. Aulic. & Cam. diſc. 3. c. 4. th. 13. Samuel. Raobel. diſp. de reviſ. th. 10.* Pro iſtis autem, tanquàm in arte peritis præſumptionem eſſe, & quidem hoc effectu, ut qui duorum Doctorum reſponſa pro ſe habet, juſtam cauſam fovere dicatur, undè reſtitutio in integrum concedi poſſit & debeat. Quin & multos Imperij Status opinari, in reme- 8 dio Supplicationis juramentum reviſorium exigi non poſſe. Ignorantiam verò juſtam eſſe reſtitutionis cauſam, legibus & autoritatibus corroborata eſt ſententia, quia totum reſtitutionis negotium fundatur in æquitate, ignorans autem non poteſt dici contravenire vel negligere, *l. ignorans ff. locati. Gail. 2. obſ. 19.* idcircò, cùm ipſi imputari non poſſit negligentia; ceſſare etiam debet multa *Carpzov. de proceſſ. tit. 18. art. 3. n. 51.* imò ignorantia præſumitur, donec probetur ſcientia, *c. præſumitur de R. I. in 6.* adeò ut ignorantia vel error in facto proprio excuſet, ubi de damno vitando agitur, *l. ſed etſi me putem. in pr. ff. de condict. indeb. l. ſi poſt diviſionem. C. de jur. & fact. ignor. Cothman. vol. 3. reſp. 50. n. 160. & reſp. 91. n. 37.* & juramento probari poſſit, quia de numero eorum eſt, quæ in animo conſiſtunt, *Gail. 2. obſ. 48. & ibid.*

*Grev.*

Digitized by Google

*Grev. Maſcard. de prob. concl. 881. Carpzov. deciſ. 230. n. 22.* imò ignorantia præſumpta ſufficit ad reſtitutionem udverſùs rem. judicatam, *Gratian. diſcept. forenſ. c. 408. n. 10.* & ſtante ignorantiâ ſaltem probabili datur reſtitutio adversùs præſcriptionem 40. annorum, Idem *Gratian. tom. 1. c. 108. n. 6. Mev. part. 7. deciſ. 74.* ita ut etiam indiciis & conjecturis probari poſſit. *n. 15.* quia dubitans & ignorans æquiparantur, *l. ult. de cond. indeb. Carpzov. de proceſ. t. 10. art. 3. n. 44.* Contrarium nec in Inſtrumento Pacis, nec in Ordinatione Conſilij Imperialis Aulici, nec in Cæſareâ Capitulatione, nec ullo judiciali decreto publicè eſſe definitum. Antiquis temporibus quidem Romanis Imperatoribus liberum planè fuiſſe ſupplicationem eam vel denegare vel concedere, cùm ex gratiâ tantùm liberæque voluntatis nutu id beneficium provenerit. Aſt hodiè ſublatum eſſe liberum illud concedendi vel denegandi arbitrium, poſtquàm per Sanctionem Inſtrumenti Pacis Monaſterienſis id Statibus, & aliis litigantibus attributum, ut jàm concedi etiam ab invito debeat, cùm aliàs tàm ſollicitâ & laborioſa Conſtitutione non fuiſſet opus. Cognitionem verò, an beneficium ſupplicationis admittendum, non ad judicem gravantem, ſed immediatè ad Imperatorem ſpectare, quia Judex gravans vix unquàm beneficium hoc admiſſurus, vel periculo reformationis ſuam ſit expoſiturus ſententiam. Voluit inſuper confirmare tàm principalis, quàm procurator, nullam ſe prius habuiſſe notitiam, quòd fatale introducendæ, quadrimeſtre nimirùm, & juramentum reviſorium in ſupplicatione tàm præciſè exigerentur, ídque ſecundùm ſententiam multorum Imperij Statuum, & ICtorum ſuprà citatorum, quorum ſententiæ, abſque periculo deſertionis, ſe putaverit poſſe inniti.

Quamvis enim Inſtrumentum Pacis Monaſt. diſponat, quòd proceſſus Cameralis etiam in judicio Aulico obſervari debeat per omnia; tamen ex ſententiâ multorum Statuum & ICtorum remedium ſupplicationis ab hac ſanctione exemptum eſſe, utpotè in quo nec notificatio ad Electorem Moguntinum, nec Reviſores Statuum, nec depoſitio ſportularnm, *&c.* ſit in uſu. Cùm etiam ſupplicatio in Inſtrumento Pacis & Ordinatione Conſilij Imperialis Aulici concedatur cum effectu ſuſpenſivo, qui tamen reviſione locum nullum inveniat, prout quoque juramentum reviſorium Advocatorum, in dicto receſſu, determinatum in Iudicio Aulico non attendatur. Fatalia reviſionis, ex præſcripto Ord. Cam. primò ad duos, poſteâ ex *Rec. Imp. de anno 1557.* ad tres menſes fuiſſe determinata, tandem *Rec. Imp. anno 1654.* ad quatuor menſes definita, de judicio Imp. Aulico nullibi quicquàm clarè ſtatui, undè appareat, omnes has ſanctiones ad beneficium ſupplicationis extendendas non eſſe. Alia reperiri diverſa præjudicia neglecti fatalis juramenti reviſorij non oblati, ſed ex officio injuncti, & nihilominùs admiſſæ reviſionis. Uſum ſe eſſe omni diligentiâ poſſibili, petiiſſe terminum ad producendum regalius mandatum. Neminem adhuc ex Statibus Imperij depoſuiſſe juramentum calumniæ, caſum petitæ ſupplicationis eſſe de raró contingentibus, ut proindè eò majorem habuerit cauſam fundandi ſe ſuper allegatorum traditis ICtorum, nec poſſit in hac arduâ cauſa ſupplicationis beneficio privari, cùm ad hoc, ut ſtylus ſit obſervandus, requiratur, ut pervenerit innotitiam populi, *Alexand. lib. 2. conſ. 36.*

Quin imò principalem ex culpâ & negligentiâ procuratoris, notoriè non ſolvendo exiſtentis, læſum, in integrum reſtituendum eſſe, *Gail. 1. obſ. 143. n. 6.* cùm nemo puniri poſſit ob factum culpabile miniſtrorum ſolvendo non exiſtentium, cùm & Princeps gaudeat juribus minorum, præſertim ſi in ſtatu ſuo læſus ſit, ſecundùm *Odd. de reſtit.* Ad evertendam ſententiam varia poſſe remedia cumulari, ſcilicet, per viam ſupplicationis pro reſtitutione in integrum, junctâ querelâ nullitatis. reſtitutionem cum appellatione cumulari alternativè, *Klock. tom. 2. conſ. 82. n. 64.* imò & cum ſupplicatione, *Beſold. in Theſ. lit. L.* cùm denegatâ reſtitutione reviſio nihilominùs inveniat locum *Roding. lib. 3. t. 60. verſ. à denegatâ.* Stylum hactenùs fuiſſe difformem, ex quo nullum deſumi poſſit denegandæ reviſionis fundamentum. Quamvis enim ſtylus Curiarum adinſtar legis aliàs ſit obſervandus; tamen, ſicut lex antè publicationem ad obſervantiam neminem obligat, ita pariter de ſtylo & uſu Curiarum ſtatuendum eſſe.

9 Verùm his non obſtantibus, ſi mandatum, ad juramentum reviſorium præſtandum, à principali & ejus advocato intrà quadrimeſtre, ex præſcripto *R. J. de anno 1654.* §. *125.* Non ſit productum, nec gravamina exhibita, nec de impedimento propter omiſſam eorum exhibitionem edoctum, quæ omnia tamen noviſſima Jmperij conſtitutio de anno 54 citato §. ſub pœnâ deſertionis, rei judicatæ, & ejus executionis requirit, reviſio non decernitur. Qamvis enim ſtatus Jmperij in cauſis appellationum à juramenti calumniæ præſtatione ſint exempti, *cit. R. J.* §. *43.* Illa tamen exemptio ad caſum reviſionis extendi non poteſt, quia ponitur per modum exceptionis in cauſis appellationum, ut proindè hæc exceptio firmet regulam in caſibus non exceptis. Præſertim cum allegatus §. *43.* tantùm diſponat de juramento calumniæ, quòd mandatum Judice vel parte petente præſtandum eſt; non verò de juramento reviſionis, quod à publicâ Imperij lege, ſub pœna deſertionis, intrà determinatum quadrimeſtris terminum, propter utilitatem publicam, ad minuendas lites jàm ſupremarum Curiarum ſententijs deciſas, eſt introductum. Hinc juriare detrectanti reviſionis beneficium ſubtractum eſſe memini. Nec moneri partes aut earum procuratores debent de obſervandis reviſionum contrà ſententias ſupremorum tribunalium requiſitis, ſed ipſimet ſcire, & indagare & obſervare tenentur, quæ publicis Jmperi Sanctionibus ſunt definita, & ad hæc, non autem ad unum alterumvè malè ſuppoſitum præjudicium oculi ſunt convertendi. Quia non exemplis, in quibus minima circumſtantia mutat caſum, ſed legibus judicandum. Hinc quoque decreto ſpeciali, aut intimatione opus non eſt circà formalia reviſionis in Judicio Jmperiali Aulico obſervanda; cùm de ijs ſatis in *Inſtrum. Pacis art. 5.* §. *54.* diſponatur, quòd *quoad proceſſum judiciarium Ordinatio Cameræ etiam in Judicio Aulico obſervari debeat per omnia*, paucis exceptis, quæ in eâdem ſanctione exprimuntur. Et quis etiam tàm peregrinus hoſpes eſt, ut dubitet vel neſciat, Imperiale Aulicum Dicaſterium ſecundùm Receſſus Imperij, & ſic ex præſcripto quoque ultimi Receſſus de anno 1654. in quo omnia reviſionis formalia accuratè determinantur, judicare? Certè id ita obſevari, plurima monſtrant tàm reviſionum conceſſarum, quàm denegatarū præjudicia. Et quæ eſſet ſupplicationis ſivè reviſionis inordinata confuſio, ſi nullo tempore, nullis formalitatibus & terminis circumſcriberetur? ſi pars *victrix* in perpetuo vivere deberet novæ *litis metu*, & ſententia nullo tempore vires acquireret rei judicatæ, id utilitas publica cujus intereſt lites finiri, non admittit. Liberúmque planè, nullatenùs verò neceſſarium eſt ſuæ Cæſ. Majeſtati, in cauſis majoribus, & undè tumultus in Imperio timeri poſſent, inſuper etiam quorundam utriusque Religionis Electorum & Principum ſententias & vota perquirere, prout ſunt formalia *Inſtrum. Pac. art. 5.* §. *54.*

Cumulatio remediorum, reſtitutio- 10
nis in integrum, nullitatis & ſupplicationis ſubſiſtere non poteſt, niſi alternativè, cùm verò hic antè omnia fuerit intentata reſtitutio in integrum, clari juris eſt, quòd poſt eam non detur recurſus ad nullitatem, quia per petitionem reſtitutionis ſententia jàm fuit approbata; Nàm licèt iſta duo remedia, nullitatis nimirùm querela & reſtitutio in integrum alternativè cumulari poſſint, hoc modo: peto ſententiam nullam declarari, vel, ſi aliqua ſit, in integrum reſtitui, hoc tamen fieri ampliùs nequit, nec propoſitio convertibilis eſt, poſtquam per
petitionem reſtitutionis in integrum ſen- 11
tentia jam approbata eſt, quia tunc ad beneficium nullitatis recurrere non licet. Imò querela nullitatis contrà ſententias ſupremorum Imperij Dicaſteriorum proponi non poteſt, niſi per remedium reviſionis. *Klock. relat. Cam. 30. n. 137. Roding. Pand. Camer. t. 34. Klock. in tr. de contribut. tit. 19. n. 398.* ubi præjudicia refert, in quibus querela nullitatis rejecta, reſervatâ contrà Procuratorem pœnâ, quia Coram ſolis reviſoribus nullitas deduci poteſt, *ord. Cam. p. 3. 4. 53. in pr.* ibi: unrechtmäſſig/ und nichtig. & §. darauff. nec non §. ob ſolche Nichtigkeiten. *Bender de reviſ. concl. 18. n. 17.* quod remedium litigantibus contra ſententias ſupremorum Tribunalium ſufficere debet, cùm in hunc ſenſum etiam concepta ſit *ord. Conſil. Imp. Aulici. tit. 5.* §. dafern ſich nun. Daß einem / der ſich durch ein am Kayſerl. Hoff gefälte Urtheil gravirt

zu

Digitized by Google

zu ſeyn vermeinet / und viam nullitatis an die Hand nemmen wolte / ſolches per viam ſupplicationis zu thun erlaubt ſeyn ſolle / ut ſonant formalia.

Non poſſunt etiam conqueri Status, quaſi eriperetur illis beneficium ſecundæ inſtantiæ, ſicque conditionis eſſent deterioris, quàm eorum ſubditi; quia non eripitur beneficium ſupplicationis niſi illis, qui ejus formalia in Sanctionibus Imperij definita negligunt, atque ita ex propriâ culpâ illud amittunt, non attendendo, quòd jura vigilantibus ſcripta ſint, & damnum, quod quiſque ſuâ culpâ ſentit, ſentire non videatur. Idcircò termini fatales propter utilitatem publicam ad minuendas lites introducti accuratè obſervandi ſunt, quia poſt eorum lapſum nulla datur redintegratio. Certè allegatorum ſuprà quorundam Doctorum tradita terminorum lapſum non reſtituunt, nec eorum autoritas pragmaticæ ſanctioni Imperij eſt anteferenda. Ipſe ſuprà allegatus *Textor. in diſp. 13. th. 59. ad R. I. anno 54.* dubius eſt, dùm ſequentia verba annectit: licèt in hiſce non malè reflexio & imitatio reviſionis ſumi poſſit, argumento à caſu ſimili ad ſimilem ducto. Quò facit, quòd ſupplicatio videatur qualificata quædam reviſio, maximè per *textum Cæſ. Capitulationis art. 42.* neque juramenti reviſionis mentionem facit *Textor*, & ignorantia juris in lucro captando, & jure amiſſo recuperando non prodeſt, *l. 7. in pr. ff. de jur. & facti ignor. l. 10. 11. & ſeqq. Cod. eod.*

Quod porrò dictum eſt de reviſionis effectu ſuſpenſivo, in eum finem ex Inſtrumento Pacis vanum deſumitur argumentum, in verbis: *tùm ut ne partes ibidem litigantes omni remedio ſuſpenſivo deſtituantur*, nec non ex *Ord. Conſil. Imp. Aulici, tit. 5. §.* dafern ſich nun. in verbis: damit denen Partheyen am Kayſerl. Hoffgericht das remedium ſuſpenſivum nicht genommen werde / quia tempore harum ſanctionum effectus ſuſpenſivus adhuc ubique viguit, & demùm *per R. I. anno 1654. 17.*
12 Maij eſt abrogatus, quæ lex nova omnes anteriores Conſtitutiones tollit, hujúſque ſolius formalia ſunt obſervanda, ne beneficium ſupplicationis ſinè ullo ordine aut formâ videatur introductum contrà Imperatoriæ Majeſtatis & Statuum intentionem. Quamvis enim *Dn. Textor. diſp. 13. ad R. I. de anno 54. th. 61.* hanc foveat opinionem, quòd dicti Receſſus noviſſimi correctoria diſpoſitio ad ſupplicationem non ſit extendenda, *arg. vulg. l. præcipimus. 32. in fin. C. de appell.* quod videtur ſtabiliri per *Cæſ. Capitulationis art. 42.* ibi: daß die Sach in keine fernere cognition gezogen / auch die execution nicht gehindert werden ſolle / es ſeye dann durch den Weeg der in offt ermeltem Inſtrumento Pacis beliebter reviſion. Cui accedit Imperatoria reſolutio *de 23. Aprilis. anno 54.* quæ pariter eò collimat, quòd effectus ſuſpenſivus in cauſis reviſionum apud Conſilium Imp. Aulicum durare debeat; Hæc tamen omnia per ſubſecutam 17. Maij eodem anno 54. Receſſûs Imperij publicationem mutata ſunt, ad cujus receſſus obſervantiam in judicando Excelſum Imperiale Dicaſterium juramento adſtrictum eſt. Quin imò ex ipſo etiam dicto receſſu effectus ſuſpenſivus admittitur, ſi pars victrix idoneam cautionem præſtet. *d. Rec.* §. nach Berahtſchlagung. *124.*

Ignorantia itaque ſtyli vel partium vel Procuratorum non prodeſt ad reſtitutionem contrà elapſa reviſionis fatalia impetrandam, quia ignorare, quæ communi adhibitâ diligentiâ percipi poſſunt, culpa eſt, in his præſertim, quæ pertinent ad actum, quem quis gerere vult, *Creſp. de Valdaurâ in obſerv. illuſt. deciſ. obſ. 65. ubi ait.* Non poſſe dici ignoràſſe ſtylum vel deliberationem, qui tenetur de his ſe informare, nam ut ait *Covarr. in reg. poſſeſſor. 2. p. §. 7. n. 9.* quilibet tenetur ſcire omnia ad actum, quem gerere vult, cùm culpa ſit neſcire ea, quæ vel homines ejus conditionis ſciunt, vel cõmuni adhibitâ diligentiâ percipiuntur. Scire enim & ſcire debere æquiparantur. *l. 5. fin. ff. de reb. cred. l. pen. ff. ad Maced.* & iniquiſſimum eſſe, ut ignorantia proſit in præjudicium tertij dixit *Terentius Clemens in l. iniquiſſimum 5. ff. de Jur. & fact. ignor. Creſp. d. loc.* Quilibet enim quovis in actu tenetur conſulere actûs illius peritos, quod ſi non facit, habet culpam malitiæ, niſi copia peritorum non adſit. *Paul. in l. regula 9. ff. de Jur. & fact. ignor. ibi.* Sed juris ignorantiam ait non prodeſſe, Labeo ita accipiendum exiſtimat, ſi JCti copiam haberet, vel ſuâ prudentiâ inſtructus ſit, ut, cui facilè ſit ſcire, ei detrimento ſit juris ignorantia, quod raró accipiendum *Hinc.*

*Gilman. deciſ. Cam. tom. 4. part. 1. vot. 27. n. 40.* tradit, ignorantiam, quando quis tenetur inveſtigare, admixtam habere negli-
13 gentiam non inveſtigando, talémque ignorantiam alleganti jura non ſubvenire, eò quòd ignorantia ejus, quod palàm fit, & indies ſciri poteſt, allegari nequeat, *Id. tom. 2. p. 1. vot. 1. n. 136.* Ignorantia non vincibilis eſt rerum, quas adhibitâ morali diligentiâ, ſcire poteramus & debebamus, quæ non excuſat, licèt ſit facti, quæ craſſa & ſupina eſt in eo, quòd ratione officij, vel aliâ de causâ inquirere debeat, ut tradit *Hahn. in not. ad Weſenb. parat. tit. de Jur. & fact. ignor.* Ex quibus patet, in culpâ fuiſſe tàm partem, quàm procuratorem, & proindè reſtitutionem non mereri.

Nam ſola ignorantia probabilis & juſta excuſat, cui nulla poteſt negligentia imputari. Quia ignorantiam craſſam & officij non fideliter acti notam habentem allegans non auditur, *Cothman. reſp. 1. n. 62.* ita ut etiam ignorantia in facto alieno non excuſet, ubi quis tenetur illud inveſtigare, & quando facilè poteſt reddi certior, cùm paria ſint, ſcire vel ſcire debere, *Gratian. vol. 1. c. 194. per totum.* adeò ut talis ignorans præſumptionem ſcientiæ contrà ſe habtat, *id n. 11.* præſertim ſi agitur de tertio, cui ex ſententiâ & lapſu termini reviſorij jus quæſitum eſt, & favor finiendarum litium concurrit.

Etiamſi enim arbitrentur, nec in Inſtrumento Pacis, nec aliâ Imperij Conſtitutione proviſum eſſe, quid circà reviſionis formalia in Excelſo Conſilio ſit obſervandum: contrarium tamen ſuprà oſtendi; & quia ſtylus Curiæ jus facit in caſibus non deciſis à jure *Tuſc. verb. Stilus. concl. 697.* obtinetque vim legis, *Gamma deciſ. 16. n. 7. Grivell. deciſ. 121. n. 4. per l. fin. C. de injur.* debuiſſent ſtylum Curiæ diligentiùs inveſtigare, quod quia neglexerunt, talis ignorantia eſt latâ culpa, quæ reſtitutionem non meretur, cùm ſtylus, uſus & conſuetudo ſit optima legum interpres, *Scacc. de judic. lib. 2. c. 2. n. 459. & c. 8. n. 411.* Neque adjumentum præbet Domino, quòd procurator non ſit ſolvendo, & proindè ipſi reſtitutio indulgeri debeat; quia tunc demùm procuratoris negligentia non nocet Domino, ſi Dominus poſſit docere, ſe læſum eſſe in ſententiâ, id eſt, bonum jus fovere in causâ, ſi non ſit in culpâ, quarè non aſſumſerit diligentiorem, ſi cum procuratore in pari culpâ & negligentiâ non verſetur, ut deducit *Grev. in Gail.* & præjudicijs firmat, *lib. 1. concluſ. 45. per tot.* quæ omnia hîc concurrunt, & proindè reſtitutio ceſſat, veluti in terminis deciderunt *Dn. de Rot. Rom. deciſ. 439. in noviſſimis diverſorum p. 3. lib. 3.* referente *Grev. d. loc. n. 11.*

Inſuper fatetur impetrans, reviſionem ſibi non prodeſſe, niſi ſimul documenta noviter reperta ad acta admittantur, quod tamen *O. C. part. 3. tit. 53. §. 3.* diametraliter adverſatur. Et quia ſinè iſtis documentis deſperet de victoriâ in reviſione obtinendâ, quâ conſcientiâ, quo propitio jure ad juramentum reviſorium poſſet admitti?

Quamvis etiam porrò dicatur, aliquot JCtos publicis ſcriptis tradidiſſe, quòd ſupplicatio ſit remedium à reviſione diverſum, in quo nec notificatio ad Moguntinum, nec ſportulæ, nec fatale introducendi, nec juramentum, nec reviſores Statuum requirantur; & hanc opinionem multos etiam ex Statibus fovere: Itaque non poſſe dici omiſſam ab ipſis indagationem neceſſariam, cùm, quoties jus dubium eſt, ut etiam conſulendo peritiores non poſſit haberi certa notitia, ignorantia utique excuſet, *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 23. n. 27. Creſp. de Valdaurâ obſ. 23. n. 80.* ut etiam unius Doctoris doctrina præbeat excuſationem, *ibid. n. 79.* nedùm variæ variorum ſententiæ, quæ invincibilem pariant ignorantiam, *id. n. 80. cum alleg.* & ſi contrarius Judicij ſtylus obtendatur, ad ejus obſervationem requiritur, ut pervenerit in notitiam populi, *Alexand. lib. 2. conſ. 36.* & ille per frequentatos uniformes actus introductus & publicatus eſſe debeat, præſertim ſi non ſolum ordinationem proceſſûs, ſed etiam deciſionem cauſarum reſpiciat, *Tuſc. Lit. S. verb. Stylus. concluſ. 692. & ſeqq. Grev. in proœmio ad obſ. Gailij n. 79. & ſeqq.* cùm ſtylus propriè tantùm circà proceſſus ordinatoria, impropriè verò circà litis deciſoria verſetur, & hoc ſenſu magis præjudicium vel conſuetudo dicatur, debeatque eſſe præſcriptus, & plenè probari à parte, ita ut non ſufficiat, probationem ejus ab alijs Judicij Aſſeſſoribus vel Notarijs ſumi, prout latè deducit *Grev. d. loc.* Pro JCtis pub-

Digitized by Google

publicè ſcribentibus, tanquàm in arte peritis, ſtat præſumptio, & hoc quidem effectu, ut qui duorum Doctorum reſponſa penes ſe habet, juſtam cauſam fovere dicatur.

Verùm propriam turpitudinem allegare non licet procuratori, qui ideò partibus litigantibus ſuam locat operam, quòd juris & ſtyli judicialis ſufficienter ſit peritus. Jus clarè determinatum eſt circà Reviſiones in Inſtrumento Pacis & ultimò Rec. Imperij, aliiſque ſanctionibus, exindè ſtylus introductus, de quo poterat inquiri. Fatalia reviſionis ſub pœnâ deſertionis ſunt præſtituta, ad finiendas citius lites quæ contrà ſententias ſupremorum Tribunalium moveri ſolent. Hinc *Bender. in tr. de reviſ. c.25. n.14.* ait: quia intra fatale reviſionis ab homine diligente, cui res ſuæ curæ ſunt, facilè omnia peragi poſſunt, itaque, ſi non fecerit, ſibi imputet, nôritque cum *Scævola in l. 24. ff. quæ in fraud. cred.* jura vigilantibus eſſe ſcripta. Hæc enim forma ad minuendas in Republicâ lites reviſioni præſcripta eſt, quâ non obſervatâ, reviſionem petens beneficio cadit, ut non ampliùs audiatur, etiamſi altera pars formam pro obſervatâ haberi conſenſiſſet, ſicut in Regiâ Aul. Barenſi judicatum eſſe refert *Franciſc. Viv. Neapol. deciſ. 335. n. 4.* & ita quidem, ut nec Princeps ſuper omiſſâ reviſionis formâ diſpenſare poſſit, per *l. 3. C. de temp. & reparat. appell.* ibi: *neque per oblationem precum, neque per ſacrum reſcriptum ſuper reparatione temporum indulgendum, ſed omnibus modis incumbendum eſſe vigilanti diligentiâ, quò provocationes eorum intrà ſtatutum tempus introducantur*, quem textum citat *Grev. in Gail. lib. 1. concl. 155. n. 4. & 5.* Et in *Theſ. Baſileenſ. vol. 8. diſſert. de benef. reviſ. c. 4. n. 27.* traditur: Lapſo tempore fatali, reviſionem ampliùs inſtituere non licet, quia odioſum eſt remedium. Quod porrò ad allegatos ſuprà ICtos attinet, quaſi requiſita reviſionis in remedio ſupplicationis non obſervarentur; quamvis aliàs inſignis Pragmatici atteſtatio ſuper ſtylo & ordinationis judicij fidem aliquando cæteris paribus faciat; Requiritur tamen, ut atteſtetur de ſtylo judicij ſibi cogniti, & in quo diu ſit verſatus, quia aliàs nullam probationem, imò nec præſumptionem facit, ut latè deducit, *Grev. in d. proœmio ad obſ. Gail. n. 107.* Cùm itaque prudentis ſit eligere viam ſecuriorem, ut faciliùs ad locum deſtinatum perveniat, non vagari per avia & devia ſylvarum, & ſalutarem ſemitam Sanctionum Imperialium ordiniſque Judicialis negligere, hinc propter fatalium lapſum, propter requiſita reviſionis omiſſa, quæ tamen ſub pœnâ deſertionis, rei judicatæ & executionis præſtituta ſunt, rejecta eſt reviſio.



Digitized by Google

# Liber II. Titulus XXI.

## De MATERIA EXEMPTIONIS, RESTITUTIONIS, NULLITATIS, METUS.

### SUMMARIA.

1. *Refertur obiter in materiæ exemptionis facti quædam ſpecies.*
2. *Anteceſſoris contumaciam hæredi non nocere, nec ſententiam ex eâ latam, quod tamen limitatur n. 4.*
3. *Quænam ſit vera contumacia.*
4. *Sententiam in contumaciam latam, ex probationibus alterius partis etiam ſucceſſori obſtare.*
5. *Litem in contumaciam pro conteſtatâ haberi.*
6. *Alius nullus eſſet litium finis.*
7. *Poſt quadriennium non dari reſtitutionem in integrum, nec minori, ſi in locum majoris ſuccedat.*
8. *Contumaci reſtitutionem non competere.*
9. *Sententiam ſimpliciter in contumaciam latam ſaltem eſſe interlocutoriam, quæ purgatâ contumaciâ poſſit retractari.*
10. *Duplicis generis eſſe nullitates.*
11. *Querelam nullitatis contra decreta Summorum Tribunalium non admitti.*
12. *Niſi per viam Reviſionis.*
13. *Exceptionem incompetentiæ ſtatim in principio litis eſſe proponendam, poſteà non audiri, & quid ſi Judex, eâ non attentâ, in proceſſu pergat?*
14. *Remedium nullitatis & reſtitutionis poſſe alternativè cumulari, ſed poſt ſeparatim propoſitum remedium reſtitutionis nullum dari ad querelam nullitatis regreſſum.*
15. *Contumaciam quoque petentis querelam nullitatis excludere.*
16. *Remedium nullitatis eſſe odioſiſſimum & quare.*
17. *Narratis credi in extrahendis proceſſibus, & n. 36. infrà.*
18. *Exceptionem dilatoriam concernentem merita cauſæ, ante hujus diſcuſſionem non admitti.*
19. *Solas præſcriptiones actionum iniqua vocari præſidia.*
20. *Metum non purgari, quamdiu eadem metûs cauſa durat, & infrà n. 26.*
21. *Quis metus dicatur juſtus, & cadens in conſtantem virum.*
22. *Duplicem eſſe reſtitutionem in integrum, aliam ad audientiam, aliam adverſus ſententiam: neutram decerni ſola libelli communicatione.*
23. *Tranſactionem metu extortam dici non poſſe, quam ipſemet tranſigens ſæpius cum amicis & aſſiſtentibus petierit, imò metum aliundè ex conſcientiâ criminis proveniſſe.*
24. *Metum minorem ſufficere, ſi non actione directâ, ſed utili agatur.*
25. *Probari metum per præſumptiones, quia difficilis aliàs ſit probationis.*
26. *Talem metum nullo tempore præſcribi nec purgari, quandiu durat metûs cauſa, & quare.*
27. *Nec interceſſiones & preces, nec temporis intervalla metum excludere.*
28. *Eſſe præſumptionem pro Judice & ſententiâ.*
29. *Judex recuſatus non poteſt in cauſâ progredi.*
30. *Si exceptio recuſationis in tempore proponatur, & omnium prima n. 35.*
31. *Rejicitur tacitè hæc exceptio à delegante, ſi delegatum progredi jubet.*
32. *Quamvis aliàs ſit favorabilis.*
33. *Tamen non eſt ei nimis indulgendum.*
34. *Cauſæ recuſationis committuntur arbitrio Judicis.*
35. *Vide ſuprà n. 30.*
36. *Vide ſuprà n. 17.*
37. *Nobiles Suevicos Rhenenſes & Franconicos præſumptionem immedietatis pro ſe habere, & pro ſuis bonis, non attento territorio, in quo habitant, quod deducitur.*
38. *Præſumptionem territorialem per aliam fortiorem elidi.*
39. *Non ex citatione vel inhibitione, ſed partis citatæ paritione, ſubjectione, ſubjectionem inferri.*
40. *Ex delicto & deſuper factâ cognitione neminem fieri ſubditum.*



Digitized by Google

41. *Deſenſionem perſonæ non tribuere Jurisdictionem.*
42. *Nec ex jure aperturæ Jurisdictionem inferri, quia aliæ poſſunt ejus eſſe cauſæ.*
43. *Magnam eſſe differentiam, in vel ſub Comitatu ſeu territorio habitare, nec privilegia extendi in præjudicium tertij.*
44. *Præſumptionem territorij aliâ fortiori libertatis elidi.*
45. *Præſumptionem territorij ſimpliciter ſumptam tantùm habere locum in Principe Summo.*
46. *Territorium non loco aut ſitu, ſed per actus Jurisdictionales demonſtrari.*
47. *Actus verò nullos à reo contra actorem probari.*
48. *Actorem probare omnia ſigna immedietatis.*
49. *Tranſactionem corruere ex falſâ cauſâ.*
50. *Actorem taliter tranſigere in præjudicium Imp. & Imperii non potuiſſe.*
51. *Tranſactionem non ſubſiſtere propter vim & metum.*
52. *Reſtitutionem non dari, niſi ex novis cauſis.*
53. *Nec ſolùm novas, ſed etiam relevantes eſſe oportere.*
54. *Rebus judicatis inſiſtendum.*
55. *Contumacem non appellare.*
56. *Contumaciam iteratam non mereri excuſationem.*
57. *Negligentes & contumaces non reſtitui.*
58. *Contra ordinarium remedium deſerentes præſumptionem malitiæ inſurgere.*
59. *Appellationem eſſe defeſionem oppreſſorum, non verò contumacium.*
60. *Contumaci de eſſe gravamen, niſi prius contumaciam purget.*
61. *Errorem nominis in ſententia, ſi de re conſtet, eam non infirmare.*
62. *Filios vel hæredes non teneri præſtare factum defuncti metu exortum.*

CÆterùm quia non raræ ſunt immediatorum ab Imperio & immediatâ Cæſaris ſubjectione exemptiones, quos ſcilicet alij Status potentiores ſibi vindicant, haud vanum erit, referre querelas immediatorum nuper contra potentiorem prolatas & Judici expoſitas.
1 Conquerebantur illi turbatos ſe eſſe in ſtatu ſuæ libertatis & immedietatis, & in tantum quidem creviſſe inſolentiam adverſarij, ut etiam per Inſtrumentum vi metúque extortum juribus ſuis renuntiare, adverſarióque ſe ſubmittere fuerint coacti. Facinus hoc indignum eſſe, tranſactionéque caſſatâ ſe in priſtinum ſtatum reſtituendos. Verſari intereſſe Imperij, ejus reditus minui, ejus decorem collabi, ejus jura & Jurisdictionem everti. Hoc verò indignius eſſe, quòd nec jura nec judicia hactenus auxilio ipſis eſſe potuerint. Sententiam pro ſe obtentam varijs mox appellationis, mox reſtitutionis & reviſionis nec non nullitatis prætextibus frivolè elidi atque eludi, quamvis contumaciam reus tam enormem & inexcuſabilem admiſerit, quæ ab omnibus ipſum beneficijs excludat.

Verùm non ſibi defuit reus, quin plurima opponeret argumentis ab Actoribus allatis. Et cùm videret cauſam ſuam magnoperè laboraturam, niſi contumaciæ notam à ſe removeret, hinc omnem movit lapidem, ut à contumaciæ ſe purgaret imputatione. Ab hac, dixit, excuſare quamvis cauſam, & jam fatuam. Et- 2
ſi fortaſſis illa conſiderari poſſit adversùs eum, qui illam commiſit, hæredi tamen non nocere, quia contumacia ſit delictum ſuo tantùm autori damnoſum, ut ideò hæredi vel tertio ſententia in contumaciam lata nocere non poſſit, quia ſententia talis ejus ſit naturæ, ut tam diu ſolummodò duret, donec durat contumacia, Jam verò evidens eſſe, quòd moderno reo nulla poſſit imputari contumacia, ne ficta quidem, utpote qui poſt mortem Parentis majorennis factus ſtatim in Judicio comparuerit, & reſtitutionem imploraverit, quam etiam adhuc inſtantiſſimè urgeat. Juris eſſe præjudicijs confirmati, quòd ſententia in contumaciam anteceſſoris lata ſucceſſori non præjudicet, ſed huic nihilominùs ſalva maneat actio, & ex integro de causâ ſit cognoſcendnm, *Ant. Fab. in Cod. lib. 7. t. 22. def. 11.* quia ſucceſſori obeſſe non debeat, ſi cauſa ab anteceſſore non viriliter eſt defenſa, *Ciarlin. controv. forenſ. lib. 1. c. 5. n. 41.* cùm defenſionis omiſſio ſit quædam jurium renuntiatio, quæ ſoli renuntianti obſtet, non ſucceſſori, præſertim ſi alio, quàm hæreditatis titulo ſuccedat, & ante litem motam jus quæſitum in re controversâ jam habuerit, *Klock. tom. 2. conſil. 56. n. 10.*

Leviora tamen videntur eſſe hæc argumenta. Nam quod dicitur, ad contumaciam requiri dolum, non inficior, & tradit idem *Gilman. tom. 5. fol. 316. n. 90.* illam verò definit veram eſſe contuma- 3
ciam, quando is, ad cjus notitiam devenit citatio, tamen non comparet, & præfractâ inobedientiâ Judicem contemnit, *d. loc. n. 20.* **Blum** *in proceſſ. Cameral. t. 66. n. 2. & 3.* di-

Digitized by Google

3. dicitur enim contumax judici rebellis, *Carpzov. de proceſſ. t. 18. art. 2. n. 36.* atqui paſſim fatetur reus, citationem non ſolùm primam, ſed ſecundam & ulteriorem ad ſuam perveniſſe notitiam: Unde ſatis diſcere poterat, quid ſibi agendum eſſet, quia pœna contumaciæ citationi inſerta probè obſervanda eſt, *Carpzov. part. 3. deciſ. 209. n. 7.* Ait quidem reus, non ſibi notum fuiſſe decretum, quo jubeatur, exceptionibus fori non obſtantibus in causâ principali ſua peragere: Sed quis credat, hujus decreti notitiam non habuiſſe reum, quod ad proprias ipſius preces eſt latum, cúmque procuratorem ſuum haberet apud acta, cùm adeò inſtanter urgeret ad Comiſſarium inhibitionem, cùm ſpectaret ad ipſius partes invigilare proceſſui, & reſolutionem poſtulatorum petere? unde apparet, quàm vana ſit hæc ſive negatio, ſive objectio, quæ non niſi gravem rei culpam arguit, præſertim cùm antecedentia jam ſufficere poſſint, ad contumaciam ininexcuſabilem aſtruendam. Itaque verus contumax fuit reus, & delictum contumaciæ admiſit, utpote quem nec citatio Commiſſariorum, nec juſſa Committentis eò permovere potuerunt, ut in judicio compareret.

Quæ porrò deducuntur in eum ſenſum, quòd contumacia defuncti hæredi non noceat, & pœna delicti ſuos tantùm teneat autores, partim falſis innituntur allegationibus partim eò pertinent, ſi ſententia feratur non ratione juris, quod actor prætendit, ſed tantùm contumaciæ cau-
4 sâ. Si enim ex meritis cauſæ principalis, & probationibus alterius partis publicetur ſententia in contumaciam, illa retractari ampliùs non poteſt, ſed executioni mandari debet, *Gilman. tom. 4. part. 1. vol. 24. fol. 179. n. 63. Meiſner. tom. 4. lib. 2. deciſ. 1. n. 5. 13. & 14.* Non approbat ſcilicet, ſed rejicit *Ant. Fab. cit. ſuprà loc.* quaſi ſententia in contumaciam lata non noceret ſucceſſori. Ait enim: Si ſententia per Prælati contumaciam & colluſionem lata ſit, eam non nocere ſucceſſori, quia favor Eccleſiæ impediat, quò minus improbi Prælati colluſio ei nocere poſſit; de quo caſu etiam loquitur *Ciarlin. d. l.* quæ doctrina ad præſentem caſum minimè applicari poteſt. Potiùs audiendus eſt JCtus in *l. 28. ff. de Except. exceptio rei judicata nocebit ei, qui in dominium ſucceſſit ejus, qui judicio expertus eſt.* adde *l. 44. ff. de re jud.* Quid enim poſt peremptoriarum citationum contemptum, poſt lapſum comminationum in contumaciam aliud ſupereſſe poterat, niſi ut pars impetrans admitteretur ad probationes, & porrò definiretur cauſa in non comparentis contumaciam? Neque obſtat, quod reus regerit, non potuiſſe in contumaciam procedi lite nondum conteſtatâ, *per c. 1. & 2. extr. ut lit. non conteſt. non proced. Umm. de proceſſ. diſp. de contumac. th. 3.* quicquid enim ex jure
communi hîc oppunatur, aliud *Ord. Cam.* 5
*part. 3. t. 43.* aliud *Gail 1. obſ. 60. & 81.* docet ac oſtendit, quòd nimirum *lis in* contumaciam pro conteſtatâ accipiatur, & poſteà pronuntietur, quod juris. Quod etiam noviſſimo *Rec. Imp. de anno 1654.* ſimpliciter ita diſponitur; würde nun der citirte in dem angeſetzten termino nicht erſcheinen / und der Kläger gegen ihne in contumaciam zu procediren gedrungen / ſo iſt ihme zugelaſſen / in der Haupt-Sach ordentlicher Weiß biß
zum Ende nach Belieben zu verfahren. Niſi 6
enim hoc remedio coërceri contumacia poſſit, quis tandem futurus eſſet litium finis? Sublata nimirum eſt pœna banni, & bonorum immiſſio antiquitùs uſitata, ſoláque hæc procedendi via actori reſervata. Itaque poteſt Judex in contumaciam procedere, non tantùm ſi certum eſt citatum eſſe de ſuâ Juriſdictione, ſed etiam ſi dubium, *Meiſner. tom. 2. lib. 2. deciſ. 1. n. 5. 13. 14.* adeoque ſententia contra contumacem lata in dubio præſumitur juſta, *idem n. 75.* & eſt executioni mandanda, *Klock. relat. Cameral. relat. 122. n. 4. & 6.*

Quòd ſi reus juvari ſe petit beneficio reſtitutionis in integrum; debebat illud intra fatalia proponere; ſiquidem clari juris eſt, quòd reſtitutio tantùm detur intra quadriennium, & non ultra, deducente
*Cæſar. Carena reſol. 176. n. 3. Textor. de* 7
*remed. adverſ. ſent. tit. 6. c. 5. Tuſc. Lit. R. concl. 298. n. 13. per l. fin. C. de temp. in integr. reſtit.* quod tempus indubiè incipit currere à die læſionis, *c. 1. de reſtit. in 6. Clem. eod. tit.* Nec juvat, quòd defuncto Patre jam filius minorennis petat reſtitutionem, quæ propterea huic faciliùs concedenda videatur: Nam cùm reus licèt minorennis majorenni tamen ſuccedat, indubitati juris eſt, ipſum privilegio mi-

Digitized by Google

minorum frui non poſſe, *l. 5. §. 2. C. de temp. in integr. reſtit.*

Inſuper contumacem non reſtitui certum eſt, *Meichſner. tom. 2. lib. 2. deciſ. 1.*
8 *n. 57. & ſeqq.* qui ſcilicet hoc jus ipſemet ſibi dixit, & ex propriâ culpâ negligentiâque læſus eſt, ſicque remedijs Juris ſuſpenſivis non utitur, *Becht. de ſecur. & ſalv. conduct. th. 120.* Quòd ſi enim, cùm reſtitutio vel ob omiſſam probationem, vel documenta noviter reperta petitur, ſimul hoc demonſtrandum eſt, juſtam antehac adfuiſſe ignorantiam, ut nihil imputari condemnato poſſit, quare fundamenta ſua citius non produxerit, *Oddus de reſtit. in integr. part. 2. art. 2. q. 72. n. 40. Meichſner. tom. 3. deciſ. 14. n. 116. & 186.* reo noſtro obſtat negligentia, quòd proprio facto & culpâ læſus ſit, quòd impedimentum nullum probârit, quòd de diligentiâ in perquirendis documentis nullam fecerit fidem, cùm ea in domo ſuâ habuerit, atque ideò ſumma ſe potiùs contumacia ubivis oſtendat. Nec eſt tamen ſimpliciter in contumaciam lata ſententia, ſed auditis & examinatis alterius partis
9 probationibus. Licèt enim ſententia ſimpliciter in contumaciam lata interlocutorijs tantùm aſcribatur, quæ ſcilicet purgatâ contumaciâ retractari poteſt & debet, cùm contumacia ſola ſit ficta tantùm probatio, ex quâ quis propter abſentiam potiùs condemnatur, quàm quòd malam habeat cauſam: Plurimùm tamen intereſt, utrum ex ſolâ Ordinatione vel Judicis arbitrio hæc infligatur pœna: an verò deſumatur ex meritis cauſæ principalis, & ex probationibus alterius partis feratur ſententia, quo caſu purgari contumacia nequit, ſed ſententia tranſit in rem judicatam, *Gilman. tom. 4. part. 1. vot. 24. n. 63.* Ut ſic vindicetur contemptus Magiſtratûs, quem graviſſimæ ſemper pœnæ meritò comitantur.

Quòd ſi porrò *nullitatem* principaliter intentat reus, ea quidem vix videtur à limine Judicij ſtatim poſſe repelli, *Vant. de nullit. c. 1. n. 5.* præſertim ſi ſententia ab incompetenti Judice, ſine Jurisdictione, præcipitanter, actione jam præſcriptâ, à Judice recuſato, cum errore palpabili, & in ipsâ ſententiâ expreſſo ſit lata.
10 Verùm conſtat, duplicis generis eſſe nullitatis, quaſdam planè inſanabiles, quæ uſque ad 30. annos proponi poſſunt, & deſumuntur, auß der Perſon deß Richters / oder der Parthey / oder auß den ſubſtantialibus deß Proceſs, R. A. anno 1654. §. bey den jenigen nullitäten. 122. quaſdam verò ita comparatas eſſe, ut in ijs proponendis decendium, ſicut in appellatione, obſervari debeat, d. R. A. §. Jndeme auch nunmehr. 121. Deinde advertendum eſt, querelam nullitatis contra ſuprema Imperij Dicaſteria proponi non poſſe. Etſi e- 11
nim Ordinatio Conſilij Imperialis Aul. etiam hujus remedij meminiſſe videatur, nullum tamen admiſſæ querelæ extat præjudicium, quin potiùs ſequimur praxin Cameræ, à cujus ſententiâ ſi nullitas intentetur, neglecto reviſionis remedio, implorans non auditur, *Klock. relat. Cam. 30. n. 137. Roding. in Pand. Cameral. t. 34.* Idcircò *Klock. in tr. de contrib. c. 19. n. 398.* 12
tradit: Sententiam Cameralem per nullitatis querelam impugnare volentem non audiri, ſed eandem, reſervatâ contra Procuratorem pœnâ, rejici, uti factum in cauſa Wöhlen contra Raesfeld / 31. Jan. anno 1589. ubi contra D. Gronberg reſervata pœna, quod productum ſuum inſcripſiſſet; *Exceptiones notoriæ nullitatis*, utpotè cùm coram ſolis Reviſoribus nullitatis iſta proponi poſſint, *Ord. Cam. p. 3. t. 53. in pr.* ibi: Unrechtmäſſig und nichtig. & §. darauff. nec non §. ob ſolche Nichtigkeit. *Bender. de reviſ. concl. 18. n. 17.* quod litigantibus contra ſententias ſummorum tribunalium ſufficere debet, & in hunc etiam ſenſum *Ord. Cam. Imp. Aul.* accipienda, cùm nulla ratio ſit, quare judicium Imp. Aul. hoc in caſu deterioris conditionis eſſe debeat.

Nec relevat reum, ſi ſaltem incompetentiam judicis delegati impugnare ſe dicat. Nam hujus Jurisdictio conſiderari non poteſt, niſi examinetur poteſtas delegantis, utrum nimirum ſit talis, qui delegato cognitionem in tali causâ demandare potuerit, *Vant. de nullit. c. 1. n. 8.* certúmque eſt, ſi exceptio nullitatis propter incompetentiam objiciatur, neminem ſuper eâ cognoſcere poſſe, præterquam judicem, qui incompetens eſſe allegatur, *Gamma deciſ. 340. n. 3.* atque iſta exceptio, tanquam 13
dilatoria, ſtatim in principio litis debet allegari. Si non attentâ hac exceptione Judex ſe vel expreſsè, vel tacitè, procedendo



Digitized by Google

do ulterius in cauſâ, pronuntiet competentem, pars, quæ ſe gravatam exiſtimat, appellare debet, quia aliàs tacita iſta interlocutoria tranſit in rem judicatam, ſecundùm *Scacc. de appell. q. 17. limit. 6. memb. 7. n. 51.* Si verò hæc exceptio in primo termino non eſt allegata, in ſequenti hac defenſione ampliùs uti non licet, propter repugnantem hjus exceptionis naturam, *Carpzov. de proceſſ. t. 9. art. 2. n. 7. Zanger. de Except. part. 2. c. 1. n. 3. & 4.* ubi ait: Nam ſi reus aliis utatur exceptionibus, hac omiſsâ, in judicem videtur conſenſiſſe, ut ad hanc defenſionem reverti nequeat. Quòd verò aliæ prius axceptiones litiſpendentiæ, tranſactionis, territorij, præſcriptionis, reo ſint oppoſitæ, ex actis liquet. Quid quod exceptio nullitatis etiam tum non ampliùs habet locum, quando ea non attentâ Judex ſe competentem pronuntiavit, *Klock. tom. conſ. 11. n. 335. & ſeq.* Quinimò, licèt iſta duo remedia, *nullitatis* nimirum *querela*, & *in integrum reſtitutio* alternativè cumulari poſſint, hoc modo: *Peto ſententiam nullam declarari, vel ſi ali-*
14 *qua ſit, in integrum reſtitui:* hoc tamen fieri ampliùs nequit, nec propoſitio convertibilis eſt, poſteaquam per ſolam & ſeparatam petitionem reſtitutionis in integrum jam ſententia approbata eſt; inauditum enim, ut tum nihilominus ad bene-
15 ficium nullitatis recurrere liceat. Denique contumacia rei ab hoc quoque beneficio ipſum repellit, ſicut ob eandem cauſam reſtitutione privatur: ne videlicet, quod unâ denegatur viâ, id aliâ videatur concedi, ſicque contumax in effectu præmium ſuæ contumaciæ reportet, cùm hæc potiùs pœna contumaciæ eſſe debeat, ne ſententia poſſit ampliùs aliquo retractari remedio, & ut litibus imponatur finis, ut argumentatur licèt ex circumſtantiis illic poſitis in contrarium inclinans *Meichſner. tom. 2. deciſ. 1. lib. 2. n. 57. & ſeq.*

16 Nec hîc prætermittendum eſt, quòd remedium nullitatis ſit odioſiſſimum, tum reſpectu Judicis, cujus honor & induſtria non parùm periclitatur in deductione nullitatis quippe quòd cauſam nullitatis non adverterit, nec maturo conſilio ac judicio eam prævenerit, *arg. c. ideò huic. 2. q. 6.* tum ratione litigantium, qui lite unâ finitâ, admiſſione remedij nullitatis aliâ novâ implicantur, cùm tamen Reipubl. commodum efflagitet, ut lites abbrevientur, & Judex prudenter agat, viam nullitatibus præſcindens, ut deducit *Carpzov. part. 3. deciſ. 145. n. 16. & ſeq.* præſertim ſi via nullitatis ritè non eſt intentata, nec Citatio, nec Compulſoriales petitæ; quo caſu de nullitate fruſtrà planè quæri videtur, æquè ac ſi quis interpoſitâ appellatione proceſſus tamen nullos à Judice ſuperiore peteret.

Atque ut conſideremus fundamentum nullitatis, cui omnia ſuperſtruuntur. Ait actor, non potuiſſe decerni reo Commiſſionem ſuper Auſtregis tanquam immediato, cùm talem ſe nondum probaverit, ſed imò hæc qualitas præcipuè verſetur in lite.
Atqui translatitium eſt, ſtari narratis in de- 17
cernendis proceſſibus, nec ex jure ignotum, quòd ſi exceptione incompetentiæ in vim dilatoriæ oppoſitâ, de illâ cognoſci non poſſit, niſi ſimul merita cauſæ principalis diſcutiantur & examinentur, neminem ſanæ mentis, uti *Mynſ. decad. 3. reſp.*
*26.* loquitur, dicturum, illam admitten- 18
dam eſſe ad impediendam litis conteſtationem, quia aliàs ſequeretur, de eodem negotio bis eſſe cognoſcendum, quod ferendum non eſt. Quinimò, quia impetrans membrum eſt Nobilitatis Equeſtris Rhenanæ, quia olim ad auſtregas admiſſus, quia proceſſus ſuper Conſtitutione pignorationis antehac obtinuit, cui non ex his omnibus conſtat, non niſi per cavillationem exceptionem incompetentiæ, ad impediendum litis ingreſſum à reo objici.

Altera Exceptio verſatur in *præſcriptione* actionis. Quod nulla impetranti ampliùs competat actio, utpote lapſis jam 50. & pluribus annis à tempore celebratæ tranſactionis, cujus ille modò reſciſſionem petat, ſub vano prætextu, quaſi vi metúque extorta eſſet. Determinati autem juris eſſe, actionem, quòd metûs cauſâ, ultra 30. annos non durare.

Inſignis hæc quoque in Judicem nota eſt, ſi contra notiſſima præſcriptionis jura admiſiſſet impetrantem ad actionem, quam ipſa libelli narrata tam evidenter
excludunt. Verùm uti præſcriptiones a- 19
ctionum iniqua dicuntur præſidia, *Klock.*
*tom. 3. conſ. 187. n. 33.* ita metus nunquam 20
purgatur, nec actioni ex illo præſcribitur, quamdiu eadem metûs cauſa durat, *Chriſtin. vol. 2. deciſ. 114. n. 13. & ſeqq.* De ipſâ verò metus illatione actor ex tenore tran-

Digitized by Google

tranſactionis & alijs documentis docet, quæ ipſius captivitatem ex ſolâ causâ affectatæ immedietatis demonſtrant, nec non quòd pluribus annis ſecurè ad bona ſua accedere haud potuerit, & quædam ipſi
21 adempta ſint. Metus autem juſtus eſt, & cadens in conſtantem virum, ſi quis pellatur à bonis ſuis, quæ ſunt altera vita & ſanguis hominis, illorúmque vel omnium, vel majoris partis timeat amiſſionem, *Theſ. Baſil. vol. 6. diſp. de reſt. in integr. 17. th. 11. Leuwen. in Cenſur. forenſ. lib. 1. c. 13. n. 17. Chriſtin. ſuprà d. l. n. 6. Mynſ. 2. obſ. 27.* Noviſſimè *Myler. in Nomolog. Ord. Imp. c. 8. n. 8.* tradit: Si pactio facta ſit ob periculum amiſſionis majoris partis bonorum, talem metum conſtantiſſimum quemque excuſare, ſive paciſcens ſine iſtis bonis vitam ſuſtentare poſſit, ſive non, quia, qui metum injuſte incuſſit, injuriam alteri intulit, unde illum in priorem ſtatum reſtituere tenetur. Quia metus alteri illatus non debet in alterius præmium converti, *l. 14. §. aliquando. ff. quod met. cauſ.*

Nec opus hîc eſſet examinare merita cauſæ, ſi beneficia reſtitutionis & nullitatis, quæ reus implorat, non ampliùs ad-
22 mitti poſſunt. Verùm quia duplex eſt reſtitutio, alia ad audientiam, alia adverſùs ſententiam, ad quarum priorem admiſſus videri poſſet impetrans, dum multa ipſius diffuſa producta, in quibus merita cauſæ pertractavit, Judex non rejecit, ſed deſuper decreta communicatoria tulit; idcircò ne de pleno examine conqueri reus poſſit, per curam breviter, quæ vel ad ſtabiliendam tranſactionem, vel ad probandam actoris ſubjectionem in medium protulit, non alio fine, quàm ut liquidum fiat, an aliquid boni Juris habeat, ſi adhuc aliquod remedium ſupereſſet, cujus legitimâ imploratione cauſa denuò examinari poſſet aut deberet. Nam communicationes non alio fine fieri ſolent, quàm ut auditâ parte alterâ reſtitutionis imploratio conſideratè expendatur, poſteáque majori cum diſcuſſione reſtitutio ad audientiam quoque vel denegetur vel decernatur, prout de praxi Cameræ Imp. atteſtatur, *Roding. lib. 3. t. 60. in pr.* ideoque nunquam juſſus actor, ut in meritis cauſæ reſponderet, qui etiam hoc præjudicium cautè declinavit, ſemper juri quæſito & rebus pro ſe judicatis inhærens.

Et primò quidem ait reus, nullum actori illatum eſſe metum; ſupplicâſſe ipſummet ſæpiùs & humiliter, unà cum ſuis amicis & aſſiſtentibus pro tranſactione obtinendâ. Si quis verò metus in ipſo fuerit, quò minùs ad familiam & bona ſua tutò ſe accedere poſſe putaret, illum à conſcientiâ criminis proveniſſe, quòd Dominum ſuum territorialem tam malè & contumptim habuerit, injurijsque gravibus laceſſiverit, ut poſteà ad lares ſuos, & in territorium Domini reverti non auderet. 23

Verùm, jam ſuprà dixi, hanc in ipsâ tranſactione captivitatis cauſam aſſignari, quia reum pro Domino ſuo territoriali noluerit agnoſcere, nec fateri, bona ſua in ipſius territorio ſita eſſe. Hæc cauſa fuit, quòd decimæ quædam actori ademptæ, quòd pluribus annis, uſque ad tranſactionis tempora à bonis ſuis exulare debuerit.
Metus autem minor etiam ſufficit, ſi non 24
actione directâ ſed utili, vel condictione ex lege agatur, *Brunneman. ad l. 13. C. de tranſact. Weſenb. Tulden. ibid.* Hic me- 25
tus, ultrà alia documenta, probatur etiam per *præſumptiones*, ut quando non eſt veriſimile, quòd quis ſine metu taliter contraxiſſet, v. g. immediatus ſe ſubjiceret Jurisdictioni Principis aut Comitis, cùm quo præteritis annis tot odioſas lites & proceſſus habuerat: Vel quando quis jure ſuo jam ſpoliatus, ei poſteà renuntiat, ut deducit *Menoch. præſ. 126. n. 18. & 20.* vel quando contraxit tempore & loco, quo libertate carebat. Per ſimiles enim præſumptiones metus, utpote aliàs difficilis probationis, demonſtratur, *Chriſtin. vol. 2. deciſ. 114. n. 3.* Talis verò metus nullo tempore præſcribitur, *l. ſi mulier. §. 1. ff.*
*quod met. cauſ. Gilman. tom. 2. p. 1. vot. 1.* 26
*n. 45.* & coacta tranſactio nullo temporis ſpatio convaleſcit, *Conſil. Argentorat. par. 2. conſil. 98. per tot.* nec purgatur metus durante eâdem causâ, quin ſemper agi poteſt, quia ſemper præſens & continua eſt turbatio, præſumitúrque metus à potentiori in debiliorem, *Gilman. tom. 4. p. 1. fol. 33. n. 36.* præſertim ſi potentior talis ſit, qui minas exequi ſolet, *Barboſ. ad c. ult. de appellat. n. 13.*

Nam licet vano metui non ſit indulgendum, *l. 5. l. 6. & ult. ff. quod met. cauſ.* cùm formido aliquando inepta ſit & furioſa, *l. 4. C. de his qui ad Eccleſ. confug.*



Digitized by Google

Metus tamen juſtus in ſe ignorantiam habet, *l. item ſi 14. §. in hac actione 3. ff. d. t.* ideoque humanitatem & auxilium meretur, *l. 14. §. 5. l. ult. §. 1. ibique Dd. eod.* quia voluntati nihil ſub cœlo magis eſt contrarium, quàm metus, *l. nihil conſenſui. 116. ff. de R. I. c. ſuper hoc 5. & ibi Abbas de renunc.* dicitur enim trepidatio mentis periculi inſtantis vel futuri, tollens libertatem, *Conſil. Argent. 1. conſ. 41. num. 19. & 20.* animum perturbans, *Angel. in l. item ſi §. ſatis enim. verſ. nota quod metus ff. quod met. cauſ.* Unde aſſerunt actores, Parentem ſuum, tot annis à ſuâ familiâ & bonis exulantem debilitatem ſenſiſſe mentis & capitis, nec niſi metu majoris periculi iniiſſe tandem extortæ transactionis leges. Prætorem verò tanquam cuſtodem æquitatis, hanc obligationem non habere ratam, tanquam metu extortam, verùm reſtitutionem in integrum polliceri hoc nomine captis, *l. 1 & 2. ff. de in integr. reſtit.* & quidem tam diu, donec durat eadem cauſa, & nocendi poteſtas, *c. cum locum. 14. de ſponſal. c. accedens. X. de procurat.* nec purgatus dicitur metus, quamdiu is, cui illatus fuit, non eſt in plenâ libertate poſitus, *d. capit. Nevizan. conſ. 52. n. 53. circa fin. Reincking. de regim. ſec. & Eccleſ. lib. 1. cl. 1. c. 5. n. 20.* ſicut etiam metus præcedens ſubſequente lætitiâ non purgatur, *Gail. 3. obſ. 93. n. 32.* multi enim vultu riſum ſimulant, & premunt nihilominis altâ mente dolorem, *Alex. conſil. 99. n. 6. & 2. conſ. 98. n. 7. Hyppolit. ſing. 325. n. 6. incipit, dixi tibi,* Hinc confeſſio rei carcerati dicitur metu facta, etiamſi nullæ ipſi tempore confeſſionis illatæ ſint minæ, ſi modò præcedenti die aut aliàs ab eodem Judice fuit indebitè tortus & carceratus, quia tamdiu dicitur metus durare, quamdiu durat eadem carcerandi, torquendi, bona auferendi, captivandi poteſtas, quæ ſemel injuſtè illata juſtum cauſat metum in futurum, *Marſil. conſ. 29. n. 36. verſ. nec habet obſtare. & num. 37. & ſeqq. Grammat. conſ. 4. n. 14. Bertazoll. conſ. 162. n. 7. & conſ. 215. n. 23. Burſat. conſ. 201. n. 19. lib. 2.* quia enim metus difficilis eſt probationis, hinc maximoperè cavere debet Judex, ut nemo alienum metum in ſuam rapiat utilitatem, *l. 14. §. 5. l. 9. ff. quod met cauſ.* atque ex his omnibus concidit decantata præſcriptionis exceptio. Conveniunt Dd. in eo communiter, quod ſi poſt immemoriale tempus titulus vel inſtrumentum produceretur, qui titulus ex cauſa metus vel alio eſſet vitioſus, & in quo tamen pars illum exhibens ſe fundaret, præſcriptionem viribus omnibus evacuari, cùm ex eo titulo mala fides, ſive formalis, ſive virtualis detegatur, cum quâ nulla poteſt currere præſcriptio, *Caſtillo lib. 6. c. 26. n. 34.*

Fruſtrà itaque regerit reus, quaſi per preces & humillimas interceſſiones hæc transactio eſſet obtenta, nequaquam verò per metum extorta; Nam ſicut illis precibus ſemper appoſita erat hæc conditio, da man ihn für einen freyen dem Reich unmittelbar zugethanen paſſiren laſſen wolle / ita in aperto eſt, qualis metus, decennale nimirum ferè exilium à bonis, ad iſtas actorem preces adegerit, ne cum ſuis penitùs ad incitas redigeretur. Nec metu ſceleris aut malæ conſcientiæ actorem tam diu à bonis ſuis abfuiſſe reus aut aſſeverare aut probare poteſt. Nam injurias prætenſe ſibi illatas reus nuſpiam demonſtravit, adeoque nullâ aliâ de causâ actorem perſecutus eſt, quàm quòd pro Domino ſuo territoriali agnoſcere ipſum noluerit.
Metus igitur per allegatas preces non ex- 27
cluditur, quia durante primâ causâ durare cenſetur, quamvis in exterioribus oſtendatur plena & omnimoda libertas, *Bartol. in l. 2. n. 7. C. de his quæ vi. Menoch. libr. 3. præſumpt. 4. n. 22. Naſcard. de probat. concl. 1055. n. 36. Gom. tom. 2. var. c. 14. n. 27. Garſia de nobilit. gl. 17. n. 47. Gamm. deciſ. 346. n. 4.* quod procedit, quamvis magnum temporis intervallum intercedat, *ex Baldo. Gom. de loc.* quæ Dd. tradita ex ipſo naturali rationis lumine, æquitate, & juſtâ vindictâ metum inferentium corroborantur. Actori verò ob perpeſſam captivitatem, ſpolium bonorum, exilium, perſecutionem, & demùm ſecutam transactionem ritè rectéque poſſunt applicari. Reliquæ nullitates, quas opponit reus, ejus tantummodò videntur eſſe conditionis, quæ non intra 30. annos, ſed intra decennium debent proponi, quod tamen diu elapſum eſt.

Primo loco, ait reus, delegatos judicâſſe, ſine præcedenti cauſæ cognitione, ſine examine, facti & circumſtantiarum.

Sed

Digitized by Google

28 Sed hæc allegatio eſt contraria præſum-
ptioni Juris, quæ perpetuò militat pro Ju-
ſtitiâ ſententiæ & integritate Judicis, do-
nec contrarium probetur, *Menoch. 2. præ-
ſumpt. 67. n. 4. Carpzov. de proceſſ. tit. 15.
art. 2. n. 35.* quod hactenus à reo præſti-
tum non eſt, hancque allegationem ſatis
confutant verba ſententiæ, ibi: **Nach
Erſeh- und Erwegung der Herrn Kläger vor-
und anbringen / auch erſtattetem Beweiß-
thumb zu recht erkannt**; Judici enim in ijs,
quæ ſpectant ad officium illius, omninò
creditur, *Carpzov. d. loc.*

29 Secundò ait, per recuſationem Juriſ-
dictionem ſubdelegatorum ita ſuſpenſam
eſſe, ut ſine nullitate progredi ulterius non
potuerint, cùm Judex recuſatus pendente
recuſatione nulliter procedat, quia recu-
ſatio non ſecus ſuſpendat ejus Juriſdictio-
nem, ſicut appellationem, *Tulden. in tit.*
30 *Cod. de Judic. n. 5.* Verùm non propoſita
eſt ulla apud ſublegatos recuſatio, ſed de-
mùm apud delegantem, & quidem eo
tempore, poſtquam aliæ exceptiones per-
emptoriæ objectæ jam fuiſſent: cùm ta-
men exceptio recuſationis in primordio li-
tis opponi debeat, ita ut ſi reus alias exce-
ptiones, hac omiſsâ, actori objiciat, in
Judicem conſenſiſſe videatur, niſi ſuſpicio
poſt litis conteſtationem modò ſuperve-
niat, uti cum Dd. communiter deducit
*Zanger. de except. p. 2. c. 4. n. 3. & ſeqq.*
itaque tardiùs, nec competenti loco hæc
exceptio eſt objecta. Atque ſi reus, ve-
lut quidem prætendit, eam citiùs allega-
vit, ea tamen à delegante rejecta eſt.
31 Qui enim ſcit exceptionem recuſationis,
& nihilominùs delegat, vel delegantem
progredi jubet, eo ipſo exceptionem re-
cuſationis rejicit, *Ant. Fab. in Cod. lib. 3.*
32 *t. 4. def. 3.* Utut enim recuſatio ſit defen-
ſio naturalis, ſi fit ex magnâ causâ, *c. quod
ſuſpecti. 3. q. 5.* & quia ſatis incerta eſt Ju-
dicij alea, aliud ei periculum inſuper non
addendum, liteſque ſine ſuſpicione de-
33 bent procedere. Tamen recuſatio non
facilè admittenda eſt in Judicibus illis,
quos recuſans, propter eorum excellen-
tiam ſelectámque integritatem, videtur
contra ſe potiùs habere præſumptionem
calumniæ, quàm aliquid juſtè poſtulare,
& exiſtimandus eſt non habere bonam
cauſam, dum aliquem Juſtitiæ tramitem
devitat, ut loquitur *Creſp. de Valdaurâ in
obſ. illuſtr. deciſ. obſ. 9. q. 5.* Quinimò ſi
Commiſſarius unus reo ſuſpectus fuit, ad-
junctum ſibi habuit alium, quâ adjunctio-
ne exceptio ſuſpicionis tollitur: & ſupe-
rior de hac exceptione recuſationis cogno-
vit, eámque rejecit, quod praxi hodier-
næ eſt convenientiſſimum, *Beſold. in de-
lib. jur. 5. q. 14.* maximè quia cauſæ recu- 34
ſationis, quænam ſufficientes ſint, com-
mittuntur arbitrio Judicis, ne permittatur
litigantibus pro ſuâ libidine Judicem recu-
ſare, eúmque cum dedecore privare exer-
citio ſuæ Juriſdictionis, *Carpzov. de pro-
ceſſ. tit. 3. art. 4. n. 92.* Atque, ut modò 35
ſuprà dictum, debebat omnium prima
proponi hæc exceptio, ne videatur quis in
judicem conſentire, ſeu judicium ſuſcipe-
re, *l. fin. C. de Except. l. ſed etſi ſuſceperit.
C. de Jud.* quia poſt alias exceptiones
peremptorias Judex recuſari ampliùs non
poteſt, *Mynſ. 4. obſ. 59.* cùm hæc ſit exce-
ptionis hujus natura, ut non tantùm ante
litem conteſtatam, ſed & omnium prima
proponi debeat, *Beſold. in delib. jur. lib.
5. q. 15.* Tandémque recuſatio judicis
tanti momenti non eſt, ut propterea pro-
ceſſus à Supremo Dicaſterio nullus decla-
rari debeat, *Meichſner. tom. 3. deciſ. 33.*

Cæterùm urget actor præſumptionem
pro territorio, ratione cujus fundatam ha-
beat intentionem contra omnes in ter-
ritorio habitantes, huic actori non potuiſ-
ſe decerni proceſſus immediatis ſolùm
competentes, & ex hoc Iuriſdictionis de-
fectu omnia ſuperſtructa concidere. Ve- 36
rùm jam ſuprà dixi narrata fundare Juriſ-
dictionem Imperatoris, *Mindan. lib. 1.
de proceſſ. c. 14.* neque ea ſtatim probare
neceſſè eſt, cùm ex eo, quod petitur, non
ex eo, quod debetur, Juriſdictio ſit metien-
da, *Gail. 1. obſ. 131. Mynſ. 2. obſ. 9.* nec e-
nim de veritate narratorum conſtare po-
teſt, antequam lis conteſtetur, *Mind. d. l.*
imò pro Nobilibus Suevicis, Rhenenſibus,
& Franconicis præſumitur, quòd ſint im-
mediati, quoad perſonas & bona, *Gilman.* 37
*Symphor. tom. 1. part. 1. tit. 3. vot. 7. n. 4.*
ubi *ex R. I. de anno 1500. tit. 46. & 1512.* §.
**Nach deme.** concludit, Nobiles etiam ra-
tione bonorum, liberos & immediatos eſ-
ſe, & *tom. 1. p. 2. t. 6. n. 56. & 57.* ait,
cùm duplicis tantùm conditionis ſint ho-
mines Imperij, mediati & immediati, eo
ipſo probatur immediatus, cùm contra-



Digitized by Google

rium non oſtenditur, præſertim Nobiles Franconiæ, Sueviæ & Rheni tales cenſentur, & res facilè redit ad ſui principium. Quemadmodum etiam liber eſt Magiſter Ordinis Teutonici, & Magiſter Johannitarum cum ſuis Civitatibus, caſtris & pagis, paſſim per Imperium ſparſis, & territorijs Principum incluſis, *Meiſner. tom. 2. lib. 1. dec. 6.* nec non liberæ Imperij Civitates licet in territorijs Principum comprehenſæ, *Paurmeiſter de Juriſd. lib. 2. c. 9. n. 79. Theſ. Baſil. vol. 9. diſp. de ſuperiorit. territ. th. 10. Meichſn. tom. 2. lib. 1. deciſ. 8. n. 50.* tradit: Etſi ratione ſitus bonorum præſumptio ſit Jurisdictionis & Superioritatis, tamen id non ſufficit, quia Nobiles quoad Perſonas & bona pro liberis habentur, ut patet ex *Rec. Imperij, & n. 42.* non neceſſariò ſequitur, ſum in territorio, ergò ſum ſub Jurisdictione Domini, poteſt enim locus in ipſo territorio eſſe exemptus, & illa qualis qualis præſumptio contrariâ præſumptione libertatis eliditur. Idem habet *Klock. relat. 73. n. 50.* Unde *anno 92. 22. Novemb.* cùm Nobilitas Franc. Suevic. Rhen. & Wetterav. conquereretur apud Imp. daß man ſie unterm Schein der Land-Fürſtl. Obrigkeit umb jhre Freyheit bringen wolte / quod Imperio ipſique Imperatori valdè ſit præjudiciale, Imperator mandavit Cameræ, ut manuteneat Nobiles contra potentiores, & exceptiones ſubjectionis non facilè admittat, nec ſub prætextu der Hohen Obrigkeit contra libertatem eorum pronunciet, *Autor præjud. Cam. apud Gilm. verbo Nobilitas.* Quamvis enim Nobiles olim Ducibus paruiſſe veroſimile ſit, quia quondam à Rege Duces, Marchiones, Comites, Capitanei, majoreſque Valvaſores, à Capitaneis verò ſimilibúsque Valvaſores minores, ab his minimi, ſeu Valvaſini inveſtiebantur, ſicque unus alteri imperavit. Tamen poſteà Ducatu Suevico in plurima diſcerpto anno 1269. membra, Ducatus ipſe cum Ordine Equeſtri Imperio acceſſit, ſicque libertatem, & immediatam ſubjectionem acquiſivit. Franconiæ Nobilitatis & Rhenanæ libertatem parili occaſioni aſcribit *Beſold. diſſ. de Ordin. Equeſt. §. 6. & ſeqq.* quem ſequitur *Beckers de jur. publ. cap. 10. §. 3. Speidel. in Spec. obſ. verbo* Freye Reichs-Ritterſchafft. Itaque liberi Nobiles à loco ubi degunt, in tres claſſes diſtribuuntur, Francken / Rhein und Schwaben / *R. I. de anno 1500.* §. Was man mit der Ritterſchafft zu Francken / Schwaben / und Rheinlanden handlen ſolle / *R. I. de anno 1542.* §. Demnach haben wir auff der Churfürſten / Fürſten und Stände / ꝛc. & vocantur die Freye von Adel / die Freye Reichs-Ritterſchafft / welche ohne Mittel der Kayſerl. Majeſt. und dem Reich unterworffen / *R. I. de anno 1555.* §. Und in ſolchem Friden. *O. C. p. 2. t. 5.* ibi: Edelmann / und andere des Adels / der oder die dem Reich ohne Mittel unterworffen. Hi igitur Nobiles habitantes in Franconiâ, Sueviâ & apud Rhenum, velut in locis ubi non viget die Landſaſſerey / præſumptionem libertatis pro ſe habent, non agnoſcunt, niſi Imperialia Dicaſteria, vel Auſtregarum nec alibi, quàm in den gemeinen Ritterſchafft-Kaſten / aliquid contribuere ſolent. Imò habent in ſuis pagis & caſtris Jurisdictionem territorialem ſicut cæteri Status, *Bidembach. in Nob. quæſt. q. 1. n. 11.* Sicut & *Gail. 2. obſ. 62. n. 3.* notat, omnia caſtra Nobilium in Schwaben / Francken und am Rhein habere jus territorij, eodémque privilegio frui, quo liberæ Imperij Civitates.

Et robur capit hæc opinio auß der Freyen Reichs-Ritterſchafft von Kayſer Ferdinand anno 1561. confirmirter Ordnung / ubi habentur ſequentia, daß die Freye Reichs-Ritterliche Adels-Perſohnen allein und ohne alles Mittel Jhr Kayſ. Majeſt. unterworffen und verſprüchig: auch ſonſt aller hocher und niderer Reichs-Ständ / Krayſen / Obligen / Laſts / Bürden / Beſchwerden / Aufflag / Gebiet / Satzung / Ordnung / Jurisdiction / und Dienſtbarkeit / keine außgenommen / gäntzlich exempt und befreyet / ꝛc. Idem Senſus ex privilegiis variis Ordini Equeſtri Rhenano à Cæſaribus datis & à *Simone Günthero* ſub titulo: Freyheiten deß H. Röm. Reichs eximirten Adelichen Ritterſchafft am Rheinſtrom / uno faſciculo connexis prælóque *anno 1609.* vulgatis erui poteſt, ubi quamplurimis in locis libertas Nobilium confirmatur, iique von der Lands-Obrigkeit eximuntur. In ſpecie in privilegio Rudolphi II. de dato *9. Jul. 1605.* diſtrictus der befreyten Reichs-Ritterſchafft vom Rheinſtrom in der Wetterau ſolicitè determinatur, Paria de Franconica Nobilitate deducit, probátque *Wehner. in pract. obſerv. verb.* Kreyß / Kreyßtag. Diſe Ritterſchafft in

in Francken hat anno 1509. eine neue Ritter-Ordnung auffgericht / und durch Kayſer Rudolph. II. confirmiren laſſen / in quâ paſſim dicitur, Ordinem hunc nullum habere ſuperiorem exceptâ Majeſtate Cæſareâ, nec Magnatibus & Statibus vicins ullo modo eſſe ſubjectos. Hæc omnia *Beſold. ſup. d. loc. Goldaſt.* in den Politiſchen Reichshändlen *t. 5. fol. 989.*

Stante igitur præſumptione & imme-
58 dietate pro Nobilibus, fruſtrà laborat reus pro ſuâ præſumptione territoriali, quæ per alterã eliditur, eòque magis firmatur, quòd reus jam ſemel in Judicio Auſtregarũ contra Actorem comparuerit, quod liberâ voluntate & ſine præjudicio factum eſſe quis credat?

Alia tamen multa circa cauſæ merita adducit reus, quòd Actor ab ipſo citatus in judicio comparuerit, juriſdictionem agnoverit, ab ipſomet ſuo fratre coram reo accuſatus ſit, protectionem petierit, & inſuper ex privilegiis Cæſareis fundata in actorem ſuperioritas territorialis demonſtrari poſſit. Quòd ſi verò accuratè omnia examinentur, prætenſa rei Superioritas & Juriſdictio probata minimè videri poteſt.
59 Non enim per querelam partis aut citationem vel inhibitionem judicis, ſed partis in judicium vocatæ paritionem Juriſdictio demonſtratur, & illi demùm ſunt ſubditi, qui mandato alicujus parent, & faciunt ea, quæ ſubditi ſolent, *Gilm. tom. 1. part. 2. tit. 6. n. 21. & tom. 2. part. 2. vot. 29. n. 10.* Sola enim citatio ſive præceptum aſſerti Domini non probat Juriſdictionem, niſi ſubſecutâ obedientiâ, *Maſcard. concl. 947. n. 4. Afflict. deciſ. 265. n. 9.* Jam verò in producto documento ſolum rogat Actor reum er wolle ihn und ſeine Unterthanen auff ſeinem Hochthumb mit ihrem Vihe zu fahren erhalten / und die Weid in Hecken und anders gebrauchen laſſen / ex quibus verbis an ad Juriſdictionem & Subjectionem Perſonæ vel bonorum Actoris inferri poſſit, magnæ perſpicacitatis opus eſt. *Secundum documentum* monſtrat, quòd actor citatus in Cancellariâ rei comparuerit, & cum adverſario ſuo amicabilem inierit compoſitionem: Sed cùm ex ipſius documenti verbis appareat, daß er allerhand erhebliche Emreden / wie auch andere mehr bedenckliche exceptionen in der Perſon eingewendet / exindè non abſurdè conjicitur, etiam eo caſu exceptionem immedietatis & incompetentiæ objectam eſſe. Tum verò poſito ſed non conceſſo caſu, quòd ſemel actor comparuerit, unicus tamen actus comparendi non præjudicat, ſed plures requiruntur, *Maſcard. concl. 79. n. 19. Meiſner. in causâ* Hirnheim *contra* Pfaltz *tom. 2. deciſ. 8. n. 29. & ſeq.* quia ſubjectionis qualitas & quaſi poſſeſſio ex præſtatione ſervitiorum, & obedientiæ, nec non ex continuatis & ſæpiùs quietè repetitis actibus Iuriſdictionis demùm probatur, *Gail. de arreſt. c. 7. n. 10. & 14.* Ad literas atque inhibitiones rei ad actorem datas eò minus reflectendum eſt, quia Imperij ſtatus & praxis facilè ſubverti poſſet, ſi ex literis potentioris ad inferiorem ſcribentis ſuperioritas colligi poſſet; & quantum citatio vel inhibitio probet, non ſubſecutâ paritione vel obedientiâ, modò ſuprà dictum eſt. Huc enim referri poſſunt querelæ quædam criminales, contra actorem ad reum delatæ, quia notum eſt ex jure & praxi, quatenus quis forum ſortiatur in loco delicti, ita ut, etiamſi quis ratione delicti ſubjiciatur Juriſdictioni alterius, exindè tamen non fiat ſubditus, *Gail. de pignor. c. 15. n. 2. & ſeqq.* Nec proficit reo argumentum à jure defenſionis deſumptum, daß der actor bey jhme Schirm und Schutz geſucht / wegen der bevorſtehenden Gefahr / weilen er vernommen / daß ihn etlich überfallen wolten: Nam exindè iterum malè ſubjectionem actoris infert reus, quia nuda defenſio perſonarum non tribuit Juriſdictionem, Schutz und Schirm gibt keine Obrigkeit / ut poſt plures à ſe relatos tradit *Gilman. tom. 1. p. 1. t. 6. vot. 2. n. 3. & p. 2. t. 6. vot. 6. n. 158. & tom. 2. p. 1. vot. 26. n. 10. Meiſner. tom. 2. lib. 1. deciſ. 6. n. 134.* adeò ut potiùs evidens non competentis Juriſdictionis ſit argumentum, *Natta conſ. 636. n. 1. Sixtin. vol. 3. conſ. 8. n. 45. Dn. Speidel. verbo* Schutz und Schirm. Jus enim protectionis à Iuriſdictione & adminiſtratione Iuſtitiæ eſt ſeparatum, *Georg. Everh. conſ. 56. n. 94. vol. 1.* & multò magis à ſuperioritate, quam nec contra inferiores protectoribus tribuit, *Gilman. Symph. tom. 1. p. 1. t. 2. vot. 1. n. 51.* cùm igitur protectio tam ſtrictas habeat fimbrias, ut ultra terminos defenſionis nequeat extendi, fruſtrà reus exindè ſuperioritatem prætenſam extruit, præſertim cùm actor ipſum



Digitized by Google

ſum non ut Advocatum, ſed ut amicum invocârit, weilen er von guten Freunden gewarnet worden / daß er ſolte überfallen werden / quibus literis adjunxit hanc clauſulam: Wäre aber jemand / der mit mir vermeint zu thun zu haben / ſollen E. Gn. meiner mächtig ſeyn / vor E. Gn. oder E. Gn. Rähten / ſo fern ich es nicht andern Leuthen übergeben hätte / quæ clauſula iterum prodit, Nobiles iſtos nunquam fuiſſe ſubjectos Iuriſdictioni rei, ſed aliquando ſaltem ex familiaritate in ipſum liberè compromiſiſſe. Subditus autem is demùm eſt, qui cogitur pati Iuriſdictionem, *c. licet in fin. de elect. Ant. de Roſell. tr. de Imp. pot. §. fin. Lud. Rom. conſ. 70. vol. 5. Victor. de exempt. th. 37.* Cui ſimile exemplum affertur in alio documento, ubi poſtquam actorem cum adverſario ſuo amicabiliter compoſuiſſet, in ipſo transactionis Inſtrumento hæc verba leguntur, beede Parthey en haben ſich / auff ſein gnädig Geſinnen / gütlich oder rechtlichen Fürkommens für ihme erbotten / daran ſie ihme dancknehmiges Gefallen erzeigt / ex quibus verbis profectò non probatur Iuriſdictio, ad quam ſubeundam cogi potuerit actor, cùm is nec mos nec decentia Dominorum ſit, ut ſubditis ſuis gratias agant, quòd ſe Iuriſdictioni ſuæ benevolè obtulerint. Sed alijs inſuper argumentis confirmare jura ſua ſtudet reus, dum ait, es müſte ihme actor ſein

42 Schloß / ſo offt es nöthig / eröffnen. Ius autem aperturæ in caſtris & civitatibus ſuperioritatem denotare. Subditi namque duntaxat portas Domino aperire, eúmque cum comitatu recipere tenentur, *Göden. conſ. 31. n. 14. Everh. Jun. conſ. 1. n. 160. vol. 2.* Verùm & hæc regula hanc exceptionem habet, niſi ex ſpeciali debeatur pacto, *Höping. de Advocatiâ th. 53.* Nec enim ſemper Iuriſdictionem infert jus aperturæ, ſed ex confœderatione vel alio modo quandoque competit, quomodo Auſtriæ Archiduces in Tridentino aperturam habere Epiſcopatu refert *Cephal. conſil. 628. in pr.* quòd verò reus aperturam iſtam habeat, non jure ſuperioritatis, ſed ex pacto, clarè demonſtrant literæ deſuper confectæ; Wir N. bekennen / daß wir mit gantz gutem Willen geöffnet haben / und ein offen Hauß gemacht / unſer Hauß / daß wir auff haben geſchlagen / und daß wir thun ſollen und wollen / daß nun jetzo dem Grafen / und ſeinen Erben / &c. cum hac tamen conditione, es wäre / daß man uns ußgienge / was wir wolten bleiben an ihren Mannen und Burgmann / ſo möchten wir uns behelffen von dem vorgenannten unſerm Hauſe / biß daß uns Recht und Beſcheidenheit geſchehe. Similiter in verbis, wann die N. ſich zweyen mit dem Grafen von N. ſo ſoll ſich von beyden Seiten keiner von dem ehegenannten Hauſe behelffen / in kein weiß / denn das Hauß ſoll ſtille ſitzen / einem als dem andern ohne alle Geferhde / alle Argliſt abgethan; Item in verbis: Darnach iſt abgeredet / auch iſt geredet / wann der Grafe deß Hauſes nöthig hätte / ſoll er ſelbſt da ſeyn / oder ein Marſchall darſchicken / oder andere ſeine Freund / wer die wären / die ſollen den Burgfrieden halten / als lang / als ſie da wären / gleicher weiß / als wie wir ſelber. Ex his cæcus ſit, qui non aperturam ex pacto datam videat, liberâ voluntate, ex tempore iſtarum literarum, cum tot clauſulis & conditionibus, quales ſibi Dominus territorialis, qui talia jura ex propriâ autoritate & vi ſuæ ſuperioritatis habet, præſcribi non patitur; quod autem peculiaribus pactis impetratur, id ſtatim apparet ipſo jure non competere, ait *Dn. Speidel. in ſpecul. obſerv. verb.* Schutz und Schirm.

Ultimum documentum eſt privilegium Maximiliani de anno 1499. Darinn allen / ſo unter deß N. zugehörigen Grafſchafft und Gebiet geſeſſen / und dem zugethan oder verwandt ſeynd / befohlen wird / ſeinen Gebotten / Verbotten / und allem anderem Gehorſam zu beweiſen / ſich darinn nicht zu ſperren oder zu beweiſen / als lieb ihnen ſeye die Kayſerl. und deß Reichs Ungnad zu vermeiden. Litera autem demonſtrat, privilegium hoc non contra omnes in- ſed ſub 43
Comitatu & juriſdictione habitantes eſſe datum, ut immediatis Nobilibus non præjudicet. Supremi enim Principis officium eſt, juriſdictiones tueri, non turbare, & unumquemq; relinquere in eâ conditione, in quâ fuit, in eâq; conſervare: cùm & aliàs Princeps jus alteri quæſitum aufferre nequeat, & privilegia ad alienam non debeant porrigi. Magna eſt enim differentia in eines Fürſten Obrigkeit / und unter eines Fürſten Obrigkeit ſitzen / Bidembach. *qq. nobil. 1. n. 16. Rudinger. lib. 3. obſ. 10.* quo referri poteſt perſpicuus ex Comitiis Auguſtanis contextus, *de anno 1500.* §. Der ander

ander Creyß / ꝛc. begreifft / Fürſten / Landgrafen / Grafen / Prælaten / Herren / Frey- und Reichs-Städt / unter und bey ihnen gelegen / ꝛc. Unde quamvis magna vis videatur eſſe præſumptionis territorialis, quæ militat contra omnes, qui intra ſepta territoria continentur, donec ſe exemptos probent, adeò ut hoc unico argumento pleriq; ſtatus ſuam in omnes ſuperioritatem palliare &
44 excuſare ſtudeant. Tamen iſta præſumptio habet fortiorem præſumptionem contra ſe, eámq; naturæ regulis ſuffultam, videlicet, rem omnem eſſe liberam à primævo ſtatu & jure, *c. jus gentium diſt. 1. Meiſner. tom. 3. deciſ. 6. n. 84.* præſumptio autem præſumptione tollitur, *l. fin. ff. quod met. cauſ Menoch. 1. præſ. 30.* & quatenus pro Nobilibus iſta præſumptio pugnet, ſu-
45 prà latè aperui. Secundò, præſumptio iſta nemini favet, niſi Summo Principi, ob generalem ipſius Juriſdictionem in omnes, *Henr. Boitius c. ſi. diligenti de præſc. Gabriel. 1. comm. opin. t. 1. de probat. concl. 9. Cravett. conſ. 115. n. 13. Ant. Fab. 3. Cod. tit. 12. def. 17.* In inferioris verò Principis diſtrictu facilè fallit, ut, cùm in ipſius toparchiâ locus exemptus eſſe queat, *Gail. de arreſt. c. 6. Vant. de nullit. & def. Juriſd. ord. n. 108. Meiſner. tom. 3. deciſ. 6. & tom. 2. lib. 1. deciſ. 6. n. 99. & lib. 2. deciſ. 4. n. 167.* qui conſtituit territorium per ſe ac ſeperatum, *idem tom. 2. lib. 1. deciſ. 8. n. 43.* & in Imperio noſtro quot Nobiles, quot Prælaturæ, quot Civitates undique Principum oris, velut palis circumſepiuntur, ſalvâ tamen Imperij libertate? *Paurmeiſter. lib. 2. de Juriſd. cap. 8. n. 27. M. Stephan. de Juriſd. p. 2. cap. 7. n. 66.* exempla ſuppeditat *Meiſner. in cauſâ* Teutſchmeiſter *contra* Oettingen / *tom. 2. lib. 7. deciſ. 6. n. 51.* & in cauſa Hirnheim *contra* Pfaltz / *deciſ. 8. n. 50.* adde *tom. 3. deciſ. 6. n. 64.* quinimò locus mœnibus & pomærio incluſus liber eſſe poteſt, differente *Cothman. conſil. 21. n. 103. vol. 1.* quemadmodum Ratiſbonæ eodem murorum ambitu quinque Imperij ſtatus & quidem liberos oculis uſurpamus, *Warem. ab Eremberg. de fœder. c. 1. n. 61.* ex quibus omnibus concluditur, vanam & fragi-
46 lem eſſe pro ſuperioritate territorij præſumptionem, cùm territorium non loco, non ſitu, ſed per actus juriſdictionales deſignandum ſit, *Hieron. de monte tr. fin. regund. c. 6. n. 10. Gilman. tom. 1. p. 2. tit. 11. vot. 4. n. 51.* dicitur enim à terrendo, & ipſe nominis ſonus indicat ſuperioritatem coërcitionis, ita ut ſi probari non poſſint actus juriſdictionales expreſſi & legitimi, locus de territorio dici nequeat, nec Planeta extra orbem ſuum poſſit regnare, *Bald. in l. data. n. 28. C. qui accuſ. non poſſ. Alciat. §. ſed finge. de V. S. Cothman. conſ. 85. vol. 2. Gilman. d. loc. Hieron. de monte d. l. Ant. Fab. 3. C. t. 12. defin. 28. Victor de exempt. th. 27.* Actus autem juriſdictionales reus contra actorem nullos habet, cùm omnia ſuperiùs examinata Inſtrumenta potiùs evertant, quàm demonſtrent prætenſam ipſius ſuperioritatem territorialem. Quòd 47
ſi enim Actor rei Landſaſſius eſt, quando homagium præſtitit? quod eſt primum ſubjectionis fundamentum: quando Collectas provinciales vel exegit vel accepit? quando ad diætas provinciales aut vocatus eſt, aut comparuit? quando reus jus & judicium in invitum reddidit? quâ inſcriptione unquam reum ſeinen Landherrn indigitavit? quando reus extra compromiſſum cauſam cognovit, ſententiam tulit vel pœnam irrogavit, quæ tamen omnia ſuperioritatis ſigna & notæ ſunt, *Knichen. de Jur. territ. c. 3.* cùm Landſaſſij nihil aliud ſint, quàm Subditi, ſive homines juriſdictionales, quibus in omnibus à Domino territorij præcipi ac mandari poteſt, quíque illum agnoſcunt, & nominant ihren Erb- und Landsherren / *Dn. Speidel. in ſpec. obſerv. verb.* Landſaß / & iſta ſunt Symbola Superioritatis, *Gail. de arreſt. c. 7. n. 10. 11. & 14.* eámque probant velut effectus cauſam, & poſſeſſionem vel quaſi demonſtrant, *Knich. de jur. territ. cap. 3. n. 200.* quorum tamen nullam ſpeciem reus omnibus ſuis documentis aſſeruit. Atque licèt dentur Landſaſſij privilegiati, nec hujus probationis ſpecies à reo impleta eſt.

Econtrà Actores præſumptionem libertatis & immedietatis pro ſe habent, ſolvunt collectas in die Ritterdruhen / gau- 48
dent jure Auſtregarum, bonorum confiſcationibus, multarum pœnarúmque compendijs potiuntur, ſemper ſe pro immediatis geſſerunt, & id reo in faciem dixerunt, ſcripſerúntque, ut ex ipſis documentis à reo productis elucet.

Quodnam igitur eſt prætenſæ transactionis fundamentum? Si reus Nobilem 49
ut Landſaſſium ſuum ad eam adegit, fal-



Digitized by Google

ſum ſuppoſitum eſt, & transactio ob defectum cauſæ iſtius prætenſæ nulla, ſicque neceſſariò corruit, *Seraphin. deciſ. 1190. Rot. Rom. deciſ. 429. n. 19. tom. 2. p. 4. in coll. à Rub. Andreol. controverſ. 246. n. 18. Mandic. de tac. & ambig. convent. lib. 26. t. 9. n. 42.* ubi textus, præjudicia & rationes allegat, *Valeron. de Transact. tit. 6. q. 3.* qui multas cumulat autoritates. Et cùm ex omnibus ſuprà deductis pateat, Actorem immediatum liberúmque Nobilem ſemper fuiſſe, alterius Iurisdictioni ſe ſubjicere non potuit, *Gail. de arreſt c. 6. n. 31. Gilm. tom. 2. p. 2. vot. 29. n. 10. Dn. Spei-*
50 *del. in ſpec. obſ. verb.* Schutz. Eò minùs, quia in ordinatione Nobil. Franconiæ proviſum, daß ein jedes Mitglid / und die ſamtliche Ritterſchafft ihr geſtrackes Auffſehen / in allunterthänigſten Gehorſam / auff die regirende Kayſerl. Majeſt. und deroſelben Nachkommen am H. Röm. Reich / als das höchſte Haupt in der Chriſtenheit / und ihren unmittelbaren einigen Oberherren haben / demſelben / wie ſichs gebührt / getreu / gehorſam / und gefällig erzeigen / ſich auch von Ihrer Kayſerl. Majeſt. Adlers-Cron nicht abſöndern / ſcheiden / oder zu Abbruch Ihrer Kayſerlichen Majeſtät und deß Reichs habenden Rechten / wie auch Verringer- und Schmählerung Ritterlicher Freyheit / einem anderen Stand in-oder auſſer des Reichs einleibig oder unterwürffig machen / ꝛc. Super quâ ordinatione ſervandâ juramentum Nobiles præſtant. Ideoque licèt finem litibus imponere oporteat, non tamen propterea transactiones injuſtas ſuſtinere debemus; ſed eas tantùm, quæ juſtæ & rationi conſonæ, aliàs medicina pejor eſſet morbô, ut ait *Andreolog. controv. 288. n. 98.*

51 Si metu & violentiâ transactionem extorſit reus, tyrannica coactio ipſo jure nulla eſt, *Gail. 2. obſ. 54. n. 8.*

Nulla nova cauſa ex omnibus, documentum nullum allatum eſt, quod non vel ante in actis deductum, vel in antehac exhibitis memorialibus pro reſtitutio-
52 ne rejectum ſit. Hoc autem caſu, ubi reſtitutio ex cauſis jam ante deductis, vel novis quidem, ſed tamen irrelevantibus petitur, reſtitutionem denegandam eſſe, determinat, *O. C. p. 3. t. 62.* Eadem namque cauſa non poteſt iteratâ poſtulatione in judicium deduci, *t. t. C. Si ſæpius in integrum reſtit. poſtul.* Et ſi ſupponamus, nova eſſe inſtrumenta, quæ reus produxit, nihilominus *Meiſner. tom. 3. deciſ. 14. n. 116.* concludit cum Dd. communiter, quòd reſtitutio deneganda ſit, ſi eam petens non ſimul probet, quòd illa inſtrumenta adhibitâ omni diligentiâ citius producere, & huic malo prævenire non potuerit. Hoc autem reus aſſerere non poteſt, cùm habuerit facultatem documenta iſta in ſuis manibus exiſtentia ſingulis horis producendi. Ut hinc credibile fiat, id potiùs ex ſupinâ quadam negligentiâ, vel potiùs excogitatâ malitiâ, ut verbis textus in *c. ſuſcitata de reſt. in integr.* cum *Meiſnero d. l.* utar, quàm juſtâ cauſâ eſſe omiſſum; conſtat autem reſtitutionem non dari illis, qui ex propriâ culpâ læſi ſunt, cùm negligentia tam magna, æquè ut dolus, patrocinari non debeat reſtitutionem petenti, quæ ſunt formalia *Meiſneri d. loc.* Inſuper cauſat non ſolùm novas, ſed & relevantes eſſe 53
oportet; quàm autem nihil ad rem faciant, & irrelevantia ſint inſtrumenta exhibita, ſuperius à me ſpeciatim diſcuſſum eſt. Reſtitutio autem in integrum, claras, plenas, & indubitatas probationes requirit: nec eſt admittendum ad probandum, quod probatum non relevat, & quia reſtitutio jam toties denegata eſt, piaculum eſſe debet Iudici, à rebus judicatis recedere, *l. 2. C. de re jud.* & *Chriſtin.* 54
*ad illum tit. n. 1.*

Ut non repetam, reſtitutum videri reum ad audientiam, dum ſua documenta in meritis cauſæ produxit, quæ examinata eo ſaltem ſunt fine, ut pateat, reo jura non aſſiſtere, nec victoriam in ipſius partes inclinare, etiamſi ſupereſſet remedium, quo ſententiam contra ſe latam impugnare poſſet. Gratia ipſi præſtita, dum primò ad appellationem admiſſus eſt, 55
cùm determinati juris ſit, contumacem appellare non poſſe, *l. properandum 13. §. fin. verſ. cùm autem C. de Judic. Clezel. de appell. c. 2. n. 57.* præſertim ab Auſtregis, ubi non licet nova deducere, *Roding. in Pandect. Cam. p. 1. t. 23. §. 3. O. C. p. 2. t. 6.* ibi: Und ſo alſo von ergangenen Urtheilen an das Cammergericht appellirt würde / ſo ſoll von demſelben nichts neues eingebracht werden / es wäre dann durch die Parthey bey dem Eyd / den ſie dem Cammer-Richter ſelbſt / oder

Digitized by Google

oder durch ihren Anwalt thun ſolle / erhalten / daß ſie ſolches in erſter Inſtantz nicht wiſſens gehabt / oder nicht einbringen mögen / auch darfür hält / daß ihre ſolche neue einbringen zu Erhaltung ihrer Gerechtigkeit dienſtlich ſeye; quod ſimiliter quoad omnes appellationes ſancitum in noviſſimo *R. I. anno 54.* §. wie ebenmäſſig bey dem Außſchlag *73.* quâ conſcientiâ autem reus juramentum præſtare poterit, quaſi fuerit ipſi impoſſibile documenta producere, quæ habuit ad manum, & per ſolam contumaciam, contra tot citationes delegatorum & juſſa delegantis, nec non poſt exceptionum rejectionem, producere contemptim neglexit, qualis contumacia iterata excuſationem non meretur, *Carpzov. de proceſſ.*
56 *t. 19. art. 1. n. 42. & 44.* Quin etiam de jure communi cùm reſtitutio petitur propter inſtrumenta noviter reperta, probanda ſimul eſt eorum ignorantia & adhibita diligentia, *Meichſner. tom. 3. deciſ. 14. n. 116. & 186.* & reſtitutio non datur illis, qui ex propriâ culpâ negligentiâve læſi ſunt, *l. 4. & 5.* ibi: *ut qui reverti poteſt, neq; reverteretur*, *Guid. Papæ q. 473. n. 2. & 3.* Nulla verò cauſa eſt, quæ contumaciam rei excuſet. Nam cùm ipſius exceptiones rejectæ, & ipſe apud Commiſſionem ſua peragere juſſus eſſet, ſatis intelligere potuit nihil ampliùs ſupereſſe, niſi ut judicio ſe ſiſtat, & per probationes ſuas reorũ intentio-
57 nem elidat, id quod ex citationis comminatione, daß ſonſten in contumaciam gegen ihme verfahren werden ſolte / ſatis diſcere poterat, quia pœna contumaciæ citationi inſerta probè obſervari debet, *Carpzov. p. 3. deciſ. 209. n. 7.* Quod quia omiſit, magna iſta negligentia, contumacia, & contemptus, tam delegati, quàm ſupremi Judicis, æquè ut dolus, meritò non debet patrocinari reſtitutionem petenti,
58 *Guid. Pap. d. loc.* Quin etiam, quia ordinarium appellationis remedium reus iterum deſeruit, magna certè præſumptio eſt, quòd malitioſè per ambages & circuitus, potiùs executionem rei judicatæ retardare, quàm juſtitiæ remedium quærere velit, ut in ſimillimis terminis decidit *Meichſner. tom. 3. dec. 14. n. 114.*

Adeoque mirari licet, quâ ratione poſitis ſupradictis circumſtantijs, ad remedium appellationis reus admiſſus ſit, cùm
59 aliàs rebellis & contumax ad beneficium appellationis non admittatur, quippe 59
quod eſt clypeus & protectio oppreſſorum à Iudice, non autem illorum, qui volunt opprimere & contemnere ejus Iuriſdictionem, *Scacc. de appell. q. 17. lim. 3. n. 2. in fin.* Talis enim ſemper deſtitutus eſt le- 60
gitimo gravamine, cùm viâ compendioſiori in primâ Inſtantiâ per legitima impedimenta contumaciam purgare poſſit, *Carpzov. de proceſſ. t. 18. art. 2. n. 37.*

Quo jure itaque reus audiri vel reſtitui poſſit non video. Novas enim cauſas, ſibi antehac incognitas non adfert, nec etiam tales, quæ ſine negligentiâ ipſius fuerint omiſſæ. Cùm autem Prætor non ſubveniat negligentibus, & delinquentes ſibíque non obtemperantes non reſtituat, *l. 26. § 6. ff. ex quib. cauſ. maj* adeoque cauſæ omnes ſuprà recenſitæ irrelevantes ſint, quis ſuplicanti cum tanto diſcrimine tertij, ſalvâ juſtitiâ reſtitutionem indulgebit? Nec relevare ullo modo reum poteſt, quòd ait, violentias tertio cuidam imputatas, tranſactionem verò cum alio initam eſſe, cui vitium violentiæ & metus adſcribi non poſſit: quia ſucceſſor violentias cœptas continuavit, nec ante tempora tranſactionis actori tutum ad bona permiſit acceſſum.
Undè fruſtrà objicitur, palpabilem in pri- 61
mâ ſententiâ commiſſum eſſe errorem, dum alia tranſigentis perſona ſit in illâ denominata; quia uterque & anteceſſor & ſucceſſor metũ ſive intulit, ſive continuavit, & tranſactionis reſciſſio propter metum, non propter perſonas eundem inferentes petita eſt, unde ad ſubſiſtentiam ſententiæ ſufficit, quòd de ipsâ facti veritate conſtet, cui non obſtat error ſcripturæ, quia veritas rerum erroribus verborum non vitiatur, *l. 6. §. 1. ff. de offic. Præſ.* nec error nominis diſpoſitionem vitiat. Atque error præſens ipſam rei ſubſtantiam non concernit, quia de tranſactione & violentiâ ſufficienter conſtat, ut error nominis nocere non poſſit, ubi aliunde, & præſertim ex actis conſtat, quis demonſtratus ſit. Nec enim verbis opus eſt, cùm res, cujus gratiâ verba comparata ſunt, certa eſt & intelligitur, *Richter. p. 1. deciſ. 37. n. 53.* fundamentúmque ſententiæ non eſt poſitum in perſonâ metum inferentis hujus vel illius, ſed potiùs in metu & tranſactione ipsâ, in quibus error nullus, nec circa perſonas hodiè litigantes commiſſus eſt.

Et quamvis reus urgeat, quòd actorum Parens multis annis transactioni acquieverit; Reſpondet actor, eâdem id violentiâ factum, quâ primitùs ab eo transactio extorta ſit, cúm ſucceſſor ſpoliantis perindè ipſum ad prædia ſua non admiſerit, nec decimas reſtituerit, niſi transactione prius initâ. Quòd ſi actor posteà quæſtionem immedietatis apud reum tam inviſæ & exoſæ reſuſcitâſſet, quis non videt, alteram ipſi captivitatem exiliúmque à bonis metuendum fuiſſe, quia ſucceſſor eodem animo, quo defunctus, cupiebat extinctam actoris immedietatem, uti ex transactionis tenore, ſine ullâ probatione, dilucidè
62 conſtat. Non tenentur autem filij approbare factum defuncti Patris, nec ejus transactione obligantur, ſi non ex metu violentiáque proceſſit. Potiùs nacti occaſionem meritò vindicant injuriam Patri illatam, præſertim cùm Pater in præjudicium ſuæ poſteritatis, & Imperij, ſe ab Imperio eximere alterique ſubjicere non potuerit, *Theſ. Baſil. vol. 2. diſp. de exempt. th. 23. Sixtin. de regal. c. 4. num. 68. & 69.* ut jam ſuprà *n. 50.* deductum, ſed Fiſcalis contra eximentes ſumariè procedere debet *Gail. 1. obſ. 40. num. 1.* ne Imperatori & Imperio ratione Jurisdictionis, & collectarum, & jurium aliorum, quæ immediati præſtare tenentur, creetur præjudicium. Hæc ſufficiant pro actoris immedietate, vel reſciſſione transactionis metu initæ. Jacta eſt alea, lata ſententia, contra quam quia nullum ſupereſt vel appellationis vel reviſionis, vel nullitatis vel reſtitutionis remedium, tranſiit in rem judicatam!

---

# *Liber II. Titulus XXIII.*
## De
# JURE RETRACTUS.

### SUMMARIA.

1. *Proponitur facti ſpecies.*
2. *Retractum feudalem eſſe in jure feudali expreſſè fundatum.*
3. *Imò eſſe favorabiliorem retractum gentilitio.*
4. *Recenſentur exceptiones reorum.*
5. *Vicinorum locorum conſuetudinem attendi.*
6. *Jus retractûs non pertinere ad Regem aut Principem, nec ad Eccleſiam vid. n. 11.*
7. *Si res, pendente retractu, pereat, perire retrahenti, ex Maſver.*
8. *Stabilitur jus retractûs feudalis textibus & rationibus.*
9. *Etiamſi ex pacto inveſtituræ vaſallus poſſit vendere ſinè licentiâ Domini.*
10. *Niſi in aliquo loco jus retractûs non ſit in uſu; ſecus non.*
11. *Longi temporis non uſum hic non nocere*
12. *Paponium concedere retractum feudalem Regi & Principi Eccleſiaſtico.*
13. *Syndicos Principum & Collegiorum poſſe agere ſinè ſpeciali mandato.*
14. *Quæ ſint requiſita hujus contractûs.*
15. *Quid ſi plures res ſint venditæ, quaenam poſſint retrahi?*

De Jurisdictione dubitatio nulla ſupereſt. Cauſa à partibus Curiæ N. per appellationem ad conſilium ejus loci, atque per idem medium huc devoluta eſt, neutrâ partium de Jurisdictione excipiente aut dubitante. Procuratoria quoque juſta ſunt, quæ à parte appellantis N. à parte appellata N. ſuſtinet, & noviſſimè actor Abbatem N. ad hanc cauſam urgendam huc ablegavit, & mandato ad acta inſtruxit, quo defectus ſuppleretur, qui forte ex perſona N. ſuboriri poſſet. Quoad merita cauſæ, hæc facti ſpecies eſt: Baro N. vendidit villicaturam ſive Præturam cum pertinentiis pretio. N. quæ eſt feudum dependens à Principe. Sed Syndicus Principis impedivit contractûs approbationem, eòquòd Dominus feudi nollet conſentire alienationi feudi factæ in extraneum, ſed potiùs uti poteſtate ſuâ feudali, & illud retinere, ſeu ab emptore retrahe- 1

re

Digitized by Google

re, reddendo emptori pretium, quem idcircò petijt citari ad illud recipiendum, cum expenſis, offerens aliàs pretij depoſitum. Fundamenta Actoris potiſſimùm hæc ſunt: quòd hoc jus retractûs feuda-
2 lis fundatum ſit in expreſſa conſtitutione Juris feudalis, nimirum in *lib. 2. feud. t. 9. §. porrò.* in his verbis: *porrò de conſuetudine conceſſa erat Domino feudi pro æquali pretio redemptio, niſi hoc beneficium amiſerit Dominus per refutationem, vel annali ſilentio, ex quo ſcivit, computando.* Et *arg. l. 3. C. de Jure Emphyt* in verbis: *Et ſi quidem Dominus hoc jure uti voluerit, & tantam præſtare quantitatem, quantam Emphyteuta ab alio recipere poteſt, ipſum Dominum omnimodo hoc comparare.*

2. Quia hoc jus retractûs feudalis in Gallia & paſſim in omnibus provincijs, ubi communia feudorum jura obtinent, ſit radicatum, *teſte Roſenthal. de feud. memb. 2. cap. 9. concl. 87. du Mulin. ad Conſuetud. Paris. tit. 1. art. 20. n. 20.* ubi ait: quòd retractus feudalis tacitè inſit ipſi inveſtituræ, quia cenſetur celebrata ſecundùm conſuetudinem loci & naturam actûs, ut iſtud jus retractûs ſit tacita conventio inexiſtens ipſi pacto feudi inter Dominum
3 & Vaſallum contracto, adeoque favorabilior contractu gentilitio, cùm ſit connaturalis, ipſi feudo originaliter inexiſtens. *du Moulin. d. loco gl. 4. n. 8. in novis.* Cui conſentiunt unanimiter Doctores & inter eos *Weſenb. conſ. 73. n. 40. & ſeqq. p. 2. Chaſſan. ad conſuetud. Burgund. rubr. de fiefs. §. 1. in verb. ſens le conſentement. n. 4. Mulin. ad conſult. Paris. tit. 1. §. 13. in text. & gl. 1. n. 5. & 6. in antiq. edit. Tiraq. du retrait. Linag. §. 1. gl. 9. n. 146. & n. 149. & ſeqq. Maſver. in ſua praxi tit. de fiefs. n. 3. Roſenth. de feud. c. 9. memb. 2. concl. 87. per tot.* quia ſinè dubio conſtitutiones feudales apud omnes & ubique locorum, ubi aliud conſuetudine vel ſtatuto introductum demonſtrari non poteſt, jus commune faciunt, ut tradit *Guido Pap. deciſ. 297. n. 1.* Et hoc jus retractûs in feudis non propter particulares locorum conſuetudines, vel leges ſtatutarias retractum indulgentes, ſed ex generali feudorum conſuetudine, in bonis feudalibus, ubicunque regionum ſitis, ubi uſus feudorum viget, Dominis directis competit, ut authoritatibus ſat multis comprobat *Roſenth. de feudis d. c. 9. memb. 2. concl. 87. memb. 2.* Ex quibus fundamentis Syndicus petijt emptorem citari ad pretium recipiendum, vel illud conſignari, & ſe de præturâ inveſtiri.

Sed varias Reus Actori exceptiones objecit, & primò quidem: retractum dominicalem ſeu feudalem, nec de conſuetudine nec de jure in patriâ N. eſſe funda- 4
tum. Non de conſuetudine; quia nullus actus exercitus demonſtrari poſſit: non de jure; quia nec jura communia feudalia, nec ſtatuta de eo quidquam diſponant. Quòd enim actor pro ſe adferat textum in *lib. 2. feud. tit. 9. §. porrò.* in eo tantùm contineri relationem ſeu narrationem antiquati & aboliti juris, ſeu retractus dominicalis, quod olim in uſu erat, cùm vigeret conſuetudo facultatis alienandi, quæ etiam, ut antiquata, in eodem titulo recenſeatur. Quod ſi etiam juxta jus novum, quo alienari feuda non poſſunt ſinè conſenſu Domini, res conſideretur, fruſtrà ſit ſermo de feudi prohibitâ alienatione; poſitâ verò licentiâ alienandi à Domino conceſſâ, non competit ampliùs Domino retractus, cui conſentiendo alienationi renuntiavit, & in alium tranſtulit rei poſſidendæ & habendæ facultatem. Hinc in ſtatutis ſolum de retractu gentilitio, nullam verò planè de retractu dominicali fieri mentionem, id quod procul dubio non fuiſſet omiſſum, ſi jus illud Domino directo competiiſſet. Hinc nullâ apparente conſuetudine, vel ſtatuto patriæ, quod tale jus tribuat, rectè inferri, quòd non habeat locum, præſertim cùm nec in vicinia exerceatur, & aliàs etiam vicinorum locorum attendatur conſuetudo, *Molin. ad conſuet. Pariſ. t. 11. §. 47. gl.* 5
*5. n. 3. Menoch. conſ. 228.* imò æquitatem & uſum commerciorum hunc retractum impedire, eò quòd impoſterùm ejus intuitu nemo à Vaſallis ſit empturus. Hac de cauſa in Gallia jus retractûs non pertinere ad Regem, referente *Papon. in ſuis arreſt. lib. 11. t. 5. arr. 7.* & multò minus ſpectare 6
poſſe ad Principem aut Dominum Eccleſiaſticum, reſpectu officiorum ſecularium, quorum Eccleſiaſtici ſint incapaces. Cùm etiam in patriis, in quibus conſuetudine tale jus eſt receptum, tamen ordinariè excludantur Eccleſiæ, *Papon. d. loco. Molin. ad conſuet. Paris. tit. 1. §. 20. gl. 1. n. 26.*

 His

His accedere, quòd ſyndicus inſtituerit actionem citrà Principis ſpeciale mandatum, cùm tamen ad inſtituendum retractum ſpeciale mandatum requiratur. *Covar. c. 6. Tiraq. de retr. lin. §. 1. gl. 10. n. 97. & 99.* quia actio retractûs eſt graviſſimi
7 momenti, utpote à qua intentata recedere non licet, &, ſi eâ pendente res pereat, perit retrahenti, *Maſver. in ſua prax. c. 27. n. 25.* in ijs, à quibus ſunt gravioris momenti, mandatum cum libera non ſufficit, nec habet vim ſpecialis. *Faber. in Cod. lib. 2. tit. 8. def. 1. fol. 33.*

Verum ego rationibus appellati non obſtantibus pro Syndico Principis, quòd retractus feudalis locum habeat, exiſtimo eſſe pronuntiandum; cùm iſte retractus fundatus ſit in expreſſa diſpoſitione Juris
8 feudalis, *in c. 1. §. porro t. 9. qualiter olim feud. pot. aliena. lib. 2. feud.* & in *l. 3. C. de jur. emphyt.* ubi *communiter Doctores*, qui omnes textum illum non de jure antiquo & abolito, ſed adhuc hodie in viridi obſervantia exiſtente accipiunt. Retractûs enim prærogativam agnoſcunt omnia jura, Divinum, Canonicum, civile, feudale, & omnium ferè locorum ſtatuta & conſuetudines, ut deducitur, in *tom. 1. diſput. Baſil. diſp. de retract. jure concl. 1. & 7.* in ſpecie de retractu feudali hæc habentur; Communi jure retractûs receptum eſt, quòd vendito feudo novo vel emphyteuſi, competit Domino adverſùs extraneum, qui feudum vel emphyteuſin emit, tam ratione dominij directi, quàm conſolidationis illius cum utili, jus retractûs, & proponit quæſtionem, *Weſenbec. conſ. 73. n. 41.* an Dominus habeat jus redimendi feudum, ſeu prælationis excluſo primo emptore? & reſpondet: cum directum dominium ſit penes Dominum, æquum eſt, eum præferri extraneo. *l. fin. C. de jur. Emphyt. citans Bart. Lucam de Penna, Plotum, Molin. & alios.* propter favorem ſcilicet unionis & reverſionis ad priſtinam cauſam, ſeu conſolidationis dominij directi cum utili, *l. ſi unus. 27. §. pactus. ff. de pact.* quibus accedit tertia ratio, videlicet intereſſe Domini & ſubditorum, ne à ſe invicem ſeparentur per alienationem in ex-
9 traneum factam. Et hoc jus Dominus exercere poteſt, etiamſi ex inveſtituræ vel infeudationis pacto Vaſallus poſſit vendere ſinè licentia Domini, quia propterea non privatus eſt Dominus jure ſuo directo, *Andr. de Iſern. Aluarot. Jacobin. Tiraq. in retr. prax. §. 1. gl. 9. n. 136.* Nec licet Vaſallo dicere, contractum eſſe nullum ob defectum conſenſûs Domini, & proindè retractum non habere locum, quia Vaſallus non eſt audiendus in allegatione ſuæ propriæ turpitudinis, quod videlicet abſque conſenſu Domini contra fidelitatem ſuam alienaverit, *Carol. Alex. in c. 1. de probib. feud. alien. per Feder.* quem refert *Tiraq. in retract. proxim. §. 1. gl. 2. n. 6.* cùm itaque contractus ex ſola perſona Domini, propter deficientem ejus conſenſum, eſſet nullus, jus Domini non debet Vaſallo parere exceptionem, ſed Dominus poteſt rem in fraudem ſui alienatam retrahere, *c. 1. §. 1. per quos fiat inveſtit.* Et datur Domino jus retractûs intra annum à tempore ſcientiæ computandum, intra quem terminum debet realiter offerre pretium, aut ſaltem controverſiam retractûs, citato emptore, judicaliter movere, & pecuniam conſignare. Hactenus *Wenb. d. l.*

Cùm Weſenbecio conſentit communis omnium Feudiſtarum opinio, teſte *Chaſſane: ad conſuetud. Burgund. rubrica de fiefs. §. 8. in verb. ſens le conſentèment. n. 4. Moline ad conſuetud. Paris. tit. 1. §. 13. in text. & gl. 1. n. 5. & 6. in antiq. edit. Tirag. du retract. Linag. §. 1. glos. 9. n. 146. & 149. & ſeq. Maſver. in ſua praxi tit. de fiefs. n. 3. Roſent. de feud. c. 9. membr. 2. concl. 87. per totum*, ubi ait: Dominum, rem feudalem à Vaſallo venditam ab emptore recuperare & redimere poſſe oblato pretio, & hoc eſſe de mente omnium. *citans gl. in C. 1. §. porrò, qualiter olim feudum pot. alien. & ibidem Belis. Iſern Alvaro. Prapos Laudens. Ravenn. Afflict. Sohenk. Equin. Baronem, Balzaran. Joh. de Anan. Cuiac. Hottoman. Jacobin de S. Georg. Curt. Zas. Sansbet. Weſenb. Parid. de Puteo, Scheidw. Piſtor. Borcholt. Schrader. Vult. c. 11. n. 91. Intrigriol. Dec. Cephat. Cozodin Schurff.* Quam doctrinam extendit *d. loco. Roſenth. n. 2.* ut procedat, niſi in illo loco, ubi feudum ſitum eſt, vel Curia Domini habetur, jus retractûs in aljis rebus non ſit in uſu, tanquam per *l. 14. C. de contrah. empt.* 10
abrogatum. Quia jus retractûs in feudis, non propter conſuetudines aut leges Provinciarum, Conſanguineis aut Dominis jus

jus retrahendi indulgentes, ſed ex generali feudorum conſuetudine, in bonis feudalibus ubique locorum, ubi uſus feudorum vigent, Dominis feudorum & agnatis competit, confirmans authoritate ſupra citatorum *& d. l. 14.* tantùm abrogat retractum gentilitiũ cum appoſita conditione: niſi lex ſpecialis vel ſtatutum municipale aliud conſtituat, qualis lex reperitur in jure feudali, *in c. 1. §. porrò qual. olim feud. pot. alien. ut ibid. tradit Brunneman.* Ut fruſtrà quæratur à pleriſque: an conſuetudo retractûs quoad ad alia bona, locum etiam habeat in feudis, quia ſtatuta quoad alia bona, feuda non tangunt, & retractus feudalis non merè legalis, ſed partim conventionalis eſt, proveniens ex propria & genuina feudi natura, & inexiſtens pacto feudi inter Dominum & Vaſallum contracto, *Molin. ad conſult. Paris. t. 1. §. 13 n. 2. & eod. §. 13. gl. 1. n 20.* Hactenus *Roſent. dict. loc.*

Conſentit Roſenthalio *Gudelin. de jure feud. p. 4. c. 3. n. 1.* tradens: ubi moribus permiſſa eſt feudi alienatio, conceſſa eſt Domino pro æquali pretio redemptio. *lib. 2. feud. t. 9. § porrò.* Quæ retractus ſeu redemptio feudalis dici ſolet. Idque optimè conſtitutum, ne Dominus, quem habere non vult, cogatur habere Vaſallum, & ipſe potiùs rem habeat, quàm apud alium eſſe pati debeat. Quod idem quoque tradit *Zaſ. in tract. de jure feud. c. 15. de jure retract.* nec ullus eſt inter omnes, qui textu Iuris feudalis in §. *porrò* pro abolito habeat aut antiquato.

Ex quibus cùm pateat, jure feudali conſtitutum & firmatum eſſe retractum feudalem, fruſtra requirit appellans N. ut de conſuetudine vel ſtatuto ſpeciali doceatur, cùm N. in jure aperto fundatam habeat intentionem *Boer Conſ. 42. n. 1. Papon. in ſuis arreſt. 6.* ubi præjudicia refert. Quia ſinè dubio conſtitutiones feudales jus commune faciunt, & valent ubivis locorum, ubi uſus feudales vigent, ſecundum *Roſent. d. concl. 87. n. 2. Guid. Pap. dec. 297. n. 1.* Atque gravis nimiùm eſſet conditio Principis, ſi per tam liberas non ſolùm feudorum, ſed etiam officiorum alienationes, ipſi invito non tantum vaſallus extraneus, ſed etiam officialis obtrudi poſſet.

Hinc non refert, quòd ſtatuta nullam hujus retractus feudalis in ſpecie faciant mentionem, cùm tamen retractûs gentilitij meminerint; quia dudum reſpondit ad hanc objectionem *Roſent. d. concl. 87. n. 4.* quod ſtatuta nunquam præſumantur in præjudicium Dominorum lata aut ſcripta, ut ſcilicet feuda transferri poſſint Dominis invitis, ſed intelligi ſalvo jure tertij, & ne quis indebitè damnum patiatur, imò concepta de rebus allodialibus ad feuda planè non extendi. Hinc ſalva manet Domino diſpoſitio juris communis, in qua fundatam habet intentionem, donec per ſtatutum ſpeciale aut conſuetudinem localem expreſſè illi derogatum eſſe doceatur. *Roſent. d. loc. n. 3. Guid. Pap. dec. 297. n. 2. Weſenb. conſ. 74. n. 25. & ſeq.* facultas enim retrahendi Domino ſemper manet firma, etiamſi eâ non ſit uſus; quia fortè à longo tempore ſimilis alienatio in extraneum non contigit, vel retractus fuiſſet Domino dam- 11
noſus magis quàm utilis, ideoque omiſſus, cùm cuilibet liceat jus in ſui favorem conceſſum, quoties voluerit, diſſimulare & negligere, *l. ſi quis conſcribendo C. de pact.*

Quin etiam non pugnat cum jure & æquitate, ſed potiùs iiſdem maximè eſt conforme, ut feudum per retractum potius revertatur ad Dominum directum, quàm ut per alienationem illicitam abeat in partem extranei & in manus Vaſalli Domino inviſi. Cùm tamen hic retractus feudalis ſit favorabilior gentilitio ſeu lineari; quia ex propria feudi natura Domino competit, *Tiraq. de retr. gentil. §. 35. gl. 4. n. 13. in fin. Roſent. d. concluſ. 87. n. 3.* idque tam ratione perſonæ Patroni, quàm ratione reunionis & conſolidationis Dominij directi cum utili, quod velut pars eſt dominij directi, cujus proinde excluſio ſemper evitanda.

Hinc lapſus eſt appellans, quando in 12
actis ex *Papon. in ſuis arreſt.* allegavit, in Gallia jus retractûs non pertinere ad Regem, minus ad Dominos & Principes Eccleſiaſticos; quia *Paponius citato loco lib. 11. t. 5. arreſt. 6. & 7.* Suſtinet omniò contrarium, dum refert præjudicia retractuum feudalium in favorem Eccleſiaſticorum, & in ſpecie Epiſcopi de Senlis, & Epiſcopi Sylvaneotenſis. Idémque reſpectu Dominorum Eccleſiaſticorum tradit *Carol. Molin. ad conſuetud. Pariſiens. tit. 1. §. 13. gl.*

Digitized by Google

*13. gl. 1. n. 1. & ſeq. & §. 42. n. 41. Maſver. in ſua praxi tit. 27. de retract n. 12.* ubi aſſerunt. Eadem omnia jura in Patronis perſonis Eccleſiaſticis etiam habere locum. Nec res hæc in Imperio apud Principes Eccleſiaſticos, qui omnia regalia velut ſeculares exercent, ullum poteſt habere dubium.

Quod porrò appellans Syndici mandatum impugnat, quaſi actionem citra mandatum ſpeciale inſtituiſſet. Id exinde
13 concidit, quòd Syndici Principum & Collegiorum cenſentur à lege habere mandatū cum libera, ex quo omnia poſſunt expedire & gerere, quæ mandatū ſpeciale aliàs requirunt, *Natta tom. 1. conſ. 45. n. 4. & 5. Tiraq. de retr. linear. §. 1. gl. 10. n. 98.* ubi in taruccinis tradit, procuratorem cum libera admittendum eſſe ad retractum, acſi haberet ſpeciale mandatum, *& d. §. 1. gl. 13. n. 32.* tradit, mandatum Syndici cum libera æquipollere ſpeciali mandato, quod præſertim attendendum eſt in Syndico Principis, qui non exercet aliter ſimiles actiones, niſi per ſuos Syndicos. *Roſenth. de feud. c. 3. concl. 9. n. 10.* Minus roboris habet objectio, quaſi Syndicus formalitates à ſtatutis præſcriptas in hoc retractu non obſervâſſet; nam cùm appellans, ſecundùm ſupradicta, aſſerat, ſtatuta Stabulenſia tantum diſponere de retractu gentilitio, à quo retractus feudalis planè ſit diſtinctus, jam non poteſt ex illis Statutis ad hunc retractum ducere argumentum; Feudalis enim retractus non ex ſtatutis, ut ſupradictum, ſed ex jure
14 communi conceditur Domino directo, quod nullam aliam formalitatem præſcribit, quàm ut retractum judicialiter petat ab emptore, ad hunc effectum competenter citato, in anno & die, à notificatione contractûs, offerendo emptori pretium feudi in judicio cum ſumptibus, *d. c. 1. §. porrò, qualiter olim feudum pot. alien. Weſenb. conſ. 73. n. 66. Roſent. c. 9. memb. 2. concl. 94. n. 2. & ſeqq. Molin. ad conſuet. Paris. t. 1. §. 13. gl. 10. n. 5. Gudelin. de Jure feud. p. 4. c. 3. n. 2.* ubi ait: Et quidem Domino, ut feudum redimat vel retineat, annale ſpatium, ex quo reſcierit factam feudi alienationem fuit proſtitutum, ſicut adhuc hodiè obſervatur, quòdſi ignoraverit alienationem, hic retractus, exemplo cæterarum actionum, 30. annorum præſcriptione demùm præcluditur. Idémque tradit *Zoës. de Jure feud. c. 15. de jure retract. n. 2.* quæ omnia accuratè à Syndico obſervata, & pretium feudi cum legalibus ſumptibus judicialiter conſignatum eſt.

Quòd autem appellans poſtremò huic aſſertioni inhæret: quia villicatura N. & dominium N. ſimul vendita ſunt, quòd Syndicus unam tantùm partem, & videlicet ſolam villicaturam abſque dominio N. retrahere non poſſit, id fundamento juris ex his circumſtantijs caret, quia quando in uno contractu ſeu inſtrumento venditæ ſunt res plures, diviſis in ſingulas res ſeu diſtinctis pretijs, prout hoc in caſu, tunc 15
cenſentur plures venditiones, & una res abſque alia retrahi poteſt, contractúſque per partes reſolvi, ut tradit *Tiraq. de retract. conſang. §. 23. gl. 1. n. 17. Mean. obſ. 216. n. 4.* quod procedit, etiamſi plures res in contractûs initio fuerint emptæ unico pretio, ſed quod poſtea tamen in eodem contractu fuit diſtinctum ſeu diviſum in res ſingulas, ut in terminis reſolvit *Tiraq. d. §. 23. gl. 1. n. 18.* per *l. plura manicipia & l. ædiles aiunt. §. ſi plura. ff. de ædil. edict.* niſi in contractu emptionis expreſsè conventum ſit, quod emptor, niſi omnes res nolit emptas habere, juxtà *l. quodſi uno. & ibi gl. ff. de in diem addict.* & *l. cum ejuſdem. 34. circa finem ff. de ædil. edict. Mean. d. obſ. 216. n. 4.* de quâ conditione nulla tamen hîc mentio, imò aliter ſe res habet in feudalibus, in quibus Dominus cujuſque rei poteſt retrahere tam rem, quæ ab ipſo movet in feudum, & relinquere alias, ſi velit, prout docet *Griman. de retract. lib. 1. c. 11. Roſenth. c. 9. memb. 2. concl. 91. n. 1. & ſeqq. Tiraq. de retract. linear. §. 23. gl. 2. n. 1. & 2.* ubi hanc inter feudalem & linearem retractum reddunt differentiam, quòd linearis non dividatur, ſed feudalis diviſionem pati poſſit; retractus enim feudalis conſtringitur limitibus feudi, & extrà illos Dominus nullam habet retrahendi partem; aliàs poſſent partes fraudare Dominum, emendo juxtà feudum res magni pretij Domino non commodas, ad ipſum à retractu avertendum, ut notavit *Tiraq. & Griman. d. loc.* Undè, ut puto, ſatis clarè patet, quòd retractus feudalis tàm in clara diſpoſitione Juris feudalis, quàm in communi omnium Feudiſtarum opinione & doctrina fun-

Digitized by Google

fundatus ſit, ut proindè Syndico non poſſit denegari.

Nec obſtant ea, quæ in hac inſtantia appellationis emptor pro ſe produxit recordia ſeu atteſtationes; quia 1. talia recordia Princeps jam anno 1659. rejecit publico decretô uti relaxata parte alterâ non auditâ, ordinans omnibus Curiis, quatenus talia non ampliùs admittant, ſub pœna reddendi ſe reos inconvenientium, ſub *praſ. 18. April. 73.* cui acquieverunt. 2. principaliter quæſtio hîc non vertitur: an dominium ſit independens à Curia. nec 3. ea, an Domini feudi conſenſus in alienationibus feudorum ſit neceſſarius, in quem finem & ſenſum atteſtata collimant; ſed tantùm hoc in quæſtione verſatur: an Dominus feudi jus retractûs exercere poſſit, ſi feudum in extraneum extra patriam alienetur: in qua quæſtione affirmativam hactenùs ex legibus feudalibus & Feudiſtarum communi opinione deduxi.

Nec ſolvi puto poſſe dilemma: aut conſenſus Domini ad feudum alienandum in patria ſtabulenſi eſt neceſſarius, & N. tanquam venditor & appellans emptor amiſerunt: quia ſine Domini conſenſu contractus ab ipſis celebratus, poſſeſſio feudi tradita eſt: Vel non eſt præciſè neceſſarius conſenſus, ſed res manet in terminis juris antiqui, & ſine dubio Domino retractûs debetur, ex clara Iuris diſpoſitione, ut utroque caſu cauſa cadere debeat, ſive per feudi amiſſionem, ſive per retractum, ut Principi gratias potiùs debeat, quòd, omiſſo poſthabitóque jure commiſſi feudi, viam mitiorem elegerit retractus, quod facere eum poſſe extra omnem diſputationem eſſe tradit *Weſenb. conſ. 73. n. 4. & ſeq.* Et quidem omni caſu, ſive Dominus aſſenſum ſuum præbuerit alienationi ſive non, vel ſive ſtatim in inveſtitura ſeu infeudatione conceſſiſſet Vaſallo alienandi facultatem, *Maſver. in pr. t. 26. de feud. n.* [illegible]. *Tiraq. de retr. linear. §. 1. gl. 9. n. 146. & ſeq. Molin. ad conſuet. Pariſ. d. cap. §. 13. gl. 1. n. 5. & 6. Roſent. de feud. c. 9. membr. 2. concl. 87. n. 1.* Aliàs enim ſequeretur, duas conſuetudines contra jus feudorum in Principatu eſſe introductas, 1. quòd in feudis non requiratur Domini conſenſus. 2. quòd Domino non competat jus retractus; quarum tamen neutram probavit appellans; conſuetudo enim facti eſt, & ab allegante probari debet. *Gail. 1. obſ. 36. Mynſ. 5. obſ. 96.* quæ omnia corroborantur ex eo clariſſimè, quòd in privilegio Friderici Imp. hoc datum ſit Principi, ut nullus Judex Scultetus, Villicus, miniſterium ſuum diutiùs habere poſſit, aut retinere valeat, niſi quamdiu cum gratia Abbatis deſervire queat, ſed quotieſcunque juſſus fuerit reddere, ſine contradictione reddat.

Atque etiamſi dicatur, omnia officia eſſe hereditaria in illa patria, prout tamen hanc aſſertionem non probat, ita è contra ſatis conſtat, quo ſenſu aliquid hereditariũ dicatur, nempe ut ad filios transeat non verò ut cuivis extraneo, extrà patriam, vendi poſit; talem enim patriam vix in terris Imperij reperiri puto, in qua feuda & officia quibusvis extraneis, ſine ullo Principis aut Domini conſenſu vendi, & ſic Principi invito quivis Vaſalli & officiales obtrudi, & patriâ peregrinis hominibus, quibus inſuper ejus regimen committatur, repleri poſſit; Quia ergo ſyndicus claram juris feudalis diſpoſitionem, & omnium Feudiſtarum communem opinionem pro ſe habet, concluſum eſt, priores ſententias confirmandas eſſe, cum condemnatione in expenſas.

# *Liber II. Titulus XXIII.*

## De
## APPREHENSIONE ET POSSESSIONE FEUDI.

### SUMMARIA.

1. *Quando vaſallo ſucceſſionem prætendenti, contrà Dominum feudi decernatur mandatum de reſtituendo?*
2. *Quando Dominns feudi poſſit licitè & juſtè feudum apprehendere?*
3. *Vaſallus ſpoliatus quid probare debeat?*
4. *Poſſeſſio ejus quomodo probetur, & quæ ad eam declarandam requirantur?*
5. *Ei, qui facto proprio cadit poſſeſſione, non datur interdictum recuperandæ.*
6. *Unius rei hæreditariæ apprehenſione reliquarum poſſeſſionem non acquiri. vide tamen infrà n. 12.*
7. *Actorem tamen poſſeſſionem probâſſe.*
8. *Renuntiationem vel ceſſionem voluntariam non præſumi.*
9. *Qnando liceat Domino poſſeſſionem feudi vacantis apprehendere.*
10. *Poſſeſſionem antiquiorem eſſe manutenendam.*
11. *Dominum in dubio debere vaſallum inveſtire.*
12. *Latam eſſe contrà Dominum paritoriam ad reſtitutionem totius feudi, & quarè.*

1 Decernuntur Vaſalli ſucceſſoribus, tanquam proximis agnatis, mandata S. C. ad reſtituendum feudum, ſi illius poſſeſſio à Domino præproperè ſit occupata; ſed ut interdicto redintegrandæ, experiri ſucceſſor poſſit, opus eſt, ut poſſeſſionem feudi apprehenderit, ſaltem in aliquo feudi loco principali, cùm caſtro principali apprehenſo reliqua omnia apprehenſa præſumantur, eoque magis ſi defunctus vaſallus omnes reditus & ſervitia ſubditorum ubicunque ſitorum, in illo Caſtro percepiſſet *Roſenth. c. 6. concl. 14. in not. lit. 9.* poſſeſſio verò probatur per detentionem & inſiſtentiam rei animo acquirendæ hæreditatis, *Maſcard. vol. 3. Concl. 1179., 1184. & 1189.* per inſtrumentórum ſeu actorum adeptionem & ſeparationem, animo poſſidendi & jure ſuo factam, per inciſionem ligni, per homagium ſubditorum, per tractatum cum heredibus allodialibus ſuper culturâ bonorum & reditibus feudi, nec non ex inhabitatione domûs defuncti, ſi fiat animo adeundi, *Maſcard. Concl. 64. n. 2.* Et licèt ſucceſſor feudalis tàm ex Conſtitutione *Cod. unde vi.* quàm *ex can. Reditegrandæ 3. q. 1.* actionem poſſit inſtituere: tamen quia illa famam ſpoliantis gravare dicitur, idcircò potiùs hâc in factum experitur, cùm etiam remedium redintegandæ contra quemvis poſſeſſorem, licèt non violentum, obtineat, *Mind. de mandat. lib. 2. c. 56. n. 1.* & ſecundùm *can. Redintegr.* ſpolium committat is quoque, qui anteriorem poſſeſſorem admittere recuſat, *Maſcard. vol. 3. Concl. 1329. n. 7.*

Licèt enim hodiernâ praxi obtinere videatur, quòd feuda aperta à Domino propriâ authoritate, etiam abſque ſententiâ declaratoriâ, apprehendi poſſint: Id tamen eo ſaltem caſu admittitur, ſi jus Domini ſit clarum, & nemo ei reſiſtat; 2 ſecus verò, ſi jus illius controvertatur, & Vaſallus vel factis vel verbis Domino controverſiam moveat. *Roſenth. c. 3. concl. 60. n. 14. & c. 10. concl. 41. n. 89.* Hinc caven-

cavendum eſſe Vaſallo, ne voluntariâ clavium traditione, vel ſuo exceſſu è feudo, Domini occupationem tacitè vel expreſsè approbet, monet *Roſenth. d. loc.* Nam etſi Dominus, contra Vaſallum, tanquam inidoneum excipiat, tamen, quia illa quæſtio altioris eſt indaginis, Dominus tenetur interim Vaſallum inveſtire & poſſeſſionem ei tradere, idem *Roſenth. d. loc.*

3 Itaque duo extrema Vaſallus ſpoliatus probare debet, poſſeſſionem ex parte ſuâ, & dejectionem ex parte rei: Primum quod attinet, videtur extrà dubium eſſe, quòd actor fuerit in poſſeſſione, utpote quem reus in eâ reperit, & refragantem ejecit.

4 Certùm autem eſt, ſolam etiam deambulationem in loco probare poſſeſſionem, cùm ſit inſiſtentia, & Solâ inſiſtentiâ poſſeſſio acquiratur *l. 1. in pr. & §. ſi juſſerim ff. de acquir. poſſeſſ. Meiſner. tom. 3. deciſ. 9. n. 130.* nec præſumitur jure familiaritatis quæſita poſſeſſio talis, quia nemo ita poſſidere præſumitur, qui titulum vel habet, vel prætendit, ut tradit *Meiſner. d. loc.* ut poſſeſſio eò magis hoc caſu probata dicatur, quòd Vaſallus acta feudalia ſecum ſumpſerit, & per inciſionem ligni acquiſiverit poſſeſſionem, quâ ſuppoſitâ poſterior præſumitur vitioſa. Licèt verò his omnibus haud invalidè opponatur, quòd actor poſſeſſionem ſuam non demonſtraverit, quippè cùm ſolùm venerit in feudum viſitandi ſui cognati gratiâ, non animo accipiendi poſſeſſionem. Jam verò Juris expediti eſt, quòd nemo cauſam poſſeſſionis ſolâ animi deſtinatione mutare poſſit. *Roſenth. c. 6. concl. 80. n. 2.* Sed ſemper eodem modo & jure, quo poſſeſſionem ingreſſus eſt, poſſidere præſumatur, cùm à primordio tituli poſterior formetur eventus, *l. 3. §. illud quoq; à veteribus ff. de acquir. poſſeſſ.* niſi nova cauſa ſuperveniat, prout dictum axioma limitat *Brunneman. ad cit. l. 3. ff. de acquir. poſſeſſ.* qualis cauſa licèt ſuperveniſſe videatur, eò quòd poſt mortem Vaſalli non ampliùs ut hoſpes in feudo moratus ſit, ſed in aliâ & tali qualitate, ut applicari eidem poſſit, quod pro hærede poſſideat, qui ſe heredem putat, neceſſe tamen eſt, ut heres vel poſſeſſor, ex cauſâ novâ ſuperveniente, ſe poſſidere velle declaret. *Grev. in Gail. lib. 2. concl. 129. n. 15.* ubi ait: Ea propter ut heres jus poſſidendi acquiſitum habeat, neceſſe eſt, ut faciat ſe à Colonis in Dominum & poſſeſſorem ipſo actu recognoſci, daß von den Eygenthumbs-Leuthen oder Pfächtern / ihn vor Eigenthumbs-Herren zuerkennen / Verſprechung gethan ſeye. Et cautè (porrò ait) agat heres, nimirum ut de recognitione docere valeat, quandoquidem ante declarationem animi ſui, & ſubſequutam recognitionem, ſpoliatus remedio recuperandæ deſtitueretur, ſecundùm notata *Putei deciſ. 462. n. 45. p. 2.* & reſolutionem *Rotæ Bononienſ. deciſ. 12. ad Bennin.* Jàm verò actorem animum poſſidendi, poſt mortem Vaſalli, nec verbis nec factis declarâſſe, claves ad portam arcis non apprehendiſſe; nec à ſubditis exegiſſe homagium; cùm tamen poſſeſſio potiùs per receptionem & retentionem clavium, per adminiſtrationem bonorum, perceptionem fructuum, & ſubditorum fidei præſtationem probetur, *per Vulg. Menoch. 3. remed. retinend. n. 561. & ſeqq. Meiſner. tom. 3. deciſ. 13. n. 76.* tales verò actus ab actore non eſſe exercitos, & ex ſolâ Inſtrumentorum apprehenſione non acquiritur poſſeſſio rei ipſius, niſi tradens inſtrnmentum rem ipſam poſſideat, *Theſ. Baſil. Vol. 2. diſp. 14. lit. E. 1. 2. 3.* Hinc ex hâc inſtrumentorum apprehenſione non niſi aditionem hæreditatis inferri poſſe, ſine ullâ occupatione poſſeſſionis, eò quòd poſſeſſionem capere non dicatur, qui ſolùm adit hæreditatem, *per l. heredes ff. de acquir. hered. Scacc. de Judic. lib. 2. c. 9. n. 1240.* adeoque per actum æquivocum non probetur poſſeſſio, *Cyriac. Controv. 10. n. 51.* ita ut actor nec nudâ inſiſtentiâ, nec ex aſſumptione inſtrumentorum, poſſeſſionem feudi aſtruere poſſit. Atque poſito caſu, quòd actor poſſeſſionem juridicè apprehenderit, eâ tamen iterum cecidiſſe, poſteaquam advenientem adverſarium in præcipua feudalis arcis conclavia introduxerit, propoſitionem ejus, de apprehendendâ feudi poſſeſſione, ſine ullâ contradictione, perceperit, de apprehenſione poſſeſſionis ex parte ſuâ altùm ſiluerit, & nudum ſibi jus ſucceſſionis reſervando, claves portarum & ſuæ habitationis ultrò tradiderit; Si 5
autem quis facto proprio cadit poſſeſſione, non datur ei interdictum recuperandæ. *Cyriac. Controv. 380. n. 46. Menoch. recuper. remed. 15. n. 95. Meiſner tom. 3. deciſ. 13. n. 127.*



Digitized by Google

*127.* quia tali actori obſtat exceptio voluntariæ renuntiationis, nec datur reſtitutio ei, qui ſuâ negligentiâ ſpoliatus eſt. *Scacc. de Jud. lib. 2. c. 9. n. 1280.* ubi multos citat in hanc ſententiam, quòd cadens à poſſeſsione culpâ & facto ſuo proprio, non reſtituatur, & quòd renuntians, ſi poſteà violenter ejiciatur, non poſsit prætendere ſpoliationem aptam ad reſtitutionem, quia ſpoliatus ex ſuâ negligentiâ non reſtituitur, quam ſententiam dicit eſſe Communem & non habere difficultatem, quia ſic fuerit pluries judicatum, & fundari *in c. 2. & 3. de reſtit. ſpoliat.* ex ratione, quòd nemo poſsit objicere id, in quo cauſam præbuit; Quæ jura contra actorem tantò potentiùs ſtringunt, quia apprehenſioni poſſeſsionis ab adverſario ſe non oppoſuit, Sed imò conſenſum & approbationem ſuam Conteſtatus eſt, per voluntariam clavium traditionem, cùm, per traditionem clavium poſſeſsionem transferri, extrà omne dubium ſit, & potentiùs facta, quàm verba operentur, & tacens utique pro conſentiente habeatur, ſi inſuper actus poſitivus interveniat, *ut ex Barbat. Bart. Abbat. deducit Textor. in loc. Commun. verbo Facere.*

His accedit, quòd, etſi actor poſſeſsionem verè apprehendiſſet & continuâſſet, illam tamen ultrà limites arcis occupatæ ſive apprehenſæ extendere non poſſet,
6. cùm determinati juris ſit, unius rei hæreditariæ apprehenſione reliquarum poſſeſsionem non acquiri. *Gail. lib. 2. obſ. 129. n. 67. & ibid. Grev. Conſid. 1. ubi n. 2.* ampliat propoſitionem, quòd procedat non duntaxat, quando plures res diſtinctæ & ſeparatæ eſſent, ſed etiam quando plures ſub univerſitate juris, hæreditatis ſcilicet, continerentur. Nam & ſingulæ partes hæreditatis eſſent apprehendendæ, ut effectu juris poſſeſsio poſsit in omnibus acquiri: citans porrò *Anton. Peregr. de fideicommiſſ. art. 48. n. 72. & ſeqq. Mynſ. centur. 3. obſ. 39. Menoch. adipiſc. poſſeſſ. rem. 4. n. 799. per text. in l. 1. § veteres. & l. prædia ff. de acquir. poſſeſſ. Surd. conſ. 160. Natt. Conſ. 429. Maſcard. de probat. Concl. 271. n. 7. & ſeqq. Borchold. de feud. c. 7. n. 11. & n. 3. dict. Greveus annectit Johann. Petri. Surd.* eximij practici traditionem in ejus *Conſil. 135. ubi n. 63. & ſeqq.* in hæc verba reſpondit, quod voluit Immola poſt Nattam, quòd conceſſo caſtro cum pertinentijs, ſufficiat ingredi caſtri poſſeſſionem; ad id pro reſponſione dico, hoc intelligendum eſſe de rebus caſtro connexis, & facientibus unum totum cum caſtro, licèt ſint res diverſæ, ut ſunt plures Cameræ, ſtabulum, hortus, & alia, quæ ſimul juncta Conſtituunt unum caſtrum: Eò enim caſu non eſt neceſsè ſingulas Cameras vel manſiones ingredi, ſed intrando partem caſtri, adipiſcimur totius caſtri poſſeſſionem. Atque ita declarat *Bart. in l. 3. in fin. Alexand. & Jaſon.* nec non *Salycet. in l. licet. C. de acquir. poſſeſſ.* Sed ibi diverſæ ſunt res & ſeparatæ, ut ſunt Caſtrum & prædia, tunc, ut quis acquirat rerum poſſeſſionem, non ſufficiet caſtrum ingredi, ſed cujuſcunque rei poſſeſſionem apprehendere neceſſe eſt, aliàs apprehenſio unius rei non includit apprehenſionem alteriùs. *Specul. de primo & ſecundo Decreto. §. jam. de effectu.* Et quamvis aliqui dubiam eſſe hanc reſolutione non diffiteantur prout *Roſenth. tr. de feud. c. 6. concl. 14. in Gl. lit. g.* ubi putat, apprehenſo caſtro principali reliqua omnia bona apprehenſa præſumi, præſertim ſi defunctus Vaſallus omnes reditus & ſervitia ſubditorum, ubicunque ſitorum, in illo caſtro percepiſſet, wann er ihme wie Frohnen und alles dahin laiſten laſſen / licèt aliàs illa prædia non ſint partes integrantes illius caſtri, ſed tantùm à patrefamilias longo tempore eo diſtinata. Tamen alij ferè omnes contrariam ſuſtinent, ut videre eſt apud *Cyriac. controv. 300. n. 35. Martam ff. noviſſ. tom. 3. verb. poſſeſſio c. 75. Scacc. de Jud. lib. 2. c. 9 n. 1244. & ſeqq.* ubi ait: Quòd ſi ſunt fundi ſeparati, ut ad nullum totum reſpiciant, tunc captâ poſſeſſione unius, non dicitur capta poſſeſſio aliorum, itaque licèt duo caſtrà veniant ſub communi titulo & nomine hæreditatis, tamen quoad acquiſitionem poſſeſſionis, intelliguntur ſeparata, & ideò capiendo poſſeſſionem unius, non acquiritur poſſeſſio alterius, quæ ſunt verba. *Scacc.* & ita quoque reſolvit hanc quæſtionem. *Vult. lib. 1. cap. 10. n. 20.* quòd ita demum per fundi principalis apprehenſionem poſſeſſio reliquorum etiam acquiratur, ſi reliqui fundi ſub illo tanquam partes ſub toto contineantur.

Itaque de Jure non videtur actor reſti-



Digitized by Google

tuendus, ex eo quòd 1. poſſeſſionem legitimè non apprehenderit, quæ neque in Vaſallum ſucceſſorum tranſit, ſed occupanda eſt *Gail. 2. obſ. 152. n. 16. & ſeqq.* 2. quòd poſito caſu poſſeſſionis apprehenſæ, eam iterum voluntariâ clavium traditione amiſerit. 3. Quòd ſolam arcem, non verò fundos & pertinentias apprehenderit. 4. Quòd Dominus feudi ob Commiſſam tam à defuncto, quàm ejus ſucceſſore feloniam, ipſum pro Vaſallo non agnoſcat, & ſuam à primo acquirente deſcendentiam nequeat demonſtrare. Actor enim reſtitui non debet, ſi vel injuſtè poſſederit, vel reus juſtiorem habeat detinendi cauſam. *Menoch. retin. remed. 3. n. 602.*

7 Quamvis autem Conſiderabiles hæ videantur eſſe rationes; tamen profectò negari non poteſt poſſeſſio actoris, cujus inſiſtentia Corporalis in feudo ex actis notoria eſt & confeſſa, & ex quâ poſſeſſionem probari ex *Meiſnero tom. 3. deciſ. 9. n. 139.* Suprà deductum eſt. Cùm etiam Vaſallus defunctus ipſum in poſſeſſionem immiſerit, ipſeque poſt fata Vaſalli omnia fecerit, quæ ſucceſſori conveniunt, & à quibus non fuit impeditus. Nec verò claves arcis voluntariè reddidit Domino feudi, ſed invitus & nolens minitanti; quo in caſu an amiſſio poſſeſſionis fuerit voluntaria, vel aliâ de cauſâ contigerit, ſtatur aſſertioni dicentis ſe ſpoliatum eſſe, cujus declaratio magis attendi debet, quàm verba, vel facta æquivoca vel ambigua, quia, cùm per ea poſſeſſio non probetur, nec etiam debet admitti, ut deducit. *Cyriac. Niger. Controv. 389. n. 27.* ſtatur enim aſſertioni dicentis, ſe poſſeſſionem animo retinuiſſe, *Pruckman. Conſ.*
8 *22. n. 82.* Sicut nec verba urbanitatis inducunt renuntiationem poſſeſſionis, imò renuntiatio expreſſa, facta à ſpoliato, ei non nocet, quia non eſt veriſimile, quòd ſponte eam fecerit, ut ait *Pontifex in c. ſollicite 2. de reſtit. ſpoliatorum.* Unde nec voluntaria clavium traditio, neç poſſeſſionis reſignatio imputari poteſt actori, ſtante præſenti metu executionis minarum, cui repellendæ par ipſe non fuit. Atque hinc etiam taciturnitas ipſi non nocet, quòd Domino poſſeſſione apprehendente non ſit proteſtatus, quia quando tacens contradicendo actum impedire non poteſt, tunc conſentire non cenſetur. *l. 39. ff. de pignor. act. Gratian. diſcept. forenſ. c. 28. n. 21.* & quamvis diſtingui ſoleat, inter taciturnitatem ſimplicem, & cum actu externo conjunctam: tamen ille actus hoc in caſu non eſt voluntarius, ſicque non infert præjudicium, præſertim cùm partes ſpoliati ſemper ſint favorabiles, ne quis ſibi ipſi jus dicat, & alterum per violentiam quovis modo turbet. Quamvis enim, cæ- 9
teris paribus, Dominus poſſeſſionem feudi vacantis propria authoritate ad ſe trahere poſſit, atteſtante praxi totius Imperij, & deducente *Roſent. de feud. c. 7. Concl. 60. n. 14.* tamen *idem Roſenth.* hanc propoſitionem limitat, ſi de Juribus Domini nulla ſit dubitatio, nec adſit Vaſallus vel heres, qui ei reſiſtit, tunc enim requiritur judicium & ſententia: & ſic poſſeſſio rei non vacuæ authoritate propriâ occupari nequit, *Pruckm. Conſ. 34. n. 92.* Sed qui 10
poſſeſſione antiquiore gaudet, in eâ eſt manutenendus *Franc. Pfeil. conſ. 172. n. 7.* Atque licèt poſſeſſio feudi Vaſallo notoriè inhabili & indigno tradenda non ſit; ſi tamen res altiorem requirat indaginem, Dominus, ſalvo jure ſuo, proviſionaliter Vaſallum inveſtire tenetur, & in poſſeſſionem mittere, per tradita *Roſenth. c. 10. concl. 41. n. 41.* Ergò Vaſallus in poſſeſ- 11
ſionem reſtitutus eſt, publicatâ ſuper mandato paritoria: Et quidem in feudum integrum, ex doctrinâ dicti ſæpiùs *Roſenth.* 12
*c. 6. concl. 14. in gl. lit. 9.* ubi tradit, fundi parte apprehensâ, totius fundi poſſeſſionem apprehenſam cenſeri, ſi ſub parte apprehensâ tanquam toto reliqua membra, ut partes totius, contineantur; Si enim conceditur, Caſtrum unà cum territorio, & ſic una res continet plures, tunc apprehensâ poſſeſſione caſtri, tanquam principalis, cæteræ quoque partes apprehenſæ cenſentur, ſi feudum ſub ſe contineat alios fundos, tanquam partes totius univerſalis. Imò ſi ſit arx vel Caſtrum, in quod ex aliquot prædijs ſeu fundis reditus ſolvi ſolebant, apprehendens caſtrum, cæterorum quoque fundorum poſſeſſionem adeptus eſt, ſi vel prædia illa ſint veræ caſtri pertinentiæ, vel ſaltem paterfamiliàs illorum uſum multis annis ad caſtrum deſtinaverit, reditus longiſſimo tempore ibidem percipiendo, prout multis authoritatibus firmat *Roſenth. d. loc.*



Digitized by Google

# Liber II. Titulus XXIV.
## De
## SUCCESSIONIBUS IN FEUDO ET PROBATIONE FILIATIONIS ET AGNATIONIS.

### SUMMARIA.

1. *Proponitur facti ſpecies.*
2. *Referuntur exceptiones agnati cum ejuſdem documentis.*
3. *Agnatos à primo acquirente deſcendentes in infinitum ſuccedere.*
4. *Inſtrumenta publicè recognita probant inſtar originalium.*
5. *Quomodò legitimitas poſſit probari, etiam alijs documentis quàm libris baptiſmalibus, & n. 8. & 17.*
6. *Pro matrimonio eſſe præſumptionem & n. 17. 21.*
7. *Quando feudum cenſeatur eſſe antiquum? etiamſi in eo poſteà fuerit introducta primogenitura. & n. 23.*
8. *Genealogia quatenùs probet.*
9. *Probationem non debere eſſe ambiguam, ſed concludentem, præſertim contrà poſſeſſorem.*
10. *Inſtrumenta inter privatos confecta contrà tertium non probare, præſertim in demonſtrandâ filiatione.*
11. *Contrà poſſeſſorem, etiam in antiquis, leviores probationes non admitti. & n. 13.*
12. *Teſtes non legitimè examinati non probant.*
13. *Verba enuntiativa in antiquis contrà tertium poſſeſſorem nil probare.*
14. *Quando feudum novum concedatur jure feudi antiqui. & n. 18. & n. 23.*
15. *Inveſtituram ad fratres vel collaterales non extendi ſinè expreſſo pacto.*
16. *Conſiderationes ſuper argumentis utriusque partis.*
17. *Præſumitur pro matrimonio, & per tractationem pro filio aliquis conſtituitur in quaſi poſſeſſione filiationis*
18. *In feudo novo conceſſo jure feudi antiqui collaterales in infinitum ſuccedere. & vid. ſuprà n. 14.*
19. *In dubio contrà Dominum vel fiſcum pronuntiandum.*
20. *Fama & leviores probationes in antiquis admittuntur pro filiatione demonſtrandâ, & vid. ſuprà n. 5.*
21. *Varia argumenta pro filiatione probandâ.*
22. *Inter duas præſumptiones eligenda eſt illa quæ excludit delictum.*
23. *Recenſentur aliæ à fiſco motæ rationes.*
24. *Quomodo agnatio probanda ſit.*
25. *Filium non poſſidentem, ſed agentem, non præſumi legitimum ſed probare debere.*
26. *Pro agnato pronuntiatum.*

IMpetravit Cajus 14. Maij. anno 1665. exſpectativum ſuper feudo N. in caſum, 1
quo Sempronimus anno 1659. proſe & filijs atque heredibus & ſucceſſoribus ſuis legitimis inveſtitus, ſivè per defectum feudi capacium decederet, vel alia quâcunque de causâ feudum Domino aperiretur. Evenit caſus, quòd dictus Vaſallus anno 1668. menſe Octobri improlis decederet, quapropter ſupplicavit Cajus, vellet ſua Cæſarea Majeſtas eum nunc abſolutè, pro ſe & deſcendentibus, maſculis & fœminis inveſtire, ſimúlque vaſallo alicui demandare, ut in feudum immittatur. 24. Decembris anno 1668 admiſſus eſt ad juramentum, quod præſtitit 25. Febr. 1669. & inſuper obtinuit Commiſſionem ad immittendum, nec non patentes ad ſubditos feudales, ut ipſi tanquam Vaſallo immediato pareant.

Decima autem octavâ Julij anno 2
1669. Sempronius legitimavit Procuratorem ad acta, produxit Genealogiam typis impreſſam, & inveſtituram Caroli V. nec non ultimam à Sempronio defuncto receptam, cum ſupplicatione, quia ſatis clarè appareat ex Genealogicâ demonſtratione, Jacobum ab Imperatore Carolo V. inveſtitum fuiſſe quidem ut primogenitum, ſed non ut primum acquirentem, & tam fra-

fratrem Jacobi Franchinum, quàm illum fuiſſe deſcendentem ex primo acquirente, & propterea idem jus deſcendentibus ex Franchino, deficiente lineâ Jacobi, tanquàm primogeniti, quod deſcendentibus ex Jacobo competere unquam potuit, de facto, caſu ſic eveniente, competere ad antiquiſſimum Nobiliſſimæ Familiæ Semproniorum feudum N. ideò petijt, caſſatâ Caij inveſtiturâ non ritè obtentâ, ſe benigniſſimè inveſtiri; in oppoſitâ verò deductione typis impreſsâ aſſeruit, Tatium & Rubicondum fratres Sempronios, jam 962. ab Imperatore Ottone Magno, in recompenſationem maximorum beneficiorum, per eos fratres in ipſum Cæſarem collatorum, creatos eſſe Imperij Comites, & donatos Imperiali feudo N. Hoc privilegium poſteà confirmaſſe Imperatorem Henricum IV. anno 1110. favore Ottonis N. Anno autem 1158. idem feciſſe Imperatorem Fridericum Ænobardum, favore Comitis Anſelmi, nec non Rubicondi 2. & Guidonis fratrum, filiorum quondam Comitis Tatij. Anno 1536. eadem privilegia confirmâſſe, ſive de novo conceſſiſſe Imp. Carolum V. favore Comitis Jacobi Sempronij, ex dictis primis inveſtitis deſcendentis, pro ſe & ejus filijs, hæredibus & ſucceſſoribus, ob ſervitia & inviolatam fidem verſus Romanum Imperium, per ipſum Comitem Jacobum & ejus prædeceſſores ſervatam; ordinando ut Comites Sacri Romani Imperij ſemper haberentur, & concedendo facultatem inſtituendi Curtem Regalem, nec non mercatum omnium animalium, quæ privilegia iterum ſunt confirmata ab Imperatore Rudolpho ſecundo, favore Comitis Tatij, Sempronij, præfati Jacobi primogeniti, ijſdémq; quoq; gaviſũ eſſe Jacobum Juniorem Tatij filium, eóque mortuo Comitem Joannem Sempronium, de cujus Succeſsione modò diſputatur.

Supereſſe ex hoc ſtipite Semproniorum Francum & Joannem Petrum, fratres Sempronios, ultimò defuncti Comitis Johannis patrueles, quia hi patrem habuerint Jacobum, filium Nicolai, filij Franchini, fratris Jacobi, ab Imp. Carolo V. inveſtiti, quia Jacobus & Franchinus patrem habuerint alterum Nicolaum. Hos eſſe reſiduos ex antiqua Semproniorum familiâ, tanquam deſcendentes ex Tatio & Rubicondo, & Comitibus Anſelmo, Rubicondo ſecundo & Guidone, ad quos tanquàm deſcendentes à primis inveſtitis, de jure pertineat feudum.

Sed cùm Cajus omnibus iſtis purè contradiceret, eò quòd exhibita Genealogia & reliqua narrata, nulla planè fide communita & vallata ſint, proindéque nullam penitus conſiderationem mereantur, petendo actorem cum ſuâ prætenſione à limine judicij rejici: decreta eſt 2. Septembris 1669. communicatio Sempronio, injungendo, ut quaſcunque probationes habeat, intrà terminum 3. menſium in formâ authentica exhibeat, ſub comminatione perpetui ſilentij. Tum demùm 21. Octobris anno 1669. Sempronius ſua documenta produxit, & primò quidem Inveſtituram Imperatoris Caroli V. de anno 1580. ex quâ appareat, feudum hoc eſſe antiquiſſimum, & Jacobum Seniorem à Carolo V. inveſtitum, non fuiſſe primùm acquirentem, ſed idem jus ad feudum competijſſe Franchino ejus fratri, licèt per primogenituram eo tempore, ſuo conſenſu, fuerit excluſus. Quòd autem Franchinus frater fuerit Jacobi & ambo à Nicolao, ex una eadémque matre progeniti, & quòd Franchinus uxorem duxerit, demonſtrari ſub *N. 3.* inſtrumento aſſecurationis dotis *anno 1530.* ubi Julia de vicemalis, relicta Nicolai de Sempronijs dicitur mater Jacobi & Franchini fratrum de Sempronio, filiorum quondam Nicolai, habitantium in loco de Valle Madraria, & Franchini uxor Lucia de Serbellionibus, cui, & ejus fratri Gabrieli de Serbellionibus, Julia, Jacobus, & Franchinus permiſerunt reſtitutionem dotis, caſu eveniente.

Ex *Num. 4.* demonſtrari, quòd idem Franchinus, tertiâ Octobris 1530. ceſſerit Jacobo fratri ſuo, natu majori, feudum libero conſenſu, qui ſine dubio hac ceſſione & pacto non poſsit dici præcludere voluiſſe viam ſuis deſcendentibus, deficiente lineâ Jacobi vocatis, & eandem ſternere impetrato extraneo.

Sub *Num. 5.* ex inſtrumento emptionis iterum demonſtrari & clarè dici: Magnifico Domino Comiti Jacobo, Magnifici Comitis Nicolai, & eo nomine Magnificorum DD. Nicolai, Johannis, Petri & Jacobi, omnium fratrum & Sempro-

pronijs, filiorum Franchini olim fratris prædicti Comitis Jacobi.

Sub *n. 6*, iterum oſtendi per literas Inveſtituræ, quibus Nicolaus Sempronius inveſtivit alium Francum de Verzago dictum, de certis terris anno 1580. quòd ſit filius Franchini, in verbis: Illuſtr. & Magnificus Dominus Nicolaus Sempronius Ill. Dn. Franchinum inveſtivit.

Ex compromiſſo de anno 1623. ſub *n. 7*, apparere, Joannem Jacobum eſſe filium Nicolai, in verbis: *Dominus Ioannes Iacobus Sempronius filius Domini Nicolai*, ubi non dicitur Comes, & ab hoc tempore facilè probari poteſt Baptiſmus & matrimonium.

Sub *n. 8.* in Inſtrumento executionis, Francus Sempronius Capitaneus dicitur filius quondam Illuſtriſſimi Jacobi. Ex quibus omnibus appareat, Francum Sempronium & fratrem Petrum, deficiente lineâ Jacobi, ſecundùm agnationis proximitatem, admittendum eſſe, ſivè conſideremus primum acquireutem, ſivè ultimò defunctum, trahere enim ſuam originem ex Nicolao Seniore, patre Jacobi & Franchini, qui, atteſtante Carolo V. & Rudolpho Imperatoribus, ex ijs deſcenderunt, qui per quadringentos & plures annos feudum N. indiſputabiliter poſſederunt. Quòd autem ultimò defuncto vaſallo Francus ſit proximus, id oſtendere Genealogiam non ſolùm, ſed & teſtes omni exceptione majores, examinatos ad perpetuam rei memoriam, quorum primus dixit: ſono ſeſſanta anni ch'io ho ſervito in Caſa del Sr. Conte Giovanni pro Agente, come dalle procure & mandati in me dal detto Sr. Conte fatti, & anche dal fu Sr. Conte Jacobo Padre, appare, & ero Salariato à raggione di cento feudi l'anno, finche morſe il Sr. Conte Giovanni l'anno 1668. nel meſe d'Ottobre, ne doppo ſe ha laſciato alcuni figlioli legitimi & naturali, ne vi ſono altri parenti, più proſſimi, agnati ne Cognati, eccettuato il Supra nominato Sr. Capitano Franco Semproni & ſuo fratello, come è notorio, & per quello hò ſentito à dire dalli medemi Sri. Conti Jacobo & Conte Giovanni, il feudo di Macagno Corte Regale & feudo Imperiale dopo loco era diretto, nel medemo Sr. Capitano Franco, come quello che è della medema deſcendenza annorum 84.

Alter teſtis depoſuit, dale anno 1628. in qua, conoſco il Sr. Giovanni Conte Semproni, & con lui ho parlato & pratticato in diverſe occaſioni, queſto meſe, come ſi ſa publicamente, morſe, ſentza havere dopo di ſe laſciato alcuni figliuoli legitimi ne naturali, ne altri parrenti, Agnati ne Cognati, à lui più proſſimi, fuor che il Supranominato Sr. Capitaneo Franco Semproni, & ſuo fratello, il quale Sr. Capitaneo per quello ſi dice, come Agnato più proſſimo di detto Sr. Conte Giovanni, ſuccede nel feudo N. & Corte Regale.

Ex his omnibus inferri, agnatum à primo acquirente deſcendentem in infinitum ſuccedere *Gail. 1. obſ. 150. n. 4. per text. in c. 1. de natur. ſucceſ. feudi. Roſenth. c. 7. c. 56. n. 6.* ita, ut ſi etiam illam ſententiam ſequi malimus, quâ agnati uſque ad decimum tantùm gradum ad ſucceſſionem admittuntur, adhuc tamen Francum Sempronium intra 10. gradum reperiri, ſupplicando, ut caſſatâ inveſtitura Caji, ipſe de novo inveſtiatur & impetratus ad reſtitutionem omnium fructuum in dicto feudo condemnetur. 3

*Trigeſimo Aprilis an 1670.* porrò produxit documentum à Prætoribus feudi N. quòd nihil magis exoptent, quàm regi & gubernari à Franco Sempronio, utpotè ultimo ſucceſſori agnatione proximo. Porrò ſub *præſentato 1. Decembris anno 1671.* Legitimavit Francus ſuam perſonam per atteſtatum ex libro Baptiſmi, quod anno 1607. natus ſit ex Joanne Jacobo & Octavia N. & in Baptiſmo nominatus Francus, addiditque non poſſe dubitari de ſuis inſtrumentis productis, utpote quæ ex atteſtatis tot Notariorum, ab originalibus integris, illæſis & non ſuſpectis ſint deſumpta, Judice ſeu Prætore ſpecialiter ad ea recognoſcenda pro tribunali ſedente, unde fides tanta illis adhibenda ſit, quanta ipſis originalibus, *c. fin. X. de fid. inſtr. Vallenſ. eod. §. 2. & 4. Zæſ. in ff. eod. tit. n. 4.* Nec obſtare, ſi dicatur, probationem legitimitatis propriè eſſe fori Eccleſiaſtici, cùm ſinè dubio etiam fieri poſſit per inſtrumenta ſæcularium prout 4

talis

5 talis modus per totam admittatur Italiam, ne fiat obligatio ad impoſſibile, ſi præciſè per libros Baptiſmales deſcendentia & legitimitas probanda eſſet, tùm quòd ob bella tempore Caroli V. & longo tempore poſt, teſte Thuano, per multos annos in Italiâ continuata, annotationes Parochorum de Baptizatis de ſe infantibus deperierint, tùm quòd non niſi poſt Concilium Tridentinum librorum Baptiſmalium uſus paulatim introductus.

Neque obſtare, quòd ex inſtrumentis productis nullum atteſtetur de legitimitate deſcendentiæ, quia cùm illud ſub *n. 3.* dicat Jacobum & Franchinum eſſe filios Nicolai, & Juliæ, illud *ſub n. 5.* Nicolaum, Joannem, Petrum & Joannem Jacobum filios Franchini, illud *ſub n. 7.* Joannem Jacobum filium Nicolai, & tandem, illud *ſub n. 8.* Francum filium
6 modò dicti Jacobi, potiorem eſſe præſumptionem pro matrimonio, cùm & nominatio filij nominatum conſtituat in quaſi poſſeſſione filiationis, præſertim cùm illud Notarijs eo tempore recipientibus Inſtrumenta, & partibus contrahentibus fuerit notum, ut in negantem transferatur probatio. *Gail. 2. obſ. 97. n. 6.* quia probatio quaſi poſſeſſionis, etiam in deciſorijs, ubi agitur ad obtinendam hereditatem, ſufficiat. *Theſ. comm. opin. lit. F. verb. filiatio.* Nec nudam illegitimitatis exceptionem ſufficere, ſed eam probandam eſſe, præſertim cùm hæc negativa affirmativam includat.

Nec ſubſiſtere alterum adverſæ partis fundamentum, quaſi Jacobus ſenior de novo fuerit ab Imperatore Carolo V. inveſtitus, ut propterea feudum ad transverſales pertinere non poſſit, quia in Jacobi perſonâ cum onere primogenituræ initium ſumpſerit; huic enim aſſertioni contradicere clara inveſtituræ verba, quòd feudum illud jam per 4 centum annos apud Jacobi prædeceſſores fuerit;
7 Et quod Jacobus de eo tanquàm feudo avito, antiquo, nec non tritavito & antiquiſſimo fuerit inveſtitus, ex claro tenore literarum Inveſtituræ, ut hinc feudum etiamſi ex perſonâ Jacobi initium ſumpſiſſet, tamen jure feudi antiqui debeat cenſeri, ejúsque naturam & qualitatem inducat. *Mynſ. 4. obſ. 84. Gail. 1. 51. Clarus §. feudum q. 8. n. 2.* & in quo propterea etiam collaterales in infinitum ſuccedant, *Roſenth. c. 2. concl. 13. lib. 1. feud. tit. 1. §. 4. & 2. feud. tit. 31. & 50. Mynſ. 4. 84. Gail. 2. 150.* Quamvis itaque novam formam dederit feudo inveſtitura Imperatoris Caroli V, per introductionem primogenituræ, eam tamen tantùm eſſe accidentalem, & feudum in ſua intrinſecâ qualitate remanſiſſe antiquum, quia Franchinus in diviſione non ſit pactus cum fratre, niſi in favorem ejuſdem & deſcendentium, ordine primogenituræ ſervato, nullatenus verò in favorem extraneorum, cùm receptis multis allodialibus, ſe & ſuos tantùm excluſerit, donec aliquis ex Jacobi deſcendentia reperiretur, non verò in infinitum, quod verba: *in feudum antiquum* ſatis demonſtrant, quibus implicitè omnes agnati vocentur; Sub *præſentato, 28. Junij anno 1673.* Iterùm exhibuit Sempronius alia duo documenta; & primò quidem conſtitutionem tutelæ Luciæ uxoris Franchini, pro tribus filijs, Nicolao, Ioanne Petro, & Ioanne Jacobo, quo documento iterum probare intendit, Franchinum fuiſſe fratrem Iacobi, & filios Franchini legitimos. Secundò examen 4. teſtium de anno 1640. Qui deponunt, quòd Nicolaus Sempronius habuerit uxorem Addam, & ex ijs nati ſint Ioannes Iacobus & Iohannes Baptiſta Sempronij, & Ioannes Iacobus, iterùm cum Octavia Marcheſi procreaverit filios Nicolaum, Ioannem Baptiſtam Francum & Ioannem Petrum. *Tertiâ Julij anno 1673.* Produxit atteſtatum, quòd Mediolani ad plenè & validè probandam lineam aſcendentium illius, qui in ordinem Comitum, Equitum & Iudicum adſcribi petit, ſufficiat productio & præſentatio inſtrumentorum authenticorum dictam lineam ſucceſſivè probantium.

Sub præſentato *3. Februarij anno 1678.* exhibuit inſtrumentum, quòd anno 1514. Subditi præſtiterint homagium Iacobo & Franchino, & ulterius ſub B. quòd anno 1674. ſit declaratus heres fideicommiſſarius defuncti Comitis Ioannis Sempronij: Ex quibus omnibus actionem ſuam ſatis probatam eſſe exiſtimavit Sempronius, & proinde ſibi feudum adjudi-



Digitized by Google

candum cum fructibus perceptis & percipiendis, ſeque de eo inveſtiendum eſſe nullus dubitavit.

Verùm elidendo actionem negavit reus 1. productam ab actore Genealogiam univerſim, prout etiam 2. deſcendentiam legitimam à Nicolao prætenſo Patre Iacobi Senioris ab Imperatore Carolo V. de novo inveſtiti; & 3. Si etiam hæc probata eſſent, prætendenti tamen ea ad intentum finem
8 nequicquam prodeſſe poſſe. Ac primò Genealogiam non probare in propatulo eſſe, cùm ſit informis & à nemine ſignata. Nec ſecundò probari deſcendentiam legitimam vel à Nicolao vel à Iacobo, vel exhibita inſtrumenta, quia poſito, quòd authentica eſſent, nullum tamen ex ijs de legitimitate deſcendentiæ teſtetur; Et ut aliquid teſtarentur, fidem tamen quoad hanc legitimitatis probationem non mereantur, utpote ex ſeculari ſcrinio tantum deprompta & conſarcinata, cùm talia documenta potiſſimùm ex libris Baptiſmalibus ſint deſumenda, de quibus tamen nusquam ulla in omnibus productis ſit mentio; atque, ut citra præjudicium ponatur, Franchinum fuiſſe fratrem legitimum Iacobi, certè eandem qualitatem de filijs ipſi in prætenſâ Genealogia aſſignatis, Ioanni Petro, Ioanni Iacobo, & Nicolao non probari. Ex eo enim, quòd aſſeritur, Franchinum uxorem habuiſſe, neutiquam concludi, eoſdam filios ex eâ procreatos eſſe, cùm etiam ex concubinâ ſuſcipi potuerint, nec gravi ſuſpicione careat, quòd prætendens ipſe, ad removendam hanc ſuſpicionem planè nihil dicat; Cùm ſi fulcrum aliquod ſuæ intentionis habuiſſet, id non minùs ad eam ſuſtentandam fuiſſet adducturus, quam quoad alios gradus adducere non omiſit; pro-
9 bationem namque non debere eſſe ambiguam, ſed plenam, & neceſſariò concludentem, inprimis contra illum, qui juſto titulo eſt in poſſeſsione rei, quam actor petit, & per actionem reo è manibus ſuis vult auferre; poſſeſſor enim habet pro ſe præſumptionem juris, contrà quam, ſi quis contendere velit, debet apertiſsimas probationes afferre, ut dicit *l. fin. in pr. ff. quod met. cauſ. §. 12. inſtit. de inut. ſtipul. l. 24. ff. de probat.* Quod etiam in controverſijs feudalibus, cùm actor à poſſeſſore feudum aliquod petere vel vindicare vult, inprimis neceſſarium, uti demonſtrat egregiè, & in Camerâ imperiali judicatum docet *Roſenth. de feud. c. 2. concluſ. 26. n. 78. 9. & concl. 27. & 31. n. 5. 6.* ubi dicit, illud eſſe jus & commodum poſſeſſoris & poſſeſſionis, ut etiam is, qui revera eſt, & habetur agnatus defuncti vaſalli, ſi non ſit in poſſeſſione feudi, ſed alius illud poſſideat, teneatur concludenter & plenè probare, ſe à communi parente & ſtipite deſcendere, & proximum eſſe feudi agnatum, nec ad id ſufficere indicia, conjecturas, vel præſumptiones, quod idem quoque confirmat *Cravetta conſ. 276. n. 4.* Ubi latè deducit, quòd ſi aſſertio illius, qui petit rem feudalem, non ſit clarè probata, ſed aliquâ ſaltem ratione per oppoſitiones à reo factas reddatur dubia & incerta, debeat actor ſuccumbere, quod & urget, *Gail. 2. obſ. 149. n. 1. 5. in fin. & n. 6.* id quod etiam in probatione filiationis non minùs ac in cœteris cauſis neceſſarium, *l. 13. 14. C. de probat. l. 15. C. de fid. inſtrum.* quia debet concludenter probare, ſe filium eſſe, qui id aſſerit, & hæreditatem vel ſimile quid auferre vult è manu poſſeſſoris. *Pacian. lib. 2. de probat. c. 6. n. 17. 22. 24. & ſeqq.*

Horum omnium nihil præſtitiſſe Francum: nam quod ſub *n. 3.* chartam producat, in quâ ſcriptum, quòd Iacobus & Franchinus quondam fuerint fratres, & Nicolai cujuſdam filij, dein ſub *n. 4.* quòd Franchinus cedat locum N. fratri ſuo Iacobo natu majori; & ſub *n. 5.* quòd Franchinus Sempronius fuerit frater Iacobi, & quòd Nicolaus, Ioannes Petrus, & Ioannes Iacobus fuerint filij Franchini: His tamen obſtare, quòd documenta nec integra, nec in originali exhibeantur, atque, quod potiſſimum eſt, ad intentionem Franci non proſint, eò quòd 10
ſint inſtrumenta privata inter alios compoſita, quæ adversùs tertium aliquem non probant: multa enim intervenire poſſunt, cur in inſtrumentis à privatis contrahentibus aliud ſcribatur, quàm quod geſtum, aut in rei veritate inventum fuerit, ut ideo inſtrumenta inter privatos concepta adversùs tertium non probent, ſed ſaltem inter partes, inter quas concepta ſunt, velut eſt textus in terminis filiationis, *in L. 13. C. de probat.* ibi: *non epiſtolis neceſſitudo*

*ten-*

Digitized by Google

*conſanguinitatis, ſed Natalibus vel adoptionis ſolennitate conjungitur*, & in *L. ſeq. non nudis aſſeverationibus, nec ementitâ profeſſione, licèt utrique conſentiant, ſed matrimonio legitimo concepti, vel adoptione ſolenni civili jure patri conſtituuntur. tot. tit. C. plus valere, quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur. Roſenth. de feud. c. 2. concl. 34. in fin. gloſſ.* quemadmodum nec res in judicio examinata & judicata, contra alium, qui in lite non fuit, probare poteſt, per *l. 63. ff. de re jud.* nec verba enuntiativa fidem faciunt contrà tertium, *Roſenth. d. loc.* ubi poſt Alexand. docet, verba enuntiativa in actu inter avos vel proavos, vel alios geſto, prolata, pro contrahente quidem adverſus contrahentem, non autem pro tertio, nec pro nepotibus, aut pronepotibus, & multo minùs contra tertium probare; Cùm præſertim inſtrumenta producta non evincant, nec dicant, quòd Nicolaus Sempronius præcisè fuerit pater illius Iacobi ſenioris, qui à Carolo V. eſt inveſtitus, vel quòd Iacobi iſtius frater fuerit idem ibi relatus Franchinus, hujus verò filius alter Nicolaus: quia quidem cognationes iſtæ ſingulis privatis ſcripturis conquirantur, ſciri tamen ex eis non poſſit, quot & quinam Nicolai, Franchini, Iacobi, alijve Sempronij fuerint in rerum naturâ, multò minùs iſtos nominatos per ordinem nativitatis à Nicolao per Franchinum, uſque ad modernum actorem, à lineâ rectâ legitimè deſcendiſſe; præſertim cùm de loco & ordine patris Franci actoris, quem ipſe Iacobum fuiſſe dicit, nil in hiſce inſtrumentis contineatur, cujus filius ipſe fuerit, & an in eadem lineâ à Franchino cum cæteris nominatis deſcendat; unde tota actoris Genealogia deliquium patiatur.

Et quis etiam Iuris Conſultus inter omnes tradidit, quòd per Inſtrumenta, ex placito privatorum conſcripta, ob ſolam nominationem filij in ijs contentam, legitimatio probata ſit.? cùm contrarium pateat ex *§. ult. inſt. de adopt.* & ſuprà modò citatis legibus *14, & 15. C. de adopt.* Etiamſi enim in antiquis leviores admitti

11 videantur probationes, id tamen locum non habet contrà poſſeſſorem, à quo actor rem legitimo titulo poſſeſſam vindicare vult, quo caſu actor plenè probare debet, non obſtante temporis antiquitate, *Gars. tract. de benef. p. 12. c. 2. n. 270.* multi ſiquidem eſſe potuerunt Nicolai, Iacobi, Franchini, qui etiam avorum, patrum, fratrum locum inter ſe obtinuerint, eo tamen nativitatis, gentis & agnationis ordine ſe non contigerint, quem actor intendit, uti probat exemplo ſuæ perſonæ Iuris Conſultus Iacobus Sempronius, qui de Semproniorum quidem proſapia natus, & Iacobus dictus eſt, incertum tamen, an & quo gradu Iacobum Sempronium ab Imperatore Carolo V. inveſtitum contigerit. Ex his patere, quòd actor nullâ planè ratione impleverit probationem ſibi incumbentem, ſed per libros publicos parochiales, aliáque inſtrumenta indubitata, quibus directè & per ſe deſcendentia ob oculos ponitur, id debuiſſet præſtare.

Teſtes porrò ab actore productos, eorúmque teſtimonia nil probare, quia non legitimè, nullis communicatis articulis, nec datis interrogatorijs, nec citato reo ad videndum jurare, ſint examinati. *Auth. ſed etſi C. de teſtib.*

Probari inſuper ab actore debuiſſe, 12
feudum N. eſſe antiquum, quod ad omnes prætenſi Nicolai poſteros, ordine Succeſſivo feudali, continuâ, nec unquàm per aliquem intermedium poſſeſſorem vel titulum interruptâ ſerie, in perſonam Iacobi, ejúſque & Franchini deſcendentes fuerit devolutum, quæ probatio omninò requiritur, & in Camerâ Imperiali ſæpius ſic judicatum eſſe tradit. *Roſenth. c. 2. concl. 26. n. 7. 8. 9. & concl. 27 & 31.* ita ut præſumptio feudi antiqui hoc caſu, in petente contra poſſeſſorem, nullum planè obtineat locum. Neque continuam poſſeſſionem majorum Iacobi à Carolo V. inveſtiti probari per litteras Inveſtituræ de anno 1536. utpote quæ quidem aſſerunt, quòd Imperator edoctus ſit, ferè annis quatuor centum per Divos prædeceſſores ſuos, locum N. conceſſum fuiſſe in feudum, ſub titulo Comitatûs, anteceſſoribus Iacobi; non verò, quòd continuâ, & non interruptâ ſerie locum iſtum poſſederint; prout etiam verba enuntiativa inſtrumentorum nec in antiquis probent contra tertium. *Nicol. de Paſſer. de verb. enunciat. lib. 1. q. 4. n. 27. 101. q. 5. n. 105. & lib. 3. q. 4. Guid. Pap. deciſ. 24. Maſcard. de probat. concl. 541. n. 14. vol. 1.* quia contra poſ-

poſſeſſorem actor debet pleniſſimè probare , non obſtante temporis antiquitate , *Nic. de Paſſer. lib. 2. additament. ad tract. ſuum de verb. enunc. quæſt. 37. n. 10. Pacian. lib. 1. de probat. c. 66. n. 27. 28.* Et verba inveſtituræ enuntiativa , ſine præcedenti cauſæ cognitione prolata, ipſamet demonſtrant privilegia & inveſtituras anteriores, ex quibus tamen ſolis vera & Specifica cognitio acquiri potuiſſet , bellorum calamitatibus fuiſſe deperdita. Quid quòd collationes feudorum non ſunt actus contentioſæ jurisdictionis , in quibus proinde etiam non requiritur accurata cauſarum ſeu probationum deductio , nec talia in foro contentioſo pro veritate & probatione adferri poſſunt. *Nic. de Paſſer. de verb. enunc. q. 5. n. 53. & 59.* Idcircò ſi Princeps in talibus dicat, ſe edoctum eſſe, intelligi tantùm, quantum ad gratiam faciendam attinet. *Decian. conſ. 41. n. 21. vol. 1.*

Inſuper quamvis hoc feudum videatur eſſe conceſſum jure feudi antiqui, ſeu in feudum antiquum, ut ſic quoque in eo
14 collaterales ſuccedant , *Clarus in §. feudum q. 8.* magna tamen eſt differentia, an Princeps feudum novum ſcienter, eô ſingulari pacto & proviſione conſtituat, ut licèt ſit feudum novum, tamen jus feudi antiqui obtineat, an verò ſaltem antiquum nominet , ob majorum Vaſalli antiquam poſſeſſionem , quia in hoc nihilominùs probare debet actor, feudum ordine ſucceſſionis à primo acquirente ad ſe devolutum eſſe. *Roſenth. c. 2. concl. 13. n. 4. & concluſ. 15. n. 4. concl. 28. n. 8.* eo enim ſolo confertur effectu, ut feudum , quod antea in familia noviter inveſtiti fuit, habeatur, & in illo ſuccedatur eo jure , quod verè ab antiquo & à præcedentibus poſſeſſoribus in eo obtinuit ; unde in feudo novo conceſſo jure feudi antiqui agnati ſuccedunt præcisè jure illius pacti , quo jus feudi antiqui ſpecialiter eſt conſtitutum: in feudo verò antiquo, quod datur, ſicut ab alijs eſt poſſeſſum, debet probari, poſſeſſores priores revera ita tenuiſſe : ſicut etiam Imperator Carolus V. non concedit hoc feudum jure antiqui, ſed ſaltem nominat antiquum , & antehac infeudari ſolitum in aſcendentibus, undè nulla infer-
15 tur ad collaterales extenſio , ſed verba tantùm accipienda ſunt in favorem Iacobi & ejus deſcendentium, quatenus eis utilia eſſe poſſint , nempe in honore & dignitate Comitum Imperij , quia Imperator de reductâ antiquæ Comitivæ dignitate ſingulariter in litteris inveſtituræ proſpicit. Et frater fratri non ſuccedit, niſi de eo ſpecialiter ſit actum , *Gail. 2. obſ. 151.* ut, quæ ad deſcendentes Iacobi ſpecialiter expreſſa ſunt , non debeant ad alios extendi: præſertim cùm feudum hoc antiquum tantùm Iacobo & ejus deſcendentibus ſit collatum, intuitu Iacobi, ut ex verbo inveſtituræ apparet , ipſe enim Iacobus ſolus petijt , & illi ejúſque deſcendentibus ſolis datum eſt ob benemerita , itaque ad collaterales non pertinet, *c. 9. memb. 2. concl. 66. n. 39.* cùm etiam primogenitura & mercatus ipſis de novo ſint attributa, idque propter perpeſſa damna & jacturas, dum Iacobus Imperatori militavit , nullâ unquam factâ Franchini vel ejus deſcendentium mentione ; adeo ut locus N. tempore diviſionis fraternæ anno 1530. non fuerit habitus pro feudo , quia de tali qualitate in inſtrumento diviſionis non fit mentio , & Iacobus demùm anno 1536. in feudum recepit , & aliàs minùs in diviſione accepiſſet , cùm allodialia ſemper pluris, quàm feudalia æſtimentur.

Ex quibus omnibus pateat, intentionem Imperatoris vocantis tantùm filios ſeu deſcendentes Jacobi legitimos , nunquam ſe extendiſſe ad extraneos, deficiente lineâ vocati Iacobi , cùm tranſverſales nunquam vocentur , niſi ex aliquo privilegio de ipſorum vocatione appareat. *Intr igliol. de feud. cent. 1. q. 50. n. 12. Michalor de fratrib. p. 2. c. 24.* vel quòd aliquis transverſalis antiquo tempore fuerit in feudi poſſeſſione , *Fontanell. deciſ. 586. n. 17. 19. Jul. Clar. in §. feud. q. 83. Tuſcus lit P. concl. 552. n. 4.* nusquam tamen probatum, quòd duobus fratribus, Iacobo ſcilicet & Franchino conceſſa fuerit inveſtitura cum qualitate, ut finitâ linea unius tranſmitteretur ad aliam ; quia Iacobus nullo verbo ſtipulatus eſt pro Franchino, ſed tantùm pro ſe & deſcendentibus ſuis : Hinc fatetur actor Sempronius novam ab Imperatore Carolo V. feudo inductam eſſe formam , quam tamen accidentalem appellat, quod tamen eſt abſurdum , quia hæc forma non poteſt ampliùs à feudo Separari, & jam à temporibus Caroli V. hucusque eſt continuata ; hæcque for-

Digitized by Google

forma ſinè dubio eâ ratione tributa eſt, quia neglecta erat magno annorum intervallo feudi inveſtitura, prout ex diviſione fratrum Jacobi & Franchini apparet, quæ facta eſt anno 1530. & demùm poſt ſexennium anno 1536. inveſtituram ab Imperatore Carolo V. obtinuit, ſed ex gratiâ propter merita ſua in bello, pro ſe & ſuis deſcendentibus, quæ gratia Franchino non petenti prodeſſe non debet. Ut ex his omnibus eluceat, verba, *tanquàm de feudo antiquo, avito, & tritavito*, non tollere novam formam inductam clarè per novam conceſſionem, cùm reſpiciant tantùm antiquitatem in Principe concedente, quòd feudum fuerit ſolitum infeudari in aſcendentibus olim dicti Iacobi, noviter inveſtiti; a'iàs conceſſio contineret contraria, nempè inveſtituram ſuper feudo novo, pro filijs & deſcendentibus Iacobi, & ſimul confirmationem feudi antiqui pro collateralibus, quod non præſumitur; præſertim cùm ſolus Iacobus præſtiterit ſervitia, intuitu quorum Imperator feudum de novo conceſſit, quæ cauſa movens non reperitur in Franchino; Et ſi Imperator voluiſſet largo modo concedere, ut finitâ lineâ Iacobi ſuccederet linea Franchini, utique id expreſſiſſet.

Quin etiam, quia Francus ſe Comitem nominaverit in primordio judicij, qualis tamen non ſit, ideò commiſiſſe crimen ſtellionatus, quod importet privationem ab omni audientiâ, *t. t. de ambitioſis*; hinc contrà Fiſcum non poſſe, nec debere audiri; tum etiam quia feudum dicatur in noviſſimis conceſſionibus *hæreditarium*, in eo non poſſit aliquis ſuccedere, *qui non ſit heres ultimi Vaſalli*, cujus tamen hæreditas vacans declarata ſit ad inſtantiam Regij Fiſci coram Magiſtratu extraordinario Mediolani, quemadmodùm etiam defunctus adhuc vivens ſe nullum in feudo ſucceſſorem habere ſcripſerit.

Teſtes ab actore Mediolani productos, & ad perpetuam rei memoriam examinatos, nihil probare, cùm id factum ſit contra prohibitionèm noviſſimarum conſtitutionum Mediolani, *c. nemini. de probat. lib. 2.* ſub pœnâ aureorum viginti quinque pro quolibet teſte ac nullitatis totius examinis, ita ut nullam fidem nec præſumptionem inducant, nec ſuſpicionem faciant, cùm præſertim examinati fuerint, non auditâ nec citatâ parte, contra jura municipalia Provinciæ Mediolani: Teſtis inſuper primus Bartholomæus Caſtellus exceſſerit fines interrogationis, nil poſſideat in bonis, & ad teſtimonium ſit inductus, ſervus diu carceratus ob delictum, deponens de auditu: Alter Baptiſta Rubeus deponit pariter de auditu tantum, *il quale Sr. Capitaneo, per quello ſi dice, come Agnato più proſſimo*, quæ verba tantùm relativa ſunt, ut teſtes videantur ad ita deponendum conducti, præſertim cùm hic fuerit Stator Turmæ actoris Capitanei Franchi militiæ popularis Mediolani, cui proindè nulla fides adhibenda, maximè cùm agatur de intereſſe Fiſci Imperialis, quo caſu nequeunt teſtes examinari, niſi præſente Fiſco, quod maximè obſervetur in Provincia Mediolanenſi, ex *noviſ. Conſtit. tit. de jure & privil. Fiſci, & tit. de judic.*

Porrò non obſtare productum ſub *n. 3. de anno 1530.* in quo Luciæ de Serbellionibus Franchini uxoris dos aſſecuratur, cùm illud ipſum ſuſpicionem illegitimitatis inducat, quia certum ſit in jure, quòd fidejuſſores dotium non dentur, niſi agatur de fratris illegitimitate, cùm etiam liqueat ex Genealogia appoſita, quòd iſte Franchinus non potuerit eſſe frater Iacobi primi; & ideo ſupprimi ab actoribus originale teſtamentum Nicolai, recenſitum in Inſtrumento renuntiationis factæ à Domina de Vice Mala.

Hinc quoque non obſtare Inſtrumentum Diviſionis inter fratres Jacobum & Franchinum, quia remaneat eadem ſimulatio perſonarum ab actore dilucidanda, an ſit Franchinus primus, qui obijt ſinè liberis; an verò Franchinus ſecundus, & hoc etiam poſito, tamen feudum relictum eſſe Jacobo, qui ſolus pro ſe & deſcendentibus de eo inveſtitus.

Reliqua Inſtrumenta ſub *n. 4. & 5. 6. & 7.* quoque non juvare actorem, quia tantùm dicant de jure Comitis Iacobi, ſtipitis diverſi ab actore; Imò Comitem Iacobum in ſuo teſtamento anno 1530. inſtituiſſe heredem Hieronymum de Populo, nepotem ex ſorore Altadonâ, eâ lege & conditione, ut vocari deberet de Sempronio, prout appareat ſub lit. C. id quod Franchinus non permiſiſſet, ſi aliquod jus ipſi



Digitized by Google

ipſi competere potuiſſet in feudo: Anno 1538. Comitem Iacobum duxiſſe Barbaram Siccam, & ex eâ ſuſcepiſſe filium Tatium, ſucceſſorem feudi. Ultimò Comite Ioanne mortuo, ad inſtantiam Regij Fiſci propoſitis Edictis, nullum comparuiſſe Agnatum, & hinc hæreditatem ejus declaratam eſſe vacantem. Nec ſufficere, probare agnationem in genere, quòd ſint gentiles ejuſdem familiæ, iiſdem utantur armis & Majorum imaginibus, quia tamen excluſi remaneant, *Gail. obſ. 150. n. 12. 13.* Hæc ſunt argumenta partium.

16 Non irrelevantibus argumentis actor intentionem ſuam júſque ſuccedendi in feudum demonſtrâſſe videtur. Patet enim ex Inveſtiturâ Imperatoris Caroli V. feudum hoc in familia Semproniorum fuiſſe antiquiſſimum, utpote quod jam anno 1536. quatuor centum annis fuiſſe in poſſeſſione Semproniorum, in dictis Inveſtituræ literis aſſeritur: Ex quo dubium ſupereſſe non poteſt, quin omnes à primo acquirente deſcendentes in eo ſuccedant & ad feudum admitti debeant. Patet autem ex Inſtrumentis à Franco actore allatis & quidem ſub *n. 3.* quòd Nicolaus communis pater fuerit Jacobi & Franchini, à quo Franchino actor originem derivat. *Sub n. 4.* quòd Franchinus in diviſione fraterna anno 1530. fratri Jacobo ceſſerit feudum. *Sub n. 5.* quòd Franchinus tres habuerit filios, Nicolaum, Ioannem Petrum, & Iacobum. *Sub n. 6.* quòd Nicolaus fuerit Franchini filius. *Sub n. 7.* quòd Nicolai filius fuerit Ioannes Iacobus ex quo, vi quoque teſtimonij ex libro Baptiſmi, deſcendit actor Francus, ſicque originem ducit à communi patre fratrum Iacobi & Franchini, quorum prædeceſſores per quadringentos & plures annos feudum controverſum poſſederunt: Iſta documenta corroborantur dictis teſtium ad perpetuam rei memoriam, *ſub lit. B.* nec non alio examine teſtium 4. de anno 1640. qui deponunt Nicolaum Sempronium actoris Avum habuiſſe uxorem Addam, & cum eâ procreâſſe Ioannem Iacobum & Ioannem Baptiſtam, ex quo Ioanne Iacobo natus ſit actor Francus, & illius frater Ioannes Petrus: Quæ omnia ulterius firmantur ex ſententiâ Mediolanenſi de anno 1674. quâ declaratus eſt actor heres fideicommiſſarius defuncti Comitis Ioannis, tanquam legitimus deſcendens ex Franchino. Juris autem eſt, quòd Agnati deſcendentes à primo acquirente in infinitum ſuccedant, *Gail. 2. obſ. 149. 150. & 154.* Atque etſi ex Inſtrumentis productis nullum atteſtetur de legitimitate deſcendentiæ, cujus probatio ferè ſit fori Eccleſiaſtici, & per libros parochiales Baptiſmaléſque ſoleat impleri, tamen eſt *præſumptio* 17
pro matrimonio, & nominatio tractatióque pro filio conſtituit in quaſi poſſeſſione filiationis, ita ut in negantem transferatur probatio, *Gail. 2. obſ. 97. n. 6.* & probatio legitimitatis etiam fieri poteſt, admittitúrque paſſim in Italia, per inſtrumenta ſæcularium, ne fiat obligatio ad impoſſibile, ſi præciſè per libros Baptiſmales fieri deberet, qui ob bella, per multos annos in Italia continuata, facilè potuerunt perire, eorúmque uſus non niſi poſt Concilium Tridentinum pauliſper eſt introductus.

Nec nocet actori, quòd Iacobus Sempronius ab Imp. Carolo V. anno 1536. *de novo, tanquàm de feudo caduco, ex gratia*, & propter benemerita, pro ſe & ſuis deſcendentibus ſolum fuerit inveſtitus, quia, poſito non conceſſo, quæ de novitate feudi in perſonâ Iacobi aſſeruntur, tamen illa Inveſtitura facta eſt *de feudo tanquam avito*, tritavito & antiquiſſimo, quo caſu feudum etiam revera novum, tamen cenſetur jure antiqui, ejúſque naturam induit, ut omnes collaterales in infinitum in eo ſuccedant. *Mynſ. 4. obſ. 84. Gail. 1. 51. Jul. Clarus §. feudum q. 8. n. 2. Roſenth. c. 2. concl. 13.* ut proinde etiam hoc caſu actor veniat admittendus, neque etiam reum rationem habere tantopere gloriandi de ſuâ poſſeſſione, & de transferendo in actorem petitorio, cùm legitima non ſit ipſius poſſeſſio, quia non poſſideat proprio jure ut Agnatus, neque jure fiſci poſſidere poſſit, quia Fiſcus necdum obtinuerit ſententiam pro ſe, quâ non latâ, non poſſit aufferri Vaſallo feudum, *Roſenth. c. 11. concl. 19.* eò quòd odioſa ſit feudi devolutio ad Dominum, & in dubio pro non finitâ lineâ contra Dominum judicandum *Teſſaur. quæſt. forenſ. lib. 1. q. 61. n. 2.*

His accedit publica vox & fama, de quâ aſſerunt teſtes anno 1640. quòd Nicolaus & Adda pro Conjugibus, ipſorúmque filij & nepotes pro talibus publicè ſint nomi-

Digitized by Google

20 nominati, reputati & habiti; Fama verò publica conſtituit aliquem in quaſi poſſeſſione, *Eſcobar. in tr. de purit. & nobil. proband. p. 1. q. 10. n. 15.* & probat in antiquis, quæ aliàs ſunt difficilis probationis, ut eſt filiatio, Stirps, deſcendentia, ne ſimiles antiquæ & incorporeæ qualitates deſtituantur probatione ſi ad famam recurrere non liceret, *Idem Eſcobar. §. 2. per tot.* præſertim ſi fama veſtita ſit alijs pluribus argumentis, & circumſtantijs, velut hìc adductis documentis & ſententia Mediolanenſi: Filiatio enim tanquam difficilis probationis probatur conjecturis V. G. nominatione & aſſertione patris ſpontanea, præſerim judiciali, alimentatione & tractatione pro filio, nec non famâ, per text. *in l. ſi Mater. ff. ne de ſtet. def.* quæ præſumptiones ſimul junctæ plenam faciunt probationem, *Beſold. p. 6. conſ. 296. n. 1. & ſeqq. Menoch. 6. præſ. 53. n. 1.* & *de arb. jud. lib. 2. caſ. 89.* ſi quis enim tractatus
21 fuerit ut frater, ait *Michalor. in tr. de fratrib. p. 3. c. 58.* licèt id plenam & neceſſariam probationem non efficiat; ſed tantùm præſumptionem, tamen conſtituit in quaſi poſſeſſione fraternitatis, & onus probandi rejicit in adverſarium; Si enim concurrunt conjecturæ concludentes, ut tractatus & recognitio ab utroque parente teſtes deponentes de commercio parentum tempore conceptionis, ita ut coarctetur negativa alterius acceſſûs ad mulierem, omnéſque deponunt per publicam vocem & famam, ſatis probata videtur filiatio, etiam quoad ſucceſſionem in fidei commiſſo, tradit *Domin. Fautin. deciſ. 57. per tot.* & *deciſ. 37. per tot.* ubi adfert exemplum in patre, qui ſtatim à Baptiſmo, ubi in libro Baptizatorum inſcriptus erat tanquam ejus filius, ipſum ut filium educaverit, quòd inſuper vox & fama publica, effigies patris in vultu acceſſerit, &, quòd omnes conjecturas longè ſuperat, quod ipſe adverſarius eum antehac pro tali agnoverit, ut in præjudicium nominantis ſit in quaſi poſſeſſione, præſertim cùm etiam teſtes deponant, quòd tempore conceptionis & nativitatis ejus nullus habuerit cùm muliere commercium; filiatio namque directè & evidenter ratione progenitoris probari non poteſt, niſi conjecturis & præſumptionibus coacervatis, ſi pater in morte ſit proteſtatus & continuò filium ut talem nominaverit, & tractaverit. *Ant. de Pilaja in tr. de proteſt. conſid. 35. per tot.* Hinc ut probatio filiationis dextrè procedat, quidam exiſtimant, Solam poſſeſſionem filiationis articulandam eſſe, quod ſuſtinet *Frabricius in Gail. lib. 2. obſ. 97.* ut ſcilicet onus probandi eo ipſo transferatur in adverſarium; filius namque natus ex legitimâ uxore, cum quâ Maritus cohabitat, præſumitur legitimus, *l. filium definimus ff. qui ſunt ſui vel alien. jur. l. ſi vicinis. C. de nnpt. c. per tuas 10. de probat.* ita ut in natis ex tali uxore præſumptio ſit juris & de jure, vel ſaltem præſumptio juris, quod ſint filij mariti. *d. l. filium. Arias de Meſavar. reſol. lib. 3. c. 39. n. 1. & 2.*

Imò præſumptio eſt pro legitimitate & matrimonio; Cùm enim neceſſe ſit, aliquem naſci ex legitimo & licito, aut illegitimo concubitu, præſumendus eſt potiùs natus eſſe ex licito; Nam ubi duæ præſumptiones oriuntur, illa potiùs obtinere debet, quæ excludit delictum. *Unde* 22
*in c. lator. qui filij ſunt legit.* patet, illi onus probandi incubuiſſe, qui filium ex legitimo matrimonio natum non eſſe objecit, quia filium ex viro & uxore natum eſſe præſumitur, licèt uxor adulterium aliquando commiſerit, *L. miles. §. defuncto. ff. ad l. Jul. de adult. Fachin. controv. lib. 3. c. 35. & de probat. agnationis* tradit *Joh. Baptiſta Ciarlin. Controv. for. lib. 1. c. 23.* nec non de probatione matrimonij. *Andreol. Controverſ. 277. per tot.* ut ex his omnibus vix dubium ſupereſſe poſſit, actorem ad feudum admittendum eſſe.

Sed inſtitit denuò fiſcus varijs argu- 23
mentis, & poſuit duas rationes. Quia primò actor excluditur, quia feudum in perſona Iacobi penitùs eſt novum, quod collaterales, qualis eſt actor ex Iacobi fratre deſcendens, non admittit; ſecundò poſito feudum eſſe antiquum, actor tamen ſuam agnationem & legitimitatem ad ſuccedendum in eo non probavit.

Quod ad primum attinet; non poteſt producere actor antiquiores Inveſtituræ literas, quàm illas ab Imp. Carolo V. de anno 1536. in quibus quidem enunciat Imperator, ſe edoctum eſſe, quod jam ab annis ferè quatuor centum per prædeceſſores ſuos conceſſus fuerit in feudum locus

N.

Digitized by Google

N. anteceſſoribus Comitis Iacobi ex Nobili familia Semproniorum, per quos poſſeſſa fuerit Curia Regalis, & ab ipſo Iacobo poſſideatur, virtute antiquorum privilegiorum & Inveſtiturarum, etſi ob calamitates & ex longo temporum tractu deperdita ſint: ſed non probatur exinde feudum antiquum in perſonâ Iacobi; *Primò* quia ipſemet Iacobus petijt ab Imperatore Carolo V. de novo inveſtiri, qui etiam de novo, quatenus expediat, conceſſit, quo ipſo Iacobus agnovit, feudum olim anteceſſoribus ſuis conceſſum fuiſſe cadùcum, ut ipſe de novo inveſtiri, ex gratiâ Cæſarea debuerit. Idque apparet clarè *Secundò* ex documento ab ipſomet actore producto ſub præſtito 3. februarij 1678. nimirum quòd anno 1514. poſt mortem patris Nicolai, ambo fratres Iacobus & Franchinus homagium ſuſceperint, à ſubditis feudalibus loci N.

Nec non *Tertiò* ex inſtrumento diviſionis ſub præſentato 21. Octobris 1669. de anno 1530. ubi Franchinus ceſsit locum N. fratri ſuo Iacobo. Cùm itaque ab anno 1514. uſque ad annum 1536. omiſerint inveſtituræ renovationem, indubium eſt, feudum Domino directo devolutum eſſe, quia Vaſallus committendo feloniam ipſo jure amittit feudum, *Gail. 2. obſ. 51.*

Idcircò *Quartò* Imperator fecit gratiam ſoli Iacobo petenti, pro ſe & ſuis filijs, hæredibúſque & ſucceſſoribus ordine primogenituræ, quæ gratia ad Franchinum non petentem extendi non poteſt; cùm natura feudi novi hæc ſit, ut collaterales ab ejus ſucceſſione excludantur. *2. f. 11. vers. quod ita intell.*

Et quamvis *Quintò* actor captare velit verba Inveſtituræ, quaſi Imperator Carolus V. inveſtiverit Iacobum de terra N. tanquam feudo antiquo, avito, tritavito, & antiquiſſimo, in quo etiam collaterales admittuntur; atque extra omne dubium ſit, feudum novum concedi poſſe jure antiqui, nach Arth und Aigenſchafft eines rechten Stamb- und Alt-Vätterl. Lehen / quia pacta dant legem contractui, & ex tenore Inveſtituræ tota natura & conditio feudi dependet, *Finckethauſ. controv. feud. diſp. 2. concl. 15.* tamen in his inveſtituræ literis non invenitur, quòd Imperator expreſsè pronuntiaverit & conſenſerit (id quod tamen ad conſtitutionem feudi antiqui ex novo requiritur, *Roſenth. de feud. c. 2. concl. 13.*) quòd Iacobus locum N. habere debeat jure feudi antiqui, vel ut ſit antiquum, & antiqui feudi naturam aſſumat; quia Comes Iacobus nihil aliud petijt ab Imperatore, niſi Inveſtituram de terrâ N. in feudum Comitatûs antiqui, Nobilis & Gentilis, cum eodem titulo Comitatûs: Et Imperator creavit Iacobum ejúsque filios Comitem & Comites, eosque de terrâ N. in Comitatum antiquum, Nobilem & Gentilem, nedum avitum & tritavitum inveſtivit; Quæ verba tantùm ad dignitatem Comitatûs, ejúsque antiquitatem in hac familia Semproniorum renovandum tendunt, quod apertè elucet ex verbis ſtatim ſequentibus: *privilegia confirmamus, approbamus, & quatenus expediat, de novo & ex ſuperabundanti ipſum Jacobum, ejúsque filios, heredes & ſucceſſores legitimos, ordine ſemper primogenituræ ſervato, in infinitum Comitem & Comites dictæ terræ erigimus, inſignimus, creamus, facimus, ipſúmque & filios ſuos de dictâ terrâ in Comitatum antiquum, Nobilem, Gentilem, nedum avitum, & tritavitum inveſtimus, decernentes, ipſos Comites nominari, teneri, honorari, ſicut alij Sacri Romani Imperij Comites, etiam antiquiſſimæ & digniſſimæ proſapiæ*, ita ut hæc verba quoad ipſum feudum in præjudicium concedentis Imperatoris trahi non debeant; præſertim cùm illa ſententia, quòd feudum novum jure feudi antiqui, vel tanquam antiquum conceſſum, in omnibus ſecundùm naturam feudi antiqui debeat cenſeri, ſuos habeat contradictores, *Oldrad. Caſtrenſ. Alexand. Jaſon. Alberic. Ant. Gabr. Rom. in comm. opin. Brunn.* teſte ipſo *Roſenth. c. 2. concl. 13. lit. b.* qui in eodem *cap. concl. 15.* explicat effectus feudi novi, jure antiqui conceſſi, quòd ſcilicet ſolùm conſideretur ut antiquum favore Vaſalli, qui propterea ſinè conſenſu Agnatorum illud tanquam novum poſſit alienare, quòd Agnati in eo non ſuccedant, niſi ſint heredes ultimò defuncti, & quòd tunc demum ut antiquum conceſſum cenſeatur, ſi clauſula illa, *jure feudi antiqui*, ſit prolata per verba diſpoſitiva, ſecus ſi tantùm aliàs aſſerat feudum eſſe antiquum: Cui conſentit *Niger Cyriac. controv. 595.* ſed cùm de tali clauſula in his in-

Digitized by Google

inveſtituræ literis nihil reperiatur, per ſe collabitur prætenſio collateralium. Itaque non datur locus actori Franco tanquam Collaterali Iacobi in feudo novo, quod eſt fundamentum primum.

Secundnm fundamentum eſt, quòd ſuppoſito etiam feudo antiquo, vel novo jure antiqui conceſſo, actor tamen *agnationem & legitimitatem* ſuam, pro prætenſo jure ſucceſſionis in feudum, neutiquam
24 probaverit, qui enim agit tanquam Agnatus, debet probare, ſe eſſe talem, incipiendo à communi ſtipite, vel ſaltem à germanis fratribus, & deſcendendo per ſingulos gradus ex utroque latere, clara computatione omnes diſtinguendo, propriiſque nominibus & æquipollentibus indicijs deſignando. *c. tua 7. de conſang. Maſcard. de probat. concl. 73. n. 4. & concl. 410. n. 21. Niger Cyriac. controv. forens. 281. n. 12. & ſeqq.* Ubi multos alios allegat. ſecundò demonſtrandum eſſe actori, qui uti Agnatus agit, ſe & eos, à quibus deſcendit, uſque ad gradum controverſum fuiſſe *legitimos*, quia agnatio non cauſatur, niſi mediante legitima conjunctione, *§ adverſus inſtit. de nupt. l. 2. & l. 4. ff. unde cognati*; non enim ſatis eſt probare filiationem, ſed etiam oportet *probare legitimitatem*, & filiatio eſt plenè probanda, quando non agitur bonis nominantis aliquem filiũ, ſed aliundè proventis, quia tunc illa nominatio eſt res inter alios acta, *Ciarlin. Controv. Forenſ. c. 111. n. 6. & 14. Gratian. diſcept. forenſ. 562. n. 78. 79.* Nam cùm fundamentum intentionis ſit in actore, tam ſua quàm Majorum legitimitas, ex quâ deducitur agnatio, neceſſe habet probare & ſuam & Majorum legitimitatem, quia fundans ſe in aliqua qualitate, liquidò eam demonſtrare debet, nec præſumptiones juris ad eam ſufficiunt. *Cothman. 2. reſp. 54. n. 11.* non obſtante opinione *Menochij lib. 6. præſumpt. 54. n. 20.* quam *Niger Cyriacus* modò ſupra allegato loco *n. 18.* tradit non eſſe veram, nec procedere, quando is, qui facit fundamentum in legitimitate, eſt actor, ſivè eam deducat incidenter, ſive principaliter, prout etiam ipſemet, *Menoch. in conſiliis ſuis, conſ. 927. n. 39. verſ. reſpondetur ſecundo &c.* ſe ipſum declarans edocuit, opinionem ſuam non procedere in actore, quam ſententiam quoque *Cyriac. d. loc. n. 18.* ait: ſe quadraginta quatuor autoribus corroboraſſe; eámque defendunt *Socin. ſen. conſ. 39. vol. 1. n. 1.* ubi *n. 2.* dicit eſſe communem. *Decius Conſ. 471. n. 2.* ubi ait: ita judicatum *Paſett. Conſ. 109. n. 5.* ubi de veriori & communiori teſtatur. *Burſat. conſ. 88. n. 5. Borgnin. deciſ. 12. n. 5.* & hæc fundamenta conſilium imperiale Aulicum in gravi cauſâ menſe Martio anno 1672. magnum enim pondus in eo ſitum eſt, an agnatus actor ſit vel reus, quia filius potiùs præſumitur Spurius quàm naturalis, & potius naturalis quàm legitimus, ſi non ſit in poſſeſſione, ita ut teneatur ad probationem, per text. clarum *in l. 14. §. 1. ff. de probat.* ubi *Ulpianus* ait. *Circa eum, qui ſe ex libertinitate ingenuum dicat, referendum eſt, quis actoris partibus fungatur? Et ſi quidem in poſſeſſione libertinitatis ſit, ſine dubio ipſum oportebit ingenuitatis cauſam agere, docereque ſe ingenuum eſſe: ſin vero in poſſeſſione ingenuitatis ſit, & libertinus dicatur, ſcilicet ejus, qui ei controverſiam movet, hoc probare debet, qui eum dicit libertum ſuum.* Ex quo textu clarè probatur diſtinctio ſuprà ex Cyriaco relata, qui etiam in hunc finem refertur à *Creſp. de Valdaurâ obſ. 23. q. 5. per tot. Caſtillo tom. 3. c. 124. n. 12.* Quòd ſi itaque legitimitas & ſua & majorum ab actore probanda eſt, atque alio modo ad ſucceſſionem feudi pervenire, & poſſeſſori illud extorquere non poteſt, habemus judicialem ejus confeſſionem, ſub præſentato 1. Decembris 1671. ubi diſſertis verbis ait: non obſtat quartò, nullum ex Inſtrumentis recenſitis de legitimitate deſcendentiæ teſtari, cùm enim in Inſtrumentis nominentur filij, potior eſt præſumptio pro matrimonio, & nominatio filij tribuit quaſi poſſeſſionem filiationis: Quibus verbis ex doctrinâ modò ſuprà relatâ, ſe ipſum condemnavit actor, quia in actore, quoad obtinendam ſucceſſionem, ceſſat præſumptio legitimationis, nec prodeſt poſſeſſio filiationis; Quia etſi nominatione in filium quis conſtituatur aliàs in quaſi poſſeſſione filiationis, id tamen non fit aliter, niſi in nominantis tantùm præjudicium, vel habentium cauſam ab eo, non in præjudicium tertij, aut ipſius Domini directi, quoniam in his caſibus aliunde probanda eſt filiatio, & quaſi poſ-

ſeſſio non attenditur in judicijs deciſorijs ſeu petitorijs, *Fantin. deciſ. 42. n. 18. & ſeqq.* ubi multos allegat, *Mareſcot. reſol. 18. n. 24. Maſcard. concl. 786. n. 3. 4. 6. & concl. 799. n. 18.* Quod egregiè firmat *Fachin. lib. 1. controv. 73.* ex *l. filium ff. de his, qui ſui vel alien. jur. ſunt.* Ubi JCtus ait: *filium definimus, qui ex viro & uxore* ejus naſcitur; ergo id probare debet, qui ſe filium aſſerit, quia in judicijs petitorijs non ſufficit præſumptio, quæ ex educatione & alimentatione nec non nominatione filij oritur; quod patere, ait *Fachin. d. loc.* ex eo, quòd ex poſſeſſione dominium præſumitur ſecundùm Bartoli ſententiam cōmuniter receptam, in *L. quidam in ſuo. ff. de condit. inſtit.* & tamen hæc præſumptio non ſufficit in rei vindicatione, ſed probanda ſunt titulus, traditio, pretij numeratio, & diuturna poſſeſſio: Sic etiam in vindicandâ hæreditate præſumptio filiationis non ſufficit. Hactenus Fachin. Et profectò plenioribus demonſtrationibus implenda eſt filiationis & agnationis probatio. Nimirum ut teſtes deponant, filium conceptum conſtante matrimonio, ex legitimâ uxore, in domo mariti, cum quâ ipſe cohabitabat, *d. l. filium definimus. ff. de his, qui ſui vel alien. jur. ſunt. l. vicinis C. de nupt c. per tuas 10. de probat*; ut ſit nominatus, tractatus, & publicâ reputatione habitus ut filius, ut teſtes ſint conformiter examinati, & concurrant extractus à Parocho, ex libris matrimoniorum & baptiſmatum, *Domin. Fantin. deciſ. 27. n. 23. Urceol. conſult. forens. c. 80. n. 51. Arias de Meſa variar. reſol. lib. 3. c. 39. n. 1. & 7.* quia ex juſtis demum nuptijs naſcuntur liberi legitimi, *pr. Inſtit. de patr. poteſt. d. l. 4. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. jur.* ac proindè alijs jus ſuccedendi non eſt, cùm hoc ſit matrimonij ſequela, *Conſil. Marpurgenſ. vol. 3. conſ. 34. n. 56.* Quòdſi enim favore antiquitatis per conjecturas admitteretur agnationis probatio, & legitimus poſſeſſor ex præſumptionibus & generalibus *inſtrumentis*, in quibus incidenter *aliqua fit* mentio, poſſet condemnari, nulla *familia* ſecura eſſet, quia quilibet *ingenioſus* Tritavum ſibi Principem aut Comitem ex Nobiliſſimâ proſapia fingere, & legitimis poſſeſſoribus bona intervertere poſſet: Itaque ſicut grave eſſe videtur, agnato probationem ſuæ agnationis conſtringere, ut ſæpius non ipſi jus deficiat, ſed melior probatio: ita æque grave eſſe videtur, poſſeſſori rem juſto titulo poſſeſſam auferre, & actori plenè non probanti adjudicare.

Uno igitur ictu concidunt omnia actoris decantata fundamenta, & eò magis redduntur ſuſpecta, quia recuſat eadem teſtimonio librorum baptiſmalium & matrimoniorum confirmare, ſub prætextu, ac ſi per bellicas calamitates omnes illi libri perijſſent, cùm tamen nullum adferat ex locis illis authenticum amiſſionis atteſtatum, & tales libri ſaltem ab initio hujus ſæculi haberi facilè poſſint.

Sed fortiora fuerunt agnati contrà fi- 26
ſcum, qui ſub bono Principe malam plerumque habet cauſam, argumenta. Itaque agnato feudum adjudicatum, & ipſe inveſtitus eſt, in feudo hoc antiquo, quod poſſidebat, demonſtratâ ſufficienter ſuâ legitimâ à primo acquirente deſcendentiâ & jure ſucceſſionis.

**Liber**

Digitized by Google

# Liber II. Titulus XXV.

## De SUCCESSIONE IN FEUDO, ET PROBATIONE AGNATIONIS.

### SUMMARIA.

1. *PRoponitur queſtio, quando agnati ſuccedant, & quomodo agnati ſuam agnationem probare debeant?*
2. *De probatione per Genealogiam & inſtrumenta, atque teſtes.*
3. *Per identitatem inſignium.*
4. *Facilè poſſe evenire, ut eodem tempore duo vivant ejusdem nominis.*
5. *Adferuntur alia argumenta pro Fiſco.*
6. *Agnatos teneri probare conſanguinitatem per ſingulos gradus, uſque ad gradum, de quo queritur, & quidem deſcendentiam legitimam.*
7. *Legitimitatem non præſumi.*
8. *In antiquis admitti leviores probationes.*
9. *Agnatos tantùm admitti ad ſeptimum gradum.*
10. *Identitatem armorum & inſignium non probare agnationem.*
11. *Documenta agnationis ex libris Baptiſmalibus eſſe tranſſumenda.*
12. *Probationes ambiguas, præſertim contrà poſſidentem, non admitti.*
13. *Idem obſervari in probatione filiationis.*
14. *Inſtrumenta privata adverſùs tertium nil probare.*
15. *Non epiſtolis, nec aſſertionibus probari conſanguinitatem.*
16. *In antiquis etiam, probationes leviores non prævalere contrà poſſeſſorem.*
17. *Sequuntur argumenta pro agnatis, quòd non ſemper Specificè, ſed genericè in antiquis ſufficiat probare agnationem.*
18. *In quibus quaſi poſſeſſio ſufficit, & transfert onus probandi in contrarium.*
19. *Non attentâ ſucceſſione ultrà gradum decimum, utpotè in materiâ tranſitoriâ ad conſanguineos.*
20. *Legitimitatem filiorum præſumi, & ex quâ ratione.*
21. *Agnatos non teneri probare, quàm quòd ſint agnati ultimi poſſeſſoris.*
22. *Eſſe præſumptionem pro matrimonio & negans debet contrarium probare.*
23. *Quid operetur inveſtitura etiam nova, facta tamen tanquàm de feudo antiquo?*
24. *In dubio contrà Dominum & fiſcum pronuntiandum.*
25. *Fama publica conſtituit aliquem in quaſi poſſeſſione, præſertim veſtita alijs argumentis.*
26. *Filiatio probatur conjecturis, nominatione filij, tractatione, quia directè & evidenter probari non poteſt.*
27. *Inter duas præſumptiones obtinere debere illam, quæ delictum excludit.*
28. *In antiquis non requiruntur tàm exactæ probationes.*

DE Procuratorijs & Jurisdictione nulla eſt ampliùs disquiſitio, poſtquam inter has ipſas partes jam determinata ſunt varia controverſiarum puncta, & data filiabus & viduæ manutentio in poſſeſſione feudi, uſq; dum de prætenſionib⁹ ipſarū ulteri⁹ cognoſcatur. Supereſt quæſtio;

An feudum ad Agnatos vel ad fiſcum 1
ſit devolutum; ad hanc quæſtionem quod attinet; Varias Agnati adferunt intentionis ſuæ probationes, apponendo Genea-
logiam à Ricardo primo ſtipite, qui tres 2
habuerit filios, Auguſtinum, Joannem, & Pulcherium, inter quos ab Auguſtino ipſi ſuam derivant originem, quam ut doceant, produxêre apud Commiſſarium Imperialem duo Inſtrumenta, alterum de anno 1391. in quo dicitur, quòd Nobilis vir D. Auguſtinus de Titionibus fuerit filius quondam Nobilis Domini de Ricardi de Titionibus: alterum de anno 1502, in quo iterum Auguſtinus nominatur filius Ricardi de Titionibus, adeoque porrò probant Auguſtinum reliquiſſe filios An-



Digitized by Google

Antonium & Ricardum, & porrò demonſtrant deſcendentiam de gradu in gradum, uſque ad modernum actorem. Cùm verò à Fiſcali in dubium revocetur, an Auguſtinus verè fuerit filius Ricardi, adeoque frater Ioannis & Pulcherij, cùm facilè potuerit evenire, quòd quidem habuerit patrem nominatum Ricardum, ſed tamen non eundem, qui Ioannem & Pulcherium progenuit, hinc ipſi, ut Agnationem ſuam cum Ioannis & Pulcherij lineâ demonſtrent, inter documenta à Commiſſario transmiſſa hanc probationem producunt, quòd Antonius & Nicolaus, filij Nicolai ex linea Ioannis vendiderint Georgio Titiono filio Aeneæ ex linea Auguſtini certa quædam bona, & in literis contractus ipſum nominaverit propinquum, & de eadem familia. Item folio dictorum actorum 151. quòd Ioannes & Petrus, cùm Ioannes & Dominicus, & Ioannes ſecundus fratres filij Ioannis Antonij, ex linea Pulcherij pariter vendiderint certa bona dicto Georgio filio Aeneæ, ipſum quoque appellando ſuum propinquum & de eadem familia. Idem fecit anno 1573. Delphinus Titionus, filius Ioannis Mariæ, appellando itidem Georgium Titionum emptorem ſuum propinquum & de eadem familia. Quod etiam præſtitit Hieronymus filius Georgij Titioni, ſub ijſdem formalibus folio actorum 135. quibus fundamentis agnati ſperant ſuam ſatis demonſtrare conſanguinitatem, præſertim cùm etiam teſtes produxerint, & quidem totum Conſilium Civitatis Vercellenſis, quòd familia Titionorum delle Prive pariter atque familia di N. ſemper tenuerit principalem in Conſilio locum & Baldaquinum portaverit, ſicut reliquæ lineæ, quod non fuiſſet admiſſum, ſi fuiſſent ex linea ſeparatâ, & communiter in tota civitate æſtimari agnationem Titionorum di N. & delle N. eſſe unam & eandem,
3 prout etiam ijſdem utantur inſignibus, ijſdem planè prærogativis, id quod porrò demonſtrârunt per varios Extractus antiquiſſimorum librorum, quòd familia Titionorum delle N. in Conſilio N. ſemper eoſdem honores cum reliquis obtinuerit. Ex quibus argumentis ipſi petunt ad feudi ſucceſſionem admitti, eò quòd in literis Inveſtituræ clarè expreſſum ſit, quòd finitâ unâ lineâ, proximior ex lineâ transverſali admitti debeat ad feudum.

Multa tamen ſunt, quæ huic Agnatorum intentioni ex parte Fiſci opponuntur; Et primò quidem negat fiſcus, Auguſtinum fuiſſe filium illius Ricardi, qui pater fuerit Ioannis & Pulcherij, ſed alterius cujusdam Ricardi coætanei, *de quo* mentio fit in Inſtrumento *diviſionis ſub* 22. Maij anno 1417. ab ipſiſmet Agnatis producto, in verbis, quòd dividentium bona ſint contigua bonis hæredum Ricardi: ex his enim verbis non poſſe intelligi, Ricardum eſſe avum & ſtipitem, à quo omnes originem ſuam trahunt, aliàs enim dividentes ipſimet fuiſſent hæredes avi ſui Ricardi, & non potuiſſent toties repetere in Inſtrumento, quòd bona ipſorum contigerint bona hæredum Ricardi, cùm aliàs ſeipſos nominâſſent, unde per neceſſariam conſequentiam concludi debeat, *alium* 4
adhuc tunc temporis fuiſſe Ricardum alterius familiæ, qui potuerit eſſe pater Auguſtini: Idque *ſecundò* ex eò clariùs evinci, quòd linea Ioannis & Pulcherij ſpeciale habuerit cognomen, & dicti fuerint Berloſſæ de Tribus Cerris, prout Inſtrumenta producta clarè doceant, quòd prædicatum lineæ Auguſtini nunquam legatur eſſe attributum. Nec *3tiò* ullum Inſtrumen- 5
tum produci poſſit, in quo Auguſtinus nominetur frater Ioannis & Pulcherij, ſicut econtra diverſa producta fuerint in quibus Ioannes & Pulcheriùs fratres appellentur. *4tò* Adeoque exinde majus dubium fraternitatis enaſci, quòd Auguſtinus in ſuo teſtamento conſtituendo tutores ſuis filijs inter eos non nominaverit Ioannem tunc temporis adhuc vivum, ſed alios plures etiam extraneos, cùm tamen utique Ioannem potiùs filijs ſuis pro tutore præfeciſſet, ſi dictus Ioannes fuiſſet verè Auguſtini frater. *5tò* Iſta omnia exinde confirmari, quòd Cajus Cæſar ultimus Comes N. ex lineâ Ioannis non nominaverit Auguſtinum in arbore ſuæ agnationis, ſed tantùm eandem inceperit à Ioanne & Pulcherio fratribus, inſertâ inſuper proteſtatione, ſe ſincere ejuſdem arboris figuram concepiſſe; cùm tamen utique non omiſiſſet Auguſtinum, ſi iſte pariter Ioannis & Pulcherij fuiſſet frater. Prout *6tò* ſi fraternitas inter Ioannem & Pulcherium, nec

non

Digitized by Google

non Auguſtinum conſtitiſſet, utique in donatione de maſſis 30. nemoris & Zerbi, ab Imperatore Ludovico facta Bertolino & Franciſco natis Jacobi de Titionibus anno 1329. 25. Octobris portionem ſuam prætendiſſet, quod tamen ab ipſo factum nunquam legitur; Imò Imperator ipſe videtur in donatione hanc familiam voluiſſe à reliquis diſtinguere & ſeparare, dum dixit: tam vos quàm Veſtri Agnati de Trium Cerrorum progeniè; quaſi jam tum hæc agnatio fuiſſet à reliquis diſtincta; prout & de donatione factâ Iacobo à Marchione Montisferrati ſub 10. Martij anno 1199. de Tribus Cerris.

Ex quibus ſufficienter conſtare videtur, quòd Auguſtinus non deſcendat ab eodem ſtipite, & conſequenter, quòd Auguſtinus non fuerit frater Ioannis & Pulcherij. Quæ omnia corroborantur. *7.* Exinde quòd in teſtamentis in actis productis multæ ex utraque parte factæ fuerint ſubſtitutiones progreſſivæ neutra tamen familiarum ſubſtituerit favore alterius familiæ. *8.* Ex nullis inſtrumentis aut Epiſtolis appareat, quòd prognatos ex linea Auguſtini, reliqui ex lineis Ioannis & Pulcherij ſuos vocaverint Agnatos, ſed tantùm propinquos & parentes de familiâ, ſcilicet de nomine Titionorum. *9.* Quòd in teſtamento Auguſtini ſæpius fiat mentio de teſtamento Ricardi ipſius patris, ex quo teſtamento omnes difficultates tolli poſſent, ſi prætenſi Agnati illud vellent producere, prout etiam *10.* Ex Inſtrumento diviſionis ſubſecutæ inter fratres, ex quâ numerus filiorum Ricardi clarè poſſet conſpici, quæ tamen omnia artificiosè occultent Agnati, ne falſitas ab ipſis confictæ arboris ſeu Genealogiæ producatur in lucem, denique *11.* Si Auguſtinus eſſet frater Joannis & Pulcherij, eſſet pronepos Jacobi, & inter fratres primogenitus, ad quem conſequenter neceſſariò feudum D. debuiſſet pervenire per ſucceſſionem, de quâ tamen re nec veſtigium ex omnibus documentis apparet. Unde conſtare videtur, familiam Titionorum de Ripis eſſe diverſam à familia Titionorum de Tribus Cerris, & quòd prætenſi agnati nec deſcendant à ſtipite Comitum D. datâ ſuprà adductâ diverſitate Ricardorum. Id quod porrò etiam ex eo evincitur, *12.* quod in ſententia ſub 26. Octobris 1581. delphinus declaratus eſt legitimus ſucceſſor Caij Cæſaris, & verus Dominus loci D. quibus verbis tacitè excluditur Auguſtinus ab omni ſucceſſione in dicto feudo, aliàs Delphinus non fuiſſet declaratus legitimus ſucceſſor, ſed proximior, ſi tantùm de proximitate eò tempore fuiſſet actum. Quin imò *13.* cùm iſti agnati ſint actores, duo probare tenentur, primò conſanguinitatem ex utroque latere per ſingulos gradus à ſtipite deſcendentes, *c. tua de conſanguin. Ma-* 6
*ſcard. de probat. concluſ. 73. n. 4. & concluſ. 410. n. 21.* *Secundo* legitimitatem uſque ad gradum, de quo agitur, quia agnatio non cauſatur, niſi mediante legitimâ agnatione. *§. ſi adverſus. Inſt. de nupt. l. 2. & 4. unde agnati.* Nec legitimitas in actore præſumitur; *Menoch. lib. 6. præſumpt. 54. n. 33.* Quamvis itaque in aliquibus gradibus, in quibus filij in teſtamentis productis nominantur naturales & legitimi, legitimitas videatur ſatis probata; tamen in alijs, in quibus ſolùm nominantur fratres vel filij, per conſequentiam neceſſariam non probantur legitimi, *Maſ-* 7
*card.* in *verbo deſcendentia, concluſ. 512. n. 12.*

Et quamvis verſemur in antiquis, concurrente famâ & depoſitione teſtium de auditu, ac etiam ſimultaneo tractatu 8
inter ipſos Agnatos, & ex literis familiaribus, & ijſdem inſignibus, probari videatur agnatio ex congeſtis per *Surd. conſil. 177.* ex ratione quia in antiquis admittuntur leviores probationes, & maximè quando agitur de feudo agnatitio, in quo non eſt plenè probanda deſcendentia à primo acquirente, ut de conſuetudine Germaniæ atteſtantur *Roſenth. de feud. c. 2. q. 28. n. 3. Gail. 2. obſ. 149.* ubi ita in Conſilio Imperiali Aulico aliquoties judicatum eſſe refert; tamen hîc probatio etiam in antiquis caſibus requiſita deficit.

Deindè licèt feudum, quod ſemel ad deſcendentes pervenit, poſtea verò ad collaterales tranſijt, in infinitum apud ſucceſſionem agnatorum permaneat, per *text. in cap. pen. de natur. ſucceſſ. feud.* ſi tamen à primo acquirente ad collate- 9
rales pervenit, tunc ſucceſſio ſaltem ad ſeptimum uſque gradum obtinet *Gail. 2. obſ. 150. n. 5. Zaſ. par. 8. n. 5. & 34. de feud.*

Unde quia hîc agitur de ſucceſſione non provenientium à primo acquirente, non etiam extenditur agnatio ultra ſeptimum gradum. Nec repugnat tenor inveſtituræ, ex quâ vocantur agnati ex linea transverſali in infinitum, quia vel non datur agnatio in infinitum, cùm etiam de jure communi in bonis allodialibus non detur jus ſucceſſionis ultra decimum gradum per *text. in §. fin. inſt. de ſucceſſ. cognat.* Ut ſic clauſula in infinitum non extendatur ultra gradus à jure conſideratos, vel iſta clauſula in infinitum jam eſt conſummata in prima linea collaterali, nec recipit reiterationem, ut ab una linea transverſali, in qua jam effectum habuit, tranſeat ad ſecundam.

Nec his omnibus officit, quòd Auguſtinus deprædicetur eſſe filius Ricardi, fraterque Ioannis & Andovatij; Nam quamvis adferantur documenta, quòd Auguſtinus fuerit filius Ricardi Titioni; tamen nuſpiam clarè probatur, quòd Ricardus fuerit communis parens Auguſtini, Joannis & Pulcherij, ſed tantùm infertur ex eo, quòd pater Auguſtini vocetur Ricardus, veluti etiam pater Ioannis & Pulcherij, cùm tamen ſupra demonſtratum ſit, patrem Ioannis & Pulcherij fuiſſe diverſum à Ricardo patre Auguſtini, quia qualitas de Berloffis & de Tribus Cerris nunquam eſt attributa lineæ Auguſtini, prout in documentis productis reperitur eſſe aſſignata lineæ Ioannis & Pulcherij, nec unquam linea Auguſtini habuerit portionem in bonis Trium Cerrorum, aut in maſſis 30. nemoris, in quibus tamen participâſſet, ſi Auguſtinus fuiſſet frater Joannis & Pulcherij; Nam quamvis Ricardus pater Auguſtini fuerit etiam Titionus & Civis Vercellarum, unde colligi poſſet, quòd fuiſſet idem cum patre Ioannis & Pulcherij, tamen diſtinguitur ex qualitatibus de Berloffis & Tribus Cerris, veluti Valerij & Cornelij omnes erant cives Romani, ſed tamen ex adjunctis qualitatibus diſtinguebantur.

10 Neque identitas armorum & inſignium probant conſanguinitatem, quia probatâ ſemel, uti hîc, familiarum diſtinctione, ceſſant conjecturæ: Imò arma communia gentilitia non probant agnationem, ſecundùm *Fichard. conſ. 13. vol. 2. col. 2. Gail. 2. obſ. 149. n. 1. Roſenth. de feud. c. 2. concl. 27. n. 8.* ubi dicit, ita eſſe in Camerâ judicatum; nec ob differentiam armorum identitas familiæ mutatur, cùm inſignium auctio vel mutatio ab Imperatore obtineri, ab alio verò antiquâ forma retineri poſſit. *Hüpping. de inſignib. c. 13.* Et commune nomen Titionorum non familiæ, aut *agnationis*, ſed gentis eſt, partes autem ſeu *familiæ gentis* ſunt Titioni de Ripis, de Tribus Cerris & Comites Decianæ. Et ex ſolâ identitate nominis agnatio non probatur, *per text. in l. fin. §. item reſcripſerunt. ff. ad municip.* ubi dicitur, ex ipſis etiam rebus probationes ſumi oportere, nam ſolùm nominis ſimilitudinem ad confirmandam cujusque originem non ſufficere; Undè pariter concidunt argumenta, quæ ex communi famâ, vehementi hominum opinione & exiſtimatione, depoſitione teſtium de auditu, poſſeſſione agnationis in Conſilio Vercellarum & alijs prærogativis deducuntur, quia ceſſant omnia *per probationes* ſupra in contrarium adductas, & atteſtantes ipſimet admiſerunt ramos gentis Titionæ, ſcilicet de Ripis, Tribus Cerris & Caſtellatis, ex quibus unusquiſque ramus propriam conſtituit familiam & agnationem diſtinctam, ut teſtium dicta nihil pro agnatis probent.

Conſarcinatas eſſe tantummodò omnes has probationes, cùm potiùs docu- 11
menta agnationis ex libris Baptiſmalibus ſint deſumenda, de quibus tamen nulla in omnibus productis fit mentio. Probatio verò non debet eſſe ambigua, ſed plena & neceſſariò concludens, inprimis contrà illum, qui juſto titulo eſt in poſſeſſione rei, 12
quam actor petit, & per actionem ſuam reo è manibus vult auferre. Quod etiam in controverſijs feudalibus obſervatur, cùm actor à poſſeſſore feudum aliquod petere vel vindicare vult, uti demonſtrat egregiè & in Camerâ Imperiali judicatum docet, *Roſenth. de feud. c. 2. concl. 26. n. 7. 8. 9. & concl. 27. & 31. n. 5.* ubi dicit: illud eſſe jus & commodum poſſeſſoris, ut etiam is, qui revera eſt & habetur agnatus defuncti Vaſalli, ſi non ſit in poſſeſſione feudi, ſed alius illud poſſideat, teneatur concludenter & plenè probare, ſe à communi parente & ſtipite deſcendere, & proximum eſſe feudi agnatum; nec ad id ſufficere, conjecturas vel præſumptiones; quod

Digitized by Google

quod idem quoque confirmat *Cravetta Conſ. 276. n. 4.* ubi latè deducit, quòd ſi aſſertio illius, qui petit rem feudalem, non ſit clarè probata, ſed aliquâ ſaltem ratione per oppoſitiones à reo factas reddatur dubia & incerta, debeat actor ſuccumbere, quod & urget *Gail. 2. obſ. 149. n. 1. 5. in fin.*
13 *& n. 6.* Id quod etiam in probatione filiationis non minùs ac in cœteris cauſis neceſſarium, *L. 13. 14. C. de probat. l. 15. C. de fid. Inſtrum.* quia debet concludenter probare; ſe filium eſſe, qui id aſſerit, & hereditatem vel ſimile quid auferre vult è manu poſſeſſoris, *Pacian. lib. 2. de prob. c. 6. n. 17. 22. 24. & ſeqq.*

14 Deindè non proſunt agnatis documenta producta, eò quòd ſint inſtrumenta privata inter alios compoſita, quæ adverſùs tertium aliquem non probant. Multa enim intervenire poſſunt, cur in Inſtrumentis à privatis contrahentibus aliud ſcribatur, quàm quod geſtum, aut in rei veritate inventum fuerit, ut ideò inſtrumenta inter privatos concepta, adversùs tertium non probent, ſed ſaltem inter partes, inter quas concepta ſunt, veluti eſt
15 textus in terminis filiationis, *in l. 13. C. de probat.* ibi: *non epiſtolis neceſſitudo conſanguinitatis, ſed natalibus & adoptionis ſolennitate conjungitur*, & in *l. ſeq. non nudis aſſertionibus, nec ementitâ profeſſione, licèt utrique conſentiant, ſed matrimonio legitimo concepti vel adoptione ſolenni filij civili jure patri conſtituuntur. tot. tit. C. plus valere, quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur. Roſenth. de feud c. 22. concluſ. 34. in fin. gloſſ.* quemadmodum nec res in judicio examinata & judicata contrà alium, qui in lite non fuit, probare poteſt, *per l. 63. ff. de re jud.* nec verba enunciativa fidem faciunt contrà tertium, *Roſenth. d. loc.* ubi poſt *Alexand.* docet, verba enunciativa in actu inter avos vel proavos vel alios geſto, prolata, pro contrahente quidem adversùs contrahentem, non autem pro tertio, nec pro nepotibus aut pronepotibus, & multò minus contra tertium probare; cùm præſertim inſtrumenta producta non evincant nec dicant, quòd Ricardus præciſè fuerit pater illius Iacobi ſenioris, qui à Carolo V. eſt inveſtitus, vel quòd Iacobi iſtius frater fuerit idem ibi relatus Franchinus, hujus verò filius alter Nicolaus.

Etiamſi enim in antiquis leviores admitti videantur probationes, id tamen locum non habet contrà poſſeſſorem, à quo 16
actor rem vindicare intēdit, quo caſu actor plenè probare debet, non obſtante temporis antiquitate, *Garſ. tr. de benef. p. 12. c. 2. n. 270.* Multi ſiquidem potuerunt eſſe Ricardi, Auguſtini, Titioni, qui etiam avorum, patrum, fratrum locum inter ſe obtinuerint, eo tamen nativitatis, gentis & agnationis ordine ſe non contigerint, quem actores intendunt, qui proindè probationem ſibi incumbentem non impleverunt, quam per libros parochiales, aliáque inſtrumenta indubitata debuiſſent præſtitiſſe.

Non irrelevantibus argumentis contra actores nititur Fiſcalis Cæſareus, ſed 17
profectò non minus robuſtæ & fundatæ videntur eſſe rationes, quæ in diverſam & contrariam movent ſententiam: Etenim admitto facilè, quòd actores probare debeant qualitatem, in quâ ſe fundant, ſed non ſemper identificè & ſpecifice id fieri neceſſe eſt, cùm ſufficiat quandoque genericè & præſumptivè probare, præſertim cùm ſumus in antiquis, quia conſanguinitas difficilis eſt probationis. *Pacian. de probat. lib. 2. c. 12. n. 24.* cùm non cadat ſub ſenſu hominum, undè præſumptionibus, conjecturis & levioribus indicijs in tali caſu contenti fuerunt majores noſtri; & ſufficit quaſi poſſeſſio, veluti per tractatum vel per Epiſtolam, in quâ quis conſanguineus vel propinquus nominatur, quibus addi poteſt publica vox & fama, ex quâ tutiſſimâ agnationis probatio reſultat. Hæc omnia præſtiterunt agnati, probando de gradu in gradum ſuam ſucceſſionem à Ricardo Titiono communi ſtipite, uſque ad modernos actores per documenta à Commiſſario transmiſſa. Et quando verſamur in materia ſucceſſionis tranſitoriæ in infinitum, ut in hypotheſi, tunc ſola quaſi poſſeſſio conſanguinitatis prodeſt, 18
abſque alia probatione graduum, & transfert onus probandi in adverſam partem, *Cavalcan. conſ. 8. n. 2. & conſ. 9. n. 2. Cephal. conſ. 90. vol. 1. n. 18.* ubi adfert rationem, quia de raró accidit, ut, qui eodem cognomine utuntur, cognati non ſint, potiſſimùm ſi diſpoſitio excedat decimum gradum: Et *Pacian. d. c. 12. vol. 2.* ad- 19
ducit exemplum legati facti favore progeni-

geniei, in quo ſatis legatarium præſtare aſſerit, ſi per habitum ſeu tractatum, per nominationem & communem reputationem probaverit, ſe eſſe de dicta progenie, & ſatis præſumi de unitate ſanguinis, quamvis initium parentelæ non demonſtretur. Idem aſſerit in fideicommiſſo, in quo erant vocati proximiores de domo, adducens rationem, quia teſtator non reſtrinxit ſubſtitutionem ad certum gradum, ſed illam uſque in infinitum protraxit: Et denique ſic argumentatur, licèt fideicommiſſum regulari debeat juxta conſtitutionem juris civilis, quæ ab inteſtato non excedit decimum gradum, & legatum factum favore proximiorum, illis tantùm præſtandum ſit, qui à jure Civili gradatim admittuntur; tamen hæc regula non procedit, quando ſumus in materia tranſitoria ad conſanguineos uſque in infinitum, vel quando proviſio hominis ſucceſſionem in infinitum protrahit, velut in hoc præſenti caſu, ex literis inveſtituræ admittuntur transverſales in infinitum, quæ verba plenè probant contrà Dominum concedentem.

Et quamvis matrimonium, à quo pendet legitimitas, ſit aliquid facti, qualia non præſumuntur, ſed probari debent,
20 tamen pro legitimitate filij melior eſt præſumptio, quia de honeſto procedit, eſtque inducta favore prolis, imò ſi concurreret utraque fama, altera pro altera contra filij legitimitatem, illa meritò debet prævalere, maximè in antiquis, ſecundùm *Baldum*, *conſ. 437. lib. 5.* ubi favore inſtrumentorum & ſcripturarum continentium enunciativas filiationis & deſcendentias judicatum refert pro legitimitate. Atque cùm Ludovicus Titionus inveſtitus ſit de hoc feudo cum ſucceſſoribus, tanquam de feudo antiquo & paterno, additâ clauſula, ita & taliter, ut in omnibus & per omnia ſequatur naturam feudi antiqui, gentilis, aviti, & paterni, non tenentur
21 collaterales probare deſcendentiam à primo acquirente, ſed tantùm quòd ſint agnati ultimi poſſeſſoris, *Gail. 2. obſ. 50. n. 13.* Ubi commendat *Conſ. Natta 468. vol. 2. & obſ. 149. n. 10.* Approbat conſuetudinem de non probando primo acquirente, nedum propter juris præſumptionem, antiquitatem familiæ, atque difficultatem probationis, & ita in Camerâ judicatum eſſe teſtatur.

Patet inſuper ex inveſtituris, feudum hoc in Titionorum familiâ eſſe antiquiſſimum, utpote quod jam 400. & ampliùs annis in illorum fuit poſſeſſione. Eluceſcit ex inſtrumentis, Agnatos deſcendere à Ricardo communi ſtipite, & verificatur à gradu dicti Ricardi eorum deſcendentia uſque ad præſentes actores. Iſta documenta corroborantur ex dictis teſtium fide dignorum, utpotè à Senatoribus & toto Conſilio Civitatis Vercellenſis, qui deponunt, lineam actorum ſemper fuiſſe exiſtimatam & habitam de agnatione & familiâ Titionorum, iiſdémque prærogativis eſſe uſam, quæ reliquis lineis fuerint attributæ, cùm addita teſtificatione, quòd ſi iſtorum agnatorum linea non fuiſſet de agnatione & eâdem familia Titionorum, nunquam fuiſſet admiſſa ad privilegia in Senatu Vercellenſi, ſed aliæ Nobiles familiæ ibidem ſtatim in locum ipſorum ſubintrâſſent. Atque licèt multa objiciantur de legitimitate deſcendentiæ, cujus probatio ferè ſit fori Eccleſiaſtici, & per libros parochiales, Baptiſmaléſque ſoleat impleri; tamen eſt præſumptio pro matrimonio, & nominatio tractatióque pro filio conſtituit in quaſi 22
poſſeſſione filiationis, ita ut in negantem transferatur probatio. *Gail. 2. obſ. 97. n. 6.* & probatio legitimitatis etiam fieri poteſt, admittitúrque paſſim in Italiâ per inſtrumenta ſecularium, ne fiat obligatio ad impoſſibile, ſi præcisè per libros baptiſmales fieri deberet, qui ob bella per multos annos in Italia continuata facilè potuerunt perire, eorúmque uſus non niſi poſt Concilium Tridentinum paulatim eſt introductus.

Nec nocet, quòd Ludovicus Titionus, & ultimi quoque poſſeſſoris pater, de novo tanquam de feudo caduco, ex gratiâ fuerint inveſtiti, quia nihilominus inveſtitura facta eſt *tanquam de feudo avito*, gentili, paterno, quo caſu feudum 23
revera novum tamen cenſetur eſſe antiquum, ejúſque naturam induit, ut omnes collaterales in infinitum in eo ſuccedant. *Mynſ. 4. obſ. 84. Gail. 1. 51. Roſenth. c. 2. concl. 13.* ut proindè actores hac de cauſa non poſſint excludi, & eò minùs nam ſivè vidua

vidua vel Fiſcus ſit in poſſeſſione, quia neutra perſona poſſideat ut agnatus, & fiſco poſſeſſio non competat, quamdiu pro eo non eſt lata ſententia. *Roſenth. c. 11. concl. 9.* eò quòd odioſa ſit feudi devolutio ad
24 Dominum, & in dubio pro non finitâ lineâ contra Dominum judicandum, ut firmat *Teſſaur. quaeſt. forenſ. lib. 1. q. 61. n. 2.* His accedit publica vox & fama, nec non teſtes omni exceptione majores, qui affirmant, actores ſemper fuiſſe pro agnatis ex eadem familiâ publicè nominatos, reputatos & habitos; fama verò publica conſtituit aliquem in quaſi poſſeſſione filiatio-
25 nis vel agnationis, *Eſcobar. de purit. & nobil. proband. p. 1. q. 10. n. 15.* & probat in antiquis, quæ aliàs ſunt difficilis probationis, ut eſt filiatio, ſtirps, deſcendentia, ne ſimiles antiquæ & incorporeæ qualitates deſtituantur probatione, ſi ad famam recurrere non liceret. *Idem Eſcobar. §. 2. per tot.* præſertim ſi fama veſtita ſit alijs pluribus argumentis & circumſtantijs, velut hîc adductis argumentis & ſententiâ Mediolanenſi; filiatio enim tanquam difficilis probationis probatur conjecturis V. G. nominatione & aſſertione
26 patris ſpontaneâ, præſertim judiciali, alimentatione & tractatione pro filio, nec non famâ, per *text. in l. ſi mater ff. ne de ſtat. def.* quæ præſumptiones ſimul junctæ plenam faciunt probationem, *Beſold. p. 6. conſ. 206. n. 1. & ſeqq. Menoch. 6. praeſ. 53. n. 1.* & *de arb. jud. lib. 2. caſ. 89.* Si quis enim tractatus fuerit ut frater, ait *Michalor. in tr. de fratr. p. 3. c. 58.* licèt id plenam & neceſſariam probationem non efficiat, ſed tantùm præſumptivam, tamen conſtituit in quaſi poſſeſſione fraternitatis, & onus probandi rejicit in adverſarium.

Si enim concurrunt conjecturæ concludentes, ut tractatus & recognitio ab utroque parente, teſtes deponentes de commercio parentum, de tempore conceptionis, ita ut coarctetur negativa alterius acceſſus ad mulierem, omnéſque deponunt per publicam vocem & famam, ſatis probata videtur filiatio etiam quoad ſucceſſionem in fidei commiſſo, tradit *Tantin. deciſ. 57. per tot. & deciſ. 37. per tot.* Ubi adfert exemplum in patre, qui ſtatim à Baptiſmo, ubi in libro baptizatorum inſcriptus erat tanquam ejus filius, ipſum ut filium educaverit, quòd inſuper vox & fama publica, effigies patris in vultu acceſſerit, & quod omnes conjecturas ſuperat, quòd ipſe adverſarius eum antehac pro tali agnoverit, ut in præjudicium nominantis ſit in quaſi poſſeſſione, præſertim cùm etiam teſtes deponant, quòd tempore conceptionis & nativitatis ejus nullus habuerit cum muliere commercium; Filatio namque directè & evidenter ratione progenitoris probari non poteſt niſi conjecturis, & præſumptionibus coacervatis, ſi pater in morte ſit proteſtatus, & continuò filium ut talem nominaverit & tractaverit. *Ant. de Pilaja in tr. de proteſt. conſid. 35. per tot.* Hinc ut probatio filiationis dextrè procedat, quidam exiſtimant, ſolam poſſeſſionem filiationis articulandam eſſe, quod ſuſtinet *Fabricius in Gail. lib. 2. obſ. 97.* ut ſcilicet onus probandi eo ipſo transferatur in adverſarium; Filius namque natus ex legitimâ uxore, cum quâ maritus cohabitat, præſumitur legitimus, *L. filium definimus. ff. qui ſunt ſui vel alieni juris. l. ſi vicinis. C. de nupt. C. per tuas. 10. de probat.* ita ut in natis ex tali uxore præſumptio ſit juris & de jure, vel ſaltem præſumptio juris, quòd ſint filij mariti, *d. l. filium. Arias de reſol. lib 3. c. 39. n. 1. & 2.* imò præſumptio eſt pro legitimitate & matrimonio; Cùm enim neceſſe ſit, aliquem naſci ex legitimo & licito, aut illegitimo concubitu, præſumendus eſt potiùs natus eſſe ex licito; nam ubi duæ præſumptiones oriun- 27
tur, illa potiùs obtinere debet, quæ delictum excludit, unde in *c. lator. qui filii ſunt legit.* patet illi onus probandi incubuiſſe, qui filium ex legitimo matrimonio natum non eſſe objecit, quia filium ex viro & uxore natum eſſe præſumitur, licèt uxor adulterium aliquando commiſerit. *L. miles §. defuncto ff. ad l. Jul. de adult. Fachin. controv. lib. 3. c. 35.* & de probat. agnationis egregiè tradit *Johan. Baptiſt. Ciarlin. controv. forenſ. lib. 1. c. 23.* nec non de probatione matrimonij *Andreol. controv. 277. per tot.* ut ex his omnibus vix dubium ſupereſſe poſſit, actorem ad feudum admittendum.

Neque obſtant his omnibus exceptiones à Fiſco contra agnatos allatæ, quaſi ideò de diverſa eſſent familia, quia illi, quibus ſuccedere contendunt, antiquitus

fuerint appellati Titioni Parloffæ & de Tribus Cerris, quod prædicatum his prætendentibus Agnatis in nullo documento, ex omnibus ab ipſis productis, unquam fuerit attributum, & proindè appareat, Ricardum, à quo ipſi ſuam originem derivant, alium fuiſſe ab illo Ricardo, qui communis parens primæ & ſecundæ lineæ ſtatuitur: Nam hæ exceptiones exinde facilè eliduntur, quòd ex dictis teſtium in antiquioribus actis clarè elucet, tres ab antiquo fuiſſe Titionorum lineas, Caſtellatij, Trium Cerrorum, & de Ripis, quæ tamen cognomina, à poſſeſſione bonorum deſumpta, non mutant agnationem ſanguinis, nec ſeparatas & diſtinctas planè conſtituunt familias, quæ inter ſe ſucceſſionis ſint incapaces, quia aliàs, extinctâ primâ lineâ Caij Cæſaris, non potuiſſet ſucceſſio devolvi ad lineam Delphini, qui ex fiſci interpretatione, tantùm de gente, non verò de familia & agnatione alteriùs lineæ fuiſſet. Nam etſi fiſcus inferre velit ex Inſtrumento diviſionis anno 1401. quòd alius adhuc Ricardus coætaneus cum illo Ricardo fuerit, quem utraque pars in Genealogia pro ſtipite ſuæ deſcendentiæ deprædicat, qui fuerit pater Auguſtini, tamen hæc aſſertio eâ facilitate rejicitur, quâ in medium profertur, utpotè omni alio fundamento deſtituta. Nec enim probatur, alium Ricardum coætaneum fuiſſe, cùm Inſtrumentum diviſionis factum ſit anno 1417. Ricardus verò decantatus jam anno 1398. fuerit mortuus. Et denique ſi ſupponeretur, alium eo tempore coætaneum fuiſſe Ricardum, ille fuiſſet vel ex familiâ Titionorum de Ripis, vel de alia, de quâ tamen non conſtat. Si proceſſiſſet ex lineâ de Ripis, jam fuiſſet Agnatus, & conſanguinitate attigiſſet reliquas duas lineas. Si verò de aliâ proceſſiſſet familia, non potuiſſet dici horum Agnatorum pater, quia tota hæc familia ex Titionibus de Ripis derivatur. Id quod etiam magis confirmat, quàm evertit teſtamentum Auguſtini, in quo non dicitur, quòd pater Ricardus ipſum ſolùm gravaverit legatis, & proinde Ioannes & Pulcherius non fuerint ipſius fratres; quia id ſolùm in teſtamento continetur, quòd filij Auguſtini debeant ſolvere legata, quibus gravaverit ipſum pater Ricardus, minimè verò, quòd ipſum ſolum gravaverit. Et ſi etiam hoc admitteretur, exinde non poſſet concludi, quòd ideò Auguſtinus non fuiſſet frater Ioannis & Pulcherij, quia utique in patris eſt poteſtate, filium unum præ reliquis majoribus gravare legatis, & ipſi viciſſim majorem partem hæreditatis attribuere; Unde etiam concidit argumentum, quòd in nullo ex productis documentis probetur, Auguſtinum, Ioannem, & Pulcherium fuiſſe fratres, imò aliàs Auguſtinus in ſuo teſtamento filijs ſuis potiùs fratrem Ioannem, quàm perſonas extraneas pro tutoribus conſtituiſſet; quia in antiquis probationes tam exactæ non 28
requiruntur, & probatâ paternitate in perſonâ Ricardi erga Auguſtinum, Ioannem, & Pulcherium, per conſequentiam probatur etiam eorum fraternitas: Neque novum eſt, ut frater, omiſſo fratre, filijs ſuis potiùs Agnatos in eodem loco exiſtentes, vel etiam perſonas extraneas conſtiſtituat, ut exinde nullum deſumi poſſit excludens agnationis argumentum; Neque etiam exinde, quòd Cajus Cæſar in ſuâ Genealogia lineam Auguſtini non expreſſerit, vel Auguſtini deſcendentes ex donatione de maſſis 30. nemoris & cerri, item de bonis Trium Cerrorum non participaverint, quia ex actis antiquioribus ſatis colligitur, quòd lineæ Auguſtini alia bona Zelij, Balſolæ & Riparum fuerint attributa in diviſione, quæ poſtea in ipſius linea, ſicut alia bona in lineis reliquorum agnatorum permanſerunt, & exinde tres fratrum familiæ à diverſis bonis diverſa acceperunt cognomina.

Quod verò de nominatione Agnatorum attulit Fiſcus, quaſi actores nunquam Agnati, ſed tantùm propinqui fuerint appellati, id fides actorum & inſtrumenta ſupra in principio voti allegata, per ſe ſatis confutant; Quod verò objicitur Agnatis, quaſi teſtamentum Ricardi ſtipitis occultarent, ex quo numerus filiorum ejus poſſet conſpici, id Agnati in Fiſcum & ejus aſſiſtentes retorquent.

Et quòd locus ſeu feudum nunquam pervenerit ad lineam Auguſtini, illa eſt ratio, quòd habitum fuerit pluribus annis pro allodio, ex quo Imperator Maximilianus anno 1510. illud Fiſco devolutum eſſe declaravit, & Ludovicum Titionum ex gratiâ ſaltem Cæſareâ iterùm inveſtivit, à cujus linea, poſt mortem Caij Cæſaris,

Digitized by Google

ſaris, ad Ioannem Mariam Titionum Delphinum eſt devolutum.

Nec dicatur, Auguſtinum per ſententiam de anno 1581. fuiſſe penitus à feudo excluſum, tanquam familiam Titionorum nullâ cognatione attingentem, dum ſententia Delphinum illi non prætulit tanquam proximiorem, ſed præcisè determinet & declaret, Delphinum legitimum ſucceſſorem Caji Cæſaris & verum Dominum Decianæ. Sed etiam hîc animadvertendum eſt, Auguſtinum Titionum ex donatione ſibi à Cajo Cæſare factâ, & exinde adepta poſſeſſione, ſub Imperatore Ferdinando I. anno 1564. viciſſe contra Ioannem Mariam Titionum in poſſeſſorio, poſtea verò in petitorio ſuccubuiſſe tanquam agnatum remotiorem, quia licèt id in ſententia non exprimatur, utpote cui non inſeruntur rationes decidendi, tamen ex literis inveſtituræ, & ex actis, & ex donatione Caji Cæſaris, & ex ſupplicâ Delphini, quæ adhuc in actis reperitur, ſufficienter apparet, quòd Auguſtinus tanquam remotior ſuccubuerit, quia literæ Inveſtituræ expreſsè vocant proximiorem Agnatum ex transverſalibus, & aliàs ſi Auguſtinus planè nullum jus ſuccedendi habuiſſet, expenſæ in ſententia non fuiſſent compenſatæ. Nec obſtat, quòd ex ipſa ab Agnatis producta Genealogiâ appareat, Auguſtinum cum Delphino pari gradu diſtare à Ricardo communi ſtipite, & ſic nullam proximitatem in ſententia potuiſſe conſiderari; Quia actio incepit contra Ioannem Mariam Delphini patrem, qui fuit gradu proximior, & cui facta eſt prima donatio à Cajo Cæſare, quique filium ſuum Delphinum ſtatim procuratorem ſuum conſtituit in judicio. Deinde etiam ſi ponamus ambos contendentes in pari tunc fuiſſe gradu, tamen vel ideo Delphinus debuit præferri, quia donationem primam pro ſe habuit, donatione Auguſtino & ejus fratribus factâ, ex capite vis & metûs caſſatâ & revocatâ. Itaque ex his omnibus 12. Februarij 1683. concluſum & deciſum, abſolvendos eſſe agnatos ab actione Fiſcali, & ad ſucceſſionem feudi admittendos.

# *Liber II. Titulus XXVI.*

## De *PROBATIONE AGNATIONIS, FILIATIONIS, ET LEGITIMITATIS.*

### SUMMARIA.

1. *Proponuntur principalia actorum fundamenta.*
2. *Qui agit ut agnatus, debet probare, ſe eſſe talem, & quomodo?*
3. *Debet etiam probare Majorum ſuorum legitimitatem.*
4. *Non obſtante opinione Menochij, qui ſeipſum etiam in Conſiliis declarat.*
5. *Debet actor primò probare ſe eſſe agnatum, antequam dicat ſe eſſe proximiorem.*
6. *Exceptio agnationis removet exceptionem proximitatis.*
7. *Actores ſæpius variâſſe in ſuis Genealogiis.*
8. *Eas, ajunt ſe tantùm ex ſuperabundanti pro fundamento adduxiſſe, cùm abundantia argumenta non noceant.*
9. *Studii Genealogici utilitas.*
10. *Multùm tamen illi ineſſe imperfectionis.*
11. *Ad miras vanitates quoſdam Genealogiſtas procedere.*
12. *Ex libris Genethliacis & Chronicis non probari deſcendentiam, niſi de publico ſit recepta eorum fides.*
13. *Genealogias à privatis confectas nullam mereri fidem.*
14. *Sanguinis qualitatem non poſſe ullo pacto conſtitui vel everti.*
15. *Genealogias non habere neceſſariam probationem.*
16. *Errorem ex facto alieno & antiquo non officere.*
17. *Famam communem & publicam aliquem conſtituere in quaſi poſſeſſione, ſaltem præſumptivè.*
18. *Ex famâ & facto alterius neminem pati debere damnum.*
19. *Fama per ſe nihil probat, licèt vetuſta ſit, contra juſtum poſſeſſorem, quia eſt debile fundamentum.*
20. *An fama probet in antiquis, & quæ ſunt difficilis probationis?*

21. Filiationem difficillimè poſſe probari.

22. Fama ut probet, debet eſſe veſtita pluribus argumentis & circumſtantiis,

23. Fama antiqua præfertur recentiori.

24. Famam pugnare contra actores, & quare?

25. Cauſas famæ & honoris eſſe arduas, & comparari criminalibus.

26. Idcircò mitiſſimè debere tractari.

27. Infamatum publicè jus bonæ famæ amiſiſſe,

28. Refertur tenor Edicti Imp. Friderici III. de anno 1484.

29. Quibus argumentis glorientur actores.

30. Ex nominatione filij in teſtamento factâ filium cenſeri legitimum.

31. Agnationem probari per agnitionem parentum & propinquorum.

32. Imp. Fridericum in Mand. reſtitutorio aſſeverare, allata ſibi eſſe documenta.

33. Sola inſtrumenta probare agnationem.

34. Nominationem filij in teſtamento probare ſecundùm Menoch. ſi pater dicat filium naturalem, ergò etiam, ſi dicat legitimum.

35. Maximè ſi nuptiæ, cohabitatio, tractatio matrimonialis, & alia adminicula concurrant.

36. Leges, ſententias, inſtrumenta caſſata ſine delicto & pœna non poſſe ampliùs allegari.

37. Fatuus eſt, qui omiſsâ exceptione litis finitæ, ad novas ſe patitur probandi difficultates deduci.

38. Quæſtionem Statûs moveri poſt quinquennium ampliùs non poſſe.

39. In famâ diverſâ attendendam eſſe ultimam.

40. Exempla à perſonâ publicâ vidimata fidem facere, præſertim in antiquis.

41. In antiquis præſumi omnia ritè acta.

42. Edictum de anno 1484. fuiſſe ſub- & obreptitium, ideoque ſolâ declaratione poſſe annullari.

43. Subreptio quomodo fiat?

44. Prædones non poſſe conqueri, ſi bona rapta jubeantur reſtituere.

45. Referuntur contra Mandatum reſtitutorium exceptiones rei.

46. Oſtenditur prima contrarietas Mandati & teſtamenti.

47. Aperitur ſecunda.

48. Demonſtratur tertia, quòd prætenſum Mandatum decretum eſſet contra ante 39. annos jam mortuum.

49. Inſtrumenta inter ſe pugnantia nullius eſſe momenti.

50. Declaratur quarta contrarietas.

51. Mandatum reſtitutorium nemini eſſe inſinuatum.

52. Hinc nunquam actores eſſe reſtitutos.

53. Potiùs rei Majores obtinuiſſe protectorium.

54. Quare prætenſa ab agnatis, approbatio teſtamenti ſit ſuſpecta?

55. Edictum de anno 1484. quod in rem judicatam tranſierat, non potuiſſe caſſari, impetrantibus non citatis vel auditis.

56. Actores fateri nullum adeſſe Mandati reſtitutorij originale.

57. Referuntur eorum circà originale perditum variationes.

58. Reſcripta ſub- & obreptitia nihil operari.

59. Etiamſi habeant clauſulam, motu proprio.

60. Clauſulam, ex certâ ſcientia non operari quoad incognita.

61. Clauſulam, ſalvo jure quorumcunque, ſemper in conceſſionibus ſubintelligi.

62. Copiam ſine originali non probare.

63. Probationem miraculoſam eſſe in pelle animalis extincti.

64. Referens non probat ſine relato.

65. Producens debet ſtare inſtrumento producto in omnibus.

66. A reo tamen poteſt illud ex parte impugnari & ex parte acceptari.

67. Non probato Mandato reſtitutorio, eſſe contrà actores ex Edicto de anno 1484. rem judicatam.

68. Rei judicatæ effectus.

69. Teſtatorem pro libitu poſſe prædia ſua ſociare, quod tamen hîc factum eſſe negatur.

70. Verba Mandati reſtitutorij expreſsè contra mortuum ante 39. annos eſſe directa.

71. Sigismundum anno 1452. mortuum demùm anno 1484. Imperatorem informare non potuiſſe.

72. Inſtrumenti falſitas unde probetur?

73. Nominationem filij non probare, præſertim ſi pater id faciat ad tegendum ſcelus.

74. Favori antiquitatis hîc non nimiùm attribuendum.

75. Examinatur tertium actorum fundamentum, & impugnatur varijs rationibus.

76. Nullum adeſſe teſtamenti originale, ſicut nec approbationis agnatorum.

77. Teſtatorem ipſum Mich. & Wolff. non ut filios legitimos tractâſſe.

78. Agnatos nunquàm conſenſiſſe, in teſtamentum, & quare?

79. In materiâ feudali factum anteceſſorum agnatis non nocere.

80. Revocatam eſſe agnationem, ſi quæ interveniſſet.

81. Succeſſorem debere probare, legitimam ſuam deſcendentiam, idque clarè & plenè, aliàs non admitti ad ſucceſſionem ex ullis præſumptionibus.

82. Confeſſiones aſcendentium in materiâ natalium & nobilitatis non nocere.

83. Refertur quartum actorum fundamentum.

84. Matrimonium ſecundum Mich. 1. non eſſe probatum.

85. Matrimonium ſecundum non præſumi.

86. Ne quidem ex longi temporis cohabitatione.

87. Si matrimonium non probetur, potius filium præſumi ſpurium.

88. Aliquos hic multùm tribuere antiquitati & lon-


Digitized by Google

*longitudini temporis, & quare id in præſenti caſu non procedat.*

89. *Examinatur quintum Actorum fundamentum.*

90. *Exempla non probare.*

91. *Removetur argumentum ab antiquitate deſumptum.*

92. *Inſtrumentum ſine die & conſule non probare.*

93. *Quare protectorio fuerit opus?*

94. *Protectorium datum eſſe ab ipſis illis negari, à quibus ſibi datum eſſe actores aſſerunt.*

95. *Suſpectum eſſe inſtrumentum, cujus fides tot objectionibus impugnatur.*

96. *Natum etiam ex matre ignobile ſuccedere in feudis dignitatum.*

97. *Unumquemque præſumi eligere viam meliorem.*

98. *Legitimatos per ſubſequens matrimonium in feudis ſuccedere.*

99. *Redditur hujus rei ratio.*

100. *Taliter legitimatorum jura paria cum legitimè natis.*

101. *§. Naturales. in lib. 2. feud. t. 26. de his legitimatis non loqui.*

102. *Idq́ procedere etiam de matrimonio nobilis cum concubinâ ignobili.*

103. *Reſpondetur ad argumenta contraria.*

104. *Aliud tamen ſtatui in primogenituris & quarè.*

105. *Diſtinguendum eſſe inter uxorem vilem conditione & vita ſimul, & vilem conditione tantum.*

106. *Opinionem communem eſſe ſequendam.*

107. *Ab antiquis ludis equeſtribus, von Thurniren / non poſſe duci argumentum.*

108. *Referuntur argumenta contraria.*

109. *Autores ex adverſo citatos loqui tantùm de nobilibus, non de Comitibus aut Baronibus.*

110. *Maximam eſſe differentiam inter feuda communia, & dignitatem annexam habentia.*

111. *Filios ſinè dotalibus inſtrumentis per ſubſequens matrimonium legitimatos non ſuccedere.*

112. *Præſertim ſi mater ſit vilis.*

113. *Demonſtratur, autores ex adverſo malè citatos eſſe.*

114. *Refertur ſententia Vulteij de legitimatis per ſubſequens matrimonium.*

115. *Nec non ſententia Rittershuſij.*

116. *Non ſequi, legitimati habentur pro legitimis, ergò poſſunt etiam in feudis ſuccedere.*

117. *Refertur opinio Bart. Agricol.*

118. *Quando opinioni communi non ſit inherendum.*

119. *Sententia unius Doctoris melioribus rationibus fundata, præferenda eſt opinioni communi.*

120. *Leges Torneamentorum circà matrimonia nobilium, & circà legitimatos.*

121. *Legitimationem Pontificiam non præjudicare agnatis.*

122. *Agnationem non probari ex nominatione agnati.*

123. *Dubia probatio agnationis contra producentem eſt interpretanda.*

124. *Ex matrimonio cum illuſtris familia filia non inferri ſponſi legitimitatem.*

125. *Reſpondetur ad argumentum à lapide ſepulchrali deſumptum.*

126. *Leviores probationes admitti in antiquis, ſi agnati agant contra Dominum, non verò ſi agnati inter ſe.*

127. *Referuntur porrò argumenta rei.*

128. *Dominum feudi & vaſallum poſſeſſorem præſumi cognitos habere proximos agnatos & ſucceſſores.*

129. *Actores in Curijs feudalibus fuiſſe incognitos.*

SIne præambulis Judiciorum formalibus, quæ præſuppono, ad rem ipſam 1
ſtatim recto gradu procedo Potiſſima Actorum fundamenta in eo conſiſtunt, ut per teſtamentum paternum Mich I. inter filios ( ex cujus ſecundo matrimonio ſuam ipſi derivant originem ) per Inveſtituras feudorum, per Mandatum Caſſatorium Imp. Friderici III. ſuam probent agnationem & legitimitatem. Et profectò ita 2
in jure comparatum eſt, ut qui agit tanquam agnatus, debeat probare ſe eſſe talem. Primò gradum demonſtrando conſanguinitatis, incipiendo à communi ſtipite, vel ſaltem, fratribus germanis, & deſcendendo per ſingulos gradus ex utroquè latere, clarâ computatione omnes diſtinguendo, proprijsque nominibus vel æquipollentibus indicijs deſignando *c. tua 7. de conſanguin. & aff. Maſcard. de probat. concl. 73. n. 4. & concl. 410. n. 21. Niger Cyriac. Controverſ. forens 281. n. 12. & ſeqq.* Ubi multos alios allegat. Secundò demon-

3 monſtrandum eſt actori, qui uti Agnatus agit, ſe & eos à quibus deſcendit, uſquè ad gradum controverſum, fuiſſe legitimos, quia agnatio non cauſatur niſi mediante legitimâ conjunctione *§. adverſus. Inſt. de Nupt. l. 2 & l. 4. ff. undè cognati Bart. in l. tutelas 7. n. 3. ff. de capit. dim. Dec. Conſ. 471. n. 5. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 22. n. 82. Honded. Conſ. 57. n. 45. vol. 5.*

Cùm enim fundamentum intentionis ſit in actore, tam ſua quàm Majorum legitimitas, ex quâ deducitur agnatio, neceſſè habet probare, & ſuam propriam & Majorum legitimitatem: quia fundans ſe in aliquâ qualitate liquidò eam demonſtrare debet, nec præſumptiones juris ad eam oſtendendam ſufficiunt, *Cothman. 2. reſp. 54 n. 11.* non obſtante opinione *Menoch. lib. 6. præſumpt. 54. n. 20.* quam
4 *Cyriac. Niger modò ſuprà allegato loco n. 18.* tradit non eſſe veram, nec procedere, quando is, qui facit fundamentum in legitimitate eſt actor, ſive eam deducat incidenter, ſive principaliter, prout etiam ipſemet *Menochius in Conſilijs ſuis. Conſ. 927. n. 39. verſ. reſpondetur ſecundò.* ſeipſum declarans docuit, opinionem ſuam non procedere in actore, quam ſententiam quoque *Cyriac. d. l. n. 18.* ait, ſe quadraginta quatuor Authoribus corroboràſſe eámque defendunt, *Socin. Sen. Conſ. 39. n. 1. vol. 1. ubi n. 2. dicit eſſe communem. Dec. Conſ. 471. n. 2. Natta. Conſ. 421. n. 1. & conſ. 473. n. 30. & 31.* ubi ait ita judicatum. *Paſet. Conſ. 109. n. 5.* ubi de veriori & communiori teſtatur *Burſat. Conſ. 88. n. 5. & conſ. 268. n. 2. Borgnin. deciſ. 12. n. 5. cum ſeqq. p. 1. Menoch. conſ. 614. n. 2. & dicto conſ. 927. n. 39. latè Pacian. de Probat. lib. 2. c. 16. n. 1. & 56.* Itaque non ſufficit, quòd actor probet ſe eſſe legitimum, niſi inſuper demonſtret, ſe deſcendere à legitimis, quia Agnati non dicuntur deſcendentes ab illegitimo, licèt ipſi ſint legitimi, *l. fin. ubi gloſſ. in verbis. conſequentia. C. de natural. lib.* uti hæc omnia latè deducit *Cyriac. d. loc.* Debent ergò antè omnia demonſtrare actores, ſe agnatos eſſe, antequam deveniatur ad ducendas lineas & gradus Genealogicos indagine accuratiori examinandos. Hoc enim prius non præſtito actoribus nulla ratione proximi-
5 tatis competit actio; Sed hac exceptione
6 præjudiciali ita removentur, ut per quæſtionem ab Adverſarijs obmotam huic majori præjudicium fieri non poſſit, *l. 18. ff. de exc. Zanger. tr. de exc. p. 2. c. 10. n. 1. & 2.* neque enim, *inquit ibidem Zanger.* Per minorem cauſam majori cògnitioni præjudicium fieri debet, cùm major quæſtio minorem ad ſe trahat, & prius judicandum ſit de quæſtione majori, antequam ad minorem perveniatur, *Crav. conſ. 280. vol. 2. Pacián. de probat. lib. 1. c. 58. n. 13.* qui ergò ſucceſſionis ſuæ rationem haberi vult pro legitimâ, debet primò cauſam natalium demonſtrare, ne ordo juris planè invertatur, *c. pen. X. de ordin. cognit. Barbaros. lib. 14. c. 59. n. 9.* Nemo enim pro tali, quem ſe jactat, admittitur, niſi qui probat ſe talem eſſe, & qui dicit ſe eſſe agnatum, habereque jus ſuccedendi, debet prius probare, ſe reverà talem eſſe, quia, qui agit ut agnatus, compellitur ad probandum ſe agnatum eſſe, & quidem legitimum, cùm jus agnationis tantùm reſideat in legitimè natis, per tradita *Bart. in l. tutelas. ff. de cap. dimin. Maſcard. de probat. concl. 74. n. 3. & concl. 799. n. 6. Joh. Caſtillo quotid. controv. lib. 4. c. 31. n. 21.*

Quoniam ergò negatur Actoribus à reo & agnatio & legitimitas Majorum, ad demonſtrandam intentionem ſuam primò illi Genealogiam allegant, quam in deductione ſuâ typis impreſſâ puriſſimam, rectiſſimámque reperiri aſſerunt. Sed cùm 7
toties variaverint in ſuis Genalogijs apud curias feudales productis, nihil ſolidæ probationis inde exſtruere poſſunt. Prout e- 8
tiam ipſimet actores fundamentum ex Genealogiâ deductum in replicis deſerunt, aſſerendo, ſe non uti argumentis tabularum feudalium & genealogicarum principaliter, ſed ex abundanti, cùm abundantia argumenta rei illuſtrandæ cauſâ adjecta non ſoleant nocere, *l. non ſoleant. 94. ff. de reg. jur. Cothman. 2. reſp. 88. n. 1.* Principaliter verò confeſſioni Majorum rebus judicatis & transactis inniti. Nam ut præſtantiſſimum ſit, utiliſſimùmque ſtudium Genealogicum, & inæſtimabilis hujus ſcientiæ uſus in deciſionibus cauſarum, in contractibus, tutelis, bonorum poſſeſſionibus, *per l. Juriſconſultus. 10. in pr. ff. de grad. & affin.* in facturâ & aperiturâ teſtamentorum, & Codicillorum, 9

rum, in caſibus ſucceſſionis & hæreditatum, unde pleræque actiones, bella, lites, & controverſiæ inter Magnates promanant: ut per ſcientiam Genealogicam nobis conſtet, quis ultimo defuncto hæres ſit proximus, ut diſſerit *Juſt. Winckelman. in Arboret, Genealog. Heroum Europeor.* §.
10 94. Idem tamen §. *19. & ſeqq.* apertè profitetur nulli ſcientiæ humanæ plus ineſſe imperfectionis, quòd propter tantam hiſtoriarum & Genealogiarum copiam & difformitates veritas in occulto lateat, ut propter rerum varietatem difficulter errores vitari poſſint; nec ſe in hunc uſque diem authorem vidiſſe, vel Latinum vel Francicum vel Belgicum, affirmat, *d.* §. *19. Winckelman.* qui non erraverit, quia ab uno homine hæc abſolvi non poſſint. Ut itaque Genealogijs haud multùm attribui poſſit, niſi inſtrumentis publicis, documentiſque in Archivis aſſervatis eadem confirmentur.

11 Cæterùm namque eò vanitatis procedere Genealogiſtas, ut Magnatum originem ab Adamo, Noha, vel ejus filijs, à Priamo & Alexandro Magno, vel alijs deducere non erubeſcant, quemadmodum aſſentator quiſpiam pollicitus eſt, ſe poſſe familiæ Habsburgicæ progeniem ex ipsâ arcâ Noæ ducere, & à Japeto per ſeriem quandam pompoſam probare, ad Trojanum uſque Priamum recenſere, aut ab eo ad neſcio quem Antonium Sugambrorum Regulum extendere. Imò Judæi credere & dicere audent, Deum primo homini duas creâſſe mulieres, ex quibus texunt Genealogias infinitas, parientes infructuoſiſſimas quæſtiones, & ſtolidas contentionum nugas; omnia hæc tradente *Win-*
12 *ckelman. d. loc.* §. *16. & ſeqq.* Hinc quamvis prudenter faciant magnæ familiæ, quæ libros genethliacos ſive gentilitios conficiunt, quos probare tradit *Gail. 2. obſ. 149. n. 7. Grev. ibid. n. 5. Anton. Theſaur. deciſ. ult. num. 33.* & pluribus firmat *Klock. tom. 2. conſ. 6. n. 99. & ſeqq.* per arborem, ſive deſignationem Genealogiæ vulgò den Stammbaum / deſcendentiam alicujus familiæ probari, ſimiliter ex identitate inſignium & armorum, teſtimonio propinquorum, literis inveſtiturarum, inſtrumentis antiquis diviſionum, picturis, ſcripturis vel ſculptis columnis, epitaphijs, lapidibus, muris ſeu parietibus, vel alijs monumentis, quæ vel in Eccleſijs vel alijs publicis vel privatis locis reperiuntur, probationes accerſi poſſe, approbante præjudicio Cameræ Imperialis, juxta *Gilman. tom. 2. deciſ. 43. n. 78. Beſold. in theſaur. lit. A. n. 40.* Idem tamen *Klock. d. loc. n. 106.* tradit, deſcendentiam alicujus non probari ex Chronicis etiam antiquis, niſi conſtet earum fidem eſſe de publico jam receptam. Licèt enim Agnati de eâdem domo aliquando ſint, poſſunt tamen ex aliâ eſſe deſcendentiâ, alioque ex ramo & colonello, ut paſſim in quamplurimis familijs videmus, ita *Klock. cum ibidem allegatis.*

Et Genealogias à privatis confectas 13 nullam mereri fidem nec magis videri tribui ſcripturæ debere, quàm ſcribenti, egregiè docuit *Joh. Eſcobar. in tr. de purit. & nobilit. proband. p. 2. q. 9.* ubi *n. 6.* ait, quòd ſi in his, quæ à voluntate & conſenſu hominum producuntur, ut ſunt obligationes, quæ vires & exitum inde capiunt, annotationi privatæ non creditur: multò minus id procedet in ſanguinis qualitatibus, quæ conſtitui voluntate non poſſunt, ſed ex naturâ ita inhærent, ut nec voluntate evelli, nec pactionibus ſubverti, nec ſcripto poſſit earum neceſſitudo contineri.
Quippe quæ ex natalibus perſonæ & ſan- 14
guini ſemel cohærent, ex neutrius facto tolli queunt, *l. aſſumptio. 6. l. ordine. 15.* §. *fin. ad municipal.* atque ideò in *l. non epiſtolis. 13. C. de probat.* conſtitutum eſt, quòd conſanguinitas, quæ à naturâ & ſanguine provenit, non poſſit epiſtolis conjungi, nec ejus qualitas conſtitui ex cujuscunque conſenſu, niſi conceptionis tempore inſita à naturâ fuerit, *text. in l. jus agnationis 34. ff. de pact. l. jura ſanguinis 8. de reg. jur. l. ſi te. 7. C. de ingen. & manumiſſ.*

Cùm ergò Genealogiæ nullum ſecum 15 trahant neceſſariam probationem ſecundùm jus & rectam rationem, niſi alijs ſcripturis authenticis, documentiſque ex archivo publico veſtiantur, aut ipſæ in archivo reperiantur; non eſt operæ pretium, plura de Genealogijs toties ab actoribus variatis facere verba, ſed aliæ ab ijs allatæ rationes examinandæ. Quamvis 16
enim ultimam deductioni ſuæ typis publicatæ inſertam Genealogiam pro rectiſſimâ accuratiſſimâque deprædicent; cùm tamen

men antecedenter productas toties correxerint actores, allegando, quòd error nemini officere debeat, maximè ſi is contigerit ex facto alieno, vel ex facto dependeat antiquo, juxta *Vult. Vol. 4. Conſil. Marpurg. 34. n. 186. Gædd. vol. 3. conſ. 241.* quia in antiquis difficilior ſit originis & circumſtantiarum inveſtigatio, *arg. l. ſi arbiter. 28. de probat. Reinking. de regim. ſec. & Eccleſ. lib. 1. cl. 3. c. 3. n. 11.* quis eam ab omni errore vacuam, ſolámque immutabilis veritatis magiſtram eſſe, ſibi perſuadere poteſt?

Alterum actores fundamentum à *famâ communi & publicâ* deducunt, quòd nimirùm ſemper ab omnibus, præſertim verò Curijs feudalibus, unde feuda avita dependent, pro legitimis familiæ
17 agnatis habiti ſint & honorati. Et profectò fama publica conſtituit aliquem in quaſi poſſeſſione nobilitatis & puritatis, *Eſcobar. in tr. de puritat. & nobilit. proband. p. 1. q. 10. n. 15. Tiraquell de nobilit. c. 12. n. 8. in fin.* ubi tamen *n. 17.* limitat, quòd fama tantùm generet aliquam præſumptionem & conjecturam, ſi reputatio & communis opinio fuerit immemorialis, usque dum probetur contrarium. Ex
18 famâ enim & facto alterius damnum ac præjudicium pati nemo debet, *per l. ſi. unus 27. §. 4. verſ. antè omnia ff. de pact. Surd. conſ. 173. n. 84.* Niſi ex ejus mandato factum ſit, *Paul. de Caſtro conſ. 335. in pr. vol. 1.* nec fama adminiculis alijs deſtituta in præjudicium tertij quicquam probat, *Abbas in c. veniens. 1. n. 8. & Joh. Imola ibid. n. 9. de teſtib. Philipp. Corneus conſ. 304. n. 7. vol. 3. Schurff conſ. 90. n. 24. cent. 3.* quia fama per ſe non eſt ejus efficaciæ,
19 ut plenè probet, ſed ut probationem aliquo modo factam adjuvet, & credibiliorem efficiat, *Philip. Dec. conſ. 36. n. 8. Cravett. de antiq. temp. p. 1. ſect. 11. n. 2. Weſenbec. conſ. 23. n. 38. p. 1.* quia fama eſt debile fundamentum, nec poteſt reperiri levior teſtis quàm fama, cujus teſtimonium facilè proſternitur, *Ciarlin. controv. forenſ. c. 10. lib. 1. n. 130.* idque adeò, ut ex famâ quamvis vetuſtâ, & inſtrumentis antiquis, tum demùm contra poſſeſſores probatio deſumi queat, ſi eos injuſtè poſſidere vel certò conſtet, vel conjecturis probabiliter affirmari poſſit, quia contra poſſeſſores juſtos tale probationis genus non admittitur, *Cothman. vol. 1. reſp. 45. n. 141. citans conſilia Lofred. & Purpurat.*

Et quamvis non deſint, qui famam 20
putent in antiquis, quæ ſunt difficilis probationis, ſicut eſt filiatio, origo, ſtirps, deſcendentia, plenè probare, cùm paria ſint, eſſe talem & haberi pro tali ex communi famâ & reputatione, ne ſimiles antiquæ & incorporeæ qualitates omni deſtituantur probatione, ſi ad famam recurrere non liceret, prout latè deducit *Eſcobar. in d. tr. de purit. & nobilit. prob. p. 1. q. 10. §. 2. per tot.* atque probatio filiationis adeò cenſeatur difficilis, ut JCt, *Paulus in* 21
*l. Lucius ff. de condit. & demonſtr.* aſſerat; conditionem illam, *ſi filium ſe probaverit*, annullare teſtamentum, quia hæres illi ſatisfacere non poſſit. Ut idcircò probabiles & præſumptivæ probationes admittendæ ſint, de quibus latè tractat *Menoch. de arbitrar. Jud. lib. 2. cent. 1. caſ. 89. per tot.* Id tamen de qualibet famâ non intelligen- 22
dum eſſe monet *Eſcobar. d. loc. §. 4.* ſed de illâ tantum, quæ pluribus veſtita argumentis & circumſtantijs corroborata Judicum animos ad credendum inducere valet, quæ ſcilicet probatur per teſtes & alias demonſtrationes, de quibus *Cothman. vol. 1. reſponſ. 12. n. 167. & ſeqq. Klock. relat. 169. n. 26. Tuſcus lit. F concl. 64.* quæ eſt antiqua, inconcuſſa & ſtabilis, quia aliàs interpretatio ſit adverſùs eum, qui ſe in tali probatione dubiâ firmat. Quòd ſit fama uniformis & conſtans, non varia, à nemine controverſa, à bonâ origine & ex cauſâ rationabili orta à perſonis ſufficientem cognitionem habentibus, *Klock. relat. Cameral. 169. n. 468.* Quin & fama antiquior præferenda eſt recentiori, *Eſcobar. d. loc. §. 5. n. 16. idem p. 2. q. 9. §. 2. n. 23.* At verò famam antiquam fuiſſe con- 23
trà actores ipſimet illi fatentur in triplicis, daß ſie Anno 1469. und zuvor (ſicque circà annos, ex quibus illi originem ſuam derivant) weit und breit als naturales diffamirt geweſen. Ergò omnia argumenta de 24
famâ, ex propriâ confeſſione actorum pugnant contrà ipſos. Præſertim ſi porrò his adjungatur pactum Pauli & Honorij junioris nec non Danielis junioris de Anno 1455. atque inſuper edictum Friderici Imp. de anno 1484. ex quibus documentis, aliiſque infrà diſcutiendis probationibus,

Digitized by Google

bus, peſſimam contrà actores famam jam
tum temporis increbuiſſe clariùs pateſcit,
25 quàm ut inficiando poſſit negari. Quamvis itaque arduæ ſint cauſæ, quæ famam &
honorem concernunt, *l. in inimicitia 9.
ff. de his quæ ut indign.* cùm nulla poſſit eſſe gravior cauſa, quàm illa, in quâ de fama & honore familiarum agitur, pro quibus conſervandis & vindicandis tanquam
pro aris & focis decertari ſolet, & quæ idcircò cauſis criminalibus comparantur; in
quibus fama licèt plenè & legitimè probata tamen nil demonſtrat *Menoch. de præſ.
lib. 1. q. 41. n. 11. Maſcard. concl. 754. n. 15.*
quia cauſæ dedecoris mitiſsimè debent tra-
26 ctari, *Eſcobar. d. tr. q. 1. §. 1. n. 32.* Quandoquidem tamen hîc militat regina probationum, propria ſcilicet actorum confeſsio, applicari huc non incommodè poteſt, quod *Eſcobar. d. modò ſuprà loc. n. 22.*
tradit: infamatum nempè publicè jus bo-
27 næ famæ amiſiſſe. Et quamvis actores allegatis multa documenta in ſui favorem opponant, examen rei tamen demonſtrabit, quibus fides adhibenda ſit, cùm famæ contrariæ invicem confundantur, niſi major pro unâ quàm pro alterâ militet ratio, idem *Eſcobar. d. l. §. 5. n. 4.* Tertium fundamentum ſuæ intentionis collocant in *Mandato Reſtitutorio Imp. Friderici III. de Anno 1491.* quo tamen ipſo fatentur, ab eodem Imperatore anno 1484.
28 Edictum publicatum eſſe, quo mandatum, daß niemandt N. und N. für Herrn zu N. hinführo mehr nennen / halten / heiſſen / noch ſchreiben / noch den jhrigen zuthun geſtatten / noch ſie auff Tägen / Verſamblungen / noch anderen enden an Herren ſtatt nicht ſetzen ſolle / bey Kayſerl. ſchwerer Ungnad und Straff / ſo lang / biß gnugſamb beygebracht wird / daß vor ihrer Geburth / weil. zu N. und Fraw N. nach Ordnung und Auffſetzung der Heyligen Kirchen / Ehelich einander gehabt / contrà hoc edictum ſe reſtitutos eſſe ajunt actores ab eodem Imperatore Friderico
29 III. *anno 1491.* Gloriantur in hoc Mandato reſtitutorio actores, utpotè in quo etiam relativè contineatur Teſtamentum Danielis I. ubi Rudolph & Daniel (undè originem ſuam derivant actores) filij nominentur Teſtatoris legitimi: hinc ipſos non tanquam fungos & ſtipites ad alienas poſſe relegari familias, quia non in nudo nomine, ſed in immediatâ generatione & ſucceſſione, & quidem in feuda Equeſtria Avita, Inſignibus ſimilibus, publicâ apud omnes Franconiæ familias famâ, nominis identitate, titulis Baronum & Dominorum, contractibus, inſtrumentis, inſcriptionibus quà ſepulchralibus quà alijs (de quibus omnibus probationis argumentis infrà ſpeciatim tractabitur) ſe fundent, ut alius legitimam agnationem & proximitatem probandi non detur modus, *Menoch. conſ. 816. Tuſc. lit. A. concl. 516. Sixtin. vol. 2. conſ. Marpurg. 28. eosq.* ſequens *Knipſchild. de fideicomm. n. 21.* ubi demonſtrat, quòd poſſeſſio Inſignium ſimilium, & nominis identitas, onus pro-
bandi in adverſarium transferat. Nomi- 30
natio verò filij à patre apud acta vel in Inſtrumento facta, facit probationem pro matrimonio legitimo ſufficientem, adeò ut ejuſmodi à patre nominatus filius, non adjecto verbo naturalis, ex nominatione & profeſſione patris cenſeatur legitimus, donec contrarium probetur, textus apertus in *Nov. 17. c. 2.* ibi: *ex hoc enim & cum eorum matre legitimum monſtratur matrimonium, ut neque ab eâ pro nuptiarum fide alia probatio requiratur*, ubi *Angel. Bart. Dec. Aretin. Nav. & alij plures.*

Ex his indubitati juris eſſe, agnatio- 31
nem legitimam plenè probari per agnitionem parentum & propinquorum, inprimis eorum, de quorum præjudicio agitur, *Joh. Andr. de conſanguin. & affin. n. 92. Maſcard. de prob. concl. 410. n. 33. & ſeq.* & qui non agunt de auditu, ſed notitiâ propriâ *c. licet ex quadam. 47. extr. de teſtib. c. 1. de conſanguin & affin. Gozadin. conſ. 13. n. 34. Dec. conſ. 272. col. 4. Paris. 4. conſ. 58. n. 22.* conſanguinei enim maximè præſumuntur ſcire conditionem cognatorum, *l. octavi. 9. §. un. in fin. Undè cognati. Tuſcus. lit. C. concluſione 741.*
Hinc Imp. Fridericum III. in dicto Man- 32
dato reſtitutorio de anno 1491 præcepiſſe omnibus & ſingulis, Daniel und Rudolphen für Herrn zu N. halten / additâ ratione, daß Jhro Kayſerl. Mayeſt. die briefflische Uhrkunden vorgebracht worden. Sola 33
verò Inſtrumenta legitimam probare agnationem, nedum conjuncta cum teſtium aſſeveratione. *C. ſeries. 26.* ibi: *ad corroborandam aſſertionem ſuam Teſtes offerens, quam publicum Inſtrumentum, de Teſtib. Peregrin. de fidei comm. art. 43. n. 83.* Et



Digitized by Google

34 cùm *Menoch. conſ. 614. n. 4.* appellationem filij naturalis in Teſtamento paterno factam, pro ſufficienti probatione habeat ejusmodi qualitatis: idem operabitur eadem appellatio & nominatio patris in Teſtamento facta per verba, Eheliche Kinder / pro liberorum legitimitate, fatente iterum *Menoch. d. n. 4.* verſ. ita etiam, quòd quis ſit legitimus, nominatio patris operatur, facit *l. ult. C. de arb. tut.* maximè nuptijs & alijs adminiculis concurrentibus, *Cephal. lib. 3. conſ. 435. n. 60. & 74.*
35 puta cohabitatione & tractatione matrimoniali, *Gl. & Canoniſtæ in can. 1. cauſ. 30. q. 5. Joh. Lupus in tr. de matrim. p. 2. n. 12. Curt. Jun. conſ. 52. n. 3. Paris. 2. conſ. 13. n. 22.*

Non itaque retorqueri adverſùs actores poſſe Edictum Friderici III. Imp. de anno 1484. utpotè quod per Mandatum reſtitutorium de anno 1491. penitùs ſit
36 ſublatum. Quemadmodùm autem, qui leges abolitas & antiquatas allegat, falſi criminis reum ſe faciat, *l. 2. §. hac igitur 19. l. dedit. 3. §. 19. C. de jur. vet. enucl.* Ita etiam qui conventiones & Inſtrumenta abolita, extincta & inania citat, prout *Menoch. tractat in causâ Finarienſi reſp. 2. n. 6. & ſeqq.* talia enim documenta legitimis modis extincta nihil aliud ſunt, quàm inanes tabulæ, *l. emptor. 47. §. Lucius 1.* ibi: *vanum & pro cancellato habetur, ff. de pact.* & pro nullis habentur, *l. 4. §. 8. C. de SS. Eccleſ. Gail. 2. obſ. 4. n. 4.* ſic ut hæredibus ex talibus pactis agentibus opponi poſſit exceptio doli, *l. avunculo 28. de mort. cauſ. donat. Weſenb. 5. conſ. 241. pag. 1361. num. 28.* & pœnam conſtituendam eſſe pro menſurâ delicti in eos, qui inſtrumenta protulerunt, quæ probare non poſſunt, *l. Divus Pius. 31. ad l. Cornel. de falſ. & ibi Weſenb. n. 8.* nec non calumniam inferre cenſetur, qui ſententiam vel annotationem caſſatam allegare auſus fuerit, *l. cum indulgentia. 20. C. de ſent.*
37 *paſſ. & reſtit.* prout etiam ſtultiſſimus foret, qui omiſſâ exceptione litis finitæ, ad novas ſe probandi difficultates pateretur deduci, ut loquitur Juſtinianus *in §. cæterùm. 5. verſ. ſed erit. Inſt. quod cum eo.*
38 præſertim ſi poſt unum tandem & alterum ſeculum quæſtio ſtatûs alicui moveatur, quod fieri tamen de juro non poſſit, *t. t. C. ne de ſtat. defunct. poſt quinquen. quærat.* & cùm etiam eo caſu, quo diverſa fama de aliquo increbuit, attendenda ſit ultima 39
*Matheſilan. 51. n. 17. Menoch. conſ. 27. Natta conſ. 473. num. 20.*

Inde concludunt actores, nullâ ratione Edictum de anno 1484. tanquam plenè ſublatum per Mandatum reſtitutorium de anno 1491. adverſùs ipſos ampliùs allegari aut objici poſſe. Nec obſtare defe- 40
ctum originalis Mandati reſtitutorij, cùm exempla à perſonâ publicâ vidimata plenam fidem faciant, *arg. l. in fraudem. 45. §. 7. de jure fiſci*, quod maximè obtinet in antiquis, *c. ult. de fid. inſtrum. Ant. Gabriel. lib. 1. tit. de præſumpt. concl. 1. n. 2. Mynſ. 6. obſ. 7.* aut ex archivis publicis depromptis, *Auth. & hac verſ. & carta. C. de fidei inſtrum. Math. Coler. de proceſſ. execut. p. 3. c. 1. n. 53. & ſeqq. Carpzov. Juriſpr. lib. 1. conſt. 17. n. 38.* cùm is honor 41
ſit habendus antiquitati, ut quando in antiquis verſamur, præſumamus omnia ritè fuiſſe acta, *arg. l. ſi filius familiâs. C. de petit. hæred. Cravett. de antiq. temp. p. 2. n. 65.* Ut non addatur, ex Edicto de anno 1484. per ſub- & obreptionem impetrato nullum jus reis acquiſitum eſſe, *l. 2. pen. & ult. C. ſi contra jus vel util. publ.* imò nec 42
opus eſſe ad caſſationem illius Mandati proceſſu, cùm ſola cognitio & declaratio ſubreptionis reſcriptum prius ipſo jure annullet, *Leonell. de ſubrept. reſcr. q. 5. art. 2. Zanger. de except. p. 2. c. 17. n. 20.* poſteriori verò reſcripto ſeu Mandato reſtitutorio eò minus ſubreptionem imputari poſſe, quia ipſummet de ſubreptione antecedentis Edicti corrigendâ tractet, clariſque nitatur documentis, cùm ſubreptio fiat contra veritatem, ejusque liquidam & claram probationem, *d. l. 2. pen. & ult. C. ſi contra jus vel util. publ.* ut nec damnum vel 43
præjudicium prætendere poſſint illi, qui ab Imperatore, inſpectis inſtrumentorum tabulis impoſtores pronuntiati ſunt: niſi 44
etiam prædones damnum ſe pati querantur, quando vim paſſis bona rapta vel occupata jubentur reſtituere, *l. 31. §. 1. depoſiti, facit l. quod quis ex culpâ ſuâ 203. de reg. jur.*

Sed ut plauſabiliter iſta dicantur, reſiſtit tamē actoribus 1. propria confeſſio, quòd nul- 45
lum Mandati hujus originale ampliùs extet in rerum naturâ, quod mox in diviſione fraternâ deperditum eſſe, mox incendio mox verò

verò naufragio periiſſe mirâ variatione perhibetur, 2. quòd in ipſo prætenſo Mandato reſtitutorio ſequentia referuntur formalia: Der Rudolph und Daniel hätten durch brieffliche Urkunden berichtet / daß weil Daniel Herr zu N. bey guter Vernunfft und wohlmögendem Leib / künfftige Irrung und Unrath zuverhüten / ein ordentlich Geſchäfft gethan / darinnen er ſeine Schlöſſer / Haab / und Güter zertheilet / und alſo geordnet und geſchicket / daß die gemeldten Rudolph und Daniel / als ſeine eheliche Söhn / das obberührte Schloß zu Martinsberg ha-
46 ben und erben ſollen / cùm tamen ipſum Teſtamentum ab Actoribus exhibitum demonſtret, quòd arx Martinsberg non Rudolpho & Danieli III. ſed Danieli II. in teſtamento ſit relicta; ut aut falſum exhibuiſſe oporteat actorum prætenſos anteceſſores Imperatori teſtamentum, aut mandatum hoc falſitatem, & irreconciliabilem cum teſtamento contrarietatem
47 contineat. 3. Reperitur in mandato, daß auff Anbringen deß jüngern Herrn N. der Kayſer das Edict außgehen laſſen / cùm tamen Edictum faciat mentionem des gantzen Geſchlechts zu N. uti & in fine mandati hæc verba leguntur; des gemeldten Honorij und ſeiner Helffershelffer Unterrichtung und ungeſtümmes Anſuchen / ex quibus patet, quòd Honorius ſolus Mandatum non impetraverit. 4. Præcipitur in mandato, von unſer und des Reichs wegen bey
48 dem ehegemeldten Honorio dem jüngern daran zu ſeyn und zu verfügen / damit er ihnen das obberührte Schloß Martinsberg mit ſambt anderen ihren Vätter- und Mütterlichen Erb- und Gütern widerumb zuhanden ſtelle / und umb ſeine Sprüch und Forderung / da er einige zuhaben vermeinet / Rechts vor uns / als Röm. Kayſer / ſich begnügen laſſe / cùm tamen Honorius junior jam anno 1452. fatis conceſſiſſet, ſicque poſt 39. annos contra defunctum nec Mandatum decerni nec ulla ei reſtitutio injungi potuerit, eò quòd ſententia in mortuum lata, & intra 30. annos non intimata parti, ſit ipſo jure nulla; imò de ſtylo Excelſi Conſilij Imp. Aulici Mandata parti non inſinuata ſolùm ſint annalia. Atque determinati juris ſit, quòd inſtrumenta inter ſe pugnantia nullius ſint momenti, *Cothman. vol. 3. reſp. 83. & vol. 2. reſp. 56. num. 82.*

49 Quibus accedit 5. quòd frater actorum Fridericus in memoriali anno 1637. exhibito affirmavit, Rudolphum & Danielem tempore Edicti Friderici Tertij Imperatoris adhuc fuiſſe pupillos, cùm tamen ex actis, & ipſâmet actorum confeſſione & 50
Genealogiâ conſtet, ipſos jam anno 1463. fuiſſe uxoratos & in ætate virili conſtitutos, ut iterùm hæc aperta falſitas producatur in lucem. Quid quòd 6. Mandatum hoc 51
reſtitutorium nullibi ſit inſinuatum, nec partes auditæ, cùm tamen probationes parte alterâ citatâ & auditâ fieri debeant, prout Edictum præcedens non ad ſimplicem partis implorationem, ſed cum cauſæ cognitione emanaſſe, ipſa Mandati reſtitutorij verba, jetzt berührte unſere Kayſerl. Gebottbrieff / mit aller und jeglichen Handlungen darauff beſchehen / ſatis evincunt, & hinc iſta omnia corroborantur ex evidentiâ facti, quòd 7. actores nunquam reſti- 52
tuti ſunt in arcem Martinsberg / ſed ea ipſis ſcientibus videntibúſque eſt vendita. Quin inſuper 8. à Rege Maximiliano anno 1489. datum eſt rei Majoribus prote- 53
ctorium pro manutenentiâ arcis Martinsberg / ex quo elucet, Majores actorum ab anno 1455. uſque in illud tempus pro legitimis habitos non fuiſſe, ut planè non veroſimile ſit, eos demùm anno 1491. ſuam potuiſſe legitimitatem demonſtrare, cum ſingulis horis teſtamentum Danielis 54
I. approbationéſque agnatorum, quæ in Mandato reſtitutorio, tanquam probationes legitimæ eorum deſcendentiæ allegantur, producere facilè fuiſſet, ſi tales ab anno 1460. & 67. in Authenticâ formâ in rerum naturâ extitiſſent. Vivebant adhuc 9. anno 1484. Daniel II. vivebat Honorius Senior, quos ſuæ approbationis convincere, manus & ſigilla eorum oſtendere, Mandatum reſtitutorium ubivis publicare, Curijs feudalibus id inſinuare, plusquam facilè fuiſſet, de quibus tamen omnibus altum ubique ſilentium.

Nec ſpernendæ ſunt 10. rationes, quas 55
reus adducit, quòd ſuppoſito quoque Mandato; Edictum prius tamen, quod anno 1484. publicatum in rem judicatam abierat, non potuerit intereſſatis non auditis, cum tam gravi eorundem præjudicio caſſari, eò quòd etiam Principis aſſertioni non ſtetur, quatenus illa tendit in præjudicium tertij. *Petr. Anton. de Petrâ in tr. de jure quæſit. per Princip. non tol-*

*tollend. c. 15. n. 73. & per jura ſuprà deducta*; Cùm nemini jus ſuum prævià cauſæ cognitione acquiſitum, ad nudam alterius inſtantiam, & parte alterâ nec citatâ nec auditâ auſſerri queat, *per jura vulgata.* Et cùm Imperator Fridericus III. anno 1484. nec non Rex Maximilianus I. an. 1489 Herrn Danielen/ Honorio dem ältern/ Theodoſio/ Honorio den jüngern und Paulo/ dederit protectorium ratione arcis Martinsberg/ quis credat ſtatim duobus annis poſt nimirùm an. 1491. ad nudam fratrum Rudolphi & Danielis III. inſtantiam, reliquis non citatis nec auditis, Mandatum reſtitutorium emiſiſſe? quæ autem veroſimilia non ſunt, falſitatis habent imaginem.

56 Denique 11. omnem circa hoc Mandatum reſtitutorium ſpecietenus occurrentem difficultatem abſorbet actorum in Triplicis rotunda confeſſio, quod nullum mandati hujus Originale, ſed illud forſan (ut ſunt formalia Triplicæ) juxta atteſtatum factæ depoſitionis quorundam documentorum Senatus N. apud quem cum
57 alijs Illuſtris familiæ Inſtrumentis depoſitũ fuerit, villeicht mit andern verbronnen/ oder bey der Brüder Separation, ubi major natu plerumque originalia aſſervare ſoleat, von Handen kommen/ aut denique tempore Caroli V. Imp. unà cum alijs literarijs documentis mari hauſtum eſſe, & naufragio perijſſe. Cùm tamen in dictâ deſignatione, in quâ omnia depoſita documenta ſpecificè deſcribuntur, hujus Mandati reſtitutorij nulla fiat mentio, nec de ullo incendio, aut alio caſu, quo perire hæc probatio potuerit, doceatur, & tempora Caroli V. Imp. non niſi ineptiſſimâ applicatione huc trahantur, cùm non in archivo Cæſaris, ſed in manibus actorum fuerit (ſi quod unquam erat) Mandati originale. Unde tota hæc narratio de reſtitutorio Mãdato merum potiùs patet commentum eſſe, actoréſque fortiſſimâ juris præſumptione gravat, ipſos circa alia documenta allegata haud meliori fide verſatos eſſe, juxta Menoch.

58 Quòd ſi etiam decretum caſſatorium ad importunas fratrum Rudolphi & Danielis preces emanâſſet unquam, determinati juris eſt; quòd ſub & obreptitiè à Principe circumventâ ejus Religione, impetrata, nullum operentur juris effectum, præſertim contrà autoritatem rei judicatæ: nec enim præſumitur Princeps alterum, maximè non citatum vel auditum lædere velle, ut proſit alteri, *l. 2. C. ſi. contr. jus vel util. publ. & l. nec avus, de mancipat.*
Etiamſi enim reſcripta clauſulam habeant 59
*motu proprio*, nihilominus tamen pro obreptitijs reputantur, ſi inprimis aliundè appareat, Principi omnes circumſtantias non fuiſſe fideliter narratas, *Crav. conſ. 103. n. 17. lib. 3. Alexand. conſ. 122. n. 8. lib. 4. Curt. Sen. conſ. 41. lib. 3.* hinc clauſulam ex certâ 60
ſcientiâ non operari, quod incognita, & imò ex conſuetudine & ſtylo ſolùm apponi, tradit *Ant. de Petrâ de jur. quæſit. per princip. non tollend. c. 32. de clauſ. ex certâ ſcientiâ, n. 18.* atque è contrario, clauſula *ſinè præjudicio quorumcunque jurium* ſem- 61
per in conceſſione Principis intelligitur, etiamſi ſpecialiter adjecta non ſit, *Flamin. de Rubeis conſ. 82. n. 61.* & addit *ib. n. 62. & 63.* quòd tantum hæc clauſula etiam ſubintellecta operetur, ut contra neminem tertium, qui non adfuit, præjudicium induci poſſit, cùm Princeps, maximè ſupremus, multitudine negotiorum præventus, ad omnia per eum emanata advertere non poſſit, *Gail. 1. obſ. 14. n. 6.*
Nulla itaque fides haberi poteſt Mandato 62
reſtitutorio, cujus originale non apparet, eò quòd documentum originaliter non productum nil quicquam probet pro producente *per l. 2. ff. de fid. inſtr. & c. 1. X. eod. Covar. pr. q. 19.* maximè ſi contra id tot argumenta falſitatis pugnant, de quibus videri poteſt *Alvarez Pegas reſ. forenſ. c. 19. per tot.* etſi enim miraculoſam dicat 63
eſſe probationem *Maſcard. vol. 1. q. 5. n. 15.* ut credatur pelli alicujus animalis jam extincti, inſtrumento ſcil. publico, id tamen, ut fidem mereatur, omnibus numeris debet eſſe abſolutum, ut nullâ planè falſitatis præſumptione laboret. Præterea inſtrumentum referens, quod ſe coarctat ad relatum, de quo tamen nil certi conſtat, in judicio nullam obtinet fidem, niſi quatenus ipſum relatum probat & de eo apparet, *Auth. ſi quis in aliquo. C. de* 64
*edend. Gail. 1. obſ. 82. n. pen. Ruland. de Commiſſar. p. 2. lib. 5. c. 35, Surd. conſ. 5. n. 57.* ſi enim pars adverſa contradicat referenti, inprimis ſi illud referens relati tenorem non ſatis explicet, ſinè relato non creditur, *Cothman. vol. 1. reſp. 17. n. 70.* &

Digitized by Google

& referens eo caſu planè nullum eſt, *Natta conſ. 673. n. 4. tom. 4. Cephal. conſ. 200. n. 7. lib. 2. Weſenb. conſ. 15. n. 52.*

Quia tamen actores produxerunt copiam iſtius Mandati reſtitutorij, in quo fatentur duos fratres Rudolphum & Danielem pro illegitimis olim declaratos eſſe;
65 ideò ſinè limitatione, exceptione aut proteſtatione ſtare illi debent etiam in ijs, quæ contrà eos faciunt, *Maſcard. de probat. concl. 916. n. 17. & Dec. in l. fin. n. 6. C. de edend.* Econtrà rei aliqua ab actore in inſtrumento exhibito producta capita rejicere, aliqua verò acceptare non prohibentur. Qui enim Inſtrumentum plura com-
66 plectens capitula in aliquibus impugnat, nihilominus illud in alijs non impugnatis articulis jure allegare, & in vim probationis pro ſuâ intentione rectè exhibere poteſt, per tradita Dd. *in l. quædam §. nummularios*, & ibi *Bart. n. 2. ff. de edend. Bald. conſ. 156. n. 3. Roman. conſ. 346. n. 4. Angel. conſ. 304. n. 2.* qui præcipuè doctrinam iſtam de Inſtrumento habente plura, & diſtincta ſeu ſeparata capitula, quæ loco unius haberi poſſunt, confirmat, cum quibus etiam conſentiunt Canoniſtæ Abbas *in c. 2. n. 10. X. de fid. inſtrum. Geminian. conſ. 9. in fin.* quemadmodùm pariter, ſi ſententia plura contineat ſeparata capitula, ab uno vel altero appellari poteſt, reliquis in rem judicatam tranſeuntibus. Imò ſi inſtrumentum quoddam ob defectum ſolennitatis fuerit impugnatum, nihilominus in alijs capitulis ſeparatis, & ad alium effectum tendentibus impugnans illud pro ſe adducere poteſt, *Cothman. vol. 3. reſp. 50. n. 60.* Cùm itaque actores Mandatum reſtitutorium contrà Edictum de anno 1484. vel eſſe vel fuiſſe in rerum naturâ, docere non poſſint, manet ex
67 confeſſione actorum & archivis Curiarum feudalium, chalybeo inſcripta ſtylo contra actores per Edictum de anno 1484. res judicata, quæ retrahi ampliùs nec poteſt nec debet, *l. 1. §. pari modo ff. de lib. ex-*
68 *hib.* quia uni liti unum judicati finem ſufficere placuit, ne aliter modus litium multiplicatus, ſummam atque inexplicabilem faciat difficultatem, *l. ſingulis 6. de except. rei jud.*

Vaniſsima porrò eſt Actorum reſponſio, quaſi ſub verbo, Burg zu Eißleben / quæ duobus fratribus Danieli & Rudolpho in Teſtamento aſſignata eſt, contineretur 69
etiam arx Martinsberg / eò quòd Teſtator pro libitu prædia ſociare, & alteri alterum conjungere poſſit, exemplo. *l. Titia 34. §. Lucius Titius, 1. ibi cum impoſitionibus ſuis de legat. 2. l. Gajus 12. de ann. legat. l. 6. de fund. inſtruct. vel inſtrum. leg.* aut fortaſſis per Codicillum, aliamvè ultimam voluntatem arx Martinsberg / dictis fratribus poſſit eſſe relicta. Prout enim inanes conjecturæ contrà poſſeſſorem legitimo munitum titulo nihil operantur in jure, ita pariter verba teſtamenti actoribus obſtant, quibus diſpoſitum; alle übrige Güter / ſo nicht mit ſinnenden Worten hierinn begriffen / ſollen Danieli dem Aeltern bleiben. Irrele- 70
vantiâ pari laborat altera reſponſio, quaſi Imperator Fridericus III. Mandatum caſſatorium non decreverit adversùs Honorium tunc temporis jam antè 39. annos vitâ functum, ſed ejus ſaltem injuſtitiam in vivis commiſſam eo Mandato correxerit & reprobârit; Siquidem clariſſima Mandati verba oſtendunt, illud in perſonam Honorij, tanquam viventis eſſe directum, in formalibus: Gebietten darauff allen und jeglichen Chur-Fürſten / Fürſten Geiſtlich und Weltlichen / Prälaten / Graffen / Freyen / ꝛc. Ernſtlich mit diſem Brieff und wollen / daß Sie die obgenandte Rudolph und Daniel für Herꝛn zu N. nennen / heiſſen und ſchreiben / auch auff Tägen / Verſamblungen und andern enden / dafür ehren und halten / und von unſer und deß Heil. Reichs wegen / bey dem ehegemelten Honorio dem Jüngern / Herꝛn zu N. durch ziemliche Mittel und Weg daran ſeyn und verfügen / damit er ihnen / das obberührte Schloß Martinsberg / mit ſambt andern ihren Vätter- und Mütterlichen Erb- und Güttern / was er ihnen deß unbillicher weiß mit Gewalt abgetrungen hat / widerumb zu ihren Handen ſtelle / und umb ſeine Sprüch und Gerechtigkeit / ob er die dazu zuhaben vermeine / Rechts vor Uns / als Römiſchen Kayſer / Ihrer und ſeinen rechten Herren begnügen laſſen / bey unſer und deß Reichs ſchwehrer Ungnad / und dazu einer Poen von funffzig Marck lötig Goldts ꝛc. Quis enim negare auſit verba hæc omnia in Honorium tanquam eo tempore adhuc in vivis agentem, eſſe directâ? quomodò verò Honorius junior, qui jam anno 1452. naturæ debitum perſolverat, anno 1484. Imp. Fridericum III. ſollicitare & infor- 71



Digitized by Google

mare potuit, ut Edictum contrà fratres publicaret, prout in prætenſo Mandato id refertur: Als Wir vormahls auff Anbringen deß Edlen / Unſers und des Reichs Lieben Getrewen Honorij deß jüngern Herꝛn zu N. allen und jeglichen Unſeren und deß Heil. Reichs Chur-Fürſten ꝛc. Ernſtlich geſchriben und gebotten ꝛc. & in verbis; und durch deß obgemelten Honorij / und ſeiner Helffer underrichtung und ungeſtümmes anſuchen / die obbeſtimbte Unſere Brieff außgehen laſſen / ꝛc. ex quibus omnibus commentum iſtius malè conſarcinati Mandati reſtitutorij ad oculũ patet. Nec enim dubium eſt, falſum eſſe hoc inſtrumentum, quod tale eſſe tam concludenter ex argumentis demonſtrati-
27 vis ſuprà deductis probatur. Nam quando inſtrumenta inter ſe ſunt contraria, vel quando repugnantia in eodem apparet inſtrumento, quando evidentia facti inſtrumento contrariatur, quando veriſimilia non continet, quando diu occultatum eſt, nec tamen unquam publicatum, de ejus falſitate dubitare non licet, ut latè deducit *Alvarez Pegas reſol. forenſ. c. 19. n. 28. 29. 30. 42. 61. & 91.*

Quodnam igitur in nominatione filij, fratris aut agnati actores invenient præſidium? Cùm in jure notum ſit, quòd nominatio fratris vel conſanguinei non probet a-
73 liquem conſanguineum, vel agnatum eſſe, quia ſæpè fratrẽ ex charitate nominamus, qui frater non eſt, prout inquit JCtus *Paulus in l. nemo. 56. ff. de hæred. inſtit.* Hinc *Tiraquell. de retract. conſanguin. §. 1. gl. 16. n. 1.* ſtatuit ad probationẽ conſanguinitatis neceſſè eſſe gradus diſtinctos probari, nec ſatis eſſe, ſi probetur, quòd ſe pro conſanguineis habuerunt & tractaverunt, quia hujusmodi probationis genus non reperitur in jure proditum in alijs, quàm in patre & filio, viro & uxore, non etiam inter alios, ac ne fratres quidem, per tradita *Cyni in l. non Epiſtol. C. de probat.* Unde actores ipſi in triplicâ ſuâ ex *Menoch. conſ. 1614. n. 1. & ſeqq.* fatentur, non ſufficere nominationem filij, ſi pater fornicator, ad tegendum ſcelus ſuum, concubinam ſuam appellet conjugem, baſtardos ſeu naturales ſuos filios, niſi matrimonium
74 probetur, *quâ de pluribus infrà.* Quòd ſi enim favore antiquitatis & propter longitudinem temporis, per meriſſimas conjecturas agnationis probationes implere liceret, ſi legitimus poſſeſſor ex præſumptionibus, atque imperfectis, imò falſis inſtrumentis poſſet condemnari, nulla familia eſſet ſecura, quin quilibet ingenioſus Tritavum ſibi Principem Comitemvè ex nobiliſſimâ proſapiâ fingere; & legitimis deſcendentibus jus ſuccedendi intervertere poſſet. Ideò licet aliquid antiquitati indulgendum eſſe videatur, nemo tamen ſine plenâ probatione condemnandus eſt, præſertim quando rei oppoſitiones ex eâdem ætate & longitudine temporis accerſuntur, quibus omnis fides probationum ab actoribus allatarum ſi non extinguitur, ſaltem ſuſpenditur.

Tertium actorum fundamentum eſt 75
teſtamentum Danielis I. quod ajunt inſuper à Daniele II. an eines rechten Eydes ſtat / eſſe approbatum, Sabatho poſt feſtum S. Nicolai an. 1460. atque inſuper Honorium & Paulum fratres pro majori robore ſua iſti approbationi ſigilla appendiſſe. Idémque præſtitiſſe Theodoſium III. anno 1467. per vidimus Abbatis N. ubi omnes apertè fateantur, daß HErꝛ Daniel I. mit Frau N. ſeiner ehelichen Gemahl / ihrer Stieffmütter / eheliche Kinder / die ihre Stieffgeſchwiſtrigt ſeyn / habe. Ut jam iſtis Majorum ſuorum confeſſionibus contravenire Dominus reus nullâ ratione poſſit.

Verùm utut hæc omnia veritatis & boni juris aliquam ſpeciem præſeferant, expendendum tamen econtrà *primò* allatas eſſe Abbati vidimanti N. literas, welche mit deß requirenten beſtem Inſigel / und in einem anderen Piergment beſigleten Brief / welcher an ſeinem dato ſtund / am donnerſtag der Heil. drey König Abend / nach Chriſti unſers HErꝛn Geburth 1464. transfigirt und eingehenckt war / und davon glaublich vidimus gebetten; & tamem illæ literæ, quas Abbas transſumpſit, non ſunt datæ anno 1464. ſed demùm an. 1467 die Mer- 76
curij poſt feſtum S. Viti Inſuper actores poſt decretum de an. 1663. quo ipſis injunctum eſt, ut documenta ſua in Authenticâ producant formâ, nec teſtamentum, nec ejus deprædicatam confirmationem in Originali vel vidimatâ copiâ extra iſtam copiam copiæ, exhibuiſſe, ut proindè non ſatisfactum ſit Decreto. 2. Alia ab Actorum fratre copia teſtamenti anno 1637. eſt producta, alia ab Actoribus in ſuâ deductione typis mandata eſt. 3. Ipſimet

Digitized by Google

ſimet rei fatentur, originalia uſque ad concluſionem cauſæ tantùm exhiberi poſſe, quod tamen hactenus non præſtiterunt; & licèt pro exhibendis originalibus petierint commiſſionem, tamen in vim decreti de anno 1663. copias vidimatas producere debuiſſent. 4. Etſi ſupponatur, teſtamentum tale, prout ab actoribus aſſeritur, à Daniele I. conditum eſſe, ex ejus tamen tenore clariſſimè patet, ipſum teſtatorem, Danielem & Rudolphum, non
77 ut filios naturales & legitimos, ſed ut naturales tantùm tractâſſe, utpote quibus minimam ſuæ ſubſtantiæ reliquerit partem. Erat nimirùm Daniel I. poſt mortem Hermanni fratris omnium bonorum avitorum hæres ex aſſe, uti apparet ex diviſione bonorum anno 1438 exceptionibus appoſitâ ſub *n. 6.* quòd habuerit die Schloß Trimberg und Ebenhauſen / mit den Städten / Dörffern / Nutzungen / die Burg-Güter zu Trimberg und Kißingen / mit den Zehenden und Gütern Tolb / Langendorff / Schwebreit / die Güter zu Trimberg im Thal / und zu Engenthal / die Zehenden zu Kißinge / zu Waſſerloſen / zu Feuerthal / im Rothenthal; Ebenhauſen Schloß und Stadt mit den Dörffern Pferßdorff / Poppenhauſen / Merobach / Holtzhauſen / Rannungen / Orlbach / Eltinghauſen / Heyen / Ratershauſen / den Hof zu Bildhauſen / den Martinsberg / mit den Dörffern Hörblach / Heyde / mit den Gütern hinter Schwartzbarch / groſſen Langheim / Neuſſes auff dem Berg / Northeim / Summerach / Ober Volckag / Bimbach / das Schloß und Städtlein Werneck / mit den Dörffern Weitelshauſen / Hergoltshauſen / Gorſtatt / Ettleben / Geltersheim / Kitzelſpühr / Oppach / Sommersdorff / Baſtbühel / Egenhauſen / Schleiritt / Schrauttenbach / und den Hof zum Schrotenbach / das Schloß Holdenberſtetten / und den Marckt / das Schloß Schildeck / den Zoll zu Wunfurth / ꝛc. Ex his omnibus nihil attributum in teſtamento paterno Rudolpho & Danieli, præter die Burg zu Eißleben / mit allen mobilien / dann 3000. fl. von Elſen von Bebenburg / 6. Malter jährlicher Gült von und auff dem Cloſter Heydenfeldt / das Zehendlein zu Berpberdorff / und ein Burg-Gut im Vorhof zu Werneck / ſo Urſula gekaufft / den Hof zu Würtzburg / Boſigl genannt / und das außſtändig Geld von Getreid; alle übrige Güter / ſo nicht mit ſinnenden Worten / hierinn begriffen / ſollen Danieli dem Aeltern bleiben. Ex quibus apparet, vix ferè viceſimam hæreditatis partem fratribus iſtis attributam eſſe, ſic ut ab ipſo patre tanquam legitimi ejus filij non ſint tractati, quippe quibus nec legitimam integram reliquit. Quibus accedit 5. quòd in literis Ioannis Epiſcopi, quibus teſtamentum confirmavit, tantùm nominentur, Rudolph und Daniel N. omiſſo penitùs familiæ controverſæ prædicato. Ut ita 6. Daniel II. filiali ductus reverentiâ, facilè conſentire potuiſſet in diſpoſitionem patris, ſi Daniel & Rudolphus portione tam modicâ contenti à reliquis omnibus bonis feudiſque avitis penitùs excluderentur, & hactenus ipſos, parcendo ipſorum famæ, pro fratribus nominare. Verùm 7. quòd nunquam conſenſerint aut ipſi aut reliqui Agnati, in Danielis pri- 78
mi, ſi quod unquam conditum eſt, teſtamentum, id quidem exindè luce meridianâ clarius apparet, quod perſequendo intentionem ſuam jam anno 1455 cœptam anno 1484. publicum ab Imperatore Friderico III. impetrârunt Edictum, daß Rudolph und Daniel Gebrüdere / ſo weil. Daniel Herr zu N. mit weil. N. als die dannoch einen ehelichen Mann gehabt / und nach deſſelben ihres Manns Abgang erworben / wiewol dieſelbe beede Perſonen unehelich bey einander geſeſſen / und alſo in ihren Tod bliben / und niemand wiſſentlich geweſen / und noch nicht ſeye / daß ſie nach Ordnung Chriſtlicher Kirchen zuſammen verehelicht wären worden; So wird bey des Heil. Reichs ſchwerer Ungnad allen gebotten / daß ſie die genannten Rudolph und Daniel hinfüro für Herren zu N. nicht mehr nennen / heiſſen / halten / noch ſchreiben / ſo lang biß genugſamlich beygebracht wird / daß vor ihrer Geburt weil. der obgenannte Daniel zu N. nach Ordnung und Einſatzung der Heil. Chriſtlichen Kirchen ehelich einander gehabt. Ex quo Mandato nullus aut Danielis II. aut Agnatorum conſenſus apparet in teſtamentum aut legitimationem Rudolphi aut Danielis, cùm tamen hoc edictum emanâſſe ipſimet actores fateantur, utpote quod archivis feudalibus inſinuatum adhuc ibidem aſſervatur.

Quodſi itaque 8. legitimum fuiſſet Daniel I. cum N. matrimonium, id ſine dubio anno 1484. ubi adhuc omnia in recenti

Digitized by Google

centi erant memoriâ, probari potuiſſet, neque integri 7. anni uſque ad annum 1491. quo demùm actores perhibent, Mandatum reſtitutorium, atque edicti de anno 1484. caſſatorium publicatum eſſe, fuiſſent neceſſarij. Quinimò in eodem Mandato reſtitutorio, ſicut eſt facta Teſtamenti Danielis I. mentio, & deſuper tota Mandati ratio, tanquam fundamento & baſi conſtructa, potuiſſet facili ratione etiam adjungi, teſtamentum illud ab ipſo Daniele II. uti & Honorio & Paulo ejus patruis anno 1460. nec non Theodoſio III. anno 1467. agnitum approbatúmque eſſe, ſi talis agnitio unquam præceſſiſſet; Quemadmodùm verò 8. talis decantata agnitio etiam exindè corruit, quòd Paulus N. de quo dicitur, quòd proximo Sabbatho poſt feſtum Nicolai anno 1460. teſtamentum illud confirmaverit, jam eodem anno in feſto Viti, quod 15. menſis Junij celebratur, atteſtante mortuario Carthuſiæ N. diem ſuum obierit, ita vel hinc etiam teſtamentariæ approbationis falſitas manibus quaſi palpanda ſe cuivis prodit.

Et poſito non conceſſo 9. Danielem II. aliosque agnatos, ultimam Dan. I. voluntatem agnoviſſe, illa tamen agnitio in ſuis accipienda eſſet terminis, ut ſcilicet Rudolphus & Daniel à feudis avitis reliquáque hæreditate, extra portionem modicam, loco alimentorum ipſis aſſignatam, penitùs maneant excluſi; ad qualem conſenſum Daniel I. filium ſuum Michaelem II. hâc ratione cogere & conſtringere voluiſſe videtur, dum teſtamento ſuo ordinavit; **Es ſolle die übrige Haab und Gut / an den Herſchafften / gantz und gar folgen dem ältern Sohn Daniel / ſo fern er diſer Verſchreibung / Ordnung / und Satzung unverruckt / und unverbrüchlich nachkommen / und keinen Einſpruch oder Eintrag darinn thun werde**: Et quid fuiſſet his in teſtamento cautelis & comminationibus opus, ſi Rudolphus & Daniel tanquam filij legitimi ſuam potuiſſent vindicare legitimam?

Et denique 10. quia in ſucceſſione feudali verſamur, etiam poſitus Danielis II. nec non Honorij & Pauli in teſtamentum Danielis I. conſenſus, atque nomina-
79 tio fratrum & novercæ, non poteſt ſucceſſoribus feudalibus præjudicare, qui non ex ratione horum agnatorum, ſed ex ſucceſſione primi acquirentis jura ſua metiuntur, præſertim cùm conſenſum vel approbationem teſtamenti (ſi quæ interveniſſet) publicè dictis factiſque revocaverint, ut his ſucceſſoribus ex facto, præjudicium creari in feudali ſucceſſione nullum potuerit, cùm ad ſucceſſionem feudi nemo admittatur, niſi doceat, ſe à communi ſtipi- 80
te per legitimam agnationem deſcendere, ita ut neque antiquitas, nec communis opinio, & fama, nec identitas nominis & inſignium, nec quòd ab alijs ut agnatus, **als ein Vetter** / habitus & tractatus ſit, ſuf- 81
ficiant, ſed omninò verè, non præſumptivè tantùm, probare debeat, ſe à primo acquirente legitimâ ſucceſſione deſcendere, ut deducit *Roſenth. de feud. c. 2. concl. 27. & 28.*

Ut non addam 11. quòd in materiâ 82
natalium & nobilitatis confeſſiones aſcendentium filijs reliquiſque deſcendentibus non nocent, ex ratione, quòd veritas per confeſſionem alterius non tollatur, puritáſque vel macula nobilitatis ex natalibus vel ſanguine proveniens, à privatorum non dependeat voluntate.

Hinc ſicut legitimis natus ex nuptijs per confeſſionem patris non poteſt effici ſpurius, ita nec illegitimi natales per confeſſionem patris poſſunt tolli, ſi vel confeſſionis error, vel ejus revocatio oſtendatur, cùm extra dubium ſit, confeſſionem extrajudicialem revocari poſſe, ut nec confitenti, nec alijs noceat, præſertim cùm hic ijdem agnati contrarium antè & poſt profeſſi ſint, ut deprædicata agnitio per confeſſiones alias & antiquiores falſa ſimul & erronea eſſe oſtendatur, prout latè deducit, multiſque rationibus & autoritatibus firmat *Eſcobar. in tr. de purit. & nobil. proband. p. 2. q. 6. §. 2. & 3. Cyriac. controv. lib. 2. c. 169. n. 50.*

Quartum intentionis ſuæ fundamen- 83
tum ponunt actores in *literis Inveſtiturarum*. Quæ demonſtrent, ipſos de feudis avitis anno 1463. nec non 72. inveſtitos eſſe, apertiſſimo teſtimonio & confirmatione, ipſos ex legitimo natos matrimonio, veróſque agnatos & Succeſſores feudales, cùm illegitimi ad feuda non admittantur. Sed ſi etiam hæc documenta concurrenteſqué circumſtantiæ penitus inſpiciantur, patebit, fruſtrà inveſtituras in feudis avitis ab actoribus allegatas eſſe. Nam etſi anno 1463. Rudolphus

Digitized by Google

phus tempore, diffidationis inter Epiſcopum N. & reliquos agnatos ſemel inveſtitutus fuerit, idem tamen factum eſt, ut verba ſonant: Von beſondern Gnaden / & quidem non de omnibus feudis, ſed ſolùm das Dorff Hürblach mit allen ſeinen Eingehörungen / Recht und Gerechtigkeiten / quam inveſtituram Dominus reus ait ſiculis veſperis fuiſſe ſimillimam. Cùm enim anno 1472. lites illæ inter Epiſcopum N. nec non Honorium & Danielem componerentur, inter alias conditiones etiam hæc eſt appoſita, auch an der Lehenſchafft / Recht / und Gewohnheit / an und auff den Lehenſtücken / ſo die gemeldten / N. jetz von uns zu Lehen empfangen hand / unvergriffen / und unſchädlich ſeyn. Errant autem graviſſimè actores, dum inveſtituram anno 72. Danieli juniori factam, de ſuo Daniele III. interpretantur, exceptione verbi, Daniel der jünger / quaſi poſt mortem Danielis I. Daniel II. poſteà ſenior, Tertius verò junior cognominatus ſit, ſed refutantur apertè per inveſtituram ſequentem, anno 1503 Honorio factam, in quâ dicitur, Verleyhen unſerem Freund und lieben Getreuen Honorio Herrn zu N. dem jüngern / zu rechten Mannlehen / das Dorff Hürblach / wie das von Herrn Daniel ſeinem Vattern auff ihne kommen iſt / quâ tollitur omne dubium, cùm ipſi actores confiteri debeant, quòd Daniel tertius filium nomine Honorium non habuerit, Sicque inveſtitura Danieli anteà data; non de tertio, ſed de II. poſſit accipi. Quæ argumenta confirmat evidentia facti, cùm actores docere non poſſint, quòd poſt annum 1463. ullus ex Rudolpho vel Daniele III. deſcendens ampliùs inveſtitus ſit. Ut ſic hoc quoque argumentum actorum ab inveſtituris feudalibus deſumptum penitùs collabatur.

Itaque quintò matrimonium Danielis
84 I. cum N. nullâ ratione probatum eſt. Et certè matrimonium, præſertim ſecundum, contractum eſſe non præſumitur, niſi id evidentiſſimis rationibus demonſtretur.
85 Conſiſtit enim matrimonium in facto & voluntate hominum, quæ velut facta non præſumuntur, per text in *l. conſilio 7. §. quæſitum eſt 3. de curat. furioſ*: & hinc aſſerens matrimonium tenetur id probare. *Card. Tuſcus. tom. 5. lit. M. concluſ. 128.* hæcque eſt ſententia communis. *Maſcard. de prob. concl. 1022. n. 2. & 3.* nec ex longi 86
temporis cohabitatione matrimonium præſumitur, ſed eo non apparente filius potius pro illegitimo habetur. *Pacian. lib. 2. de probat. c. 16. n. 1. Maſcard. concl. 786. n. 7. Caſtillo. l. 5. controv. 124.* ità ut quam- 87
vis probetur filiatio, tamen non inferatur legitimitas, cùm benè ſequatur, filium eſſe, ſed non legitimum, niſi aut matrimonium inter genitores probetur, aut quaſi poſſeſſio legitimitatis, nempè habitum aut reputatum communiter fuiſſe pro filio legitimo; ut benè *Mareſcotus. 2. variar. diſcept. c. 83. n. 16. Gratian. 2. diſcept. 136. n. 34. Maſcard. concl. 799. n. 28. Caſanate conſ. 8. n. 6.* Ut quamvis aliqui multum 88
tribuant longitudini temporis, ita ut ſi verſemur in antiquis, non ſolùm quoad filiationem, ſed etiam legitimitatem quaſi poſſeſſio, quòd parentes habiti & reputati ſint pro conjugibus, ſufficiat, ſecundùm *Pacian. d. l. 2. de prob. c. 16. n. 60. & ſeqq. Gratian. diſcept. 83. n. 1. & 2. & tom. 3. diſcept. 468. n. 34. & ſeqq. & diſcept. 554. n. 48. & 49. Caſtillo. 5. controv. 124. per tot.* Hîc tamen in antiquis non verſamur, cùm anno 1484. cauſa recens fuerit, & ab anno 1460. nec non 1467. vix viginti anni effluxerint. Ut taceam, quod Fontanella *de pact. nupt. clauſ. 6. gl. 2. p. 4. n. 5.* tradit, quaſi poſſeſſionem ſaltem operari in probandâ filiatione ſummariè ad alimenta & ſimilia, ſecus verò ſi agatur ordinariè, tunc enim planæ probationes requiruntur. Et ideò magis in hoc caſu, quia Daniel I. & N. nunquam fuerunt in bonâ fide cum Dan. II. & reliqui agnati jam anno 1455. ipſam pro ſcorto, für ein Dirn / publicè habuerint, quod actores ipſimet in triplicis conſitentur. fol. 59. & 61. daß Daniel und ſein Sohn Honorius Anno 1469. & ſeqq. die N. und ihre Söhne bey männiglich zuverunglimpffen geſucht / und ihre diffamationes weit und breit außgegoſſen. Quæ omnia robur accipiunt ex eo, quòd nulla hîc monſtrentur ſponſalia, pacta dotalia nulla, nullus liber Eccleſiæ, in quo conjugia notari ſolent, nullus teſtis propinquus aut conſanguineus additur, qui vel minimum de Sponſalibus aut nuptijs perhibeat teſtimonium. Nec ad antiquitatem in reſpectu temporis præſentis recurrendum eſt; Jam anno 1455. & anno 1484. iſta omnia agitabantur, ubi factum recens non antiquum erat, & quis du-



Digitized by Google

dubitat, propter motam ſtatûs controverſiam actorum Majores omnia documenta, quæ ad tuendum ſtatum honoremque & ad conſervanda familiæ bona pertinent, ſollicitè cuſtodiviſſe. Præſertim cùm N. qui primus domicilium ſuum in N. tranſtuliſſe dicitur, filium ſuum N. anno 1573. in Germaniam miſerit, qui ipſi omnia familiæ documenta apportavit, ut ipſimet actores in deductione typis impreſsâ fol. 82. id aſſerunt.

89 Fruſtrà itaque quintò innituntur actores teſtimonio Epiſcopi, ubi in quodam protectorio à dicto Epiſcopo dato habetur, quòd vidiſſet Bullam Papæ Calixti, und zu einem Urthl und verfügung derſelbigen Päbſtlichen Bullen und Brieff von Mauritio Abten zu den Schotten zu N. als Commiſſarien / darinnen er eigentlich befunden / daß der Edel Daniel Herr zu N. der älter unſer beſonder Freund / Raht / und lieber Getrewer / und Fraw N. rechte Eheleuth / und alſo zu dem Sacrament der Heil. Ehe beſtättiget ſeyn / ꝛc. Sed etiam hoc documentum ſaltem in copiâ copiæ producitur, & primum quidem tranſumptum eſt ab Abbate ad requiſitio-
90 nem Rudolphi N. anno 1485. tum temporis Præfecti illius loci, ſub quo dictum Monaſterium ſitum eſt 2. Indubitati juris eſt regula, quòd exemplum non probet, non oſtenſo originali, niſi mutuo conſenſu partium deſcriptum vel jam ſemel approbatum ſit, *l. 3. C. de diverſ. Refor.* & ibi *Brunneman.* ubi ait: exempla enim referunt ſe ad originalia, & fidem ex originalibus habent: Ergò non exhibitis originalibus non probant, niſi præſente parte ſint collationata. *Chriſtin. vol. 2. deciſ. 78. n. 4.* vide *Mynſ. 6. obſ. 73. & duab. ſeqq. Gail. 1. obſ. 94. n. 1. Hahn in Weſenbec. de fide Inſtr. n. 3. §. exemplar.* latè *Tuſcus lit. E. concl. 374.* Et quamvis hîc rurſus attribueretur multùm antiquitati *Mynſ. 6. obſ. 75.* quæ efficit, ut omnes interveniſſe ſolennitates præſumantur, *Tuſcus d. loc.*
91 Tamen 3. in præſenti caſu duo conſideranda occurrunt. *Primum*, quòd hoc tranſumptum, & ipſum, ſi adeſſet originale, ſe refert ad aliud Inſtrumentum, nempe ad Bullam Pontificis. *Secundum*, quòd originale nullum oſtendi poſſit. Quoad illud textus clarus eſt in *Auth. ſi quis C. de edendo.* Cujus hæc verba: *Si quis in aliquo documento mentionem facit alterius documenti, nulla ex hac memoria fiat exactio, niſi aliud documentum, cujus memoria in ſecundo facta eſt, proferatur, Nov. 119. c. 3.* Relatum enim debet probari, ad hoc, ut terminus, vel ſcriptura referens, probet id, quod refertur, ait *Cardin. Tuſcus lit. R. concl. 128. & Lit. I. concl. 139.* quia non creditur relationi factæ in Inſtrumento, quo Notarius dicit, conſtare aliquid ex alio inſtrumento per eum viſo & lecto, etiamſi inſerat illius copiam de verbo ad verbum, quia non creditur, niſi conſtet de relato; ex ratione, quia inſtrumentum ad quod habetur relatio, intelligitur pars ſcripturæ ſe referentis ad illud, ita ut ſi inſtrumentum relatum non producatur, ſcriptura referens non ſit integra, *Tuſcus d. loc. Gail. 1. obſ. 28. n. pen. Cacherann. deciſ. 71. n. 12. & deciſ. 39. num. 4.* ubi ait: niſi ſciatur, quid ſpecificè in relato contineatur, relatio eſt irrelevans. Cùm dubium non ſit, principale illud eſſe, ad quod fit relatio, non autem id, quod ſeſe ad illud refert, ideoque tanquam principale, à referente tanquam acceſſorio declarationem accipere nullam poteſt, ut latè probat *Otto Tabor in locis commun. ex Axiomatib. Auguſt. Barboſa lit. L. verbo relatum.* Quæ omnia 4. in hoc præſenti caſu eò magis inveniunt locum, quia bullæ tenor inſtrumento non eſt inſertus, nec apparet, an Papa matrimonium prætenſum per ſe legitimum eſſe declaraverit. Cùm enim Imperator Fridericus III. in edicto de anno 1484. dicat, daß die Berwingerin einen Mann gehabt / notus eſt juris canonici titulus, *quòd non liceat ducere in matrimonium, quam quis polluit per adulterium*; ut fortaſſis ex hac ratione Bulla & diſpenſatio Pontificia fuerit neceſſaria. In hoc enim conſiſtit cardo negotij, ut ſciamus Bullæ conditiones, an liberi antè vel poſt eam nati, an ſententia ab ipſo Papâ, an ab ejus Commiſſario Abbate Scotenſi lata ſit, de quibus tamen ſubſtantialibus circumſtantijs ne jota quidem apparet. Quæ ergò fides illi tribui poſſet? Præſertim ſi porrò conſideretur 5. quòd nec de anno,
nec de menſe aut die Bullæ Papalis fiat 92
mentio, qui defectus tam magnus eſt, ut licèt aliquod inſtrumentum originale produceretur ſine anno, die & conſule, illud nullam probationis vim obtineret, *Nov. 47. c. 1. in pr. & 1. Cothman. vol. 3. reſp. 47. n. 216.*

Digitized by Google

*n. 216.* Quantò minorem obtinebit fidem aliquod relatum, de cujus anno, menſe, vel die nihil monſtrari poteſt? Accedente inſuper 6. tam juſtâ ſuſpicione tam contra Epiſcopum, cujus Conſiliarius erat Daniel I. per verba vidimus, Unſer beſonder Freund / Raht / und lieber Getreuer / & ibi, und wir angeſehen ſeine getreue / willig und unverdroſſene Dienſt / ſo er uns und unſerm Stifft offt nutzlich und williglich gethan / und noch ins künfftig wol thun mag / &c. quàm etiam contra vidimantem Abbatem, qui Rudolpho ſuo Præfecto hoc vidimus dedit, ſub cujus ipſe quodammodò imperio & directione erat? Quod corroboratur 7. ex eo quòd Epiſcopus Dan. I. tantùm protectorium dedit, & incidenter matrimonij Bullæquè mentionem fecit; Cùm verò teſtator Rudolpho Danieliquè III. tam tenuem in teſtamento aſſignaverit portionem, mirum eſt, quòd nihilominus ad teſtamenti effectum Epiſcopali protectorio ſibi opus eſſe exiſtimaverit? qui timidus animus malam in ipſo conſcientiam manifeſtè potiùs evincit. Atque cùm nulla fortior

93 probatio eſſe poſſit 8. quàm quæ per evidentiam facti deducitur, quis credat, cùm Daniel I. tantoperè pro oſtendendâ legitimitate filiorum Rudolphi & Danielis III. ut prætenditur, in Curiâ quoque Romanâ deſudavit, cùm, ut actores quidem aſſerunt, Bullam Pontificiam obtinuiſſet, cùm à filio Daniele II. tanquam ſcortator aut adulter atrociter eſſet diffamatus & offenſus, cùm Epiſcopi protectionem & auxilium à ſuis partibus haberet; eum nihilominus filio Danieli ſecundo omnia bona in teſtamento attributurum fuiſſe, Rudolpho & Daniele excluſis, & ne quidem in legitimâ inſtitutis, niſi cauſa ipſius magnoperè laboraſſet, quod nemini dubium eſſe poteſt, qui rationem rerum vel perſonarum expendit. Atque falſitas hujus documenti

94 apertè elucet 9. ex deductione actorum typis impreſſa *fol. 72.* ubi narrant, daß der Biſchoff zu N. auff Anhalten Friderichs deß ältern / ſich gantz keines Schutzes oder Schirms über deß Danielis I. Teſtament zu erinnern wiſſe. Quâ fronte igitur copiam hujus protectorij producunt actores? Cùm ipſimet illi, à quibus ſe originale habere jactitant, illud negent, pernegéntque, & actores omni probatione legitimâ deſtituantur. Potiùs profectò nil probat documentum, & pro ſuſpecto falſoquè habetur, cujus fides per oppoſitas tot objectiones & probationes fortiores, non ſuſpenditur tantùm ſed extinguitur, *Maſcard. p. 907. Eſcobar. de purit. & nobil. proband. p. 1. q. 15. §. 1. n. 18.* præcipuè cùm Inſtrumentum etiam ex eo falſum præſumatur, 95

quando producens ſolitus eſt falſa inſtrumenta producere, ut ex *Bald. Alex. Caſtr. deducit Theſaur. lib. 1. q. 47. n. 8.* atque hoc vitium ſuprà de mandato reſtitutorio ex parte actorum ſufficienter ſit demonſtratum.

Occaſione hujus Bullæ Pontificiæ, & ex his formalibus replicæ: welches dann auch unfehlbahr war / wann ſchon / ungeſtandenen Falls / bemeldte Söhn per ſubſequens matrimonium nur legitimirt wären; traxêre partes in argumentum fuſiſſimæ diſputationis, an legitimati per ſubſequens matrimonium in feudis dignitatum ſuccedere poſſint? Aſſeruêre primò actores nobilitatem ſuæ matris, atque etiamſi fuiſſet plebeja, juris tamen eſſe expeditiſſimi, & in ſupremis Romani Imperij Tribunalibus recepti, quòd ille, qui natus eſt ex Patre Principe, Comite, Barone, vel 96

Nobili, matre verò plebejâ vel ignobili, potiatur eâdem patris dignitate, privilegijs & ſuccedendi jure, etiam in feudis, ac ſi mater parilis dignitatis cum patre fuiſſet, uti per textus, rationes eximias, ICtorúmque probatiſſimorum tradita deducunt ad longum; *Beſold. p. 2. conſ. 88. n. 49. & ſeqq. Math. Stephan. de juriſd. lib. 2. p. 1. c. 7. membr. 2. n. 42.* ita ut hoc procedat hodiè in terris Imperij & Eccleſiæ, etiamſi inſtrumenta dotalia nulla confecta ſint, per ea, quæ docet *Weſenb. p. 7. conſ. 319. n. 106. & ſeq. Vult. vol. 3. conſ. Marpurg. 34. n. 77. Schurff. cent. 1. conſ. 1. n. 15.*

Nec reſpiciendum eſſe ad Bullam Pontificiam, quaſi ex ejus reſcripto, in præſenti caſu filij legitimarentur, ſed potius præſumendum, eos per matrimonium in articulo mortis contractum legitimatos eſſe, ſiquidem quiſquè, maximè in eo, quod tam enixè deſiderat, validiorem viam præ debiliore videtur elegiſſe, *l. 3. ff. de teſtam. mil. l. 1. §. 15. quoquè 3. de O, & A. §. idemquè juris 2. Inſt. Qui & ex quibus cauſis manu: Ant. Faber in l. 27. §. 34. ad l. Aquil.* Commu-



Digitized by Google

nem verò omnium opinionem eſſe, legitimatos per ſubſequens matrimonium in
97 feudis ſuccedere, *Borchold. c. 7. de feud. p. 2. n. 48. Clar. §. feudum, quæſt. 82. n. 4. Schrader. p. 7. c. 5. n. 21. Roſenthal. c. 7. de feud. c. 18. n. 1. & 2. Arumæ. diſp. feud. 6. §. 25.* Finckelthauß *diſp. feud. 6. th. 13. Gail. 2. obſ. 141. n. 2. Myns. 5. 42. n. 2.*
98 eò quod legitimati per ſubſequens matrimonium inter legitimatos optimi ſint, & indiſtincto jure in feudis quoquè ſuccedant meritò, tam eâ præcipuè ratione, quia per matrimonium ſubſequens omnia vitia, quæ fuiſſent circà natales, ſint ſublata, & tempus legitimationis hujus conjungatur cum tempore conceptionis, ut proindè omne tempus intermedium cenſeatur in rerum naturâ nunquam fuiſſe, ideoquè legitimatos ejusmodi nunquàm illegitimos fuiſſe, ſed juſtis ortos natalibus rectè ſtatuatur, juxtà *Text. in c. tanta. 6. & c. lator. ibique Gloſſ. Panormit. & Dd. x. qui filij ſint legitimi.*
99 quia filij tales omnia jura legitimorum adipiſcuntur, ut nihil à legitimis differant, fiantquè ſui heredes patris, nec ſoli duntaxat ſucceſſionis jure fruantur, ſed etiam cum legitimè natis, per *text. expreſſ. in Nov. 74. c. 1. & 2. Nov. 69. c. 11. §. 4. Inſt. de hered. quæ ab inteſt.* ibique communiter Dd.

Non obſtante *§. naturales in lib. 2. feud. tit. 26.* ex quo Doctores quidam con-
100 trarium aſſerere conantur, iſtum enim §. ad hunc legitimandi modum non ſpectare, neque de his, qui per ſubſequens matrimonium legitimati ſunt, accipiendum eſſe, invictè & eleganter docent *ad eundem §. Jacob. de Bellov. Item Afflict. & Baro à Tautenberg. Andr. de Iſern. n. 7. Zaſ. de feud. p. 8. n. 76. verſ. hoc tamen.* Hancquè ſententiam amplectuntur, & in Camerâ Imperiali approbatam eſſe teſtantur, *Minſ. cent. 5. Obſ. 42. Gail. 2. obſ. 141. n. 2. Weſenb. part. 3. conſ. 101. n. 33. Eman. Soarez. recept. ſentent. lit. L. n. 124.*

Adeò ut legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedant etiam in feudis Imperij, in Regnis, in Electoratibus, & alijs dignitatibus Regalibus, nec non in jure primogenituræ & Majoratûs, *Mart. Rumelinus. ad A. B. Diſert. 6. Concl. 12. Phil. Knipſch. de fidei commiſſ. fam. nobil. c. 8. n. 335. & ſeqq.* cum pluribus ibidem allegatis, quibus accedit, quod etiam, quando Nobilis per ſubſequens matrimonium le- 101
gitimat liberos ex ignobili concubina ſuſceptos, hi non minus, quàm ex nobili concubinâ procreati, nobiles fiant *Covarruv. Burſat. Vult. Sixtin. & alij*, qui recenſentur à *Knipſch. d. c. 8. n. 341. Hermes in faſciculo jur. publ. c. 32. n. 56.* quibus Authoribus indubitatum ſit, natum ex Principe, Comite, vel Barone, & matre plebejâ vel ignobili in feudis nihilominus ſuccedere.

Nec obſtare, quod aliqui Authores 102
contrarium ſentire videantur in feudis dignitatum, velut *Trentacinq. lib. 1. reſol. 1. n. 20. in fin. verſ. iſti filij;* quia conſulentes favore partium ità reſpondeant, & quidem in eo ſaltem caſu, quando verba inveſtituræ reſpiciunt initium nativitatis & originis, prout ipſe *Trentacinq. d. loc. n. 20. verſ. ſed ſi ibi*: tradit: *Si feudum eſſet conceſſum pro te & heredibus ex te legitimè deſcendentibus;* Itaque in ſimplici caſu, ubi non tractatur de tali clauſulâ ſpeciali legitimatos etiam per ſubſequens matrimonium in dignitatibus ſuccedere, *Menoch. conſ. 18. n. 13. Cephal. 2. conſ. 239. n. 12. & 13.* qui à *Trentacinq. d. loc.* in hanc ſententiam allegatur. Eandem quoquè defendi à *Knipſchild. d. tr. de fideicomm. famil. illuſtr. c. 8. n. 341.* ubi loquitur de Nobilibus quibuſcunque etiam viliſſimam conjugem ducentibus, & explicat mentem ſuam ſpecificè *6. c. 3. n. 335. & 337.* quòd hæc legitimatio non tantùm procedat in dignitatibus ſimplicibus & inferioribus, ſed etiam ſummis, tàm ſacris quàm civilibus, imò etiam in Regnis, Electoratibus, & alijs dignitatibus. His aſtipulari Mylerum de *Gamolog. c. 24. §. 2.* aſſerentem, quòd legitimatio per ſubſequens matrimonium pleniſſimum effectum habeat, idquè apud omnes Chriſtianas Curias communiore calculo receptum eſſe.

Aliud quidem in primogenituris & Majoratibus ſtatui, teſte *Gail. 2. Obſ. 141. n. 3.* ubi ait: jus primogenituræ in legitimatis per ſubſequens matrimonium non habere locum: undè ſtante conſuetudine ut primogenitus ſuccedat in dignitate, le- 103
gitimatus per ſubſequens matrimonium, non excludet ſecundo genitum, natum ex uxore legitimâ, ſi eâ mortuâ Pater concubinam in uxorem ducat, ex quâ anteà filium naturalem ſuſcepit. Rationem hujus con-

Digitized by Google

concluſionis claram eſſe, quia legitimatio
non præceſſit verum matrimoniũ, ſed ſub-
cuta eſt. Aliud ergò dicendum foret, ſi
legitimatio verum matrimonium præceſ-
ſerit, *Knipſchild. d. c. 8. §. 8. n. 337.*

Quanquam hæc diſputatio ſit extrà ca-
ſum, & terminos hîc propoſitos longè ex-
104 cedat. Atquè etiamſi *Mylerus d. loco*
multas ſuæ propoſitioni addat limitationes,
probè tamen diſtinguendum eſſe, inter
perſonam vilem conditione & vitâ ſimul,
& inter perſonas tenuioris conditionis, ſed
vitæ inculpatæ, ſivè inter perſonas humi-
lioris conditionis, & perſonam vilem pro
turpi & probroſâ acceptam. De iſtâ vix
credibile eſt, Generoſam perſonam eam
in matrimonium recepturam: Quòd ſi
autem perſona humilioris conditionis du-
cta probatur, veluti à nobiliſſimo viro fæ-
mina plebeja, moribus honeſtis prædi-
ta, nihil hoc liberorum legitimatorum per
ſubſequens matrimonium ſucceſſioni offi-
ciet, prout per multas autoritates probat
*Regner. Sixt. 2. conſ. 9. n. 36. & ſeqq. Me-
noch. 1. conſ. 18. n. 13.* quam ſententiam
confirmat *Hermes in faſciculo juris publ. c.
32. n. 56.* etiam in eo caſu, ſi vir nobiliſſi-
mus viliſſimam meretricem uxorem ducat,
nihilominus prolem naturalem effici legi-
gitimam.

Cùm itaquè propoſitio, de ſucceſſio-
ne legitimati per ſubſequens matrimo-
nium apud omnes recepta & communis
ſit, cordato Judici facilè apparere, an ſen-
tentiam communem complecti in judi-
cando debeat. Cùm ad opinionem com-
munem, & in Judicijs approbatam unicè
105 Judici ſit reſpiciendum *l. 1. §. ſanè crebior
de off. Quaſt. can. novimus. 27. de conſtit.*
ità ut illi, qui contrà communem judican-
do reſpondent, magis puniendi quàm imi-
tandi ſint, ſecundum *Mar. Coraſium tr. de
comm. opin. lib. 3. inſpect. 1. & 2. Weſenb.
conſ. 88. n. 25.* Nec hoc in caſu, pro jure
106 publico allegari poſſe ludos equeſtres, die
alte Salbücher und Thurnieren / cùm non
de talibus ludis, ſed de ſucceſſione hîc tra-
ctetur quæſtio, ut vanitates ejuſmodi nil
hîc operentur, ſecundùm *Beſold. in thes.
pr. verb.* Thurnier / *Goldaſt. in rational.
ad lib. 1.* der Reichsſatz / *p. 305. Nolden. in
tr. de ſtatu Nobilium. c. 8. §. 62. verſ. 5.*

Anſam huic diſputationi dederunt ip-
ſimet rei, varia de legitimatis per ſubſe-
quens matrimonium allegando. Sed mul- 107
ta ſunt ijs repoſita, & primò pleroſquè au-
tores loqui tantùm de viris nobilibus, non
de Baronibus & Comitibus aut ſucceſſione
in Baronatum vel Comitatum, prout pa-
tet ex *Carpzov. Juriſpr. Conſiſtor. defin. 11.* 108
*Sixtin. vol. 2. conſ. Marpurg. 9. n. 97. Vult.
vol. 3. conſ. Marpurg. 17. n. 42. Klock. tom. 3.
conſ. 106. n. 44. & 45.* Et quamvis *Math.
Step. de Juriſd.* loquatur de filio Ducis vel
Comitis, quòd etiam is ex matre plebeja
genitus, tàm in feudalia quàm allodialia
ſuccedat, allegatum tamen ab eodem *Gail.
2. obſ. 141.* nullam facere mentionem de
ſucceſſione in feuda. *Schurffium. verò conſ.
1. n. 14. & ſeqq.* hæc tantùm habere;
quòd ex concubinâ & viro nobili nati, &
per ſubſequens matrimonium legitimati,
etſi nulla dotalia inſtrumenta confecta ſint,
etiam in terris Imperij, quo ad ordines &
honores, item quo ad feuda ſuccedant;
Sine ullâ tamen mentione de feudis rega-
lem dignitatem annexam habentibus. Id
quod etiam docet allegatus *Weſenbec. p. 7.* 109
*conſ. 319. n. 106.* cùm tamen inter feuda
communia & feuda dignitatum latiſſima ſit
differentia, vel ipſâ teſte hodiernâ Impe-
rij praxi; Hinc probatiſſimi Juris Inter-
pretes ſinè ullâ hæſitatione tradunt, quòd
in terris Eccleſiæ quo ad Juriſdict. tempo-
ralem non ſubjectis, ſinè dotalibus inſtru-
mentis filij per ſubſequens matrimonium
legitimati non ſuccedant, prout hoc de-
ducit, *Alex. Trentacinq. var. res. lib. 1. de* 110
*legitimitate. n. 3.* per multos ibidem al-
legatos, & quòd ab hâc opinione commu-
ni non ſit recedendum. Juxtà quæ ſi conſi-
deretur conſuetudo & obſervantia totius
Imperij; per ſe patet, actorum opinionem
maximoperè laborare, prout multa poſſent
ex hiſtorijs adferri exempla. Idquè ma- 111
ximè in eo caſu, quando vertitur præjudi-
cium tertij, quia vix videtur ex ſubſecuto
matrimonio effici legitimus, qui ex matre
ignobili, ſive vilis, & abjectæ conditionis
illegitimè natus eſt, quod non obſcurè in-
nuit Juſtinianus in *Auth. quibus modis natu-
rales efficiantur legitimi §. Sed & aliud.*
ubi nequè dignam exiſtimet legitimo quo-
dam nomine, quæ etiam ſemet ipſam in-
juriaverat. Hinc Angelus *in dict. §.* no-
tat: quòd licèt quis ducat in uxorem con-
cubinam, tamen filij ex eâ nati non legiti-
mantur, ſi talis mulier matrimonio non



Digitized by Google

112 erat digna, quia ſcilicet erat vilis & ſordidæ conditionis; quod etiam *Gloſſa* affirmat *in* §. *ſit igitur licentia, in dictâ Auth.* quòd naturales non efficiantur legitimi, niſi in ſubſidium: tradente idem quoque *Bartolo in diſput. 11.* quòd tunc hujusmodi filij naturales fiant legitimi, quando mater eorum fuit talis, cum quâ matrimonium honeſtè ſecundùm bonos mores contrahi potuit, ſecus ſi fuit vilis & abjectæ conditionis, nec enim poſſe dicimus, quod honeſtè non poſſumus; *l. nepos. ff. de V. S.*

311 Quòd verò Mylerum attinet, etiamſi ille in *Gamologiâ perſonarum illuſt. c. 24. n. 1. & 2.* ſcribat, legitimatum per ſubſequens matrimonium ſuccedere etiam in feuda titulata & dignitates, idem tamen *d. loc.* §. *3.* inſignes has addit limitationes; 1. niſi forma tenorquè inveſtituræ repugnet. 2. niſi feudalis curiæ conſuetudo vel illuſtris familiæ pacta reluctentur. 3. niſi ipſa feudi qualitas refragetur. Prout etiam citatus ex adverſo *Hermes in faſciculo juris publ. c. 32. num. 26.* hanc tantùm tractat quæſtionem, an Electores Archiduces, Duces, aliiquè Principes Germaniæ in diſtrictu ſuo poſsint nobilitare, nullo addito verbo, de quæſtione præſenti, an nobilis per ſubſequens matrimoninm legitimet liberos, ex

114 ignobili concubinâ procreatos. Atquè *Vultejus lib. 1. de feud. c. 9. fol. 437. n. 195.* accuratè ſequentia tradit: *Sed*, inquit, *ut quocunquè etiam modo legitimati à feudorum ſucceſſione arceantur, veritati theoricæ mihi magis videtur eſſe conſentaneum, utcunquè aliud communiter ſtatuerint pragmatici in Judicijs approbati, eſt enim hac quæſtio de legitimatorum naturalium ſucceſſione ipſo jure feudali ſatis clarè deciſa, ut vel ad textus juris civilis, aut Pontificij vel ad rationes, quibus ea decidantur, confugere neceſſè non ſit, & vulgatum eſt, quòd ubi textus non diſtinguit, nec nos diſtinguere debeamus, potiſſimùm verò tùm, ſi ipſe etiam textus omnem diſtinctionem repudiare videtur: Quamvis enim matrimonio ſubſequenti omnia vitia præterita purgata eſſe cenſeantur, id tamen in fictione potius quàm veritate ſubſiſtit, & prout certum eſt, à principio filium fuiſſe naturalem, ità opinio ejus apud viros graves ſemper manet prægravata, ut differentia ejus ſit talis reſpectu legitimè nati, prout eſt hominis valetudini quidem reſtituti, relicto tamen aliquo morbi veſtigio, & velut vulneris conſolidati cicatrice, cùm tamen Dominus feudi & pares Curiæ omnem potius maculam à feudali curiâ velint eſſe remotam.*

Eadem ferè tradit *Conrad. Rittershus. in patitionibus Jur. feud. lib. 1. c. 13. fol. 167. & ſeqq.* ubi diſcuſſis contrariæ opinionis Doctoribus eorundemquè rationibus fol. 170. tandem nervosè ſubjungit: *atquè hæc ratio pertinet ad feuda antiqua, cur legitimati in illis non debeant ſuccedere, de novis autem hæc eſt ratio, quia ejusmodi feuda non tam ex patris hæreditate, quàm ex beneficio Domini feudum concedentis æſtimanda ſunt. Dominus autem feudum Vaſallo concedens prolem ejus legitimam potius videtur in animo habuiſſe, quàm de legitimatione cogitâſſe eorum, qui extrà juſtas nuptias procreantur.* His & aliud addatur fundamentum ex *libr. 6. c. 16. Epiſtolar. Petr. de Vineis*, ubi ſic ait, ſub perſonâ Friderici II. Imperatoris, cujus Cancellarius fuit: *de plenitudine poteſtatis noſtra, ex certâ ſcientiâ eos ſpurios eſſe, ſcientes legitimavimus, & omnia jura legitima reſtituimus, ut tanquam legitimi & legitimo thoro nati, in bonis paternis & maternis, quâ feudalia non exiſtunt, ſuccedant; quæ enim talia ſunt* (pergit ibidem Rittersh.) *verius videtur, legitimatos in feudis nunquam ſuccedere, ſivè per ſubſequens matrimonium, ſivè per reſcriptum Principis legitimentur, quò magis etiam probandæ ſunt conſtitutiones Illuſtriſſimorum quorundam Germaniæ Principum, quibus ſucceſſionem feudalem denegârunt legitimatis, qualem ſcio non ità pridem ab Illuſtriſſimo Duce Brunſchwicenſi DNO. Henrico Julio &c. eſſe promulgatam, cùm hâc de re lis mota eſſet, inter agnatos quosdam, qui fratris ſui liberos legitimatos per ſubſequens matrimonium excludere volebant.* Et ſimilem Conſtitutionem Mauritij Elect. Saxon. laudat *Hartm. Piſtor. l. 2. q. 41. in fin.* Quod autem Princeps hanc poteſtatem habeat denegandi ſucceſſionem legitimatis, latè probatur in Reſponſo Facultatis Ingolſtadienſis ibidem poſt *quæſt. 41.* relato. 115

Nec obſtat, quod ex jure Pontificio in contrarium objicitur, tantam eſſe vim matrimonij, ut qui anteà ſunt geniti, poſt con-

contractum matrimonium legitimi cenſeantur, *per c. 6. extr. qui filij ſint legitimi.*
116 Non enim ſequitur, legitimati habentur pro legitimis, ergò etiam in feudis ſuccedunt, nam eâdem ratione poſſumus quoque de adoptivis colligere, quos tamen non ſuccedere certiſſimum eſt, & quæ porrò *Rittershus. d. loc.* deducit, eique
117 conſentiens *Bartol. Agric. in tr. de qualit. & off. Advocati, ſivè in relect. ad L. Advocati 14. C. de Advoc. diverſ. Jud. c. 17. fol. 67. & ſeqq.* ubi ait; *ſed quicquid communi placito receptum ſit, contraria tamen ſententia, quòd legitimati per ſubſequens matrimonium in feudis non ſuccedant, de jure verior videtur, tantum enim communi opinioni tribuendum non eſt, ut ubi evidens vel aperta concludensque eſt Juris ratio, aut textus juris expreſſus, in contrarium tamen, eo ſpreto & neglecto (quod ferè in communibus illis Dd. opinionibus haud*
118 *rarò fieri videmus) communem opinionem, vel potiùs communem errorem (quod pace aliorum dictum velim) amplecti debeamus. Nam communi non eſt inhærendum, quando melioribus rationibus ea evinci poteſt & ſuperari, Maſcard. concl. 1138. n. 3. nec ex numero & multitudine ſcribentium, ſed ex rationibus argumentisque fortioribus com-*
119 *munis autoritas æſtimanda eſt. Undè Joh. Andr. in c. 1. X. de conſtit. haud malè ſcriptum reliquit, novam opinionem unius Doctoris contrà communem in judicando poſſe teneri, ſi melioribus eſt rationibus fundata, Coraſ. in l. Conſulari, n. 21. ff. de Senator. Curt. Jun. conſ. 160. n. 11. p. 2. Nam intelligentia ex cauſis aſſumenda eſt, neque quis vel quot, ſed potius quid dicatur, ponderandum, c. ego diſt. 9. tantùmque credendum Dd. quantùm probant, Bart. in l. non ſolùm §. 8. n. 7. ff. de libert. leg.* quibus præmiſſis, ait *Agric. d. loc. in §. Naturales. 2. feud tit. 26. omnes utique naturales, nullis planè exceptis comprehendi, nec inter legitimatos per ſubſequens matrimonium & per reſcriptum Principis ullam poſſe dari condignam diverſitatis rationem, cùm in omnibus eadem militet ratio.*

His accedit, quòd Pharamundus anno poſt Chriſtum natum 422. teſte Revesbaro in M. S. ſuâ hiſtoriâ Franc. Tripartitâ, ſequentem præſcripſerit legem: Ein Fränckiſcher Edelmann / ſo ein unedle freyet / wird auch vor Unedel gehalten werden / wird er aber eine Dienſt-Magd zur Ehe nehmen / ſoll er aller Adelichen Freyheiten entſetzet ſeyn.
Quam Legem Carolus Magnus Imp. anno 120
802. renovavit & ſtabilivit. Atque prima Torneamentorum Conſtitutio de anno 938. art. 12. ſequentem habet ſanctionem: welcher von Adel wolt einreiten und Tourniren / der nicht von ſeinen Eltern Edel gebohren und herkommen wäre / und daß mit ſeinen vier Anichen nit beweiſen könte / der mag mit Recht diſer Tournir keinen beſuchen / ob aber einer oder mehr ſein werden / der ſolche Freyheit verachten / und nicht davon halten wolten / ſondern gewaltiglich in vertrauen ihres newen Adels einbrechen / und den alten Geſchlechten / die jhren Adel / wie obſtehet / beweiſen mögen / gleich Reitten / der oder dieſelbe ſollen nach Erkandtnuß der Tournier Freyheit / in offenen Tournieren von männiglich geſtrafft / und mit ihnen umb das Pferdt getournirt / er ſelbſt auch auff die Schrancken geſetzet werden. In legibus quoque Torneamenti Herbipolenſis anno 1479. ſequentia leguntur formalia: alle die ſich unehrlich beweiben auſſerhalb des Adels / ꝛc. alle die nicht in der Ehe gebohren ſeyn / die ſoll mann nicht theilen. Eadem ſanctio repetita eſt in Torneamentis Heidelbergenſibus; alle die ſo nicht in der Ehe gebohren ſeynd / ſoll man nicht theilen und zulaſſen.

Porrò *Tiraquell. de Nobilit. c. 17.* ex adverſo malè allegatus, numeros in eod. c. 17. tantùm 4. habet, nec aliam illic quæſtionem tractat, quàm, an nobilitas progrediatur ad transverſales? *cap.* verò *18. n. 11. & 12.* ſequentia ſtatuit: Nobilitatem, quam uxor ex perſonâ viri nobilis conſequitur, non tantùm habere ponderis & virium, quantùm ea, quæ eſt ex genere aut quam aliàs ex ſuâ ipſius perſonâ obtinet, *per ibid. allegata.* Et hoc quidem, inquit, facilè comprobatur, quòd ejuſmodi dignitas faciliùs amittitur, ut conſtat ex *l. fæmina & ibi Gl. ff. de Senator.* Quemadmodùm etiam *Math. Steph. de Juriſd. lib. 2. p. 1. c. 7, membr. 1. n. 38.* tradit de ſpurijs & naturalibus, quòd agnationem à patre non conſequantur, neque nobilitatem participent, & *n. 42.* ſubjungit: Quòd ſecùs ſit in prole legitimâ, & quòd filio nobilis, uti nec Ducis, Comitis, vel cujuslibet alterius, nihil neque quoad nobilitatem & ejus privilegia, neque quoad ſucceſſionem bonorum tam feudalium quàm allo-

Digitized by Google

allodialium præjudicet, quòd matre ple-
bejâ vel ignobili ſit procreatus. Verùm
ibidem de legitimatis filijs nec minimam
facit mentionem. Quin potiùs fatetur
*idem Stephani n. 44. ex lib. 2. feud. t. 29.*
quòd pacto introduci poſſit, ut filij nati ex
conjuge ignobiliore à ſucceſſione feudo-
rum repellantur. Quòd ſi pacto fieri po-
teſt, cur non conſuetudine & obſervantiâ
multarum in Germaniâ familiarum illu-
ſtrium pariter poſſet introduci? & pon-
derandus hîc eſt *Greveus in Gail. 1. obſ. 141.
conſid. 1. n. 4.* ubi ex Gabriel. Rom. &
Fernand. Vasquez. matrimonium viri no-
bilis cum vili fæminâ valere quidem tradit
quoad ſubſtantiam, ſed non quoad defe-
rendas ſucceſſiones alioſque effectus juris
civilis. *Menoch. vol. 1. conſ. 16. n. 21.* ubi
fusè id tractat. Sed hac omiſsâ quæſtio-
ne, tranſeamus ad reliqua actorum argu-
menta.

Quo enim aliàs effectu contra Danie-
lem II. cum conſortibus 10. decretum eſ-
ſet Edictum Anno 1484. daß ſich Daniel
und Rudolph nicht Herrn zu N. nennen / heiſ-
ſen / noch ſchreiben / auch niemand ihnen ſol-
ches Prædicat geben ſolle / ſi per autorita-
tem Judicati & Bullæ Pontificiæ, omnes
iſtæ lites ſtatim in exortu ſuo & primâ nati-
vitate potuiſſent ſopiri, propitio præſertim
ad omnia Epiſcopo loci, qui Danieli &
Rudolpho manutenentiam & protectio-
nem firmiter promiſerat. Ad quid 11.
proceſſus ſeptem annorum ab anno 1484.
uſque ad annum 1491. quo primùm præ-
tenſum Mandatum reſtitutorium, ſine ul-
lâ Bullæ Pontificiæ mentione, prætensè
impetratum eſt, fuiſſet neceſſarius? Cùm
tamen exceptio Judicati, deciſionis ſcili-
cet Pontificiæ, impediat litis ingreſſum,
niſi de originali, aut Bullæ, aut Mandati
nullum apparet veſtigium? Quibus om-
nibus addi debet 12. quòd legitimatio
Pontificia Domino & Agnatis invitis in
feudo antiquo præjudicare non poſſit,
121 *Schrader. de feud. p. 7. c. 5. n. 23.* nec im-
morari ampliùs huic tranſumpto libet,
quod primò per ſe, tanquam nudum
exemplar non probat. ſecundò, quia tan-
quam referens relatæ Bullæ tenorem non
continet. tertiò, quia nullus Bullæ inſinua-
tæ effectus demonſtrari poteſt, quo ipſo
ſubvertitur, & nullum apud Judicem, e-
tiamſi originale produceretur, fidem me-
reri poteſt. Idémque judicium eſt de al-
tero Abbatis N. tranſumpto, eodem anno
1485. quaſi nepos quoque N. Avi ſui teſta-
mentum approbâſſet, de quâ approbatio-
ne ſuprà jam ſufficienter eſt dictum.

His fundamentis adjungunt actores, 122
ſeptimò, literas, quibus reliqui ipſos agna-
tos vocaverint, quòd ipſi tanquam veri
agnati & patroni habuerint literas fundati-
onis & alia documenta Carthuſiæ à majori-
bus fundatæ, quòd Daniel anno 1479.
duxerit in uxorem Comitiſſam, quòd
Agnati ipſorum Eccleſiarum Cathedra-
lium fuerint Canonici, quòd in lapide ſe-
ſepulchrali ipſorum mater vocetur conjux
Danielis I. Nunquam etenim datum
fuiſſe Comitem filiam ſuam in uxorem, ſi
tam gravi natalium maculâ ſponſus fuiſſet
oneratus, cùm æqualitas ſit firmiſſimum
amicitiæ & ſocietatis conjugalis funda-
mentum, ne ex inæqualitate contemptus
amicorum, aliaque incommoda inevita-
biliter ſequantur. Porrò in dubio fidem
habendam venerandis monumentorum
inſcriptionibus per tradita *Kirchmanni de
funerib. Roman. lib. 3. c. 19.* cùm maximè
ſcriptura lapidi inciſa pro publicâ habea-
tur & ejus tolerantia approbationem in-
ducat.

Verùm enim verò prout ipſi actores
fatentur, argumenta hæc ſaltem acceſſo-
ria eſſe, rei magis illuſtrandæ gratiâ adje-
cta; ità modicâ planè operâ reſolvi poſſunt.
Vulgatum enim eſt, ex nominatione filij à
patre, aut agnati à conſanguineo factâ
filiationem tamen & agnationem non pro-
bari, prout etiam ipſimet actores in Tri-
plicis præſertim iteratis vicibus ajunt, no-
minationem filij tunc demum operari, ſi
Sponſalia & nuptiæ concurrant. Quia aliàs
nec ex eo, quòd quis tractatus habituſq; ſit
ut conſanguineus, nec ex nominatione, nec
ex quaſi poſſeſſione agnatio probatur.
*Pruckman. vol. 1. conſ. 21. n. 17. Tiraq. in
tr. de ut. retr. p. 1. §. 1. gl. 16. n. 1. Maſcard.
de probat. concl. 73. n. 6.* quinimò certa eſt 123
interpretum traditio, dubiam agnationis
probationem contrà producentem inter-
pretandam eſſe, ubi *Alex. de Imol. Cardi-
nal. Pariens. Weſenb. Jaſon. in l. non hoc C.
unde legitimi. tradit. Pruckman. d. loc. n.
23.* Atque etiamſi quædam jura & auto-
ritates Dd. hîc adduci poſſint, quòd in an-
tiquis nominatio geminata aliquem pro-
ducat

ducat probationis effectum *Eſcobar. in tr. de purit. & Nobil. proband. p. 1. q. 17. §. 4. n. 17.* omnia tamen illa jura huic caſui præſenti applicari non poſſe, quia cohabitationi dictæ tanquam illegitimæ, ab initio ſtatim eſt contradictum, ut nullam pro ſe
114 præſumptionem potuerit generare. Conjugium cum Comitiſsâ vel ideò nullam probationem operatur, quia plurima ubivis exempla ſunt obvia, quòd filij naturales ex illuſtriſſimis familijs duxerint uxores. Hîc verò in ſpecie illud notandum, quòd Sponſæ Pater, ex confeſſione actorum non reformidaverit diffamationem Sponſi tunc temporis maximè gliſcentem, ſed eâ non attentâ filiam ſuam in matrimonium ei collocaverit. Quòd dotem admodùm tenuem filiæ dederit, quòd ex veris agnatis nullus pactis dotalibus ſubſcripſerit, quantumvis tribus ſaltem milliaribus à loco contracti matrimonij diſtarent. Quòd mater Sponſi in pactis dotalibus, quaſi ex aliâ eſſet familiâ oriunda, inſcripta ſit, ex quibus omnibus ad legitimam agnationem cum familiâ controversâ nulla concluſio formari poteſt.

Quod inſuper actores de receptione majorum ſuorum in Eccleſias Cathedrales deprædicaverunt, id à reis ſimpliciter negatum eſt & contradictum. Fuiſſe quidem Canonicos in Eccleſijs iſtis ex familiâ; ſed eoſdem ex actorum Majoribus deſcendiſſe, hujus rei probationem ab ipſis expectari, quam hactenus non præſtiterunt. Quia enim in confeſſo eſt, plures hujus nominis & prædicati perſonas in ijſdem & alijs locis vixiſſe, hinc identitas unius familiæ non præſumitur. *Eſcobar. d. loc. q. 16. §. 5. n. 2.*

Quin imò non opus erat illo tempore plures demonſtrare agnationes, quàm quatuor, veluti.

Pater N. Mater N.

Patris Mater N. Matris Mater N.

Undè apparet, ad avum uſque itum non fuiſſe, ut nepos potuerit in Cathedrales
115 Eccleſias ſuſcipi ſinè ullâ Avi ſui conſideratione.

Quod ad lapidem ſepulchralem attinet, fatentur diverſitatem ipſimet actores inter eum qui veræ Conjugi Danielis I. & eum, qui N. poſitus eſt tempore belli ruſtici, abſentibus veris agnatis, cùm defunctæ Nepos Monaſterium invaſiſſet, ſicque pro ſtabiliendo prætenſo matrimonio ſuique patris legitimitate, ingenio uſus (quis enim neſcit omnia pro famâ & honore tentari?) lapidem ſepulchralem poſuerit. Nec aliud Elogium Nepos Aviæ ſuæ ponere poterat, niſi quòd honori famæque ſuæ & ſuorum conveniens eſſet. An verò ex proprio actorum facto & Encomio ſepulchrali agnatio eorum legitima probari poſſit, huic aſſertioni omnia jura reſiſtere videntur. Quòd autem lapis iſte non ſit amotus, ratio in duplicis pag. 68. aſſignatur. Et quid operari poſſet poſitio hujus monumenti contrà Edictum Friderici III. Imp. in quo prohibitum majoribus actorum, daß ſie ſich nicht Herrn zu N. heiſſen/ ſchreiben/ oder nennen ſollen? Cujus caſſatorium cùm actores oſtendere non poſſint, manet contrà ipſos res judicata.

Atque etſi fortaſſis actores pro ſe quaſdam habere videantur præſumptiones & conjecturas, præſertim cùm in antiquis leviores & præſumptivæ probationes admit-
tantur. *Anton. Theſaur. quæſt. forens lib. 1. q. 61. n. 8.* eò quòd conſanguinitas, agna- 116
tio, & deſcendentia difficilis ſint probationis, & aliàs in antiquis vix ejus daretur demonſtratio. Tamen idem *Theſaur. n. 9.* Hanc doctrinam limitat eo in caſu, ſi feudum deberet ad dominum redire, quia feudi devolutio eſt odioſa, & in dubio contrà Dominum pro non finitâ lineâ judicandum: Aliud verò eſſe, cùm Cognati inter ſe contendunt, & unus comparet, qui dicit ſe proximiorem, tunc enim agnatio & gradus concludenter probari debet. *Theſaur. d. loc.* Perpetua ſucceſſionum regula eſt, ait *Pruckman. vol. 1. conſ. 21. num. 11. & 31.* Quòd quidam alicui ſuccedere volens antè omnia probare debeat, ſe ex eâdem familiâ deſcendere, ex quâ defunctus fuit; præſertim ſi contradictorem habeat, qui ſe agnatum eſſe aſſerit, & alteri hanc qualitatem negat. Cùm itaque actores agnationem ſuam ex omnibus ſuprà dictis non probaverint, regula juris meritò debet ſuccedere, ut actore non probante reus abſolvatur, etiamſi nihil præſtiterit.

Quòd ſi verò etiam conſideraverimus, 117
qualia Dominus reus ex ſuperabundanti attulerit argumenta, nemini porrò dubium eſſe poteſt, quin condemnari actores, reiſque abſolvi à frivolâ actione omni jure debeant. Et 1. pridem poſſidet Dominus reus ex reſignatione ultimi Vaſalli, cum



Digitized by Google

conſenſu & inveſtiturâ Domini directi in ſe tanquam indubitatum & proximiorem Agnatum factâ, quâ in re duplex juris ra-
118 tio concurrit, non ſolùm quòd Dominus feudi ſuos Vaſallos & proximos in feudo ſucceſſores, ſed etiam ultimus Vaſallus velut conſanguineus, ſuos cognitos habeat conſanguineos *Pruckman. ſæpius allegat. conſ. 21. n. 14.* Undè juxta legitimam poſſeſſionem, quæ onus probandi transfert in adverſarium, & in pari etiam cauſa melior eſt conditio poſſidentis, fortiſſima juris præſumptio, ſi non plena probatio, pro Domino reo conſurgit. Quæ corroboratur 2. Quod actoribus apud Curias feudales inſtantibus nulla fuerit eorum notitia, ſed
119 ad preces Mandatarij decretum in Curiâ feudali 25. Octobris anno 1644. wann aber dabey die geringſte Anleitung / welcher geſtalt den benannten Herrn N. N. in dem angegebenen Stambaum / nicht weniger ſonſten auß den actis zubefinden / daß von derſelben wegen / jemahls die geringſte Anmeldung zubedeutten Lehen geſchehen / als wolle man forderiſt die Beſchleinung ihres Anbringens erwarten / ſimiléque Decretum etiam in alterâ Curiâ expeditum.

Et atteſtatur 3. Feudorum Secretarius N. in literis de dato 27. Auguſt. anno 61. daß die actores und ihre Vorfahren niemahls mit diſem Lehen belehnet worden / quam atteſtationē 4. Res ipſa & evidentia facti confirmat, dum actores docere non poſſunt, quod poſt ſub- & obreptitiam inveſtituram, quam Rudolphus tempore belli diffidationíſque anno 1463. obtinuerat, ullus eorum ſit ampliùs inveſtitus, cùm tamen Daniel III. filios & nepotes reliquerit. Et cùm 5 pluralitas familiarum hujus nominis in eodem & alijs locis per documentum exceptionibus ſub n. 4. appoſitum probetur aliáſque in confeſſo & notoria ſit, quo argumento identitatem ſuæ deſcendentiæ ex hac præciſè familiâ actores volunt evincere? præſertim quia 6. Mandatum reſtitutorium ab actoribus anno 1491. prætensè obtentum, tam ex eo quòd originale nullum oſtendi poſſit, quàm quòd falſitates & contrarietates irreconciliabiles contineat, omninò corruit, & indè actores Edicto Friderici Imp. III. daß ſie ſich Herrn von N. weder ſchreiben / heiſſen noch nennen ſollen / planè ſuccumbunt, & rei judicatæ autoritate, contrà quam nullum remedium juris, aut probatio in contrarium producta eſt, omnes eorum machinationes ſupprimuntur.

Idque eò magis 7. quòd actores poſt prætenſum Mandatum reſtitutorium nunquam tamen recuperaverint arcem Martinsberg / nec de inſinuatione Mandati aut parti adverſæ, aut Curijs feudalibus facta, ullo verbo docere poſſint. Sed potius 8. ipſis obſiſtit, quòd in Genealogijs ſuis multoties variaverint, cùm tamen certi ſit juris, allegantem contraria non eſſe audiendum, & variantem non mereri, ut fides ipſi ulla adhibeatur. Præſertim 6. cùm in Epitaphio Beetgumano, tanquam præcipuo ſuæ intentionis fundamento, eas ponant familiæ ſuæ agnationes, quæ cum legitimâ gentis controverſæ deſcendentiâ planè non conveniunt. 10. Quòd eadem non gerant inſignia, quibus accedit 11. Unio Pauli, Honorij, & Danielis junioris de anno 1455. daß ſie den Handel mit Herren N. dem ältern der Dirn halber / genannt die Berwingerin / angefangen / biß zum End vollführen wollen / quam unionem ipſimet actores in deductione typis vulgatâ allegant. Quam quoque 12. anno 1484. ſubſecutum eſt Edictum Friderici III. Imp. daß ſich Rudolph und Daniel Herrn von N. nicht nennen / heiſſen / noch ſchreiben ſollen; Unde apparet ab anno 1455. & antè uſque ad hæc tempora dictos fratres pro legitimis filijs nunquam habitos, ſed pro naturalibus tractatos ſemper fuiſſe: id quod apertè apparet ex verbis Mand. Frid. Imp. de anno 1484. ſuprà jam relatis.

Quòd ſi non in facto ipſo ita contigiſſet, cui dubium eſſe poteſt 13. aliter hanc contumeliam contra filium & duos fratres Danielem I. vindicaturum fuiſſe, de quo tamen nullibi nec veſtigium ſe prodit. Hinc etiam 14. cum anno 1507. cauſa caducitatis ratione Hürblach agitaretur, & omnes intereſſe habentes edictaliter quartò & quintò citarentur, ex actorum tamen Majoribus (qui omnes adhuc in illis locis degebant) ad cauſam defendendam nemo comparuit, ſed ſolus Honorius, tanquam verus agnatus eam in ſe ſuſcepit, & à ſententiâ latâ ad Cameram Spirenſem appelavit.

Si hæc circumſtantiæ, hic rerum geſtarum ordo, de tempore in tempus benè conſiderentur, quid probationis reſtabit actoribus,

Digitized by Google

bus, quod non ab his argumentis penitùs abſorbeatur? Probatio enim dubia & incerta, ſi quam actores afferrent, non relevat, ſed potiùs pro nullâ habetur, præſertim in deferendis honoribus & ſucceſſionibus, ubi tantò pleniores exiguntur probationes, quantò de graviori causâ agitur, ut probationis dubiæ, & de neceſſitate non concludentis nullus debeat eſſe effectus, quippe quæ à *Pacian. lib. 1. c. 3. n. 19.* nocti comparatur, ubi ſpiſſitudo tenebrarum viſum prohibet, *Eſcobar. de pur. & nobil. proband.* p. 2. *q. 4. art. 2. n. 99.* Nihil enim attulere actores, ex quo legitima probat o concludi poſſit. Econtrà rei habent pro ſe mandatum ſeu Edictum Friderici III. de an. 1484. quod ſublatum eſſe iterùm aut caſſatum actores hactenus, poſt tot annorum decurſum, demonſtrare non potuerunt. Habent continuam inveſtiturarum ſeriem cum excluſione Rudolphi & Danielis III. eorúmque deſcendentium. Habent poſſeſſionem feudorum avitorum tanquam proximi agnati, judicio Dominorum feudalium, & Vaſalli ultimò defuncti. Atque cùm actores intentionem ſuam, quòd nimirùm agnati ſint, & à legitimis agnatis deſcendant, hactenus non probaverint, nec eorum Majores ante ducentos ferè annos, cùm adhuc factum recens eſſet, id demonſtrare, & per nuptias patrem ex hac familiâ controversâ demonſtrare potuerint, æquus juſtitiæ arbiter facili conſideratione penetrabit, an pro actoribus, an verò pro reo dicenda ſit ſententia.

Si imponat æquiſſimæ lanci juſtitiæ rectiſſimam juris regulam; *actore non probante reus eſt abſolvendus*, pro quo ſcilicet pronuntiare ipſa juſtitia juſſit Menſe Martio anni 1672. ipſúmque à multorum annorum tædioſiſſimâ lite tandem abſolvere.

***

---

# *Liber II. Titulus XXVII.*

## De

## *TRANSACTIONE SUPER FEUDO ET QUATENUS ILLA SUCCESSORES OBLIGET.*

### SUMMARIA.

1. *Proponitur facti ſpecies.*
2. *In feudo antiquo ſucceſſori non obſtare nec delictum nec tranſactionem patris.*
3. *Refertur ſententia condemnatoria.*
4. *Condemnatus de novo inveſtitur de feudo.*
5. *Novum vaſalli delictum.*
6. *Nova condemnatio in pœnam pecuniariam.*
7. *Subſecutam tranſactionem impugnat tranſigentis filius.*
8. *Quando feudum dicatur antiquum.*
9. *Feudum antiquum non poſſe mutari in novum in præjudicium agnatorum.*
10. *Qualitatem feudi antiqui colligi ex clauſulis inveſtituræ.*
11. *Eliduntur actoris argumenta.*
12. *Quinam legitimati in feudo ſuccedere poſſint.*
13. *Inveſtitura nova, facta jure antiqui feudi, quid importet? & in quibus circumſtantiis?*
14. *Feudum in hoc caſu fuiſſe novum, in quo ſucceſſores tenentur ad omnia debita & pœnas primi acquirentis.*
15. *Ut propter æs alienum tranſigere vaſalli ſuper feudo, & illud alienare poſſint.*
16. *Filios alienantis feudum revocare non poſſe.*
17. *Quæ ſententia pluribus confirmatur.*

CAuſa de Principatu in Italia poſt plurimos annos, nimirùm ab 1649. & 50. poſt tranſactionem inter Sereniſſimum N. Ducem & Nicolaum initam, quievit uſque ad annum 1693. quo tranſigentis filius novas ſuſcitavit querelas, ſub prætextu, quaſi Avus ipſius ab Auſtriâ, ex 1
denuntiatione fabricatæ monetæ adulterinæ anno 1633. injuſtè, & non ſufficienter inſtructâ & cognitâ causâ, multatus & condemnatus eſſet in pœnam tercentum millium florenorum, cum remotione ab adminiſtratione totius principatûs, ita tamen, ut liberum ſit filio ejus multam hanc pro quocunque tempore reluere. Eandem multam poſteà remiſſam & moderatam eſſe ad bis centum triginta millia florenorum, Regique Hiſpaniarum ab Impera-



Digitized by Google

peratore ceſſam, ſub intereſſe quinque per centum unà cum poſſeſſione Principatûs jure pignoris & hipothecæ, tamdiu fruendi, uſque dùm dicta ſumma plenariè eſſet perſoluta, ita tamen ut condemnato, ejúsque uxori & filio alimenta ex ſuperfluis reditibus ultrà 5. per centum ſubminiſtrentur. Sed haud multò poſt anno 1635. Regem Hiſpaniæ, cum conſenſu Imperatoris, & ſub ijſdem pactis & conditionibus Duci N. Principatum ceſſiſſe, à quo tamen Nicolao ejúsque conjugi & filio nihil penitùs alimentorum nomine ſit ſolutum, ita ut in ſumma egeſtate diem ſupremum clauſerit. Adeò, ut adhuc vivens conqueſtus fuerit, ſibi omnibus bonis exuto vix ſtrophiolum ſupereſſe, quo detergat lacrymas, quas uxor & liberi ad famam & frigus pellendum excutiunt. Filium poſteà pari paupertate, fama & miſerijs oppreſſum, ſummâ cogente neceſſitate, eò adactum eſſe, ut annò 1649. cum Duce ſuper feudo tranſactionem inire coactus fuerit, eidémque totum principatum cedere, accedente Cæſareo conſenſu. Illum verò naturæ debitum perſolviſſe anno 1672. relicto poſt ſe filio moderno actore, qui poſt ſilentium viginti trium annorum tandem anno 1693. apud Imperatorem conqueri cœpit, quòd Principatus poſt mortem patris ad ſe ſit devolutus, atque omni jure
2 pertineat, tanquam feudum avitum, gentilitium & primogeniale, in quo neque imputatum avo ſuo Nicolao delictum falſæ monetæ, & propterea dictatæ multæ, nec tranſactio patris cum Duce N. ſuæ poſſit obſtare legitimæ ſucceſſioni. Se natum eſſe 13. Octobris anno 1653. ſicque actioni revocatoriæ feudi à morte parentis nondum eſſe præſcriptum, prout etiam parentis ſui heres non extiterit. In jure autem feudali clarè proviſum & determinatum eſſe, quòd Dominium utile in feudis præſertim ex pacto & providentia avitis & Gentilitijs, ſtatim omnibus deſcendentibus, tam natis quàm naſcituris jus ſit quæſitum, quod ipſis auferri à nemine poſſit, nec per publicationem aut confiſcationem bonorum poſſit amitti, præſertim ſi feudum conceſſum ſit familiæ vel Generi in perpetuum & infinitum, uti in hoc feudo factum, in quo proinde delictum patris nunquam poſſit nocere filio; atque hæc jura tantò magis locum habere in præſenti caſu, quia ſententia contrà Nicolaum lata ſit in contumaciam, ſinè prævia trina citatione, & abſque probationibus legitimis, undè repetitis precibus inſtitit; quia tranſactio patris in præjudicium filij, non beneficio patris, ſed ex providentiâ majorum ſuccedentis, nullo jure poſſit ſubſiſtere, ſed penitùs nulla & invalida ſit, velut ſimul extremâ neceſſitate, nec non vi quoque & minis extorta, ut proindè diuturnior poſſeſſio Duci indulgeri nequeat, vellet Sua Cæſ. Majeſtas ipſum in principatum immittere, poſteàque Commiſſionem ad liquidandum ſuper hactenùs perceptis fructibus clementiſſimè decernere. Cùm per lapſum annorum lateret rei ab initio hujus ſeculi cum Camillo Nicolai patre geſtæ veritas, præſertim ſententiæ anno 1612. publicatæ abeſſet notitia, moverunt actoris preces animum Judicis, ut communicationem Duci faciendam ſub term. 4. menſium decerneret; Sed cùm cauſæ circumſtantiæ per exceptiones, replicas atque duplicas dilucidarentur, alia rerum facies apparuit. Demonſtratum eſt nimiràm ex antiquioribus actis, jam anno 1612. latam eſſe contrà Camillum ſententiam tenoris ſequentis: *per obitum Comitis Camilli Lineam ipſius Comitis eſſe finitam & extinctam, & proinde portionem illam feudi Corregienſis & pertinentiarum, quam vel quas dictus Comes Camillus, & ante, vel cum ipſo fratres ipſius Guibertus & Fabritius Comites Corregienſes habuerunt atque poſſederunt, per ſæpe dictam Comitis Camilli mortem ipſo jure caducam ſive caducas factas, & Majeſtati Suæ Cæſareæ tanquam vero & indubitato feudi domino apertam ſive apertas eſſe. Quâ de cauſa Majeſtas Sua Cæſarea in executionem hujus Sententiæ ſuæ declaratoriæ ſupradictum Nicolaum tanquam incapacem, ſæpe dicto feudo Corregienſi, omnibúsque ejus pertinentijs, Regalibus, Juribus & emolumentis privat atque exuit, inque ejusdem feudi, ſic jure ipſo devoluti, poſſeſſionem, fiſcum ſuum Cæſareum immiſit & immittit.* 3

Cujus ſententiæ executio demandata eſt poſteà Principi Caſtilionenſi, ſed impedita ab Hiſpanis, qui præſidium militare tunc habebant in Civitate Corregij, atque Nicolao favebant, intercedente pro eodem apud Cæſ. Majeſtatem ipſo Rege Hi-

Hiſpaniarum eo fine, ut ſi ſua Cæſ. Majeſt. feudum hoc ſibi devolutum alteri concedere vel vendere vellet, Nicolao præ reliquis gratiam facere, illique pro certâ pecuniæ ſummâ largiri velit. Motus his precibus Imperator, atque cùm Nicolaus ſimul mandatarium ad tractandum miſiſſet, conſenſit novam conferre Nicolao ex gratiâ Cæſareâ inveſtituram, ſi Cameræ Imperiali Aulicæ viginti millia florenorum in paratâ pecuniâ exſolveret. Hac conditione impleta Nicolaus de novo
4 inveſtitus eſt. Itaque feudum hoc, quod aliàs longâ ſerie tanquàm antiquum perſtiterat apud Comites Corregij, in perſonâ Nicolai factum eſt novum, anno 1615 ſed ſimul cum creatione Comitatus in in principatum, & cum privilegio primogenituræ. Sed ab his omnibus gratiis iterùm dejecit Nicolaum propria culpa.
5 Cùm enim falſificaret monetam ſub imagine Imperatoris, & Principum Imperij, eámque in maximâ quantitate & numero hinc indè diſpergeret, cum ingenti damno, mox Fiſcalis Cæſareus binas contrà ipſum citationes impetravit atque 2. Maij 1631, ſententiam in contumaciam contrà ipſum obtinuit, Nicolaum in pœnas citationibus inſertas incidiſſe, completóque porrò deſuper proceſſu anno 1633. lata eſt ſententia, Nicolaum multandum eſſe pœnâ tercentum millium florenorum, quæ poſteà ad 230. millia florenorum moderata, & demùm tranſactio cum sereniſſimo Duce ſubſecuta eſt, quæ noviſſimè ab a-
7 ctore impugnatur. Et licèt facilè advertere potuerit, ex ſententiâ de anno 1612. vacillare præcipuum ipſius fundamentum, quaſi feudum in perſonâ Nicolai adhuc fuiſſet antiquum & gentilitium, attamen replicavit, quòd Nicolaus primus acquirens hujus feudi non fuerit, ſed à longâ ſerie ejus anteceſſores jam à ſæculis illud poſſederint, & ad illud omnes deſcendentes & poſteri vocati ſint, ſicque feudum à majoribus ad Nicolaum ſit derivatum;
8 Jam verò incontroverſi Juris ſit, illud feudum eſſe antiquum, quod ab anteceſſoribus per ſucceſſionem alicui eſt quæſitum. *Roſenthal de feud. concluſ. 10. n. 1.* Quod procedit, etiamſi in perſonâ filij primi acquirentis unico momento feudum duràſſet, quia adhuc dicitur feudum paternum & antiquum, ut ſi Titius acquiſiverit feudum, quod nunc tenet & poſſidet ejus filius, aut nepos ex filio, hoc feudum dicitur antiquum, quia ex primi acquirentis perſona ad deſcendentes eſt devolutum. *Roſenth. d. cap. 1. & concluſ. 9. n. 1.* Inveſtituras autem monſtrare, quod feudum à Camillo ad ejus filium Nicolaum ſit devolutum, ut ne ſomniari quidem poſſit, hoc feudum in perſonâ Nicolai novum fuiſſe, atque feudum antiquum jure novi feudi non poſſe dari in præjudicium ſucceſſo- 9
rum, quin imò Inveſtituras clarè monſtrare, quòd Manfredus & Camillus anteceſſores & majores Nicolai, non ſibi ſolis, ſed pro filijs cœteríſque deſcendentibus in infinitum, feudum hoc quæſiverint, quale feudum nullà conventione nullóve pacto in novum poſſit converti, aſſerente id famoſo Germaniæ practico *Gailio lib. 2. obſ. 49.* eò quòd deſcendentibus jus à majoribus quæſitum non poſſit auferri, quia primus acquirens deferat feudum ad poſteros, ſicut fons aquam ad rivulos, nec unquam poſſit præjudicari ſucceſſoribus, nec in re, nec in ſpe, cùm illa ſpes ſit ipſis debita jure contractus, ideo conſenſus & confirmatio Principis non noceat agnatis. *Gail. 2. obſ. 94. n. 7.*

Inſuper ex clauſulis Inveſtituræ colli- 10
gi antiquitatem feudi, ſi quis videlicet inveſtiatur eo modo, quo majores & anteceſſores ipſius feudum poſſidebant, tali enim modo feudum etiam novum jure antiqui feudi conceſſum eſſe intelligi. *Roſenth. de feud. cap. 2. concluſ. 19. n. 2.* prout hoc caſu Nicolaus inveſtitus fuerit ſimili modo, prout pater ipſius Camillus, cùm etiam in dubio feudum ſemper præſumatur antiquum. *Roſenth. cap. 2. concluſ. 26. n. 2.* & Vaſallus aſſerens feudum eſſe antiquum in ejus poſſeſſionem ſit immittendus *Roſenth. c. 2. concluſ. 29. n. 1. & concluſ. 28. n. 8.*

Hinc Imperatorem Ferdin. feudum Nicolao non de novo conceſſiſſe, ſed tantùm prædeceſſorum ſuorum inveſtituras renovâſſe & confirmâſſe, id quod etiam eruatur ex verbis inveſtituræ: *non obſtantibus in præmiſſis omnibus quibuscunque legibus, decretis, ſtatutis, conſtitutionibus & alijs quibuſcunque in contrarium facientibus*, quibus omnibus & ſingulis, ad effectum præmiſſorum tantum derogamus & derogatum eſſe volumus, *&c.*

Et quamvis objici velit, Nicolaum extrà matrimonium eſſe natum, in jure tamen feudali clarè definitum eſſe, quòd legitimati per ſubſequens matrimoniū etiam in feudis ſuccedant, ex quacunque Muliere ſint nati, ſi modò tempore conceptionis cum illâ potuerit eſſe matrimoniū, *Gail. 2. obſ. 141. n. 1. & 2. Decius conſ. 155. in fin. Vult. 1. feud. fol. 430. n. 136.* jam verò Nicolai legitimationem apparere ex inſtrumento inveſtituræ, quia inveſtitus fuerit tanquàm filius Camilli patris, & ex alijs documentis in proceſſu productis. Lineam itaque vaſallorum feudi Corregij in Camillo nō defeciſſe, atque Nicolaum tempore ſententiæ anno 1612. pronuntiatæ adhuc fuiſſe minorennem, non citatum, ſententiam ipſi non fuiſſe legitimè inſinuatam, ac proindè ipſo jure nullam.

Nicolaum poſteà ſolviſſe centum viginti millia florenorum Cameræ Imperiali, non ut feudum de novo acquireret, ſed ſe à vexâ litis liberaret, atque inſuper pro erectione Comitatûs in principatum, & ut jure antiqui feudi iterum inveſtiretur, quæ omnia Sua Majeſt. Cæſarea anno 1615. ipſi conceſſerit, omnes defectus ſupplendo. Tùm porrò Nicolaum per ſententiam 7. Maij anno 1631. in contumaciam latam non fuiſſe feudo privatum, cùm vaſallus ex contumacia feudo privari non poſſit.

Nec obſtare Nicolao vel modò ejus filio ſententiam *de 11. 8bris. anno 33. & 15. feb. 34.* in quibus privatus eſt jure monetandi, multatus pœna 300000. fl. & ab adminiſtratione totius Principatûs remotus, quia nihilominus filio renovatio Inveſtituræ ſit concedenda, eò quòd ob delictum Vaſalli etiam in Dominum Commiſſum, Agnati, deſcendentes, & poſteri, feudo ſivè antiquo ſivè novo privari non poſſint, ipſisvè aliquod præjudicium inferri, quia in feudo per ſe & poſteris conceſſo, ſingulis perſonis tam natis quàm naſcituris uſusfructus videtur conſtitutus, & tot ſunt donationes, quot perſonæ. *Roſenth. cap. 11. concluſ. 7. n. 1. 2. 5. 6.* quod etiam clementiæ & benignitati congruum, ne filius portet iniquitatem patris.

Tandem allegat *Molin. de primogen. ſeu majoratu Tract. 2. diſput. 657.* qui dicit, delinquentem ſolùm privari fructibus quoad vivit. Sicque etiam non obſtare filio Patris tranſactionem cum Duce, cùm durum & lugubre ſit, bona feudalia, generi ſeu familiæ conceſſa, in manibus extraneorum videre, præſertim cum Dominus Dux à tot annis jam ultra millionem ex ijs perceperit, petendo adminiſtrationem Juſtitiæ & conceſſionem Inveſtituræ.

Verùm omnibus pro actore ſuprà deductis non obſtantibus, demonſtrat clara ſententiæ litera de anno 1612. Camillum & Syrum, non ſinè prævia Citatione, vel auditis eorum probationibus & argumentis, ſed imò omnibus abundanter diſcuſſis & examinatis, juſtiſſimè condemnatos eſſe, ſic enim habent verba ſententiæ: *Viſis & probè ponderatis omnibus, &c.* 11

Ex quâ ſententia apparet, lineam vaſallorum in Camillo fuiſſe finitam, & Nicolaum incapacem eſſe declaratum, adeoque feudum Fiſco Cæſareo devolutum. Neque hîc obſtat aſſertio actoris, avum ſuum per ſubſequens matrimonium fuiſſe legitimatum, & conſequenter feudi capacem, *Roſenth. c. 7. concl. 18.* quoniam ſententia demonſtrat, quòd legitimationem per ſubſequens matrimonium non probaverit, quæ ſententia ſinè ullo contrà eam intentato juris beneficio tranſivit in rem judicatam. Res autem judicata pro veritate habetur, *l. 26. §. 11. ff. de condict. indeb. l. 36. ff. famil. erciſcund.* quia præſumitur ritè & rectè lata, faciens de albo nigrum & de nigro album, atque jus irretractabile inter partes, velut multis texibus & autoritatibus deducit *Tabor. in Locis communn. Verb. Sententia & res judicata.* Ut dubium nullum ſit, Judicem ſalvâ juſtitiâ, tutâque conſcientiâ fundare ſe poſſe ſuper re judicatâ. Eò magis, quia licèt legitimati per ſubſequens matrimonium in feudis ſuccedant, tamen *Roſenth. dict. c. 7.* id limitat, niſi inveſtitura expreſsè de liberis legitimè natis loquatur, vel niſi liberi ex damnato coitu ſint nati, quibus legitimatio per ſubſequens matrimonium non prodeſt. *Roſenth. d. loc.* Jam verò acta demonſtrant, quòd Nicolaus vel ex adulterio, vel ſaltem ex eâ muliere natus ſit, quam pater anteà per adulterium polluerat, qualem in matrimonium ducere non licet, niſi factâ prius pœnitentiâ. *P. Pyrring. ad jus Canon. tit. non licet ducere in matrim.* Verùm haud opus eſt iſti argumento fuſius inhærere, quia agnovit Nicolaus ſententiam, feudum de novo pretio viginti millium flore-

12 (margin, beside "legitimatum, & conſequenter feudi capa-")

florenorum comparavit, quod opus non fuiſſet, ſi feudum tanquam antiquum, jure ſucceſſionis & ſanguinis potuiſſet conſequi. Nec inferri aliquid ex eo poteſt, quòd Imperator feudum hoc Fiſco ſuo non vindicârit, ſed Nicolaum denuò de eo inveſtiverit: quia ſi feudum apertum Dominus pro uſibus ſuis retinere nolit, ſed alijs iterùm malit concedere, benè facit, ſi ultimi poſſeſſoris agnatos vel cognatos extraneis præferat, licèt nullâ obligatione ad id teneatur, *Hartm. Piſtor. obſ. 226. n. 12. & 17.* Undè tamen nullum argumentum pro qualitate feudi antiqui deduci poteſt.

Nec relevat actorem aſſertio, quòd Nicolaus jure feudi antiqui denuò de principatu inveſtitus ſit, eò quòd feudum antiquum, ſi vaſallus iterùm de eo inveſtiatur, antiquum maneat; quia fallit hæc
13 doctrina, ſi feudum Domino ſit apertum, & jàm lata ſit ſententia, tunc enim feudum ipſo jure amiſſum fit novum, niſi expreſſè iterùm jure feudi antiqui concedatur, *Zaſ. de feud. part. 3. n. 2. DD. communiter in §. inſuper. de prohib. feudi alienation. Clar. q. 8. §. fin. Borchol. c. 8. n. 155. Theſ. Baſil. Volum. 5. diſp. 44.* idque declarant varia in actis exiſtentia decreta, quòd feudum Nicolai noviter ex gratiâ ſit collatum: & ex doctrinâ *Klockij tom. 2. conſil. 6. n. 66. & conſil. 10. n. 18.* feudum ſinè dubio fit novum, ſi ad illud admittatur is, qui de jure ſuccedere non poterat, vel ſi feudum emptione acquirat, vel ſi Dominus ad ſe avocaverit poſſeſſionem feudi finiti, & rurſùm conceſſerit, *Kloch. d. loc.* quæ omnes circumſtantiæ hîc concurrunt. Et quamvis actor pro ſe allegat verba inveſtituræ Syro datæ: *renovamus* & *confirmamus &c.* tamen *Klock. d. loc.* ait: ita moris eſſe, ut emptoribus renoventur inveſtituræ ad normam antiquarum inveſtiturarum, ex quo tamen feudi antiqui qualitas concludi non poteſt, quia aliàs expeditio talis maximum Domino feudi præjudicium inferre poſſet. Denique totum hoc dubium ſolvitur ex doctrinâ *Gailij lib. 2. obſ. 50. & Minſing. lib. 4. obſ. 84.* Ubi ajunt, nunquam præſumi feudum novum conceſſum jure feudi antiqui, niſi id conceptis verbis exprimatur, quòd Dominus inveſtiat jure feudi antiqui.

Qualis expreſſio in inveſtiturâ Nicolai non ſolùm non reperitur, ſed omnia ſuperiùs recenſita argumenta militant in contrarium. Imò qualis mens & intentio Imperatoris fuerit, principatum tanquàm feudum novum, minimè verò jure feudi antiqui conferendi, vel ex eo clariſſimè apparet, quòd poſteà Nicolao propter crimen falſæ monetæ pœna tercentum millium florenorum eſt dictata, & pro eâ feudum hypothecatum, tali modo, ut etiam ſucceſſores ejus pænâ iſtâ afficere debeat, undè filio Nicolai Mauritio nihil præter jus reluendi eſt reſervatum, quod fieri non potuiſſet in caſu feudi antiqui, ſed Mauritius, non obſtante delicto Nicolai, gratìs debuiſſet admitti.

Quòd ſi porrò actor, objicere velit, ſententiam de anno 1612 nunquam fuiſſe publicatam vel ritè intimatam, impedientibus intimationem Hiſpanis, atque ita vires rei judicatæ non eſſe conſecutam. Id ex eo diluitur, quòd publicata ſit ſententia, de ſtilo Conſilij Imperialis Aulici, per protocollum, quòd condemnatus habuerit Procuratorem apud acta, quòd ſententia pervenerit ad ipſius notitiam, quòd Commiſſio ad eam exequendam decreta, quòd intimationi & executioni præfracto animo ſe oppoſuerit, & ex eo nullum commodum reportare debeat, quòd Procuratorem ad tractandum ſuper emptione feudi inſtruxerit, tractaverit, & ſummam præſcriptam realiter exſolverit, ex quibus omnibus de ſententiæ publicatione dubitari nequit. Et *Barboſ. in repertor. concluſ. pract. verb. Sententia*, ait: non eſſe neceſſarium, ut ſententia publicetur, ſed ſufficere, quòd in actis appareat ſcripta & pronuntiata, & per quamvis viam veniſſe ad notitiam partis, citans *Gammam. deciſ. 57. n. 1. Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 66.*

Suppoſito ex omnibus fundamentis 14
antecedentibus argumento feudi novi in perſonâ Nicolai, ſequitur pœnam eidem dictatam eſſe onus feudo inhærens, & proindè ad debita vel pœnas à primo acquirente contractas omnes ſucceſſores teneri, *Carpzov. de onerib. Vaſall. poſit. 8. per tot.* ita ut ſuper feudo tranſigi & illud in ſolutum dari poſſit, *per l. antè reſtitutionem. 104. ff. de ſolut. & ibid. Imola.* quia 15
talis ſolutio eſt neceſſaria, quæ ſucceſſori

in

in feudo incumbit, quia à primo acquirente debitum provenit, atque ideò licita eſt, *Peregrin. de fideicomm. art. 52. n. 88. Petra de fideicomm. q. 8. n. 67. Fuſar. de ſubſtit. q. 562. n. 2. Knipſchild. de fideicom. famil. nobil. c. 11. n. 96.* ubi ait: bona fideicommiſſo ſubjecta vel feudalia poſſe alienari ad exſolutionem æris alieni, per textum *in l. filiusfamilias. 114. §. Divi, 14. ff. de legat. 1. l. 38. in princ. ff. de leg. 3. l. cum fidei. 9. ff. de fideicomm. libertat. l. 36. ff. ad SC. Trebell. Knipſch. d. loc.* cum plurimis autoritatibus allegatis. *Gail. 2. obſ. 137. per tot.* Creditoribus enim, & ſic etiam Fiſco, qui hactenus creditoris loco eſt, jus ſuum interverti non poteſt, quin bona vendantur & alienentur, ut creditoribus ſatisfiat, per *d. l. 114. §. 14 ff. de leg. 1.* ut hinc prohibita alienatione, neceſſaria tamen nunquam prohibita cenſeatur, *Knipſchild. d. loc. n. 453.* quia in omni diſpoſitione exceptus præſumitur caſus, qui fit ex causâ neceſſariâ, & actus ex neceſſitate factus non comprehenditur ſub lege actum fieri prohibente, quia neceſſitas non habet legem, redditque licitum de illicitò, latè *Knipſchild. d. loc. n. 454. & ſeqq.* Ex quibus rationibus valida & juſta eſt tranſactio Mauritij cum Sereniſſimo Duce, ſivè in perſonâ Mauritij tranſigentis feudum conſideretur ut paternum vel avitum, ſivè ut novum, ſi modò debitum eidem inhærens à primo acquirente ſit contractum.

Quòd ſi porrò conſideremus jura de tranſactione Vaſallorum ſuper feudis diſponentia, habemus textum apertum in *lib. 2. feud. tit. 26. §. ſi Vaſallus de beneficio*, ibi: nam & tranſigere rectè poterit, & *lib. 2. feud. tit. 43.* ibi: vel cum adverſario tranſegerit, modò bona fide res geſta ſit, nihil obſtante, an feudum Vaſallus retineat, vel in alium transferat, *Finckelthaus. Controverſ. feudal. illuſtr. diſp. 9. th. 13.* ne in odium Vaſalli detorqueatur, quod in ipſius favorem eſt introductum, *Henr. Hahn. de feud. diſp. 9. concluſ. 13.* ita ut tranſactio etiam agnatis noceat, ſi tranſactionis cauſâ à primo acquirente provenit, & ſic agnatis quoque obſtat, qui pariter ad ſolvendum tenentur, *Struv. de feud. c. 12. concl. 8.* ſcilicet ſi de onere feudo inherente agatur, *Idem c. 14. concl. 5.* Maximè verò ſuſtinentur tranſactiones ſuper feudis, ſi Dominus conſentiat, ſi tertius aliquis jam feudum poſſideat, ſi tranſactio à ſupremo Domino ſit confirmata, *Roſenth. c. 9. concl. 21. Valeron. de tranſact. tit. 4. q. 2. n. 17. & 60.* quæ omnes conditiones hoc in caſu verificantur.

Sed ſi finaliter conſideremus, hîc non de jure & ſucceſſione agnatorum, ſed filiorum tractari, tota deciſio cauſæ faciliorem inveniet exitum. Cùm enim actor intentet actionem revocatoriam feudi contrà tranſactionem patris, certum eſt, jus revocandi quidem agnatis, ſed filijs nullibi in jure feudali eſſe attributum, *lib. 2. feud. tit. 39. §. porrò.* Eò quòd filius in feudo non niſi mediante patre, à quo jus ſanguinis habet, ſuccedere poſſit. Patre verò cum conſenſu Domini feudum alienante filio ſucceſſio à patre non defertur, ideò feudum ad ſe non tranſmiſſum petere non poteſt: quemadmodùm ſi ex delicto pater amittat feudum, filius etiam feudo privatur, *lib. 2. feud. tit. 13.* non ob aliam rationem, quàm quòd non niſi per intermediam perſonam patris feudum poſſit habere filius, & illud ad filium non devolvi, quia pater jam amiſit. Hinc factum patris, quod filij præſtare tenentur, removet ipſos à revocatione feudi, egregiè *Zaſ. de feud. c. 14. n. 11. Struv. de feud. c. 13. §. 16. Theſ. Baſileenſ. Vol. 1. diſp. 12. th. 85.* Et ex eâdem ratione alienatio feudi ſubſiſtit, quamdiu alienans & ejus filij heredes vivunt, *lib. 1. feud. t. 8. & tit. 18. & 2. feud. tit. 9.* 16

Contrà omnes diſſentientes inconcuſſis rationibus & claris textibus hanc aſſertionem, quòd filij Vaſalli contrà factum patris ad revocationem feudi non admittantur, defendit & aſtruit *Hartm. Piſtor. part. 2. quæſt. 13.* ubi pro regula ſupponit ex jure communi civili: Hominibus liberis omnibus permiſſam eſſe rerum ſuarum alienationem, *l. ſi in re mandatâ. C. mandati. l. 2. ſi quis à parente fuerit manumiſſ. l. quâ ratione. §. hoc quoque ff. de acquir. rer. domin.* nec cuiquam vel agnationis vel cognationis jure licitum eſſe impedimentum alteri objicere, quò minus de re ſuâ liberâ diſponit, *l. dudùm. C. de contrahend. empt.* potiſſimùm verò liberis eſt interdictum, ne ea, quæ à parentibus ipſorum geſta ſunt, in irritum revocent, *l. ea quæ à patre, C. reſtit. milit.* quantumvis bona, de quibus contraxit pater, ab avo vel

vel familiâ deſcenderint, nam ne hoc quidem filijs probabilem præbere cauſam, ut factum patris impugnent, reſcripſerunt Impp. *in l. ſi avia. C. de donat.* quibus juribus tenaciter inſiſtendum, donec monſtretur contraria diſpoſitio. Et licet videri poſſit regula ſolùm procedere in illis rebus, quæ pleno jure ad patrem pertinent, cùm feudum tali modo non ſpectet ad Vaſallum, ſed ſolùm quoad dominium utile, & quidem non ſimpliciter, ſed eatenùs tantùm, quoad uſurâ hujus vitæ fruitur, ut pater filio ſpem ſucceſsionis foventi, non niſi ad tempus vitæ ſuæ præjudicare poſsit, ſicut uſufructuarius: Non eſt tamen ita coarctatum jus vaſalli patris, ſicut clarè demonſtrat textus in *c. 1. §. etſi*
17 *Clientulus. de alienat. feud.* ubi contractus à vaſallo initus, non ſolùm eo ſuperſtite, ſed & quamdiu filij ejus extiterint, robur ſuum obtinet. *c. 1. verſ. ſi autem diſſentiente. Qualiter. olim feud. poterat alien. c. 1. §. rurſus. Quibus mod. feud. amitt. c. 1. §. ſi aliquis. Apud quem vel quos.* Undè ſemper libera eſt vaſallo patri diſponendi poteſtas, quamdiu illa lege prohibita non demonſtratur, id quod in ſolis agnatis jura feudalia diſponunt, nullâ filiorum factâ mentione, *c. 1. de alienat. feud. patern. c. 1. §. porrò. Qualiter olim feud. poter. alienari. c. 1. §. è contrario, de inveſtit. de re alien. facta. c. 1. §. ſed etiam res. per quos fiat inveſtit.* atque hinc filij ab agnatis expreſsè diſtinguuntur, *c. 1. in prin. & §. his verò deficientibus. de gradib. ſuccedent. in feud. c. 1. §. hoc quoque de ſucceſſ. feud. c. 1. §. ſi vaſallus. Si de feud. defunct. content.* & alias. Ut capitula de agnatis diſponentia minimè de filijs ſint accipienda, per textum expreſſum in *c. 1. §. ſi aliquis. de Capitan. apud quem vel quos controv. feud. de fin.* ubi ſtatuitur, ſi quis beneficium ſuum vel totum vel partem alienaverit, & ipſe vel heredes *ejus ſinè herede deceſſerit, quia Domino feudum aperitur, totum quod fecit, revocari debet.* Ex quibus verbis clarè apparet, filio exiſtente interim validam manere alienationem, neque filio permitti revocationem. Ita æquè in *c. 1. §. ſi verò vel totum; Qualiter olim feudum patern. poter. alien.* Tùm demùm in irritum revocatur alienatio, ſi ſinè herede maſculo deceſſerit alienator. Et in *c. 1. §. hoc quoque de ſucceſ. feud.* dicitur: *Si alienans ſinè herede maſculo deceſſerit, feudum ad agnatos nihilominùs reverti.* Cujus rei ratio eſt, quia agnatus collateralis feudum non ab eo qui alienavit, obtinet, ſicut filius, qui non tam ex beneficio primi acquirentis, quàm mediante perſonâ patris ſui ſuccedit, & ab ipſo patre capere videtur, per *c. 1. §. ſi Capitanei. de feud. March.* & notata *Bald. & Dd. in c. 1. an agnatus vel filius.* ubi Cujacius manifeſtam adfert rationem, quoniam ſi filius cenſeretur feudum non à patre proximè defuncto, ſed ab avo obtinere, tum ſanè patruus filij, qui avo proximior eſt gradu, filium excluderet, undè clarum eſt, filium à patre ſuo feudum nanciſci. Hinc filij in materiâ feudali heredes patris appellantur, ut *in c. 1. §. hoc quoque de ſucceſ. feud. c. 1. §. ſi verò vel totum. Qualiter olim feud. poter. alienar. c. 1. §. his verò de gradib. ſuccedent. in feud. & in c. 1. §. hiſce conſequenter. Hic finit. lex. c. 1. an agnatus vel filius.* & multis alijs. Ac expreſſa conſtituitur differentia inter filium & agnatum, in *c. 1. an agnatus vel filius & in c. 1. §. filius de Capitan. qui Cur. vendit.* ubi filio injungitur, ut unà cum feudo ſimul paternam hæreditatem adeat, & de feudo etiam debita hereditaria perſolvat, quod ſecus eſt in agnatis, quia filij tantùm factum patris præſtare tenentur, *l. cum matre C. de rei vind. l. ſi uxor. C. de bon. autor. jud. poſſid. l. ſi ab eo. C. de neg. geſt. l. ſolutum. §. ſolutam. ff. de pignor. act. l. ſi ab eo. C. de liber.* Filij enim, etiam ratione feudi, multò magis obſtricti ſunt parentibus, quorum honorem conſervare tenentur, & æs alienum de feudo perſolvere, ſcilicet, quia ſimul heres quoque patris eſt, & immediatè res à patre ad ipſum pervenit, ex quâ eâdem ratione etiam in reliquis factum patris præſtare debet. Ideò nuſquàm in jure filijs conceſſum eſt jus revocandi, ſed potiùs feudum poteſt alienari cum conſenſu Domini & agnatorum in præjudicium filiorum jam natorum vel naſciturorum, ita ut filij conſentientium non poſsint feudum revocare, ſed etiam hypothecationem feudi teneantur agnoſcere, *Struv. de feud. c. 12. n. 19. & c. 13. §. 19. & c. 14. §. 23.*

Quid quod delictum Vaſalli obeſt filijs, ſed non nocet agnatis, *c. 1. Si vaſallus feudo privetur;* ibi: *licet feudum vaſalli delinquentis ad agnatos quandoque pertineat,*

*neat*, *filius tamen ad id nullatenùs aſpirabit*, *niſi id iterùm à Domino licitè acquirat*, *gratiam ſibi faciente. & in c.1. §. ſi Vaſallus. Si de feud. defunct. content.* dicitur. Si Vaſallus culpam committat, propter quam feudum amittere debeat, neque filius, neque deſcendentes ad id feudum revocabuntur, ſed agnati, qui quarto gradu ſunt, dummodò ad eos pertineat. Idem probatur in *c.1. §. fin. quæ fuer. prima cauſ. beneſ. amitt.* Ex quibus manifeſtum eſt, filios in feudo non eodem jure uti cum agnatis, ſed factum patris luere & præſtare debere. Quæ ſententia cùm claris juris textibus & rationibus ſit comprobata, actorem à revocatione feudi à patre Mauritio alienati excludit, non obſtante contrarium ſentientium doctrinâ, nam ut *Zaſ. ait Conſ. 4. n. 2. & 13. lib. 1.* ubi eſt textus juris, ibi nulla eſt dubitatio, & non curamus gloſſam & Dd. quia in textu eſt veritas, in gl. & Dd. opinio.

Tandem fruſtrà lamentatur actor, ſuper tranſactione Patris Mauritij tanquàm per vim & metum, nec non fame & neceſſitate extremâ ipſi extortam, dùm Sereniſſ. Dux nulla ipſi alimenta ex reditibus feudi ſuppeditaverit: quia non tenebatur ad illa Serenitas ſua niſi ex reditibus intereſſe capitalis ſuperantibus. Quod autem nihil ſuperfuerit, fatetur ipſe Mauritius in juratâ tranſactione verbis ſequentibus: Quod ex informationibus habitis recognoverit, fructus & proventus per Sereniſſ. Ducem hucusque habitos & perceptos ex ſtatu & Principatu, non ſuffeciſſe pro illis, quos dictus Dominus Dux vigore ceſſionis Sacræ Cæſareæ Majeſtatis & Regis Hiſpaniarum conſequi debebat, & Mauritium de prædictis benè inſtructum & informatum fuiſſe. Potius igitur pro beneficio reputare debet actor, quod Sereniſſ. Dux cum patre ipſius tranſactionem iniverit, ipſique magnam partem bonorum Principatus, ex quibus adhuc non modicum tenet, retroceſſerit, cùm alias abſque omni ſpe reluitionis, Mauritium in egeſtate relinquere, & nihilominùs Principatum jure pignoris fruendum potuiſſet retinere. Ex his omnibus argumentis Sereniſſ. Dux ab inſtitutâ actione abſolutus, Eidemque Inveſtituræ renovatio decreta, actori autem juſtè denegata eſt.

* * *

# Liber II. Titulus XXVIII.

## De SVCCESSIONIBVS IN FEVDO.

### SUMMARIA.

1. *PRoponitur facti ſpecies de venditione feudi cum facultate alienandi conceſſi.*
2. *Si Vaſallo & ejus heredibus maſculis ſit datum, an alienatio in eorum præjudicium valeat?*
3. *Quodnam ſit feudum francum.*
4. *Inveſtituram derogare omni feudorum natura.*
5. *Subſtantia feudi in quo conſiſtat?*
6. *Verba rebus, non verò res verbis deſervire.*
7. *Alienationem repugnare naturæ feudi.*
8. *Non eſſe aliquid admittendum in præjudicium vocatorum.*
9. *Præſertim in feudo antiquo ex pacto & providentiâ.*
10. *Niſi Dominus conceptis verbis alienationem cum tali præjudicio conceſſerit.*
11. *Prætenſo emptori conſenſum eſſe denegatum.*

QUæſtio orta eſt, utrùm contractus à defuncto Comite vaſallo ſuper feudo in Italiâ cum ſuo genero Marchione N. celebratus jure ſubſiſtat, & confirmandus ſit? Pro affirmativa ſat fortia argumenta adfert emptor, & primò quidem, quod ex primordiali conceſſione & Inveſtiturâ factâ Ludovico juniori anno 1610. clarè pateat *facultas alienandi*. Nam cùm feudum hoc, ob non petitam debito tempore Inveſtituram, & factas alienationes pronuntiatum eſſet 1

eſſet apertum, & fiſco devolutum, ſicque Imperatoris allodium, cùm res ſua nemini ſervire poſſit, Imperator illud iterum titulo donationis tranſtulit in Ludovicum, cum denominatione Comitatûs & vicariatus Imperij; *in feudum liberum & francum, nobile, gentile, & antiquum, avitum & paternum, ita & taliter, quod in omnibus & per omnia ſequatur naturam feudi gentilis, antiqui, aviti & paterni*: Quod autem Imperator ſimul tribuerit facultatem diſponendi & alienandi id clarè dignoſci ex verbis ſequentibus: *Ita & taliter, quod de cætero ipſe Ludovicus & ſucceſſores, de ipſo loco cum pertinentijs & alijs, ut ſupra donatis, facere poſſit, & valeat ad ſuæ libitum voluntatis, & prout nos facere potuiſſemus, & poteramus antè Donationem præſentem, transferentes in eum plenum & liberum dominium dictæ terræ cùm pertinentijs & juribus.* quæ verba, quod quis facere poſſit ad libitum ſuæ voluntatis important facultatem liberè diſponendi in quemcunque, uti tradit, *Mantic. de tacit, & ambig. convent. lib. 23. t. 24. n. 1.* Ubi ponit exemplum ſi nimirum dictum ſit, quod Vaſallus facere poſſit, quidquid velit, vel ipſi placuerit, vel ſicut exigit appetitus, ſecundùm cor vel libitum ſuum, quod tunc conceſſa ſit libera diſpoſitio, præſertim ſi nulla adſit clauſula reſtrictiva, ſalvo jure feudi, vel ſecundùm jus & conſuetudinem feudi: *Mantic. d. lib. 23. tit. 23. n. 6.*

Quod magis etiam eruitur ex verbis, prout nos facere potuiſſemus & poteramus ante donationem præſentem, ex quibus reſultat conceſſa facultas, eadem faciendi de rebus donatis, quam habebat anteà concedens ſeu Dominus directus, ex dictione, *prout*; quæ ſimilitudinem importat, & donatarium, quoad effectum liberæ diſpoſitionis donanti æquiparat: attento, quòd inſuper in illum, claris Inveſtituræ verbis, tranſtulerit plenum & liberum feudi Dominium, ſolâ ſibi ſuporieritate & obedientiâ reſervatâ: Ex quibus aliud concludi non poteſt, niſi libera diſponendi facultas, quia plenum dominium includit directum & utile, ex quibus ſcilicet plenitudo componitur; Dictio verò liberum excludit quodcunque impedimentum *Barbos. de diction. uſu frequentior. Dict. 190. per tot.* ut idem ſit, habere plenum dominium, ac habere poteſtatem alienandi, *Barboſ. de clauſ. clauſ. 5. n. 15.*

Atque etiamſi videatur datum eſſe feudum *pro Ludovico, & ejus hæredibus maſculis*, & conſequenter ex pacto & providentia, pro omnibus vocatis, quæ vocatio excludit alienationem, utpotè per quam everteretur providentia ſucceſſionis maſculorum deſcendentium: Attamen attendendum eſt, nos hic non verſari in terminis feudi recti & proprij, ſed improprij & mixti, adeoque tum demum feudum ad ſucceſſivè vocatos pervenire, ſi iſtius poſſeſſor illud non alienaverit, ut tradit *Cyriac. controv. 581. n. 15. 29. 30. 32. & 55. & controv. 312. n. 25. Gratian. deciſ. March. 65. n. 1. 5. & ſeqq.* quia pactum alienandi in Inveſtiturâ appoſitum feudi naturam ita informat, ut acquirens & ejus deſcendentes illo uti poſſint, *Roſenth. c. 9. concluſ. 42. n. 4.* eſtque agnatis in illo ſolùm caſu jus quæſitum, ſi poſſeſſor non alienet, *ibid.* Non debent enim pacta inter Dominum & Vaſallum carere virtute operandi, *Roſenth. de feud. c. 9. concl. 40. n. 3.* & in dubio interpretatiò pro donatario faciendo eſt contra donantem: Idque eò magis, quia anno 1581. in concurrentiâ Ludovici & Auguſtini, Auguſtinus per ſententiam eſt excluſus, cujus poſteri nec jam admitti debent; Tum quia in Inveſtiturâ de anno 1510. vocatur tantùm ille ex proximioribus maſculis, quem Ludovicus vel ipſius poſteri, per actum inter vivos, vel in ultimâ voluntate, eſſent electuri, qui cùm elegerint Delphinum excluſo Auguſtino, non poſſunt amplius alij ad ſucceſſionem aſpirare, cùm electio ſemel facta ſit, & in electione comprehenſi exſpiraverint, ita ut his quoque non obſtet Inveſtitura Delphini de anno 1583. in quâ omnibus Delphini maſculis deficientibus, proximior legitimè natus vel naſciturus, ex transverſali linea agnationis ſuæ deſcendens vel deſcenſurus, ordine ſuccedendi in infinitum ſucceſſivè vocatur; quia ab eo tempore præter Auguſtinum ſupra dictum nullus comparuit; & cùm tamen Auguſtinus deficiente lineâ Delphini vocatus non ſit, ſignum eſt, aut eum non fuiſſe Agnatum, aut Imperatorem ipſum noluiſſe admittere. Quid quod ad ſucceſſionem 2

feudi N. tanquam feudi hæreditarij mixti, nullus poſſit admitti, qui non ſimul eſt heres Comitis, ſeu Vaſalli ultimo defuncti, qui tamen filias heredes reliquit, & conſequenter arcendi omnes agnati, quibus deficit altera qualitas ad ſuccedendum neceſſaria: Denique iſta verba: *quod Vaſallus agere poſſit & valeat ad ſua libitum voluntatis, prout ipſe Dominus ante conceſſionem facere poterat.* Non ſunt accipienda de ſolo Dominio utili & exercitio Juriſdictionis, utpotè quæ etiam ſinè expreſſione tam emphaticâ tranſeunt: ſed important alienationis facultatem, præſertim cùm feudum datum ſit francum & liberum, de quibus feudis tanquàm de allodijs diſponi poteſt. *Henr. Rhet. in Comment. jur. feud. lib. 1. tit. n. 8.* Et quamvis feudiſtæ omnes non conveniant in de-
3 finitione *Feudi franci*, dùm aliqui putant, illud ſaltem importare libertatem à ſervitijs, in reliquis verò, quoad ſucceſſionem, alienationem & reliqua omnia, retinere naturam feudi recti & proprij, *Vult. de feud. lib. 1. c. 8. n. 91. Sohulzen in Synops. feud. c. 3. n. 22. Bechmann. in uſu pract. feud. lib. 2. exercit. 3. n. 57.* Alij verò, quod ſit inſtar allodij, & ipſum quoque dominium directum in Vaſallum transferatur. Hanc poſteriorem opinionem, in præſenti caſu, ſatis confirmare literas Inveſtituræ, in quibus Imperator nil ſibi reſervaverit præter ſolam ſuperioritatem & obedientiam, transferens in Vaſallum plenum & liberum dominium, ut facere poſſit & valeat, ad ſuæ libitum voluntatis, prout Imperator ipſe, ante donationem
4 ſeu conceſſionem in feudum, facere poterat, quæ pacta inter Dominum & Vaſallum ſervanda ſunt, quia Inveſtitura omni feudorum naturæ derogat. *Roſenth. de feud. c. 6. concl. 22. n. 1.* Et ideo Imperator in literis Inveſtituræ ſolùm excluſit perſonam Clerici, ut ad ipſum feudum non poſſit pervenire, ergo in reliquos omnes alienari poteſt, quia exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis. Ex quibus omnibus Marchio emptor concludit ſe validè feudum comparaſſe, adeoque contractum emptionis confirmandum, ſeque de feudo inveſtiendum eſſe.

5 Veruntamen è contrario quoque fundamenta non debilia ſe offerunt: Et primò quidem noti juris eſt, ſubſtantiam feudi in duobus conſiſtere, nempè, quod res ſit immobilis, & quod præſtetur fidelitas, *Roſenth. de feud. c. 2. concl. 53.* cœtera omnia verſantur tantùm circà feudi naturam, quæ, ut cunque alterata, efficiunt quidem feudum improprium, quoad partem alteratam, ſed ea reliquas partes non inficit, quin legibus feudalibus ſubjectæ maneant, *Roſenth. c. 2. concl. 52. & concl. 54. Capyc. Latro deciſ. 705. n. 307.* Atque hinc licet verba: *concedimus & donamus*; ex natura ſuâ importent donationem puram in allodium, *Oldrad. conſ. 157.* tamen cùm 6
verba rebus deſerviant, non res verbis, ideo ſi addatur nomen feudi, ſi vaſallus inveſtiatur, ſi juramentum fidelitatis præſtetur, ſi concedatur caſtrum vel Juriſdictio, vel alia res ſolita in feudum concedi, cedit verborum ſonus ponderi actus, & verba ſecundùm ſubjectam materiam accipiuntur, ut contrà *Oldrad.* firmat *Laſſar. repetit. feud. pag. 418. n. 138. & ſeqq.* Ideo etiamſi aliquando Princeps in Vaſallum videatur quoque transferre dominium directum, velut hìc per verba, *transferentes in eum plenum & liberum dominium.* Tamen, etſi verba hunc poſt ſe traherent effectum, alteratâ in hac ſola parte feudi naturâ, in cœteris ſuo ſtaret robore. *Laſſar. d. loc. pag. 416. n. 124. Tonduti reſol. Civil. 41. n. 26. 27.* & facultas alienandi ex verbis quibuſcunque generalibus non concluditur, ſed imò, ſi etiam expreſſa eſſet, non alteraret naturam feudi, ſed ipſa potius reſtringeretur, nec poſſet exerceri, niſi ijs modis, eaque fide, prout patitur natura feudi, *Cyriac. controv. 324. n. 20. Roſenth. c. 9. concl. 40. n. 6. & concl. 41. n. 11.* Nec obſtat, quod feudum appelletur francum & liberum, quia liberum ſolummodo eſt à ſervitijs, in reliquis à vinculis feudalibus non eximitur. *Andreol. controv. 253. n. 6. Laſſar. pag. 415. Roſenth. c. 7. concl. 2. n. 6. & c. 2. concl. 59. Tonduti quaſt. civil. c. 41. n. 25.*

Cùm itaque alienatio repugnet naturæ 7
feudi, illa plenè probanda eſt; *Intrigliol. de feud. cent. 2. c. 5. n. 10.* & tanquam in re dependente à voluntate concedentis, de ipsâ voluntate aſſequenda, quàm de verborum proprietate Judices debent eſſe ſolliciti, *Caſtillo controv. jur. c. 8. lib. 4.* quia non tam à verbis, quàm à conjecturis quæſtio dependet, *Capyc. Latro, deciſ. 75. n. 124.*

Digitized by Google

*n. 124.* Conſiderandum itaque 1. feudum hoc ab antiquo fuiſſe conceſſum Vaſallis cum prohibitione alienationis, cùm Inveſtitura ſecum ferat, Imperatorem hoc feudum olim declaraſſe caducum & devolutum, *ob alienationem in jacturam Imperij factam* per Ludovici reinveſtiti anno 1510. avũ hinc præſumitur iterum conceſſum cum ijſdem qualitatibus, quibus ab origine fuerat erectum, cùm res facilè reincidat in cauſam ſuam, *Capyc. Latro conſult. 80. n. 75.* præſertim cùm Ludovicus reinveſtitus ſit ob merita anteceſſorum, ut proindè veriſimile ſit, plus illi attributum eſſe, quàm habuerint, quorum contemplatione feudum illi denuò eſt conceſſum: Et quia patet ex verbis Inveſtituræ voluntas Imperatoris conſervandi feudum inter vocatos, ibi: *conſiderando magna & egregia per familiam & Agnationem Titionorum, & maximè per anteceſſores Ludovici merita, &c.*
8 proinde ſtatim poſt deſcendentes Ludovici vocat omnes agnatos hujus familiæ ex linea transverſali, ut non ſit veriſimile, Imperatorem voluiſſe pati, ut alteri per alterum iniqua inferretur conditio, per feudi alienationem in extraneos, & maximè in ipſius Cæſaris præjudicium, *dum inveſtitura data eſt, ut omnes de hac familia* in fideli ſuâ ſervitute delectentur, quo fine poſſet ipſe Imperator per cujusvis Vaſalli arbitrium deſtitui, ut notat *Capyc. Latro. deciſ. 75. n. 226.* Et cùm Imperator Ludovico anno 1510. conceſſerit feudum etiam contemplatione ejus filiorum, qui actu Cæſari eo tempore inſerviebant, non eſt præſumendum, Cæſarem ſimul voluiſſe concedere Ludovico facultatem alienandi, quam potuiſſet exercere in præjudicium filiorum, quorum tamen merita in conceſſione feudi Imperator conſideravit, *Roſenth. c. 9. concl. 66. n. 3. Cancer. lib. 1. c. 7. n. 137. in fin.*

Idque eò minùs, cùm agatur de feudo conceſſo *Comiti Ludovico, ejusque filiis maſculis*, ex legitimo matrimonio deſcendentibus, & deſcenſuris in infinitum, ex lineâ maſculina: Ita etiam quod omnibus ejus maſculis deficientibus, proximior legitimè natus ſivè naſciturus, ex transverſali linea agnationis ſuæ deſcendens, vel deſcenſurus, ſuccedendi ordine in infinitum ſucceſſivè admittatur, ita tamen, ut primogenitus vel eligendus ſolus ſuccedat. Ex quibus verbis negari non poteſt, feudum hoc eſſe ex pacto & providentiâ, *Roſenth. c. 2. concl. 34. Caren. reſol. 233. n. 2.* cùm etiam in Inveſtiturâ *avitum & paternum* dicatur: feuda verò ex pacto & 9
providentiâ, ſuâ naturâ ſunt inalienabilia, utpotè quia per ſe ferunt in unaquaque perſona jus proprium. *Capyc. Latro. conſult. 8. n. 71.* ut facultas alienandi in eis omninò ſit extranea, nec niſi expreſſis verbis introduci poſſit: quia aliàs pactum & providentia ad hunc præcisè effectum tendit, ut feudum perpetuò in familia remaneat, & non tranſeat ad extraneos: Maximè quando concedens ſuam voluntatem exprimit, per dictionem *in infinitum*, repetitam in deſcendentibus & transverſalibus, quæ indicat naturam feudi non eſſe alteratam, ſed potiùs conſervationem perpetuam in familiâ confirmat.

Ampliùs conſideranda ſunt verba Inveſtituræ, in quibus Imperator primo loco exprimit perſonas, quas vocat, ſecundò inducit ordinem primogenituræ, tertiò ſe refert ad ea, quæ infra in titulo Comitatûs diſponit, ibique vocat *eum ſolum ex maſculis ſuperſtitibus*, quem Ludovicus vel ſucceſſivè ultimus Vaſallus, inter vivos, vel ultima voluntate expreſsè & in ſcriptis elegerit, nullaque facta electione in ſcriptis, ultimi Vaſalli primogenitum. Ex quibus ad oculum patet, quod cùm Imperator ſolùm dederit Ludovico & ejus ſucceſſoribus poteſtatem diſponendi per viam electionis, inter maſculos vocatos & ſuperſtites tempore mortis;ècontrario eſſe denegatam quamcunque aliam diſponendi facultatem, tùm alio modo, tùm inter alias perſonas, *Fuſar. qu. 678. n. 26.* quia ſi voluiſſet Imperator concedere liberam diſponendi facultatem in quemcunque, tam inter vivos, quàm per ultimam voluntatem, non fuiſſet neceſſe illam certis modis & formis reſtringere, *prout factum*, inter maſculos ſuperſtites, expreſsè & in ſcriptis.

Quibus accedit, quod feudum conceſſum ſit ſub hac conditione, ita ut taliter, quod in omnibus & per omnia ſequatur *naturam feudi gentilis, antiqui & paterni*, cujus feudi natura eſt, ut in præjudicium vocatorum alienari non poſſit. Equidem negari non poteſt, Imperatorem poſſe feudum cum facultate alienandi con-

concedere, & vocatis ſolùm favere, in eo caſu, quo Vaſallus poſſeſſor feudum non
10 alienaſſet, quemadmodum etiam ſuſtinentur fideicommiſſa cum facultate alienandi, ſed ex dictis de conceſſa tali facultate nihil, ſed potiùs contrarium apparet.

Nam quod emptor objicit, feudum conceſſum eſſe francum & liberum, ſcilicet à ſervitijs, id alienabilitatem non importat, *Roſenth. de feud. c. 9. concl. 5. n. 2. & c. 7. concl. 2. n. 6.* ſicut nec verba: *transferentes plenum & liberum Dominium* &c. omnia alia & ſingula &c. pleno jure &c. quia quando talia verba adijciuntur feudo jam ex pacto & providentiâ erecto, ob reſultantem implicantiam, reſtringenda ſunt ad pacti limites, *Andreol. Controv. 253. n. 6. 7. 8.* quemadmodum vicariatum Generalem in Inveſtiturâ conceſſum vaſallus exercere non poteſt tanquam Dominus, ſed tanquam repræſentans Imperatorem concedentem, quia nullum ejus verum habet & plenum dominium, & conſequenter clauſula pleno jure reſtringenda eſt, ne repugnet actui, qui principaliter intenditur, *Cenſel. deciſ. luc. 15. n. 8. 84. 85.* Deinde ipſum dominium directum poteſt dari quoque in feudum, retentâ ſuperioritate, & juramento fidelitatis, *Peregrin. de iur. fiſci lib. 1. tit. 3. n. 73. Bald. Conſ. 328. n. 7. 8. 9. Roſenth. c. 5. concl. 10. n. 2. 3. gl. A. B.* & nihilominus intereſt domini, ne hoc dominium directum tanquam ſolummodò in feudum datum, alienetur, ſed potiùs juxtà naturam feudalis conceſſionis, legibus feudalibus ſubjiciatur. Quemadmodum Rex Hiſpaniæ dominium directum in ſtatu Mediolanenſi tenet, *Roſenth. c. 5. concl. 13. tit. 6. Reincking. de regim. ſec. & Eccleſ. lib. 1. cl. 5. c. 6. n. 2.* & tamen alienationem ſinè beneplacito Cæſaris, non præſumit, ut proinde ex translatione dominij directi conceſſa facultas alienandi inferri non poſſit.

Neque etiam eadem evincunt verba inveſtituræ ſequentia: *ut de dicto loco diſponere poſſit ad ſuæ libitum voluntatis, & ea facere, quæ nos ipſi ante præſentem donationem facere poteramus*; quia iſtæ clauſulæ non ſunt adjectæ conceſſioni in feudum, vel ejus Inveſtituræ, ſed dignitati vicariatûs, in lit. Inveſtituræ comprehenſi, quocircà aliud eſt, poſſe abſolutè diſponere, cum exercitio quarumcunque actionum, tanquam Vicarium Generalem, aliud verò jure proprio, tanquam Vaſallum Imperij, cum facultas iſta non ſit data Ludovico & ſucceſſoribus ut Vaſallis, ſed ut Vicarijs; Et illa verba æquiparantur quidem clauſulis, *ad habendum, tenendum, quidquid voluerit faciendum*, non tamen æquiparantur clauſulæ *cui dederit*, ut notat *Roſenth. c. 9. concl. 41. n. 1.* conſequenter intelliguntur ſecundùm ſubjectam materiam feudi, ex pacto & providentia, ut non poſſit alienari in extraneos ad præjudicium vocatorum, quibus ex pacto jus eſt quæſitum, *Cenſal. deciſ. Lucan. 28. n. 11. Andreol. d. contr. 253. ferè per tot.* præſertim ex rationibus ſuprà deductis, ex quibus patet, quo modo & in quas perſonas facultas alienandi conceſſa & reſtricta ſit: Et hinc etiam Imperator Clericos à feudo excluſit, quia ſi voluiſſet omnem qualitatem feudalem evertere, & inſtar allodij, cum facultate alienandi liberâ, concedere, haud ipſius interfuiſſet, potiùs in Clericum quàm in alium bona transferri. Cùm itaque habeamus claram voluntatem concedentis, quod feudum tranſire debeat ad filios maſculos & agnatos; facultas verò alienandi tantùm deducatur ex contortâ verborum interpretatione, contrà feudi naturam, quæ non niſi pactis expreſſis mutari poteſt, meritò inhæremus voluntati expreſſæ, quâ feudum conſervatur in agnatis, *Roſenth. c. 2. concl.*
*37.* Et hinc prætenſo emptori conſenſus 11
ſeu confirmatio contractus tanquam invalidi, & nullius momenti denegatus eſt.

Quamvis enim Vidua defuncti Vaſalli & filiæ in memorialibus primò exhibitis ipſæmet etiam pro confirmatione contractûs inſtiterint, adeoque ipſarum Advocatus adhuc in ultimo ſcripto typis dato ſuſtinuerit, feudum hoc alienabile eſſe, tanquam allodium, in præjudicium Agnatorum, & irrequiſito domino; cùm tamen contrarium ſupra demonſtratum ſit, & nuper in feudo N. non obſtantibus iiſdem clauſulis, facultatem alienandi ſimpliciter denegaverimus, hinc idem in hoc caſu omninò ſtatuendum, prout factum & deciſum, anno 1676.

* * *

Liber

# Liber II. Titulus XXIX.

## De AMISSIONE FEUDI PROPTER NEGLECTAM INVESTITURÆ RENOVATIONEM.

### SUMMARIA.

1. *Vaſallum intra Annum & diem feudum non requirentem illud amittere.*
2. *Sed ad hoc contemptum Domini & dolum Vaſalli requiri.*
3. *Vaſallo mortuo privationem feudi contra filios, hoc in caſu, non habere locũ.*
4. *Moram purgari, ſi Vaſallus Sponte ſua, antequam à Domino in jus vocatur, inveſtituram petat.*
5. *Si Fiſcus aliquot annis contra exceptiones Vaſalli nihil replicet, illas approbatas cenſeri.*
6. *Scientiam feudalitatis fiſcum contra Vaſallos probare teneri.*
7. *Actioni in judicium deductæ non præſcribi, niſi 40. & contra Imperatorem, & Imperium centum annis.*
8. *Exemplar ex archivo publico productum æquè probare ſicut originale.*
9. *Ignorantiam feudalitatis non excuſare heredes Vaſallorum quia ex negligentia Anteceſſorum condemnatur: imò præſumi ſcientiam in heredibus.*
10. *Actioni non præſcribi, quando in cauſa eſt concluſum, & ex mora Judicis differtur ſententia.*
11. *De copijs ſive tranſſumptis ex archivo, vid. etiam n. 8.*
12. *Quare ignorantia heredem Vaſalli excuſare non poſſit, & quomodò perjurium evitandum.*
13. *Delictum Vaſalli nocere etiam filiis.*
14. *Explicatur, quænam & quando ignorantia Vaſallo non noceat.*
15. *Dominos Directos rigorem Juris erga Vaſallos, ob neglectam inveſtituram, ceſſante contemptu, non obſervare.*
16. *Refelluntur argumenta contra ignorantiam ſuperius propoſita.*
17. *Quomodò perjurium Vaſallorum evitetur.*
18. *Heredem habere præſumptionem ignorantiæ pro ſe.*
19. *Vaſalli dolum debere demonſtrari,*
20. *Ex culpa pœnam aliquam poſſe imponi.*
21. *Vaſallos ex rationibus allatis abſolutos eſſe.*

Quotidianæ ferè ſunt lites, quas Fiſcalis Imperialis Aulicus movet contrà vaſallos, qui intra terminum in jure feudali præſtitutum renovationem Inveſtituræ à Domino directo non requirunt, cùm clarè determinatum ſit, quod intra annum & diem non petens Inveſtituram, feudum perdat, *c. 1. in princ. quæ ſit cauſ. prim. benef. amitt.* Varias tamen exceptiones Vaſalli afferunt contra actiones à Fiſcali inſtitutas, quod dolus ex parte vaſalli in neglecto Inveſtituræ termino requiratur, & contumax Domini contemptus, cùm Vaſallus feudum propter omiſſam Inveſtituram non amittat, niſi id dolo facere prætermiſerit, *Roſenth. de feud. c. 6. concluſ. 56. n. 2.* per text. *in c. 1. quo temp. miles §. fin. de prohib. feud. alien. Schrader. part. 6. concluſ. 2. n. 56. Vult. de feud. c. 7. n. 72. & 82. in fine lib. 1.* Præſertim verò privationem non invenire locum, quando Vaſallus, cui contemptus & omiſſio imputatur, jam ſit mortuus, cùm pœnæ tenere debeant ſuos autores, & delictum patris filijs in feudo avito, hoc in caſu, non noceat, *Roſenth. c. 10. concluſ. 40. n. 1. & 60. & c. 11. concluſ. 5. n. 9.* Imò mo-

moram ex æquitate purgari, ſi Vaſallus
ſponte ſuâ, antequam à Domino in jus vo-
4 catus fuerit, renovationem Inveſtituræ
petat. Hinc non ſolere ſummos Princi-
pes ob ſolam omiſſionem Inveſtituræ Va-
ſallos privare, tradit *Vultei. lib. 1. c. 11. n. 25.*
*Struv. de feud. c. 10. n. 33. pag. 388. Afflict.*
*de feud. in §. præterea ſi quisquam. c. 1. de*
*prohib. feud. alienat.* Et in *c. 1. quæ fuit*
*prima cauſa benef. amitt.* ubi ait: peſſi-
mos eſſe conſiliarios, qui aliud principi
perſuadent. Inſuper Vaſalli excipiunt,
quod ſi Fiſcalis exceptionibus ipſi oppoſitis
5 acquieſcat, & aliquot annis ab actione de-
ſiſtat, eo ipſo exceptiones eſſe approbatas,
*Carpzov. reſponſ. Elect. lib. 6. tit. 10. reſp.*
*101. n. fin.* ut exceptio litis finitæ & non
amplius competentis actionis ipſi opponi
poſſit, *Klock. rel. Cam. 47. n. 16.* Et ſi he-
redes Vaſalli dicant, nullam ſe de feudali-
6 tate habuiſſe ſcientiam, Fiſcus illam ſcien-
tiam probare debet, præſertim ſi heredes
ad juramentum ignorantiæ ſe offerant.
*Meichſner. deciſ. Cam. vol. 3. deciſ. 18.* id-
que tantò magis, ſi de feudo oblato ſit
controverſia.

Atque licet Fiſcus regerat, actionem
ſuam aliquo tempore delatam non propte-
rea renuntiatam & deſertam dici poſſe,
cùm is demùm deſtitiſſe cenſendus ſit, qui
liti in totum renunciavit, non qui eam di-
ſtulit, *l. 21. ff. de minor. l. 40. de jud.* cùm
7 cauſa ſemel in judicium deducta ſpatio 40.
annorum duret, atque contra actiones &
jura Imperij nulla currat præſcriptio niſi
centenaria, *Schneid. ad tit. Inſtit. de uſu-*
*cap. n. 29.* & negligentia Officialium Cæ-
ſari & Imperio nocere non poſſit, *Gail. 1.*
8 *obſ. 89. in fin.* Atque contra Inveſtituras
in loco publico, ſub cuſtode publico, in
Archivo publico repoſitas nulla admitta-
tur exceptio; Cùm copijs ex Archivò
publico deſumptis plena fides adhibeatur,
& pro authenticis ubivis acceptentur, ita
ut talis ſcriptura Archivi non ſolùm pro-
bet, ſed etiam exemplar ab eâ deſum-
ptum, hinc Vaſallos exceptiones ſimiles
nihil relevare; Sicut nec etiam ignoran-
tia feudalitatis heredes Vaſallorum excuſa-
re poſſit, cùm condemnentur ex perſonâ
9 anteceſſorum, qui jam propter neglectam
Inveſtituram feudi privationem incurre-
rint, *Carpzov. p. 3. conſtit. 27. defin. 3. n. 12.*
*& ſeqq. & defin. 6. n. 2. 3. nec non defin.*
*11. n. 1. 2. 7.* atque præſumptio contrà he-
redem militet, quod ſciat factum defuncti;
ita ut prætenſa ignorantia heredi etiam
exindè non proſit, cùm ſufficiat ſemel ex
perſonâ patris vel avi obligationem eſſe
contractam, *Faber in Cod. lib. 7. tit. 13.*
*defin. 21.* cùm præſertim etiam ignoran-
tiam veriſimilem allegare non poſſint,
quæ ſcilicet caret dolo & culpa, & quæ
cauſatur ex probabilibus argumentis, ne-
que tendit in præjudicium tertij, ſecun-
dùm tradita *Felin. in c. ad audientiam. de*
*præſcr. n. 5.* Quibus omnibus accedit,
quod hic omiſſio inveſtituræ non ſemel ſed
ſæpius intervenerit, atque contemptus
Domini multoties repetitus & reiteratus
ſit, dùm à tempore Imp. Caroli V. inveſti-
turæ renovatio nunquàm ſit requiſita.

Sed quod ſupradictum eſt, actionem
per ſpacium quadraginta Annorum in ju-
dicio continuari, illud tantum locum in-
venit, quando litis conteſtatio eſt facta,
& poſtea ab actione ſuperſedetur. Sed 10
quando cauſa eſt concluſa, & ad ſenten-
tiam ſubmiſſa, tunc ſi ex culpa Judicis ſen-
tentia multis annis protrahitur, ita partibus
nocere non poteſt. Deindè, quod ſupra
exceptum eſt, quod Fiſcalis nullum origi-
nale, ſed ſolum exemplum inveſtituræ
produxerit, id propterea vanum & frivo-
lum eſt, quia Archivum non ſolum publi-
cum continet teſtimonium, adeoque ple-
nam fidem facit, ſed omnia quoque, quæ
exinde proferuntur exemplaria ſeu copiæ 11
vel tranſſumpta, eandem fidem merentur,
per *text. in Auth. ord. hac. Cod. de fid. Inſtr.*
*Nov. 49. §. 2. cap. cum cauſam. 13. x. de pro-*
*bat.* prout Doctores omnes unanimiter
tradunt, teſte *Tuſch. concluſ. 486. in voce*
*Archivum. n. 1. & 4. Ruland. de Commiſſ.*
*part. 2. lib. 5. cap. 8. Knipſch. de Civit. lib.*
*2. cap. 12. n. 16.* Noviſſimè *Fritzius Concluſ.*
*43.* Exceptionem ignorantiæ reum pro-
ptereà relevare non poſſe, quia ſi exceptio
illa neceſſariò deberet attendi, & Vaſal-
lum à pœna privationis poſſet excuſare,
tunc Dominus Directus nunquam caduci- 12
tatem feudi ex neglecta inveſtitura conſe-
qui poſſet, quia quilibet Vaſallus ignoran-
tiam prætenderet, & pro ea probanda ad
juramentum ſe offerre poſſet, quo ipſo
multis perjurijs anſa præberetur. Quini-
mò non veriſimile, & verè incredibile eſt,
quod proximior heres & immediatus ſuc-
ceſſor

Digitized by Google

ceſſor Vaſalli nullam feudi ſcientiam acquiſiverit, cùm tamen conjunctus præſumatur ſcire factum defuncti; *Tabor. in locis Communibus, verbo Scientia.* Atque ignorantia tantùm juſta & probabilis non verò culpoſa & craſſo errore affectata excuſet, in ijs ſcilicet, quæ quis ſcire tenetur, v. g. an bona allodialia, an verò feudalia ad ipſum pervenerint: cùm craſſa & ſtolida nec ferenda videatur eſſe ignorantia, heredem non ſcrutari ea, quæ in hereditate ſunt, ut ait *Roſenth. de feud. concl. 47. n. 9.* quia alias rariſſimi caſus darentur, ubi Vaſalli dolus & lata culpa in neglecta inveſtitura, ſicque manifeſtus Domini contemptus doceri poſſet. Et quamvis Vaſallus modernus fortè caruiſſet ſcientia de qualitate feudali, tamen ejus Avus & pater ſcientiam illam habuerunt, atque in jure feudali determinatum eſt, quod de-
13 lictum Vaſalli, etiam extra perſonam Domini commiſſum, noceat liberis, ſivè feudum ſit novum ſive antiquum, per *text. in c. 1. verſ. filius tamen ad id nullatenus aſpirabit. tit. ſi Vaſallus feudo privatur, cui deferatur, capit. 1. §. Vaſallus. ſi de feudo defuncti controverſia ſit*, quia filij non tam beneficio primi acquirentis, quàm mediante perſona patris ſuccedunt, ab eoque feudum capiunt, juxtà *Dd. in cap. 1. an agnati vel filij*, ut delictum patris hactenus filijs noceat.

Enim verò, ſupradictis non obſtanti-
14 bus, verior eſt opinio, quod ignorantia feudalis qualitatis reos à pœnâ caducitatis & privationis excuſet, cum *Math. Afflict. de feud. lib. 3. tit. ſi de feud. fuer. controverſ. inter Dom. & agn. §. ſi Vaſallus. fol. 451.* ubi ait: quod ſi Vaſallus vendidit feudum ſinè conſenſu, quia credebat rem eſſe allodialem, in quâ ſucceſſit patri ſuo, qui multo tempore non ſervierat; juſtam eſſe ignorantiæ cauſam, ex quo alteri ſucceſſit, *per l. qui alterius. ff. de Reg. jur.* ubi Gajus ait: *qui in alterius locum ſuccedunt, juſtam habent ignorantiæ cauſam, an id, quod peteretur, deberetur*, Fidejuſſores quoque, non minus quàm heredes, ignorantiam poſſunt allegare. *L. ſi ſterilis. §. 1.* ibi: *Si venditor prædij non dicat de tributo ſciens, tenetur exempto; quod ſi ignorans non prædixerit, quod fortè hereditarium prædium erat, non tenetur. ff. de act. exempti. l. fin. ff. pro ſuo.* ibi: *uſu quæ procedit, ſi probabilis error poſſidentis non obſtet, veluti ſi ob id aliquid poſſideam, quod ſervum meum, aut ejus in cujus locum hereditario jure ſucceſſi, emiſſe id falsò exiſtimem, quia in alieni facti ignorantia tolerabilis error eſt. c. cùm quis in jus de Reg. jur. in 6.* Atque hinc Dominus, ſi velit movere controverſiam, aſſerendo rem eſſe feudalem, & ſibi devolutam, probare debet Vaſalli ſcientiam, aliàs per allegatam ignorantiam Dominus & agnati excluduntur. Ignoranti enim ſuccurritur, quando tractatur de damno vitando. Et ſcientia, non verò ignorantia punitur, niſi ignorantia craſſa ſit & ſupina, in facto proprio, quo caſu paria ſunt ſcire & ſcire debere, quæ ſunt formalia *Math. de Afflict. cit. loc.* cum quô conſentit *Schrader. de feud. part. 9. cap. 1. n. 39. uſque 55. & ſeqq.* ubi tradit: ignorantiam probabilem excuſare, & in herede præſumi, niſi ſit ignorantia craſſa & ſupina, utpotè ſi communis vox & fama fuit, bona iſta eſſe feudalia, vel inſtrumenta feudalia in hereditate fuerint reperta, quo caſu præſumitur Vaſallus contenta cognoviſſe; Quamvis & ſic *Roſenth. d. loc.* relinquat arbitrio Judicis, an non vaſallus, pro circumſtantijs, juramento ſe purgare poſſit, cùm in pœnalibus mitiores nos eſſe deceat, & plerique requirant, quod dolus vaſalli debeat probari. Quibus porrò calculum ad- 15
dit *Vult. de feud. lib. 1. c. 7. n. 114. Georg.* Schützen *in Synops. jur. feud. c. 11. n. 47. Joh. Volckm. Bechman. in uſu pr. feud. Exerc. 2. n. 52.* ubi ait: Collegium *Jurid. Jenenſe anno. 34.* reſpondiſſe; Daß der Lehen-Herr der Lehen einzuziehen nicht befugt / es ſey denn / daß des Lehenmanns boßhaffter und betrüglicher Vorſatz / daß er auß Frevel und Verachtung deß Lehenherren umb die Belehung nicht angehalten / genugſamb beſcheinigt. Idque per *text. in c. 1. quo temp. miles inveſtit. pet. deb.* ibi: niſi juſta cauſa intervenerit. *c. quoniam de prohib. feud. alien. 2. feud. 52.* ibi: *ſi Vaſallus non doloſè per annum & diem ſteterit, quod à Domino beneficij ſui inveſtituram non petierit, feudum non ob hoc amittat*, dolus enim abeſſe videtur, ſi juſtâ causâ impediente ſteterit. *Rubric. & d. voc. non amittere feudum eum, qui ſine dolo ceſſavit per ann. l. in pet. inveſtit.* quibus addit idem *Bechman. cit. loc. n. 54.* Daß heuti-

ges Tags/ vornehmer Rechtslehrer und Außleger Meinung nach / wegen unterlaſſener Lehensmuthung/ nicht leichtlich zu Einziehung der Gütter geſchritten werde / ex traditis *Weſenb. Herm. Schrader. Hartm. Piſtor.* tùm quod Dominus erga Vaſallos potiùs æquitatis rationem habere debeat, quàm ſecundùm rigorem juris procedere; tùm quod iſtiuſmodi pœnæ magis ad terrorem, quàm ut executioni mandari debeant, impoſitæ ſint, ceu poſt *Nattan conſ. 593. n. 6.* ſcribit *Anton. Teſſaur. dec. 227. n. 2. hactenus Bechman.* Cui conſentit *Adam Struv. in Syntagm. jur. feud. c. 10. aphor. 8. & 9.* ubi ait: Scientiam Vaſalli Dominum probare debere. *citans Pfeil. conſ. 65. n. 1. Berlich. 2. concl. 53. n. 37.* ulteriusque tradit: in genere notare Interpretes, quod Principes & Domini feudi non ſoleant rigorem juris feudalis obſervare, & feudo Vaſallum, ob ſolam neglectam inveſtituræ renovationem privare; ſed potiùs condonare hanc culpam, ſaltem pœna aliqua dictatâ. *Afflict. lib. 3. feud. tit. de prohib. feud. alienat. § præterea ſi quis fol. 698.* Quæ omnia confirmantur à practicis expertiſſimis. *Mynſ. cent. 5. obſ. 9. n. 8. & ſeqq. Gail. lib. 2. obſ. 48. n. 8. & ſeqq.* ubi tradunt privationem non habere locum ob non petitam debito tempore inveſtituram, propter juſtam ignorantiam: Ex ratione, quia qui ſciens prudensque legitimo tempore inveſtituram non petit, Dominum contemnere, & feudum intervertere velle videtur, proindéque feudo indignum ſe facit, & meritò privatur: At talis contemptus ceſſat ob juſtam ignorantiam, qua ignorans Dominum non contemnit; ideòque tali caſu ad privationem feudi ſcientia & contemptûs probatio requiritur, quod videlicet malitiosè & fraudulenter omiſſa ſit petitio renovationis inveſtituræ. Quæ diligenter in praxi obſervanda eſſe monet, quia ſæpiſſimè contingit, ob impedimentum vel juſtam ignorantiam inveſtituram in termino juris non peti: Juſtam autem ignorantiam eſſe, ſi aliquis defuncto Vaſallo ſuccedat, ignorans illum Vaſallum fuiſſe, non repertis in hereditate inveſtituris; ideò talem excuſari, & conventum à Domino ſuper feloniâ abſolvendum eſſe, cùm juſtam habuerit, tanquàm heres, cauſam ignorantiæ. Et ita in magna & ardua quadam cauſa in Camerâ judicatum & obſervatum eſſe, *hactenus Gail.* Addi poteſt *Meichſner. tom. 3. deciſ. Cameral. 18. n. 5. & ſeqq.*

Ex quibus omnibus apparet, vaſallis & textus juris feudalis *in c. 1. quo tempore miles inveſt. pet. deb. c. quamvis. de prohib. feud. alien. c. un. non amitt. feudum eum qui ſine dolo ceſſavit per annum pet. inveſt.* æquitatem feudalem, autoritatem Dd. & opinionem communem, nec non præjudicia Cameræ & inferiorum Tribunalium aſſiſtere. Hinc non obſtant vaſallis rationes ſuperiùs adductæ, quaſi nulla unquàm caducitas feudi locum inveniret, ſi præſumptio ignorantiæ pro vaſallo attenderetur, atque juramentum pro eà probandâ vaſallum poſſet excuſare; ſicut enim ex parte Domini directi hoc durum eſſe videtur: Ita multò gravius eſt vaſallo, ſi, non obſtante juſtâ ignorantiâ, feudo poſſet privari, contra naturalem æquitatis regulam; *quod ibi pœna eſſe non poſſit, ubi non adeſt delictum*; neque hic perjurium eſt timendum, quia tùm demùm vaſallus allegatam ignorantiam per juramentum plenè probare poteſt, ſi ſit perſona honeſta, ſi Dominus feudi non paratus ſit probare contrarium, ſi Vaſallus contrarius ſibi non fuerit, ſi ex dictis illius non appareat juramentum eſſe iniquum, ſi nullæ conjecturæ juris aut facti adſint, quæ ſuadeant, vaſallum ſciviſſe rem, feudalem eſſe, *Schrad. de feud. part. 9. Cap. 1. n. 45. Henr. Rhetius de jur. feud. lib. 1. tit. 22. verbo veluti, n. 2.* per quas circumſtantias perjurium facilè evitari poteſt, præſertim cùm in præſenti caſu unicum tantùm inveſtituræ inſtrumentum fuerit expeditum, quod facile perdi potuit, ut tantò credibilius ſit, Vaſallos nullam ejus habuiſſe ſcientiam; Quibus accedit, quod hæres habeat præſumptionem ignorantiæ pro ſe, in rebus defuncti *l. qui in alterius. ff. de R. J.* atque etiam dubitans pro ignorante habeatur. Itaque nullum Domino Directo infertur præjudicium, ſi Vaſallus ex capite ignorantiæ à felonia abſolvatur, cùm Domino ſemper liberum ſit, vaſalli culpam per documenta vel teſtes demonſtrare. Hinc plerique ſuſtinent, quod dolus vaſalli debeat probari, *Roſenth. de feud. l. 6. Concluſ. 47. n. 2. & ſeqq. Vult. de feud. lib. 1. t. 7. n. 114. Georg. Schulz.*

16 17 18

*Schultz. in Synops. jur. feud. c. 11. n. 47. Volckmar. Bechman. in uſu pr. feud. exerc. 2. n. 52.* ubi ait: Collegium Ienenſe Anno 34 reſpondiſſe, daß der Lehenherr das Lehe einzuziehen nicht befügt / es ſeye dann deß Lehenmans boßhaffter und betrüglicher Vorſatz / daß er auß Frevel und Verachtung deß Leheherrn / umb die Belehung nicht angehalten / genugſamb beſcheiniget / & idem *Bechman. cit. loco n. 54.* tradit, daß heutiges Tags fürnehmer Rechtslehrer Meinung nach / wegen unterlaſſener Lehensmuthung nicht leichtlich zu Einziehung der Lehen geſchritten werde / ex traditis *Weſenb. Iſern. Schrad. Hartm. Piſtor.* Tùm quod Dominus erga Vaſallos potius æquitatis rationem habere debeat, quàm ſecundùm rigorem juris procedere, tùm quòd ejusmodi pœnæ, magis ad terrorem, quàm ut executioni mandari debeant, impoſitæ ſint, ceu poſt *Nattam* ſcribit *Anton. Teſaur. dec. 227. n. 2. vid. Gail. 2. obſ. 48. Mynſing. cent. 5. obſ. 9. Meiſner. tom. 3. dec. 18. n. 5. Struv. in Syntag. jur. feud. c. 10. aphor. 8. & 9.* ubi tradit: in genere notare interpretes, quod Principes & Domini feudi non ſóleant rigorem juris feudalis exercere, & Vaſallum, ob neglectam inveſtituræ renovationem feudo privare; ſed potiùs condonare hanc culpam, 20
ſaltem pœnâ aliquâ dictatâ. *Afflict. lib. 3. feud. tit. de prohib. feud. alien. §. præterea ſi quis folio 698. & in C. 1. qui fuerit prima cauſa amitt.* ait; peſſimos conſiliarios eſſe, qui aliud principi perſuadent, cùm mora hæc ex æquitate purgetur ſi nimirum Vaſallus, ſponte ſua, antequam à
Domino in jus vocatus fuerit, renovatio- 21
nem inveſtituræ petat. Ex his omnibus Vaſalli abſolutoriam à fiſcali actione, non obſtantibus in contrarium allatis, reportaverunt.

# *Liber II. Titulus XXX.*

## De SUCCESSIONE ILLEGITIMORUM, ET LEGITIMATORUM IN FEUDIS.

### SUMMARIA.

1. *ADulterinas proles non gaudere privilegijs ſubſecuti matrimonij, & ab hereditate excludi.*
2. *Adulterum non poſſe matrimonio conjungi cum pellice, niſi prius factâ publicâ pœnitentiâ.*
3. *Deſcribitur adulterij ſcelus graviſſimum, & ejus pœna apud varias gentes.*
4. *Adulterum feudo privari poſſe, imò ipſo jure illud amiſiſſe.*
5. *Adulterum eſſe infamem, & ipſi clauſas omnes portas honoris & dignitatis.*
6. *Patris delictum etiam excludere filios.*
7. *Explicatur infamia Juris & facti.*
8. *Adulterum publicum ipſo jure eſſe infamem, & ſententiam condemnatoriam non requiri.*
9. *Conjugatum cum ſoluta ſe commiſcentem, nihilominus committere adulterium, & filios ab hereditate excludi.*
10. *Si adulter, mortuâ Uxore legitimâ, ex pellice ſua filium progeneret, eamque poſteà matrimonio ſibi jungat, nihilominùs talis filius privilegijs legitimatorum per ſubſequens matrimonium non gaudet.*
11. *Cujus rei ratio redditur, quod non liceat ducere in matrimonium, quam prius polluit per adulterium.*
12. *Maculam eſſe indelebilem, & jàm Domino feudi jus ex infami adulterio quæſitum, quod ipſi aufferri non poteſt.*
13. *Naturales per ſubſequens matrimonium legitimatos ſuccedere in feudis èx ſententia communi.*
14. *Contrà hanc tamen ſententiam pugnare textum in §. Naturales, multasque rationes & authoritates.*
15. *In feudis eſſe particularem conſiderationem, quia non tàm ex paterna hereditate quàm Domini concedentis voluntate dependent.*
16. *Præſertim in feudis Illuſtribus decere, ut naturales excludantur.*
17. *Naturales legitimatos per ſubſequens matrimonium, in multis locis ad ſucceſſionem feudorum non admitti.*

ALia verò quæſtio eſt, an filij adulterini, vel aliæ proles illegitimæ per ſubſequens matrimonium ita legitimentur, ut in feudis ſuccedere poſſint?

de filio naturali, qui ex ſoluta inter quos tempore generationis non erat impedimentum dirimens conjugium, res ex jure Canonico & Civili certa & determinata eſt, quod talis filius per ſubſequens Matrimonium legitimatus in hereditate parentum ſuccedere poſſit, *per Cap. conqueſtus. 1. qui ſint filij legitimi*, quia tales filij, ex juris fictione ſeu diſpoſitione, reputantur ac ſi ex legitimo Matrimonio nati eſſent.
1 Si verò proles ex Adulterio nata ſit, talis ad ſucceſſionem non admittitur, licet poſteà Matrimonium ſubſequatur, nàm in hoc caſu fictio juris non invenit locum, quia habet principium prohibitum, & Vitioſum, dùm parentes peccarunt contra Matrimonium, & proindè ex eo non debet eis in prolis legitimatione ſubveniri, *Covaruv. in lib. 4. Decret. part. 1. cap. 8. §. 2. n. 2. Sanch. de Matrim. lib. 8. diſp. 7. n. 19. Layman. lib. 5. tract. 10. part. 3. cap. 5. n. 2.* & textus apertus eſt *in cap. tanta. 6. qui filij ſint legitimi.* ubi Pontifex ita reſcribit: *Tanta eſt vis Matrimonij, ut qui antea ſunt geniti, poſt contractum Matrimonium legitimi habeantur; Si autem vir uxore ſua vivente, aliam cognoverit, & ex ea prolem ſuſceperit: licet poſt mortem uxoris, eandem duxerit, nihilominùs ſpurius erit filius, & ab hereditate repellendus: præſertim ſi in mortem prioris uxoris alteruter eorum aliquid fuerit machinatus;* ubi verbum *præſertim* accipiendum eſt pro maximè, quia idem eſt hoc caſu, etiamſi neuter fuerit machinatus in mortem, non enim legitimatur per ſubſequens matrimonium filius conceptus vel natus ex adulterio, dato etiam, quod matrimonium teneat inter adulterum & adulteram mortuâ legitima uxore: Multò magis talis ſpurius non poteſt legitimari, ſi matrimonium non teneat; Quod ſi inter adulterum & adulteram interveniſſet machinatio mortis, non poteſt etiam inter eos matrimonium conſiſtere, *Cap. ult. de eo qui duxit in Matrim. Alex. de Nevo ad tit. qui filij ſint legit. n. 8.* quinimò, etiamſi nulla machinatio mortis interveniſſet, tamen prohibentur contrahere matrimonium antè peractam pœnitentiam, *per text. apert. in c. illud vero. 3. cauſ. 31. quæſt. 1. & Cap. ſi quis vivente. 5. eadem cauſ. & quæſt.*
2 Eſt enim adulterium unum ex graviſſimis criminibus, quod *D. Chryſoſtomus* non immeritò Idololatriâ gravius eſſe pronunciavit, & Imperatores inter ſæviora crimina Adulterium numerârunt; *Leg. 7. Cod. Theodoſ. de indulg. Crim. S. Iſidorus.* Adulterium atrocius eſſe dixit reliquis omnibus vitiis, quia evertat ipſam ſubſtantiam Matrimonij: & *Pontifex in Can. 16. quod in omnibus 12. quæſt. 7.* aſſerit omnibus peccatis nullum eſſe adulterio gravius. Hinc apud *Ægyptios* deprehenſus, in adulterio mille plagis cæſus caſtrabatur, mulier verò naſo mutilabatur, quò dedecore vultus incontinentia omnibus pateret, quia naſo maximè facies hominis exornatur. *Parthi* nulla delicta adulterio gravius vindicabant. *Hebræi* eos, poſtquam abominandum & execrabile coram DEO malum ſummus Legislator, repetitâ per Moyſen voluntate, mortis pœnâ plectendum præcepit, plerumque lapidibus adulterum obruebant; ante legem latam etiam comburere ſoliti. *Perſæ* etiam Capitali pœna in eos animadvertebant: nec mitiores extitère *Vandali*, qui ad libidinem comprimendam ſeveras pudicitiæ leges tulerunt, gladio impudicitiam coërcentes, ut puritatem utriusque ſexus, & domi connubij ſervaret affectus, & in publico metus legum, ac ſic duplici præſidio caſtimonia niteretur, cùm & intus eſſet, quod amaretur, & foris quod timeretur. *Salvian. lib. 7. de provid. Moſcovitæ* adulteros in partes diſſecant; & plura videri poſſunt *apud Hennelium in Tract. de jur. dotalit. cap. 10. §. 1. & ſeqq.* Adulterij crimen cœteris criminibus ideo atrocius eſſe tradit *Arniſeus de jur. Connub. cap. 5. n. 10.* quia directò vergat contra ſalutem & incolumitatem Reipublicæ, dum ex eo adulterini & ſordidi cives naſcuntur. Proinde *Henr. Roſenth. in tract. de feud. cap. 10. concluſ. 36. n. 44.* tradit, generaliter omnium eſſe opinionem, quod ob adulterium commiſſum Vaſallus feudo privari poſſit, quia Domini Directi honor & exiſtimatio exigit, Vaſallos honorabiles & bonæ famæ habere; qui honeſtè in Curia Domini cum alijs ſtare poſſint, cùm tamen adulteri ſint infames, & ideò feudo privari poſſint *per text. clarum in cap. 1. §. illud enim certum eſt, quæ fuit prima cauſa benef. amitt.* infamibus autem portæ dignitatis ſunt clauſæ, & reſidentiæ Principum & Magnatum ijs patere non debent; neque 4 5

viris

viris illuſtribus & honeſtis communio cum talibus eſt obtrudenda; qui propterea in tota Germania in Convivijs & alijs actibus non tolerantur: Quapropter in Curia & Judicio Dominus & Pares eos recuſare poſſunt, quia illic ſtandi locum ampliùs non habent, atque idcircò feudo exui, & à Curia repelli poſſunt, *Schrader. de feud. part. 9. Cap. 3. n. 74. Roſenth. dict. loc.* ubi quàm plurimos in hanc ſententiam citat, *Alvarot. Præpoſit. Afflict. Artizon. Capyc. Schneidw. Sonner. Alex. & Curt. & Vultei.*

6 Quod in tantum procedit, ut patris delictum etiam excludat filios; *2. feud. tit. 26. §. ſi Vaſallus culpam. & tit. 24. §. final.* etiam in feudo antiquo *Zæſ. in tract. de feud. cap. 16. n. 21. & 50. Gudelin. de feud. part. 5. cap. 4. §. 6.* ubi ait: ſi Vaſallus magno aliquo ſcelere patrato infamis atque inhabilis redditus ſit, liberos quoque ejus à feudo excludi, *& cap. 2. n. 11.* ubi ait; inhabilem cenſeri Vaſallum quando incurrit infamiam tantam ut in Curia Domini ampliùs ſtare non poſſit, & verecundum ſit cum eo negotium habere, *Rhetſ. de feud. lib. 1. tit. 5. n. 5. Schilter de feud. cap. 40. pag. 226.*

Quod verò adulterium infamem reddat adulterum, nullum planè dubium eſt, *Lauterbach. in Colleg. ad Pand. lib. 3. tit. 2. de his qui not. infam. §. 15. l. 43. §. qua in 12. ff. de ritu nupt.* quia quod dicitur, alias

7 perſonas *ipſo jure* incurrere infamiam, alias demùm *poſt ſententiam* infamiâ notari; id exindè ſolùm provenit, quod delicta quædam, quantùm fieri poteſt, clàm ſoleant committi, aut certè an jure, & ſinè ulla juſtâ exceptione facta ſint, adhuc diſputari poſſit, ut in homicidio, ratione defenſionis neceſſariæ, & ſervato moderamine inculpatæ tutelæ, in quibus delictis per ſententiam demùm verè & liquidò conſtare dicitur, ut ſequatur infamia. Alia verò delicta ejus conditionis ſunt, ut fiant publicè, aut utique liquidò de ijs conſtet, nec qui de ijs arguuntur, ullâ ſe poſſint exceptione tueri, quæ *ipſo jure* infamia comitatur, ut nec Judex facere poſſit, quò minùs delinquentem ſequatur infamia, cùm lex ipſa illum notet, cui Judex derogare non poteſt. Hinc & pro damnato in jure & infamis eſt, qui crimen eſt confeſſus, *l. 5. ff. de his qui not. infam.* quia lex notat ipſum factum, v. g. ſi quis contrahat alia ſponſalia prioribus non diſſolutis, ſi mulier deprehendatur in adulterio: quia ſententia requiritur eo ſaltem caſu, ubi de delictis clàm commiſſis non patet: Sed quando quis in flagranti deprehenditur, quando crimen confitetur, quando publicum, multis annis improbè continuatum eſt, ut nulli defenſioni ſit locus, (ſicut 8
in noſtro caſu) tunc delinquens inſtar damnati pro infami habetur, per *d. l. 43. §. 12. ff. de rit. nupt.* ubi JCtus ait, *adulteram deprehenſam quaſi publico judicio damnatam haberi*, & quamvis ſententia non fuiſſet neceſſaria, tamen ea lata eſt, & adulteri lineam finitam, & filium ejus ſucceſſionis incapacem, & feudum fiſco devolutum eſſe pronuntiatum eſt, neque fæditas deprehenſionis eſt cauſa infamiæ, ſed certitudo criminis, prout egregiè diſcurrit *Reinhard. Bachov. in Commentar. ad Pand. lib. 3. c. 2. de his qui not. infam.* conſequenter talis *adulter ipſo jure* infamis ampliùs in Curiâ Domini ſtare nequit, nec Pares Curiæ ipſius conſortium tolerare poſſunt, ſicut etiam deſcendentium ex ipſo, quos delictum patris, ex ſuprà dictis, pariter excludit, præſertim in crimine adulterij, quod ex ſuâ naturâ gravi maculâ filios quoque afficit.

Neque relevare contra prædicta quicquam poteſt, quod Maritus cum ſoluta congrediens de jure Civili ſtuprum tantum, non verò adulterium committat. Quia nihilominus, quod etiam filij ex tali concubitu nati ab omni ſucceſſione excludantur, *per ſupra cit. Cap. tanta qui filij ſint legitimi*, clarè probatur, ita ut ſi 9
etiam, demortua uxore, adulter cum tali matrimonium contrahat, jura tamen, quæ legitimatis per ſubſequens Matrimonium favent, non poſſint illis applicari. Quinimò multi ex juris Conſultis talem quoque concubitum adulterium eſſe tradunt cum Canoniſtis & Theologis. *Gloſſa. in fin. ad Leg. 1. Cod. ad Leg. Jul. de adulteris. Menoch. caſ. 420. n. 108. de arbit. Jud. Göd. ad leg. 101. n. 16. de verb. ſignif. Beuſt. cap. 17. & 18. part. 2. Weſenb. in paratit. ff. ad leg. Jul. de adult. Cap. non Mæchaberis. 23. quæſt. 5. Cap. nemo ſibi blandiatur. cap. dicat. 32. quæſt. 4. Cap. transmiſſa de eo qui cogn. conſang. uxor.* quia Chriſtus *mæchari* dicit *eum, qui ſeparat carnem à DEO conjunctam Math. 5. & 19. Marc. 10.*

quod æquè facit conjugatus ſi ſcorto tantùm, aut virgini ſe agglutinat, quàm ſi ad alienam tranſeat uxorem *S. Auguſtinus Cap. 4. de bon. Conjug.* ait: *adulterium eſſe violationem fidei conjugalis*, & paulò poſt: *eſſe concubitum contra pactum conjugale*, & hinc infert: cùm vir ad alienam accedit uxorem, ſivè ſit libera ſive conjuncta, adulterium committi ab eo, qui Maritus eſt. *Salomon proverb. 6. dicit: furtum, quod neceſſitas ſæpe imperat, non eſt tàm propudioſum, & ſi detegatur, expiatur ſeptuplo*: Sed qui *adulterium perpetrat, ſtultus eſt, & vitam perducit in perniciem, & maculam plagamque ſibi contrahit indelebilem*. unde *S. Paulus ait. 1. ad Corinth. 6. omne peccatum, quod homo committit extra corpus eſt, qui autem ſcortatur in corpus ſuum peccat.* Corpus DEO conſecratum transfert in mancipium ſcorti, & gravius ſacrilegio peccatum committit. Undè meritò filijs ex tali damnato concubitu natis omnia privilegia, quæ alijs legitimatis per ſubſequens matrimonium, in honorem illius, attribuuntur, planè denegantur.

10 Quid ſi autem talis adulter, mortuâ uxore cum pellice ſuâ filium progeneret, poſteaque illum per ſubſequens matrimonium legitimet, an non tunc talis privilegijs legitimationis, & ſucceſſione parentum gaudebit? Nihil dicam de bonis allodialibus, ſed ſolùm de feudalibus, ad quæ, obſtante parentum priùs commiſſo delicto, nullatenus admittetur; Etiamſi enim talis filius pro naturali tantùm, & non pro adulterino tractandus videatur, cùm matrimonium inter parentes tempore conceptionis & nativitatis ipſius conſiſtere potuerit, & non ſit nullum vel invalidum; niſi vivente uxore promiſſio Matrimonij eſſet facta, vel altera pars in mortem legitimæ uxoris fuiſſet machinata, quod ferè ſemper accidere ſolet; Tamen ordinariè non licet ducere in matrimonium, quam quis antea polluit per adulterium *Decret. lib. 4. tit. 7. de eo qui duxit in matrim.*
11 *quam poll. per adult.* præſertim ante peractam pœnitentiam ob adulterium antè commiſſum, prout docent *Gratian. in cap. illud verò. §. hic ſubaudiendum eſt. cauſ. 31. quæſt. 1. Henr. Caniſ. in Comment. ad tit. de eo qui duxit in matrim. quam poll. per. adult. n. 7. Ernr. Pirrhing. ad eund. tit. §. 4.* Textus clarus eſt, *in cauſa. 31. quæſt. 1.* cujus hæc verba: *nullus ducat in matrimonium quam prius polluit adulterio*, & *quæſt. 3.* in qua ſequentia leguntur: *illud verò communi decreto, ſecundùm Canonum inſtituta definimus, & deprædicamus, ut ſi quis cum uxore alterius, eo vivente, fornicatus fuerit, moriente marito Synodali judicio aditus ei claudatur illicitus: nec ulterius ei conjungatur matrimonio, quam prius polluit adulterio. Nolumus enim, nec religioni Chriſtianæ convenit, ut ullus ducat in conjugium, quam prius polluit per adulterium.* Ad quod Cap. ſuprà citat. *Gratianus* tradit, ſubaudiendum eſſe, *niſi prius peractâ pœnitentiâ*, &, ſi nihil in mortem viri machinatus fuerit, vel, ſi vivente viro, fidem adulteræ non dedit, ſe ſumpturum eam ſibi in conjugem, ſi viro ejus ſuperviveret. Quam limitationem probat *cap. ſubſequens 4.* in verbis: *relatum eſt auribus ſanctorum Sacerdotum.* & *ſubſequens cap. 5. ubi diſponitur: ſi quis vivente Marito conjugem illius adulteraſſe accuſatur, & eo in proximo defuncto, eandem ſumpſiſſe dignoſcitur, omnimodo pœnitentiæ publicæ ſubijciatur.* De qua pœnitentia facta in caſu nullibi apparet, & ſi appareret, propter maculam tamen indelebilem filius ad feudi ſucceſſionem admitti non poſſet. Quæ jura etiam in fideicommiſſis obtinent, *Knipſchild. de fideicom. famil. nobil. c. 8. n. 291. & ſeqq.*

12 Idque eo magis, quia jam per adulterium anteà commiſſum Domino feudi, ſecundùm ſuprà deducta, jus acquiſitum eſt, quod ei poſteà, nec per ſubſequens matrimonium, nec per reſcriptum Principis, ulla ratione poteſt ampliùs auferri, quia legitimatio ſuperveniens non præjudicat Domino in jure jàm quæſito, nec retrotrahitur in præjudicium juris medio tempore acquiſiti. *Klock. tom. 3. conſil. 143. n. 1. & ſeqq.* ubi infinitas Doctorum authoritates allegat. Lex enim fingit quidem tranſlativè, de tempore in tempus retrò, in præteritum filium fuiſſe legitimum *§. ſi igitur quibus mod. natur. effic. legit. leg. fin. ff. de nat. reſtitut.* hæc tamen fictio tranſlativa nihil immutat vel auffert de jure quæſito. *cap. quamvis de reſcript. in 6.* textus clarus *in §. liceat*, ibi: *de cæteris. authent. quibus mod. natur. effic. legit.* præſertim ſi adulter, poſt mortem uxoris legitimæ, conſortium infame continuavit, ex

quo

quo crimine & ſcandalo, nec ipſe, nec proles, per matrimonium multis dilatum, in præjudicium Domini directi, gratiam vel favorem reportare debent.

Atque iſta omnia procedunt non ſolùm in feudis, ſed etiam in fideicommiſſis, quia liberi adulterini, Spurij, inceſtuoſi ad fideicommiſſa familiarum nobilium non admittuntur, *Peregrin. de fideicom. art. 12. n. 83. Fuſar. de fideicom. ſubſtit. q. 354. n. 3. Knipſchild. de fideicommiſ. familiarum Nobilium cap. 8. n. 291.* quia jus agnationis & familiæ non habent, & proinde neque patri neque Matri ſuccedunt, *Novel. 74. cap. ult. & Novel. 89. cap. ult. l. ſi quis inceſti 6. & authent. ex complexu Cod. de inceſt. & inutili nupt.* Hinc filius adulterinus ad fideicommiſſi ſucceſſionem aſpirare non poteſt, perindè ſicuti à ſucceſſione feudi excluditur. Quamvis enim in fideicommiſſis licitum ſit ultimo ex familia per teſtamentum heredem inſtituere, atque ita videatur, ſicut alium quemvis, ita quoque filium adulterinum teſtamento inſtitutum, ſi non ut filium, ad minimum tanquam hæredem inſtitutum, fideicommiſſum poſſe conſequi: id tamen non procedit, quando fiſco jam ex delicto ultimi poſſeſſoris jus quæſitum eſt, quod ipſi ampliùs auferri nequit; Deinde verò in feudo non poteſt lex fideicommiſſi conſtitui, & licet imponeretur, eo ipſo tamen feudum non fit allodiale, ſed manet feudum, quia Vaſallus teſtamento vel pacto ſuo non poteſt immutare naturam feudi, in præjudicium Domini, & Vaſallus negans feudum eſſe feudum eo privatur per textum expreſſum *in lib. 2. feud. tit. 26. ſi de feud. defunct. content. ſit, cap. 3. Vaſallus ſi feudum. item cap. Vaſallus feudum. Roſenthal. de feud. Cap. 10. concluſ. 32. n. 1. & ſeqq.* Et quamvis diceretur ab initio in loco aliquo feudali fuiſſe conſtitutum fideicommiſſum, ſed poſtea in naturam feudalem commutatum; ſi tamen per duo & ampliùs ſecula, nulla in omnibus inveſtituris fideicommiſſi mentione facta, ſub ſola feudi qualitate fuiſſet poſſeſſum, certè amiſiſſet naturam feudi, & præſumeretur potiùs caſtrum ſuperſtructum feudali fundo inædificatum eſſe. Quoties enim Vaſallus Caſtrum in feudo ædificat, non tamen feudum in allodium convertit; & ſuppoſito, quod revera aliquando allodium & fideicommiſſum fuiſſet, tamen extinctâ per adulterium lineâ, nullus ampliùs patet filijs adulterinis ad illud gradus vel ſucceſſio, quia linea ſucceſſorum in fideicommiſſis per adulterium eſt perempta.

Deinceps fruſtra reclamat filius vel nepos ſucceſſionem prætendens, quaſi non ex adulterio, ſed mortua prima patris uxore, & matrimonio contracto cum ſua Matre per ſubſequens matrimonium eſſet legitimatus. Prout enim jam ſuprà dictum eſt, de jure ex delicto infami fiſco acquiſito, quis ſibi perſuaderi patietur, hunc prætendentem ejusque patrem ante Annos ſexaginta & ampliùs ſummo niſu capacitatem ſuam defendere conantem atque in eum finem celeberrimos Juris Conſultos in patrocinium cauſæ ſuæ adſciſcentem, non protuliſſe atteſtata de tempore Nativitatis ſuæ, & mortis primæ Uxoris? Non enim agebatur de glande legenda, ſed de ſumma rerum, de feudo dignitatis & magnæ conſiderationis, pro quo obtinendo ſine dubio omnes probationes, quæ pro legitimitate ſuppetebant, conquiſitæ & allatæ ſunt; Item album demortuorum & copulatorum tunc æquè præſtò erat, atque in eo loco, ubi pater erat in poſſeſſione, & illi liberi aſſervantur; Nulla tamen unquàm ſolida probatio nec tunc nec hucusque apparuit, ſed potiùs contrariæ ſuppoſitiones. Supinæ profectò fuiſſet negligentiæ, ſi privationem feudi aliquo ex illis liberis atteſtato averruncare potuiſſet, & nihilominùs omiſiſſet; verùm probationes tales afferri ab ipſo non potuiſſe, ipſius propria ſcripta, & ſententia ſubſecuta denunciant. Quibus rationibus denuò adjungitur ex adulterio fiſco jus quæſitum jam fuiſſe, cùm in confeſſo ſit, fratrem prætendentis ex adulterio, & vivente prima uxore fuiſſe conceptum & natum.

Tandem tota diſputatio de ſucceſſione legitimatorum recidit ad filios *naturales per ſubſequens matrimonium Legitimatos*, de quorum ſucceſſione in feudis, ſi inſtituatur quæſtio, communis Doctorum traditio illos etiam ad ſucceſſionem feudorum admittit, idque in honorem, ut ajunt, 13 matrimonij, & quia tàm jure Canonico quàm Civili ſancitum, quod iſti legitimati omnia jura juſtorum & legitimorum liberorum conſequantur, *d. ſuprà c. tant. 16.*

*qui*

Digitized by Google

*qui filij ſint legit. Nov. 89. c. 8.* quia filius legitimatus per ſubſequens matrimonium rectè dicitur ex ijs, qui jam maritus & uxor ſunt, deſcendiſſe, atque hinc inter legitimos deſcendentes primi acquirentis refertur, *Roſenthal. de feud. c. 7. concl. 18. Hartman. Piſtor. lib. 2. p. 2. q. 41. per tot.* Quam ſententiam adeò communem, & multarum Curiarum præjudicijs confirmatam, uſuque receptam eſſe teſtatur *Schepliz. ad conſuetud. Brandenburg. part 3. tit. 3. n. 51. Leuwen. in cenſur. Forenſ. lib. 1. c. 3. n. 12. Ad. Struv. in Syntagm. jur. feudal. c. 9. concl 2* ubi citat *Schurff. cent. 2. conſil. 56. n. 4. Mynſing. 5. obſ. 41. Schulz. Synops. feud. c. 8. n. 43. & ſeqq. Jan. ab Arcedura concl. 7. n. 22. Arum. diſp. 6. feud. theſ. 25. Finckelthauſ. diſp. 6. th. 13. Rumelin. ad A. B. part. 1. diſſ. 6. art. 12.* ubi ait, quod ſubſequens matrimonium omnem maculam tollat, ut à legitimis nihil differant legitimati, atque ideò nec à ſucceſſione Electorali arceri poſſint, ex *Buxtorff. diſſert. ad A. B. th. 85. lit. C. Quirin. Cubach. lib. 2. jurispr. publ. c. 31. n. 14. & ſeq. Gabriel. lib. 6. t. de legitimat. Merlin. deciſ. 98. Trentacinq. lib. 1. reſol. tit. de legitimat. reſol. 1. Wurmſer. in exercit. jur. publ. 2. concl. 9. Gail. 2. obſ. 141.*

14 Sed contra hanc opinionem pugnant multi alij magnæ autoritatis Doctores, & textus expreſſus, & rationes multæ, & obſervantia multarum Curiarum. Textus expreſſus & non diſtinguens eſt *in §. naturales. ſi de feud. defunct. controv. ſit* ubi dicitur: quod *naturales non ſuccedant, etſi poſtea legitimi fiant*, atque ubi textus juris eſt, ibi nulla eſt dubitatio *Zaſ. conſ. 4. n. 2. & 13. lib. 1.* quia in textu eſt veritas, in gloſſa verò & Doctoribus opinio, quæ, ſtante textu, non eſt curanda, quia opinio legibus & rationibus non ſuffulta non præjudicat *Finckelth. obſerv. 1. n. 11. & 12. & obſerv. 32. n. 23.* Doctorum enim dicta eatenùs tantùm ſunt attendenda, quatenùs Legibus ſunt conſentanea *Mynſing. 5. obſerv. 61. n. 6. Carpzov. deciſ. 33. n. 15.*

Inter DD. Authoritates, qui naturales à ſucceſſione feudi excludunt, eſt *Vultei. de feud. lib. 1. cap. 9. n. 195. Carpzov. diſp. feudal. 5. n. 31. 32. 33. Rittershuſ. partit. feudal. lib. 1. cap. 13. q. 13.* quem cum alijs argumentis allegatum *vide ſupra lib. 2. tit. 27. n. 113. & ſeqq. Borcholt. de feud. cap. 7. tit. de ſucceſſ. n. 53. Sonsbec. de feud. part. 9. n. 66. Andreas Knichen de Inveſtitur. part. 1. cap. 2. n. 76. Hotoman. in §. naturales & Conſ. 10. vol. 1. Rhetius in Inſt. juris publ. Lib. 1. tit. 20. §. ult. & lib. 3. tit. 1. §. 8. Pet. Heigius. part. 1. q. 21. n. 62. Nicol. Reuſnerus lib. 2. deciſ. 4. Menoch. conſ. 16. n. 8. Socinus Iuni. conſ. 52. n. 2. vol. 1. Curtius Iun. conſ. 138. n. 10. Cephalus conſ. 82. n. 11. vol. I. Sylvanus conſ. 3. n. 40. Lymn. lib. 6. jur. publ. cap. 5. n. 63. Natta conſ. 624. n. 21. Roland. à valle conſ. 100. n. 47.* Ubi hanc oipinionem dicit eſſe communem. *Alicatus Reſp. 507. relatus à Menochio conſ. 519. n. 31. vol. 6.* ubi ait Senatum Mediolanenſem bis ita judicaſſe, & Rotam Lucenſem ita deciſiſſe, teſtatur. *Franc. Merlin. deciſ. 98. n. 2. Itterus de feud. Imperij cap 14. n. 1. & 2. Wilhelm Ludwel in Synopſ. jur. feud. cap. 50. n. 5.* ſive enim legitimentur naturales per ſubſequens matrimonium, & hinc, ut placuit ſuprà relatis, macula abſtergatur, interim tamen actu hoc nunquàm efficietur, eos legitimè & juſto matrimonio natos eſſe: ſed indè nihil videntur conſequi aliud, quàm honeſtum ſuæ inquinationis teſtimonium; aut certè ſubſequens matrimonium hoc loco concedat oportet, quod nec natura nec lex conceſſit, quæ legitimatum planè ſuum & agnatum fieri noluit. *Cap. 2. auth. ut lic. Mat. & avi*, adeoque adoptivo eum comparabat, *Cap. 3. auth. quib. mod. natur. effic. legit.* Deinde favor matrimonij tantus eſſe non poteſt, ut Principis concedentis favori queat derogare, cùm præſertim feuda non tàm ex patris hæreditate quàm ex Domini liberalitate ſint æſtimanda, *Cap. 1. §. 1. de ſucceſſ. feud.* 15
*Cap. 1. §. 1. de capit. qui Cur. Vend.* Quare non attenta opinione communi, melius videtur ſtatuere, legitimatos in feudis non ſuccedere, niſi disertè in prima inveſtitura ita cautum reperiatur, aut etiam Princeps feudum dans, non alius, eos ad hoc ſpecialiter legitimaverit, prout eleganter tradit *Sichard. ad leg. 6. Cod. de inſt. & ſubſtit. Vultei. de feud. cap. 9. n. 94. Niell. diſp. feud. 5. Theſ. 7. lit. D. Hartm. Piſt. quæſt. 40. n. 11. cum ibidem allegatis Obrecht. diſp. feud. 4. n. 234. Giphan. de feud. cap. 12. n. 15. & ſeq. Hillinus. de ſucceſſ. ab inteſt. Civil. de feudal. theſ. 8.* Hinc *Henninus Arniſeus in oper. polit. cap. 2. ſect. 14. n. 30. ait*: Si tam jus

Digitized by Google

Jus Civile quàm Canonicum conſideramus, naturales, quos legitimis adſcripſit, aut ſubſecutum matrimonium, aut reſcriptum Principis, conſenſus ſubditorum, aliorúmque quorum intereſt, unà cum legitimis ſuccedere arbitramur: Si tamen intentionem legum regni fundamentalium, ſi ſummam Principum dignitatem, ſi confuſionem & labem ſanguinis, quam nec matrimonij favor, nec authoritas Majeſtatis extergere poteſt, reſpicimus, magis è republica eſt, ut Legitimatis fores ad ſceptra & dignitates non aperiantur, cùm regulariter, ubi de honoribus agitur, nedùm ſummis, ſordes excludantur; *Et Pontifex in cap. innotuit de elect.* ad Epiſcopatum non admittit illegitimum, niſi vita honeſtè peracta antevertiſſet omnem ſiniſtram præſumptionem, quæ ſpurios & per conſequens Legitimatos ſolet comitari. Fieri enim vix poteſt, quin ſanguis ille inquinatus in tantum ebulliat, & ſtirpem inficiat, à qua fas eſt removeri, quicquid ſordidum, quicquid ſervile & ſummi honoris apice indignum reputatur; *quæ verba ſunt Arniſ. ſupra cit. loc. Pariter Nicol. Betſ. in tract. de pact. famil. Illuſtr. cap. 7. §. cæterum circa hanc. pag. 275. tradit*; legitimatos, etiam per ſubſequens matrimonium, à feudorum ſucceſſione arcendos eſſe, tum quòd ipſe textus feudalis omnem diſtinctionem repudiet, (quam aliàs Autores contrariæ ſententiæ ad legitimatos per reſcriptum limitare allaborant;) tum etiam, quòd inter Legitimè natum & Legitimatum per ſubſequens matrimonium, ſemper maneat aliqua differentia, cùm certum ſit, à principio illum naturalem fuiſſe, atque adeò opinionem ejus apud viros graves prægravatam, cùm id, quod factum ſemel eſt, infectum fieri nequeat. Et *c. 6. §. quartò inveſtigandum. fol. 174.* tradit quoque *Betſius*: Legitimatus tantùm gerit figuram legitimi, cùm tamen eandem non habeat in ſubſtantiâ. Et cùm hæc obtineant in privatis hominibus, quantò magis obtinere debent
16 in Regum, Principúmque perſonis, quas provinciarum ſuarum hæreditates atque ſucceſſiones puro ſuo atque incontaminato ſanguine propagare & tueri decet; Dei præceptis inſtitutiſque obſequi, ut eò faciliùs ejus benedictionem impetrare poſſint. *Eodem Capite 6. fol. 156. tradit Betſ.* pro regula tenaciter obſervanda ab *Illuſtribus familiis*, ne concubinas maritali amore complectantur, & natos ex eis liberos ad Regnorum aut principatuum ſucceſſionem promovere in animum inducant. Indignas verò nuptias non ſecùs ac ſcopulos, ad quos plurimi impingentes lamentabile naufragium fecêre, prudenter vitent, ſemper enim in conjunctionibus non ſolùm quid liceat, conſiderandum eſt, ſed etiam quid honeſtum ſit; ut ait *Modeſt. in l. 42. ff. de rit. nup.* Hinc Legislatores Romani, ne à Senatorij ordinis viris, eorúmque liberis, indignæ nuptiæ contraherentur, quod id in totius ordinis ignominiam vergere judicarunt; multis legibus caverunt, ut videre eſt *in l. 16. l. 42. 43. 49. ff. de rit. nupt. Nicol. Myler. in Gamolog. cap. 24. §. 2.* admittit quidem filios naturales patrum Illuſtrium per ſubſequens matrimonium legitimatos ad arma & inſignia paterna, nec non ad feuda titulata & majoratus, aſſerens omnium ferè terrarum orbis, ubi civiliter vivitur, Interpretes juris hanc amplecti ſententiam, quos ex Italia, Hiſpania, Gallia, & Scotia latè recenſet. Limitat tamen hanc ſententiam, niſi tenor formáque primæ inveſtituræ repugnet ſecundùm *Bald. in §. naturales lib. 2. feud. 26.* Niſi feudalis Curiæ conſuetudo, aut Illuſtris familiæ pacta reluctentur: niſi ipſa feudi qualitas refragetur. Quid enim ſi feudum ſit dignitatis? Quid ſi inſigniter ſit nobile? profectò aliam hunc caſum efflagitare conſiderationem tradit *Baro Schenck. de feud. lib. 3. tit. 4. §. natur. n. 10.* Quod de hoc caſu accipit *Myler. dict. loc. §. 3.* ſi Princeps aut Comes Imperij ex vili perſona prognatum, mediante conjugio, natalibus reſtituat, & concubinam infimæ conditionis in uxorem ducat, quoniam vix eſt, ut filij per tam vile conſortium legitimati in Curia Domini honeſtè comparere poſſint, cùm vilitas Matris dignitati filij legitimati officiat, nec matrimonium cum patre omnem maculam abſtergat, ſed liberos Imperio indignos efficiat. *arg. l. 1. ibi: abjectam perſonam Cod. de natur. lib. Bart. in leg. final. ff. de concub. pet. Heig. part. 1. quæſt. 21. n. 62. & ſeqq. Nicol. Reuſner. lib. 2. deciſ. 4. Lymn. lib. 6. Juris publ. c. 5. n. 63. & ſeqq.* Quæ omnia in noſtro caſu tantò magis inveniunt locum, ſi quis fœminam adulterio multis



Digitized by Google

annis contaminatam in uxorem ducat, & poſtea ſucceſſionem in Principatu feudali pro filio prætendere velit. Quamvis enim verum & legitimum ſit Matrimonium, quando Princeps aut Comes Imperij uxorem ignobilem ex civico aut plebejo ordine in uxorem ducat præſertim ſi virtutibus ſit exornata, ſi divitijs abundet, ſivè alijs qualitatibus vilitatem Status ſui ſuppleat, cùm etiam haud rarò res anguſta domi Comitem aut Nobilem urgeat, ut ad conſervandum familiæ ſuæ ſplendorem, uxorem, dignitate quidem imparem, ſed tamen divitem quærat: diſſuadet tamen tale matrimonium Principibus & Comitibus Imperij *Myl. dict. tract. de Gamolog. cap. 5. §. 59.* ne famæ & poſteritati ſuæ in conventu & conſortio aliorum Principum malè conſulant. Multò minùs Princeps filium ex concubina natum per matrimonium ſubſequens ad feuda Imperialia evehere poteſt, quia in familias honoratas tali modo dedecus inducitur, adeò ut *Socinus* reſpondeat, non poſſe cum tali perſona matrimonium contrahi, quæ honeſtè uxor eſſe non poſſit, veluti ſi *vir Nobilis ſcortum* ducat, & ita de communi ſententia teſtatur, à qua nec conſulendo nec judicando ſit recedendum. *Socin. jun. conſ. 52. Volum. 1. Zephal. conſ. 82. Alber. Gentil. de nupt. lib. 1. cap. 3.* Multò magis, ſi quis ducat pellicem, cum qua multis annis deteſtabile adulterium exercuit, & poſt mortem legitimæ uxoris conſortium infame multis annis continuavit, cùm ſinè dubio matrimonium cum tali tam indignum ſit, ut liberi ex eo nulla ratione ad feuda dignitatis admitti poſſint.

Addendum ſuperioribus dictis eſt, quòd Auctores, qui *Naturales legitimatos*, & quidem ſaltem in qualitate, ubi *ſolutus cum ſoluta, æqualis conditionis*, filium progeneravit, & per ſubſequens matrimonium Legitimavit, tamen fateantur, quòd ſecundùm ſpeciales conſtitutiones quibus-
17 dam in locis nec legitimati per ſubſequens matrimonium ad ſucceſſionem feudorum admittantur, prout tradit *Struv. de feud. cap. 9. §. 2. n. 13. Hartm. Piſtor. quaeſt. 41. n. 36. & ſeq. Hahn. ad Weſenb. tit. de his qui ſui vel alien. jur. ſunt. verb. per ſubſequens matrimonium.* Legitimatos per ſubſequens matrimonium ex Statutis multarum Germaniæ regionum à feudis arceri tradit *Frid. Rhetius in Commentar. ad jus feud. lib. 1. t. 8. n. 13.* ubi in ſpecie adducit Ducatum Luneburgenſem & Brunſuicenſem Wolfferbytanum, ex Conſtitutione *Henrici Julij Ducis Brunſuicenſis & Luneburgenſis de anno 1529. die 3. Februarij*, wegen Ehebruch und Huererey / deducente *Joh. Volckmar. Bechman. exerc. 4. ad A. B. n. 61.* idque tam in feudis antiquis quàm novis per *Conſtitutionem provincialem* de *1601. §. 1.* In Marchiâ Brandeburgica idem diſpoſitum reperitur, in der Cammer-ger. Ordn. *p. 3. t. 13.* Et in *Ordin. Polit. Archiepiſc. Magdeburg. c. 40.* §. und ob wir wohl. Atque licèt *Gail. lib. 2. obſ. 141.* legitimatos per ſubſequens matrimonium ad feudorum ſucceſſionem admittat, *Berth. Grev.* tamen in *ſuis ad eundem concluſionibus, n. 23.* inter feuda illuſtria & minora diſtinguit, cum alijs ſuprà relatis, quibus aſtipulatur *Phil. Paſchal. in tr. de Virib. patr. poteſt. part. 2. c. 4. n. 65.*

Ex dictis apparent fundamenta utriusque ſententiæ, unde facilè erui poteſt, quòd, etſi ſupponatur ſententiam priorem de ſucceſſione Legitimorum in feudis eſſe communem, ſi tamen Judex, præſertim Supremus, pro alterâ opinione, quæ textu expreſſo, quæ rationibus, quæ authoritatibus non contemnendis nititur, pronunciaverit, talis ſententia per reviſionem vel querelam nullitatis everti non poſſit. Ut enim hîc non diſcutiam quæſtionem, an Judex poſſit relictâ ſententiâ probabiliori ſequi minùs probabilem: certè ſententia communis non eſt ſemper probabilior, nec Dd. authoritas poteſt movere animum Judicis ad illam ſequendam, quando validæ rationes & ſolida fundamenta conſcientiam ipſius potiùs urgent, ut erroneam putet eſſe opinionem aliàs pro communi celebratam, prout latè deducit *R. P. Gonzal. de recto uſu opin. probabil. diſſert. 5. §. 7.* Idque eò magis, quia decantantur opiniones communes contrà communes, & ſæpiùs alij ſcriptores Doctorem celebrem præeuntem, tanquam Grues ſuum Regem, turmatim ſequuntur, cùm tamen facilè conſiderabilis circumſtantia totum caſum mutare, & animum Judicis in opinionem contrariam inclinare poſſit. Sufficere profectò debet Legitimatis, per ſubſequens matrimonium, ſucceſſio in bonis allodialibus, quam honor matrimonij ipſis con-

conciliat, nec patefacienda eſt concubinatui, & vitijs carnalibus tam lata via, ut etiam ad feuda facili conniventia admittantur, quia argumenta pro ſucceſſione illorum ex Jure Civili & Canonico deducta, ad feudalem ſucceſſionem non ſemper quadrant, cùm diverſa planè ſit utriusque Juris ratio.

# Liber II. Titulus XXXI.

## De JURISDICTIONE IMPERATORIS IN CONTROVERSIIS FEUDORUM REGALIUM.

### SUMMARIA.

1. *Juriſdictionem in controverſiis ſuper feudis regalibus ſolius eſſe Imperatoris.*
2. *Referuntur præjudicia.*
3. *Nullibi planè contrarium ſtabiliri.*
4. *Aſſeritur Juriſdictio Imperatoris univerſalis ſuper omnes perſonas & cauſas.*
5. *Deſcribitur officium & poteſtas Directorum Circularium in Imperio.*
6. *Oſtenduntur pernitioſæ conſequentiæ, ſi Imperatoris Juriſdictio affligatur.*
7. *Directoribus Circulorum incumbere executionem ſententiarum Imperialium, & ad eam faciendam mandatis pœnalibus S. C. poſſe compelli.*
8. *De Commiſſionibus & Commiſſariis in ſimilibus cauſis, principaliter quoad punctum Religionis, determinandis.*
9. *Quisnam actus occupatæ poſſeſſionis, inter duos litigantes, ſit approbandus?*
10. *Nullam eſſe in hoc negotio cognitionem Circulorum.*
11. *Super poſſeſſorio priùs eſſe pronuntiandum.*
12. *In poſſeſſorio, quoad Inveſtituram & poſſeſſionem feudi conſequendam, non eſſe opus formali proceſſu.*
13. *Quis ſecundùm priores inveſtituras & Capit. Cæſ. ſit inveſtiendus, & in poſſeſſionem feudi immittendus?*
14. *Quæ ſit linealis ſucceſſio?*
15. *Quare Dominus ſimultaneè inveſtito, vel expectantiam habenti poſſeſſionem tradere teneatur?*
16. *Effectus inveſtituræ ſimultaneæ.*
17. *Quando proceſſu formali non ſit opus.*
18. *Omne jus ſuccedendi in feudis dependere ab Inveſtiturâ.*
19. *Titulum requiri, & titulatam poſſeſſionem eſſe manutenendam.*
20. *Primogenitura poteſt etiam conſtitui in bonis acquireſdis.*

SI de feudis Regalibus & eorum ſucceſſione inter agnatos moveatur controverſia, illius determinatio ſinè omni dubio ad Imperatorem pertinet. Prout ſupra *Lib. 1. tit. 5. part. 5.* pluribus de- 1
monſtratum, *ex Ord. Cam. part. 2. tit. 27. Ord. Regim. Wormat. Anno 1521.* §. ob auch Sachen vorfielen. *Inſtrum. Pacis art. 4. §. 51. & art. 5. §. 5.* ex jure feudali *C. un. apud quem vel quos controv. feud. C. un. de lege Corradi*, & ibidem infinitæ Dd. autoritates ſupra *d. loc.* relatæ nec non in *Epitom. Receſſ. Imp. ſuprà verb. Circulus.* Ubi etiam inter alios citatus *Adam Struv. in Syntag. Iur. feud. c. 16. §. 5. Fridericus Rhet. de jure feud. lib. 1. Tit. 18.* & noviſſimè *Wolffgangus Textor in jur. publ. Cæſareo tit. 12. n. 61. & multis ſeqq.* ubi, revocatâ priori ſententiâ, quam approbaverat *in tr. de Rat. Stat. German. C. 2. p. 23. & ſeqq.* omnia argumenta contraria examinat & elidit, provocans ad leges, uſum & publica Teſtimonia: Leges jàm ſuprà citatæ ſunt, præſertim *Inſtrum. Pacis art. 5.* Ex quo, ſi liberum eſt Imperatori in cauſis arduis, & unde tumultus in Imperio metui poſſunt (quales utique ſunt controverſiæ feudorum regalium) quorumdam Electorum vel Principũ vota adſciſcere; ergò hoc ipſum non incumbit ex neceſſitate, quod enim liberum eſt facere, ad id quis non obſtringitur de jure. Quoad uſum & Exercitium ſeu præjudicia allegat *Dn. Textor d. loc.* Cognitio-
nem & dijudicationem *Imperatoris Caroli V.* inter Ferdinandum primum Regem Ro- 2
manorum & Würtenbergiæ Ducem Ulricum: *Imp. Rudolphi II.* in cauſa Juliacenſi, in qua conſeſſum Parium Curiæ Electori Brandeburgico denegavit, referente *Londorp. act. publ. tom. 1. pag. 85. & ſeqq.* nec unquam, niſi liberè, & citra omnem conſequentiam conceſſit; atque in eâdem

 Ele-

Electores, Principes & Status Pragæ congregati, Conſilij Imperialis Aulici Jurisdictionem agnoverunt, ut patet *ex reſolut. eorundem de dato 28. Maij 1670. apud Londorp. tom. 1. pag. 92. Imp. Mathiæ* in cauſa Heſſen contra Heſſen / in qua fori declinatorias Judicij Principum rejecit, & litis conteſtationem ſub præjudicio injunxit; Sed & in cauſa Lüneburg & Braunſchweig/ das Fürſtenthumb Grubenhagen betreffent / definitivè pronuntiavit: *Imp. Ferdinandi. II.* qui modò dictam cauſam Heſſen contra Heſſen / nec non Baden contra Baden per ſententiam decidit. Cauſam Holſtein contrà Holſtein / quoad Comitatum Oldenburgenſem ſolus Invictiſſimus Imperator Leopoldus determinavit; Quoad ſucceſſionem in Principatu Veldenſi prætendentes Imperatoris deciſionem implorant. Antiquiora itaque exempla, quæ *Klock. & Lymn.* adducunt, non demonſtrant, quòd vota Principum fuerint deciſiva, quaſi ſcilicet Imperator debuiſſet dicere ſententiam votis eorum conformem;
3 cùm in contrarium etiam ex ipſius Imperatoris Sigiſmundi (cujus Epiſtolam contrariæ ſententiæ defenſores in tantum extollunt) teſtimonio Principum vota tantùm fuerint conſultativa, in verbis: Und ſprachen darumb / als ſie uns auch gerathen haben / mit unſerem Kayſerl. Spruch und Urthel: id quod etiam ſubſecuti actus recentiores declarant, per quos vetuſta conſuetudo, ſi quæ unquam fuiſſet, abolita & mutata eſt; Neque in ulla capitulatione vel minima Juris Principum (uti appellari ſolet) deß Fürſten-Rechts / fit mentio. Atque fruſtrà in contrarium adducitur *art. 30. 31. & 32.* ex *Capitulatione Leopoldina*, ubi cautum eſſe ajunt, ne Imperator inconſultis Electoribus & Principibus de feudis regalibus diſponat; quia tota hæc propoſitio ex ipſa inſpectione verborum Capitulationis facilè refellitur. *Articulo* enim *triceſimo* agitur de *feudis apertis*, quorum nova inveſtitura connectitur conſenſui Electorum; minimè verò cognitio Cæſarea in contradictorio Judicio vel Jurisdictione contentioſa: prout pariter in *articulo triceſimo primo* nihil de Jurisdictione Cæſarea, vel adhibendis Statibus diſponitur. *Articulus triceſimus ſecundus* feudorum in futurum aperiendorum contributiones Imperio reſervat, ſed de cognitione ſuper feudis nihil tractat. Econtra Conſtitutiones Imperij expreſſè Imperatori cognitionem ſuper feudis regalibus reſervant, prout deductum *lib. 1. tit. 5. part. 5. & modò* ſuprà *ex jure feudali Ordinatione Cameræ Regimenti & Inſtrumento Pacis* demonſtratum. Imperator enim Univerſalem habet Jurisdictionem, quoad perſonas & cauſas.
Cui ſcilicet competit poteſtas mandandi 4
injungendique omnibus decem Imperij Circulis *R. I. Anno 1576.* §. derohalben *118. & R. I. Anno 1603.* §. inſonderheit aber. *56.* omnibusque & univerſis Imperij Electoribus, Principibus & Statibus, atque alijs *R. I. Anno 1495. rubrica*, Fridbott. *& rubr.* welche umb Fridbott willen in die Acht kommen / Ordnung des Landfridens *Anno 1521. rubr.* wie der Landfrid zuhalten gebotten / und verpœnt iſt / *& rubr.* Handhabung Fridens-Rechts. §. darauff befehlen. Landfrid *Anno 1548. & rubr.* wie der Landfrid *& rubr.* Handhabung deß Fridens-Rechts §. und gebiethen *R. I. de Anno 1555.* §. ſetzen demnach. *14. & 34. R. I. Anno 1600.* §. dieweil aber. *5. verſ.* ſo wollen wir. *R. I. Anno 1654.* §. ſetzen demnach. *6. ordin. Conſil. Jmp. Aulic. tit.* von Sachen in Reichs-Hoffraht gehörig *in pr.*

Cùm itaque Imperator ſit fons omnis Jurisdictionis, à quo illa poſteà in reliquos omnes Imperij Status per inveſtituras & conceſſiones Imperiales dimanat, nullum profectò dubium ſupereſt, omnia apud Imperatorem reſidere, ipſique ſoli competere, quæ Statibus per inveſtituras, vel alias conceſſiones & Conſtitutiones ſpecialiter non ſunt attributa. Hinc nullum Jurisdictioni Imperiali inferendum eſt præjudicium, nec quicquam ei detrahendum, nec à Statibus in particulari, nec à Directoribus Circulorum, quorum jura deſcribuntur in *R. I. Anno 1555.* atque eo- 5
rum determinatur obligatio & officium *d. Rec.* §. und obwohl wie obgemeldt *73.* quòd juramentum corporale non præſtent, ſondern verſprechen allein bey Fürſtlichen Würden und wahren Worten / daß ſie keinen Stand / Geiſt- oder Weltlichen / vor den anderen anſehen / ſonderen ſich gegen alle gleichmäſſig halten / auch des Krayſes Hülff nicht in eigen / ſondern des Krayſes / und deſſelben Ständen gemeine Sachen / dazu ſie von dem Krayß bewilliget und verſtattet / gebrauchen wollen. In hac autem Conſtitutione nulla po-

poteſtas attribuitur Directoribus Circulorum, ut in juriſdictionem ſupremam Imperatoris, ſub prætextu vel conſcientiæ vel officij ſe ingerant, & judicata Cæſarea ſub ſuum examen revocent, utpotè quibus ſolum conſervatio pacis publicæ & Circulorum quies eſt demandata. Hinc principaliter in eodem receſſu *de Anno 1555.* §. **Und obwohl wie obgemeldt** *73.* Circuli Directoribus omnis ſuperioritas in reliquos Circuli Status, & conſequenter eò magis ergà Sacram Cæſaream Majeſtatem, & ejus ſupremam Juriſdictionem eſt adempta & prohibita, in clariſſimis receſsûs verbis, quorùm tenor ſequens eſt; **Daß die Churfürſten / Fürſten oder Stände / ſo zu ſolchem Ambt gezogen / hierdurch ſich keiner Hochheit über die andere Ständ annemmen / oder ſich unter dem Schein diſer Ambts-Verwaltung / in einige ſuperiorität / über die andere einzudringen / oder ferneren Gewalts und Macht über ſie / dann ihnen Vermög diſer Ordnung zuſtehet / anmaſſen ſollen.** Et ut minorem anſam haberent Circulares Directores, immiſcendi ſe in alia Imperialia, & Cæſari ſoli reſervata negotia, porrò in eodem receſſu de *Anno 1555.* §. **auff daß auch deſto weniger in Zweiffel.** *94.* providè ſtatutum eſt, in quibus caſibus officium Circulare ſibi commiſſum exercere poſſint, ſequentibus verbis: **Auff daß auch deſtoweniger in Zweiffel zuſtehen / in was Sachen die Hilff eines oder mehr Krayſes / ein Stand oder Krayß auff ſein Anſuchen zuleiſten / ſo ſoll diſe Ordnung / wie hiebevor angeregt / wider alle Vergatterung / Auffwicklung und Verſamblung / Reuter und Knecht / auch alle thätliche Handlungen der jenigen / ſo ſich im heiligen Reich an Gleich und Recht nicht begnügen laſſen / und da ihnen ſolches fürgeſchlagen / daſſelbe nicht geben / oder nehmen wolten / verſtanden werden:** Ex quibus omnibus apparet, nec religioſum conſcientiæ, nec ſpecioſum officij circularis titulum tribuere, ut ſphæram activitatis in Conſtitutionibus determinatam Principes Directores
6 egrediantur. Licet magnum Juſtitiæ Zelum ſimiles prætextus præſeferant. Quia utique & Circuli omnes, & eorum Directores Imperialem agnoſcunt Juriſdictionem, cùm etiam Imperator ſupremus ſit illorum Generalis Capitaneus, *R. I. anno 1559.* §. *47.* Et ad Juſtitiam Imperialem omnes deciſiones ſimilium Cauſarum pertineant, ad evitandam confuſionem, quæ aliàs exoriretur, maximam. Tot enim in Imperio futuri eſſent Imperatores, quot in ſingulis Imperij Circulis Directores numerantur, ſi Juriſdictio & Judicata Imperatoris, nec non eorundem reviſio ab eorum arbitrio dependerit; Cùm tamen conſtitutiones Imperiales formam modumque & remedium ſatis clarè determinent, & præſcribant, quibus experiri illa pars poſſit, quæ ſe per ſententiam Imperialem injuſtè gravatam eſſe arbitratur: quæ omnes Conſtitutiones Imperiales è medio tollerentur, ſi ſententiæ Imperiales, & earum effectus executioque in ſuſpenſo tam diu remanere deberent, uſque dum Directorum Circuli beneplacitum ijs accederet; Veruntamen in Conſtitutionibus Imperij aliud longè ordinatum & deciſum eſt, quòd nimirum Directores 7
Circulorum, & alij, quibus executio ſententiarum Imperialium committitur, illam realiter perficere, & in effectum deducere, ex obligatione ſui officij teneantur, & per mandata ſinè clauſula ad eam compelli poſſint, ut tanto minus Juriſdictionem ſibi aliquam, aut ſuperioritatem, noviter arrogare queant, cùm potiùs Juramenta fidelitatis, quæ Imperatori, ipſos cum Juriſdictione in ſuis provincijs inveſtienti, ſolenniter præſtant, ipſos ad obedientiam & fidelitatem, ergà ſuam Cæſaream Majeſtatem perpetuò obſervandam arctiſſimè obſtringant.

Porrò ſi Imperator in ſimilibus aut alijs 8
cauſis inter Status Imperij unius Religionis Commiſſiones Imperiales decernat, atque Commiſſario Catholico illos deferat, talis ordinatio Inſtrumento pacis *art. 5.* §. *50.* non contrariatur, præſertim ſi partes litigantes ſe Commiſſioni ſic decretæ ſubmittant, cùm jam Commiſſiones quàm plurimæ poſt Inſtrumentum pacis in Commiſſarios Catholicos ordinatæ ſint, atque Directores Circulorum à multis Commiſſionibus & Expeditionibus ſeipſos excluderent, ſi Principio illi firmiter inſiſtere vellent. Tum verò Commiſſarius Imperatoris minimè recuſari poteſt, ſi jàm antea in locis controverſis perſonaliter ſubſiſtat, tunc enim omnia, quæ à Directoribus Circuli peraguntur, cum ipſo Communicanda ſunt, *ex præſcripto Receſſus Imperij de Anno 1555.* Quibus accedit, quòd omnis



Digitized by Google

nis ſiniſtra ſuſpicio ceſſet, quando partes litigantes uni Religioni ſunt addictæ, utpotè quo in caſu nullus Religionis favor prætendi poteſt. Neque unquam ſupradicta diſpoſitio pacis ad effectum & obſervantiam deducta eſt, cùm etiam in cauſa Danica contra Ducem Holſatum Anno 1688. Catholici Commiſſarij deputati ſint, & adhuc hodierna die tales illic commorentur, ex certo & firmo principio, quòd Status Imperij per votum Imperiale in Comitijs Ratiſbonenſibus Imperatorem requiſiverint, ut Commiſſarios Imperiales ex Aula ſua Imperiali ad illam Commiſſionem mittere & deſtinare vellet, qui etiam ſinè contradictione admiſsi & cauſa per eoſdem illo tempore amicabiliter compoſita eſt; Unde in ſimilibus Commiſſionibus, ratione Commiſſariorum Catholicorum, inter partes Auguſtanæ Confeſsioni addictas, de conſenſu & approbatione totius Imperij abundanter conſtat: ut hic taceam, quòd Directores Circulorum recuſari poſsint, ſi cauſæ recuſationis contra ipſos exiſtant. *R. I. anno 1654.*

9 Quòd ſi pars una vel altera ex litigantibus, vel ambæ, vacantis principatus poſſeſſionem apprehendere ſtudeant, obſtat illis Doctrina *Gailij in tract. de areſt. Imper. cap. 1. n. 22.* ubi dicit: *quòd ille ſolùm in poſſeſſione ſit tuendus, qui eam non vi, non clàm, non precariò, ſed legitimè acquiſivit, quia culpantur rapaces hæredes, qui nimiâ ſibi opinione præventæ poſſeſſionis blandiuntur, dum callidè & occultè extremum exhalantis animæ ſpiritum cupidè exſpectant, ut cæteros cohæredes, quos ordo ſucceſſionis ex æquo contingit, abſentes vel ignorantes, præventione quadam antiquioris poſſeſſionis antevertant; quorum anticipata poſſeſſio, cùm ſit violenta, vel ſaltem clandeſtina, & initio vitioſa, non debet ullum juris effectũ operari, quia videtur hæredem poſſeſſione ſua ſpoliare, & quod vi vel clàm factum eſt, neminem debet tueri, ſed potiùs Magiſtratus providere, ne quid ſimile, malo exemplo, in Rempublicam irrepat, ſed potiùs à Iudicijs excludatur.* Quæ Iura in hoc caſu tantò potentiùs applicari poſſunt, quia ambæ partes apprehenſionem poſſeſſionis tentàrunt, ita ut illa, quæ reſidentiam occupavit, gloriari non poſſit quaſi per eam totum Principatum apprehendiſſet, cùm præſertim Imperator, ante mortem ultimi Ducis, utrique poſſeſſionis apprehenſionem inhibuiſſet, cui prohibitioni debitam obedientiam ambæ partes promiſerunt; atque exinde altera pars declaravit, quòd nunquam poſſeſſionis apprehenſionem in animo habuiſſe, ſed deciſionem Imperialem quietè exſpectâſſet, niſi pars altera ſuâ poſſeſſione illam ſtuduiſſet prævenire; reliquiſſet tamen reliqua omnia in ſtatu quo, & denuò in manus Imperatoris omnes actus poſſeſſionis reſignare. Quemadmodùm etiam ſua Cæſarea Majeſtas poſſeſſionem totius Principatus per ſuum Commiſſarium apprehendit, atque ejus adminiſtrationem, uſque ad litis deciſionem, vel amicabilem compoſitionem ordinavit. Itaque ex actibus ambarum Partium nulla poteſt juſta poſſeſſio derivari, cùm ambæ aſſerant, ſe animum poſſidendi non habuiſſe, ſinè quo tamen poſſeſſio nulla acquiritur, præſertim ex doctrina *Gailij* ſupra citati tam vitioſa. In qua etiam poſſeſſionis controverſia Directores Circulorum nullum in- 10
veniunt locum, utpote quibus nulla Conſtitutio Imperij, deciſionem ſimilium cauſarum, vel apprehenſionem Principatus Vacantis, ubi nullus armorum ſtrepitus, publicam quietem turbans, ullibi apparet, nequaquam tribuit. Nec verò prætenſio vel prætextus, quaſi cauſæ legitima cognitio, & ordo proceſſûs omiſſus eſſet, Circulari Directorio quicquam attribuit. Major eſt præſumptio pro Imperatore, ejúſque ſupremo Tribunali, quàm ut tales fictæ imputationes ullum inveniant locum;

Ut ſilentio prætereatur, quòd omnia ſint partis unius vaniſsima figmenta, cùm in cauſa poſſeſſorij ſæpiùs ſit ſubmiſſum, & pro ſententia maturanda imploratum Judicis ſupremum officium, ſicuti acta paſſim docent, atque in Jure determinatum eſt, quòd partium conſenſu ſuper poſſeſſorio 11
ſoleat & debeat pronunciari, *Menoch. Remed. adipiſc. 4. n. 858.* in tantùm, ut Judex ſententiam in poſſeſſorio, partibus petentibus, denegare non poſsit; quia priùs ſemper de poſſeſsione quàm de proprietate tractandum eſt, ita ut, inchoato jam licèt petitorio, poſsit nihilominùs poſſeſſorium intentari & decidi, *per textum expreſſum in C. paſtoralis de Cauſ. poſſeſ. & propriet.* Neque ſemper in tali caſu pro- 12
ceſſu

ceſſu formali & concluſione partium, in-
rotulationéque actorum opus eſt, ſed ex
clara diſpoſitione *Capit. Cæſar. art. 39.* at-
que Juris feudalis, ſi exhibeantur anterio-
res Inveſtituræ, altera pars litigantium in
poſſeſſionem feudi eſt immittenda, & al-
tera ad proceſſum Judicialem remittenda.
Apparuit autem ex actis ventilatis, quod
Anno 1621. in diviſione fratrum alteri
Principatus N. & alteri Principatus O.
quam diviſionem Imperator ſuo Diploma-
te approbavit, ſed cum tali conditione &
forma; Daß nichts deſtoweniger beede mit
dem gantzen Hertzogthumb / in geſambter
Hand / jeder mit dem halben Theil belehnet
werden / alſo / daß ob ſich es begeben thäte /
daß einer unter ihnen von Tods wegen abge-
hen / und keine Männliche Lehens-Erben hin-
ter ſich verlaſſen würde / daß alsdan ſein Land
und Leuthe / an den andern und deſſen Lehens-
Erben kommen und fallen ſollen / ꝛc. Und die-
ſelbe ihrer beeden Hertzogen und Leuth / Für-
ſtenthumb / Graffſchafften / und Herꝛſchaff-
ten / ſollen allezeit bey ihnen und ihren Lehens-
Erben in ungeſchidenen Lehen bleiben / immaſ-
ſen auch die von Weyland Hertzog N. und
Hertzog N. gebrüderen / Vermög deß den 3.
Mart.j Anno 1621. verfaßten Theils receſs
und Erbvertrages vorgenommene / und vom
Kayſer Ferdinando dem 3ten letztsmahls
in jüngſt gegebenen Lehebrieff confirmirte
Erbtheilung ihrer Lande / ihnen und ihren
Lehens-Erben / in ihrer geſambten Hand kei-
nen Schaden bringen / ſondern dieſelbe ihrer
Hertzog- und Fürſtenthumb / Herꝛſchafften /
Land und Leuth / ſollen allezeit / nach Vätter-
lichen Stammens-Linien / und darnach von
einem auff den andern kommen und fallen /
gleicher Weiß / als ob ſie von einander nicht
geſetzet / noch zertheilet wären / alles ohne
Gefährde / ꝛc. Similes Inveſtituræ Literæ
expeditæ ſunt, ab Anno 1621. ab Impe-
ratore Ferdinando II. Anno 1651. à mo-
derno Glorioſiſſimo Imperatore Anno
1659. & deniquè renovatæ pro moderno
13 feudi poſſeſſore Anno 1693. Nec poterat
illi denegari inveſtitura & poſſeſſio feudi
ſecundùm tenorem præcedentium inve-
ſtiturarum, & Capitulationis Cæſareæ *ſu-
prà citato articulo 39.* cujus formalia ſunt
ſequentia: Wir wollen auch die Lehe und
Lehebrieff nach den vorigen tenor unweiger-
lich und aller Contradiction (als welche zum
rechtlichen Außtrag zuverweiſen) ungehin-
dert widerfahren / dabey auch dieſelbe über
die Edition der alten pactorum familiæ, mit
exhibition neuer ein oder ander Hauß con-
cernirender / und von dem Lehenthum keine
dependentz habender / nicht beſchweren / vil-
weniger die Reichs-Belehung / wegen erſtge-
dachte edition der pactorum familiæ, die
ſeyn neu oder alt / auffhalten laſſen. Itaque
altera pars ad proceſſum Judicialem eſt re-
mittenda, quia communis ſententia ſine
contradictione, eſt hæc, quòd Dominus
Directus teneatur Vaſallum inveſtire, ei-
que poſſeſsionem feudi tradere, cui illud
promiſit. Textus in Jure feudali ſunt cla-
riſsimi *in lib. 2. feud. tit. 26.* in quo ſequen-
tia reperiuntur verba; *ſi facta de feudo
inveſtiturâ pœniteat Dominum, antequàm
poſſeſſionem transferat, an præſtando in-
tereſſe liberetur? quæſitum fuit; Re-
ſponſum eſt, prætermiſſa illa condemnatio-
ne, Dominum poſſeſſionem feudi, de quo
inveſtituram fecit, tradere compellendum.*
Et alius textus clarus in *lib. 2. feud tit. 7. §.
fin.* cujus verba ſunt ſequentia: *Inveſtitu-
râ vero factâ, & fidelitate ſubſecutâ, om-
ni modo cogatur Dominus in Vacuam poſſeſ-
ſionem mittere, quòd ſi differat, omnem
utilitatem præſtabit.* Ad dandam ergò
inveſtituram eò fortiùs obligatus eſt Do-
minus feudi, ſi Vaſallus eam petens cum
Defuncto in ſimulatanea ſtetit inveſtitura,
& qui in ſucceſsione lineali, nach Vätter- 14
lichen Stams-Linien / primogenitus & pro-
ximus eſt ſucceſſor. Nam Linealis ſucceſ-
ſio eſt Jus, quod reſtringitur ad lineas filio-
rum ut ſemper linea prior ſubſequentem
excludat, *Schilter. in Corp. Jur. feud. de
natur. ſucceſſ. feud. cap. 4. §. 2. cum ibid. al-
leg.* ita ut alter ſuccedere non poſſit, do-
nec ordo primogenituræ ad ipſum pertin-
gat. Pro primogenito autem, & ſimul- 15
tanceè inveſtito militant omnia Jura, ita ut
etiam in ſola exſpectativa Dominus Dire-
ctus exiſtente conditione, feudum aper-
tum Ceſsionario vel ejus heredibus trade-
re, & in poſſeſsionem mittere teneatur,
per textum ſuprà citatum *2. feud. 26. §.
quòd ſi facta* in tantum ut ad præſtationem
quoque fructuum, & omnis utilitatis te-
neatur, ſi traditionem differat, *2. feud. 7.
§. ult.* hoc eſt, ad omne illud, quod habuiſ-
ſet Vaſallus, ſi ab initio ſtatim poſſeſsio
feudi tradita fuiſſet, uti *Dd. notant ad dict.
text. Schneidw. de feud. p. 4. n. 1. in fin.
Schrad.*

Digitized by Google

*Schrad. part. 5. C. 2. n. 18. ubi* rationem addunt, quia mora Domini hoc meretur, *Roſenth. de feud. C. 6. concluſ. 7. n. 4.* & amplius progrediuntur, quòd ſi Dominus rei feudalis, poſſeſsionem Vaſallo tradere nolit, proprietate feudi privare, eáque Vaſallo petenti applicari poſsit, *Math. de Afflict. 2. feud. 26. n. 27. Schrad. de feud. p. 8. c. 2. n. 7. Roſenth. concluſ. 7. n. 2.* imò Vaſallus licentiam habeat feudi vacantis poſſeſsionem propria authoritate apprehendendi. *Gail. 2. obſ. 152. n. 14. Schrad. de feud. p. 5. c. 2. n. 16. Coler. deciſ. 93. n. 5. p. 1. Burchard.* Uſſeln *de Gratiis Expectat. poſit. 10. §. 7. & ſeqq.*

Quantò magis ſi Vaſallus in ſimultanea inveſtitura cum Defuncto ſtetit, Juramentum fidelitatis præſtitit, & cùm adhuc dum vivente Vaſallo ſimultaneè inveſtitus eſt;
16 Simultanea enim inveſtitura tribuit Jus in feudo cum poſſeſſore commune ſeu ſimultaneum, plus quàm expectativa, ac per illud inveſtitus & deſcendentes eorum ſuccedunt, ut nulla diſpoſitio in feudo in ipſorum præjudicium fieri poſſit, *Struv. de feud. C. 9. concluſ. 16.* ubi varia præjudicia adfert; Nam in caſu ſimultaneæ inveſtituræ coinveſtitus Vaſallus ſuccedit defuncto. *Lib. 2. feud. tit. 12. & 18. Schambogen. de feud. tit. 14. §. 11.* atque etiam in abuſiva inveſtitura conſequitur Vaſallus jus irrevocabile ad feudum conſequendum, quod Dominus ei tradere tenetur, *per d. text. in lib. 2. feud. 67.* præſertim ſi inveſtitus jam fidelitatem promiſerit; *Schambogen. d. C. 14. §. 37. & ſeqq.*

Hæc ſententia eſt tam Communis, & ab omnibus approbata, ut nullum habeat Contradictorem. Inveſtitus agere poteſt, ait *Schilter. in Corp. jur. feud. ad. C. 20. §. 1.* ut Dominus ei poſſeſſionem corporalem tradat, *d. loc. § 2. & 4.* ubi allegat *Inſtr. pac. art. 11. Teneatur Dominus Elector Comiti à Tattenbach inveſtituram renovare.* Item: *tradatur Domino Electori Epiſcopatus Habberſtadienſis in feudum perpetuum, & in poſſeſſione ejuſdem quieta conſtituatur.* Item: *concedatur Domino Electori Expectantia in Archi-Epiſcopatum Magdeburgenſem; ita ut poſt mortem Adminiſtratoris ei tradatur, & conferatur in feudum perpetuum, ſitque eidem jus autoritate propriâ vacantem apprehendendi poſſeſſionem.* Ex quibus omnibus apparet, quòd Dominus Directus Vaſallo, cui inveſtituram ſimultaneam, vel expectativam conceſſit, in poſſeſſionem feudi immittere teneatur *Schilter. in corpore juris feud. de ſimult. inveſtit. Princip.* ubi *cap. 2. §. 4.* tradit: in Marchionatu Hohenbergico non ſucceſsiſſe lineam Badenſem niſi ex pacto ſimultaneæ Inveſtituræ, *Lymn. J. P. lib. 5. C. 5.* quia ſimultanea inveſtitura Jus reale tribuit *ibid.* Hinc *Struv. de feud. C. 8. aphor. 9. n. 3.* ait: conſiſtit obligatio Domini in eo, ut feudum tradat Vaſallo, vel patiatur illum ipſum ingredi poſſeſsionem, & rem occupare, & quidem taliter, ut Dominium utile reverà in Vaſallum transferatur, ne ex mora omnem utilitatem Vaſallo præſtare teneatur; Ad quod conſequendum datur Vaſallo actio ex contractu feudali ſeu inveſtitura; & tribuitur ipſi, ut propria autoritate poſsit feudum occupare, vel actio ex interdicto adipiſcendæ, vel imploratio officij judicis, ut in poſſeſsionem mittatur, *Struv. dict. loc. aphor. 10.*

Hinc in præſenti caſu nullo proceſſu 17
formali opus eſt, ex Capitulatione Imperiali ſuprà citata. Prout Conſil. Imperiale Aulicum, ubi de facti veritate conſtat, ad ſolennitates proceſſus non adſtringitur. *Ord. Conſ. Imp. Aul. tit. 2. §. 9.* Atque ſic jam obſervatum eſt inter eaſdem partes, Anno 1693. quo tempore altera pars ad inveſtituram admiſſa, altera ad proceſſum remiſſa; poſteáque cauſa amicabiliter compoſita eſt. Omne enim jus ſucceden- 18
di dependet ab inveſtitura, & ille ſucceſſionis ordo tenendus eſt, qui verbis inveſtituræ præfigitur, *Hartm. Piſt. quæſt. 21. n. 1. & ſeqq.* quia tenor inveſtituræ omni feudorum naturæ derogat: conſequenter illi parti poſſeſsio tribui non poteſt, quæ nec expectativam immediatam, nec ſimultaneam inveſtituram, nec alium titulum pro hoc tempore poteſt oſtendere. Neque reflectendum eſt ad aliquam feſtinatam occupationem, cùm feudum occupare nemo poſsit ſine titulo, ſed talis occu- 19
patio tanquam improba & vitioſa conſiderari non debeat; Potiùs verò ille in poſſeſsione tuendus ſit, cujus jura ſunt potiora, quia titulata poſſeſsio præfertur non titulatæ, *Menoch. remed. retin. 3. n. 734. Mev. part. 2. deciſ. 247.* Et cùm verſemur in remedio potiùs adipiſcendæ, quàm retinendæ aut recuperandæ poſſeſsionis, poſtquam

Digitized by Google

quam partes omnia in manus Imperatoris reſignarunt, illa potiùs in poſſeſſionem immittenda eſt, quæ tenorem priorum inveſtiturarum, & ſimultaneam inveſtituram pro ſe habet, atque confirmationi Imperiali fraterni pacti deſupérque multis annis ſecutarum inveſtiturarum innititur.

Si verò de primogenitura moveatur quæſtio: utrùm & quando in feudo introducta ſit, cùm teſtator tempore conditi ſui teſtamenti Principatum, de quo quæſtio eſt, nondum poſſederit, tamen attendenda ſunt verba teſtamenti, in quibus mentio facta eſt, daß auch der Zufahl vor- oder nach ſeinem Todt darunder verſtanden ſey / und die Güter / ſo ſeine Brüder beſitzen / wann dieſelbe nach ſeinem Todt ſeinen Kinderen zufallen / bey dem Regirenden Herrn bleiben / und derſelbe ſeinem jüngern Bruder / alsdann deſto gröſſere apanagium reichen ſolle; quale teſtamentum ſine dubio in Iure eſt validiſſimum: cùm Interpretes communiter tradant, quòd primogenium etiam in re aliena conſtitui poſſit, & heres teneatur eam emere, & in ſucceſſorem primogenij transferre, *Molin. de Hiſpan. primogen. lib. 2. C. 10. n. 70.* imò quòd conſtitui poſſit primogenitura, non ſolùm in bonis præſentibus, ſed etiam futuris, imò etiam in ijs, quæ poſt mortem Teſtatoris ab hæredibus ipſi ſuccedentibus acquiruntur; *Beſold. part. 3. conſ. 133. n. 151. Knipſchild. de fideicom. C. 5. n. 93. & ſeqq.* cùm primogenituræ conſervationem Principatuum & ſplendorem familiæ poſt ſe trahant, *Knipſchild. d. Tr. Cap. 9. n. 26.* id quod etiam juri communi conſonum, eſt, quo res aliena & hæredis propria legari poteſt, ut hæres eam redimere & legatum præſtare teneatur, *l. unum 67. §. ſi rem 8. ff. de legat. 2. l. 14. §. fin. ff. de legat. 3. l. 10. quod licet de legat. Schambogen. Inſtit. lib. 2. tit. 20.* Quæ doctrina tantò potentiùs operatur, quando bona, quæ tempore teſtamenti adhuc ab alijs poſſidentur, neceſſariò ad Teſtatorem vel ejus hæredes recidunt, ſicut hic teſtator, & ejus fratres in ſimultanea inveſtitura comprehenſi fuerunt, ut eò majorem Teſtator habuerit poteſtatem de talibus feudis diſponendi, cùm in jure notiſſimum ſit, quales effectus inveſtitura ſimultanea poſt ſe trahat, *C. 1. in princip. de frat. de nov. feud. inveſt. C. 1. §. ſin autem unus ex fratribus. de his qui feud. dare poſſ.* quia inveſtitura ſimultanea eandem vim habet, ſicut feudum antiquum *Hartm. Piſt. quæſt. 20. n. 19.* & tribuit jus ſuccedendi validum. Nam quamvis regulariter de feudo teſtari haud licitum ſit, id tamen limitatur in conſtitutione primogenituræ, quæ abſque conſenſu agnatorum, & ſecundogenitorum introduci poteſt, præſertim ſi etiam in caſum bonorum adhuc acquirendorum ſecundogenito convenienti apanagio ſit proſpectum. Poteſt enim pater in feudo, etiam antiquo, inæquales portiones inter filios diſtribuere, dum ejus quoque in allodijs hæredes ſunt neceſſarij, *2. feud. 55. & 2. feud. 51. §. filius*, ſicque eum repræſentantes illius elogium ſervare tenentur, *L. 14. Cod. de rei Vind. §. 1. Rhet. de feud. lib. 1. tit. 8. n. 1.*

In hoc autem caſu omnis dubietas & controverſia ceſſat, poſtquam paternum teſtamentum filij agnoverunt, deſupérque tranſegerunt, ut proinde illud ampliùs detrectare non poſſint, ſed paternam voluntatem ſemel agnitam ſequi teneantur *l. cùm à matre 13. Cod. de Rei Vind. L. parentibus 8. § 1. l. ſi quando 35. Cod. de inoffic. teſt. Knipſchild. de fideicomiſſ. cap. 5. n. 121.* quibus adjungitur confirmatio Imperatoris Maximiliani II. qui *Anno 1574.* ultimam teſtatoris voluntatem, in eáque erectam primogenituram, in omnibus clauſulis, punctis, articulis, & expreſſionibus taliter confirmavit: daß es in allem vollzogen / und weder von deß Teſtatoris Söhnen und Erbnehmen / auch deren Nachkommen / noch ſonſt jemand andern / inner oder auſſer Gerichts / dawider etwas fürgenommen / gehandelt oder verſtanden werden ſolle / in gar keine weiß; wie wir dann über daſſelbig alles hiemit / unſere Kayſerliches Decret und Autorität interponirt / und alle Mängel und Gebrechen / ob einige in ſolchen Teſtament vorhanden / oder etwas deß jenigen / ſo von Rechts und Gewohnheit wegen gebraucht ſein ſolte / wäre unterlaſſen worden / auß Römiſcher Kayſerlicher Macht Vollkommenheit erfüllet und erſtattet haben wollen. Ex quibus abundanter apparet, quòd Elogium Teſtatoris & in eo facta erectio primogenituræ eò minùs impugnari poſſit, quaſi Teſtator eo tempore quædam bona in ſua poſſeſſione non habuiſſet, quia



Digitized by Google

quia eadem neceſſariò ipſius filijs, tanquam ſimultaneè inveſtitis attribui debuerunt, ex quo fundamento primogenitura à Teſtatore erecta, ad illa etiam bona extendi potuit; Atque circa hoc eò minùs dubium occurrit, quia filij & Nepotes in ultimam Teſtatoris Voluntatem ultroneè conſenſerunt, atque illa confirmatione Cæſarea, ſecundùm modò ſupradicta, confirmata eſt, quæ poſtmodùm ab alijs ſucceſſoribus mutari aut everti ampliùs non potuit, quia non minus in his, quàm in illis, militat ratio conſervandi in integro Principatum, & ſplendorem Familiæ; & Primogenitus, ſi renunciaret, juri quidem ſuo, nulla tamen ratione in liberorum præjudicium renunciare poſſet. *Tiraquel. de jur. primog. q. 26. n. 4. Vitriar. Inſt. Jur. publ. lib. 3. tit. 20. Myler. de Princip. & Stat. Imp. cap. 21. Springsfeldt de Apanag. Cap. 3. n. 228.* quia poſteris in jure primogenituræ jam introducto, & jure quæſito ampliùs præjudicari non poteſt; præſertim cùm ab *Anno 1621.* omnes Vaſalli inveſtiti fuerint, nach Vätterlichen Stams-Linien / & quidem ſub tali expreſſa conditione, ut in caſu extinctæ unius lineæ altera ſuccedere debeat, in toto principatu ſimili modo, acſi Principatus nunquam diviſus vel ſeparatus fuiſſet. Unde nullum ex eo deducitur validum argumentum, quòd Principatus à duobus olim diviſim poſſeſſus, ſemper diviſus manere debeat, quia unius poſſeſſio alteri non prodeſt, nec hæredi datur manutentio ex poſſeſſione Defuncti, abſque nova apprehenſione, *Poſti. de manute. obſerv. 55. n. 1. & 2.* ſi præſertim clara pacta poſteriora & inveſtituræ obſiſtant. Et in hoc noſtro caſu alia quæſtio non occurrit, niſi cui ex duobus prætendentibus poſſeſſio & inveſtitura, juxta tenorem priorum inveſtiturarum tribuenda ſit, ubi pro Primogenito & ſimultaneè inveſtito omnes rationes concurrunt, & qui proinde meritò victoriam reportavit.

---

# *Liber II. Titulus XXXII.*

## De
## *ERECTIONE DOMINII SEU BONI EQUESTRIS IN COMITATUM, ET TRANSLATIONE COLLECTARUM.*

### S U M M A R I A.

1. *PRivilegium Ord. Equeſtris in puncto collectationis bonorum equeſtrium.*
2. *An poſſit in præjudicium Ord. Eq. bonum collectationi ejusdem ſuppoſitum eximi, & in Circulum Imperij transferri?*
3. *Obſtare privilegium & longam poſſeſſionem.*
4. *Diploma contrarium à reo ſeu emptore per ſub- & obreptiones fuiſſe impetratum, quæ enumerantur cum allegationibus juris.*
5. *Reſcripta, decreta, privilegia contrà jus tertij inauditi eſſe nulla.*
6. *Collectas, tanquam onera realia tranſire ad quemvis poſſeſſorem.*
7. *Non hîc diſputari de Cæſaris poteſtate, ſed de voluntate.*
8. *Imperatorem conſervare debere omnium jura & privilegia.*
9. *Privilegium lite pendente obtentum non valet.*
10. *Imperatorem non uti abſolutâ poteſtate.*
11. *Conſuetudinem & obſervantiam eſſe manutenendam.*
12. *Inter duo privilegia prius & antiquius eſſe præferendum.*
13. *Sequuntur argumenta & exceptiones rei.*
14. *Privilegia Equeſtria intelligi, rebus in eodem ſtatu manentibus. & n. 18.*
15. *Tenor Diplomatis.*
16. *Mandatum non præſumi, præſertim in arduis.*
17. *Nullam ſub-vel obreptionem fuiſſe commiſſam.*
18. *Mutatâ causâ nullam prætendi poſſe contraventionem.*
19. *Interpretationem faciendam eſſe pro promiſſore.*
20. *Neminem debere dupliciter gravari.*
21. *Ex plenitudine poteſtatis poſſe alteri jus quæſitum auferri.*
22. *De voluntate conſtare ex Diplomate, & actibus ſubſecutis.*
23. *Proteſtatio in actibus neceſſariis proteſtantem non juvat, nec omiſſa citatio nocet, ſi citatus præſens tamen actum non potuiſſet impedire.*
24. *Conſiderationes ſuper utriusque partis argumentis.*



Digitized by Google

25. *Rem tranſire cum ſuo onere.*
26. *Merita Ordinis Equeſtris, & ejus digna conſervatio.*
27. *Conſiderari hic Supremam Imperatoris poteſtatem.*
28. *Ex congregatione bonorum Equeſtrium erectos eſſe Principatus.*
29. *Refertur exemplum collectarum Equeſtrium ad matriculam Comitum translatarum.*
30. *Interpretationem privilegiorum non converti poſſe contrà concedentem. & n. 34. 37. 38.*
31. *Imperatorem ſartam tectam velle ſuam ſupremam poteſtatem.*
32. *Nil decedere Ordini Equeſtri nec Imperio.*
33. *Regula, quòd res facilè redeat ad ſuam priſtinam naturam, quomodò intelligenda.*
34. *Privilegia quomodo interpretanda, præſertim quoad perſonam dantis.*
35. *Privilegium Ord. Equeſtris hoc in caſu non everti.*
36. *Diploma rei continet exemptionem expreſſam à caſſâ Ordinis Equeſtris.*
37. *De privilegiorum interpretatione, & n. 38.*
38. *Interpretatio privilegiorum ad Principem ſpectat.*
39. *Quomodò intelligendum, quòd Principum beneficia latiſſimè ſint interpretanda.*
40. *Privilegiatus in ſpecie præfertur privilegiato in genere.*

VArijs ab Auguſtiſſimis Imperatori-
bus condecorata eſt privilegijs im-
mediata Imperij Nobilitas & præci-
1 puè *primâ Octobris anno 1601.* ratione bono-
rum equeſtrium ſequentis tenoris: daß die-
jenige Gütter / ſo in der Riterſchafft Anlag
geweſen / nunmehro fürohin ie und allweg /
auff der Ritterſchafft außſchreiben mit der
Contribution dahin vertretten / und die
Steuren dahin gelifert werden ſöllen / ohne
einige Außflucht und widerred / auch ohne
Unterſcheid der Gütter / ſie ſeyen Lehen oder
Eigen / Geiſtlich oder Weltlich / von Herrn
Stands oder Adels Perſohnen / oder allein
ſchlechte oder anſehentliche Güter / ſie wer-
den durch andere Ständ erkaufft / oder ſonſt
überkommen / die Lehen fallen als Apert heim /
oder werden verwürckt / oder in andere Weeg
alienirt / es ſeye auff was Weiß es immer
wolle / da auch ſchon ein oder ander / was
Stands / Würden oder Weeſens der ſeye /
ein ander herbringen und Gewonheit / oder
einige Freyheit und Gerechtigkeit / exem-
ption, ſtatut, oder Ordnung hierwider fürwen-
den / und ſich dardurch deß Beyſteurens zu
der Ritterſchafft / von einem oder dem an-
deren Gut / wie ietzo Specificirt worden iſt /
entſchütten wolte / ſo iſt doch dem allem
aus Röm. Kayſerl. Macht und Vollkom-
menheit kräfftiglich derogirt. Conqueſta
eſt tamen Nobilitas N. ſuper bono Eque-
ſtri ab Imperatore in Comitatum Impe-
rij erecto, cum clauſulâ, quòd poſthac
collectæ non ad arcam equeſtrem ſed ad
Circulum inferri debeant, in quo ſe ma- 2
ximè gravatos eſſe exiſtimant Nobiles,
atque ſupra poſitum Diploma Imperiale
pro baſi ſuæ intentionis ſtatuunt, huicque
firmiter innituntur. Et cùm in confeſſo
ſit, ordinem Equeſtrem, in poſſeſſione
collectandi illius Dominij ſemper fuiſſe
conſtitutum, hinc incognitâ cauſâ eandem
ipſis aufferri non potuiſſe. Vigilarunt ſci-
licet etiam juribus ſuis Nobiles, & cùm
animadverterent, Dominum N. per con-
tractum emptionis venditionis in reum eſ-
ſe transferendum, interveniendo ex parte
ſuâ tam in ipſo contractu apud Commiſſa-
rios, quàm etiam judicialiter in Conſilio
Imperiali Aulico, jura ſibi ſua reſervârunt.
Nec hoc diſplicuiſſe tunc temporis reo, aſ-
ſerunt, utpotè cujus mandatarij tunc re-
ſponderint: Ihr Herr Principal ſeye be-
ſtändig reſolvirt / nach dem er beſagtes Reichs-
Lehen käufflich an ſich gebracht / die Privile-
gia, Rechten und prærogativen der Reichs
Ritterſchafft conſerviren / und erhalten zu-
helffen / als denenſelben im geringſten zu de-
rogiren / mit angeheffter ſincerirung / daß
ihr Herr Principal nach vorgangener Einſe-
tzung mit der Ritterſchafft in allen und jeden
occurrentien ſich dergeſtalten erzeigen werde /
wie es einem getreuen Cavallier und Mitglid
der Ritterſchafft gebühren will. Quam
Mandatariorum declarationem ſæpiſſimè
actores repetunt & inculcant. Præſumi in
adminiſtratoribus & Syndicis Mandatum
cùm liberâ, *Gail. 2. obſ. 72. n. 9.* ſie hätten
ſich ſonſten mit ſolchen verbindlichen formali-
bus nicht eingelaſſen / & hinc mandatum
ſpeciale violentiſſimè præſumi. *Maſcard.
de probat. vol. 2. concl. 1006. n. 30.* præſer-
tim quia poſt ſibi factam relationem à
Mandatarijs reus nihilominus collectas ex-
ſolverit, ſicque promiſſionem mandata-
riorum ratihabuerit. Cùm etiam de jure
privilegiatus vel ſemel collectas ſolvens,
privilegium amittat, *l. 1. & 2. C. de his qui* 3
*ſpont. mun. publ.* Cùm itaque nemo ob
contradictionem alterius, indictâ causâ
poſſeſſionem ſuam dimittere debeat, &
defenſione rerum ſuarum defenſio licitè
ſuſcipiatur. *Gail. de P. P. c. 4. n. 40.* hinc



Digitized by Google

Mandatum S. C. petijt Ordo Equeſtris, ad
ſolvendas præteritas & futuras ſub pœnâ
privilegio inſertâ. cujus loco communica-
tio decreta eſt anno 1667. Firmare tamen
conati ſunt libellum replicis & deductione
variarum ſub-& obreptionum, per quas
diploma erectionis impetraverit reus, in-
4 ter quas numerârunt *primam;* quaſi Im-
peratoria Majeſtas tempore conceſſi di-
plomatis non ſufficienter informata fuiſſet,
Dominium ſive Comitatum N. à tempore
immemoriali bonum fuiſſe Equeſtre, & e-
queſtris Ordinis collectationi ſubjectum, &
exinde utique arguatur privilegium ſub-
reptitium, ſi taceatur id, quo expreſſo
Princeps non fuiſſet conceſſurus, aut ſal-
tem non ita facilè, *c. ſuper literis. junct.
gloſ. & c. poſtulâſti. de reſcript. Gail. 1. obſ.
14. n. 2. & 3.* ubi ait, ſi cauſa præcipua de-
creti mandati deficiat, Mandatum ex ca-
pite ſub-& obreptionis caſſari, & impe-
trantem condemnari in expenſas. *Secun-
dam* ſub-& obreptionem eſſe, quòd N.
die beede N. in ſeinem libello parificirt mit
N. da doch dieſelbe jederzeit zu dem Reichs
Kreyß ſteuerbar geweſen. *Tertiam* ſub-&
obreptionem in eo ponunt, quòd reus
noviter collectas debitas Collegio Comi-
tum inferre tentet, cùm tamen poſſeſſio
antiquior ſemper præcedat juniorem, ita
ut 4. nec Diploma Cæſareum novum reo
titulum tribuere poſſit, cùm per illud E-
queſtris Ordinis jura non tollantur, & aliàs
etiam poſſeſſionem alterius ne quidem au-
toritate Principis occupare liceat, alterâ
parte non auditâ, ſed reſcripta illa pro ſub-
& obreptitijs habeantur *Gail. 2. obſ. 76. n.
9. 10. 11.* reſcriptum vel mandatum contra
tertium eſt ipſo jure nullum, *L. fin. C. ſi per*
5 *vim.* & in quibuſcunque actibus præjudi-
cialibus requiritur citatio partis, & diſcuſ-
ſio meritorum, *per text. in l. cauſa 13. §.
causâ cognitâ ff. de minor.* quia reſcripta
Principis ita intelligenda ſunt, ut nemini
inferant injuriam, cùm Principis intentio
talis eſſe præſumatur, qualis eſt legum can-
dor & rationis naturalis integritas. Hinc
ergò dominium N. non amiſiſſe qualita-
tem boni Equeſtris, cùm illud in Diplo-
mate nuſpiam exprimatur, ut proindè
ſtrictiſſimè ſit interpretandum, cùm etiam
Papa non videatur velle derogare juri ter-
tij, de quo mentionem non fecit *Alexand.
lib. 5. conſ. 3. n. 3. & 4.* Præſertim pro-
pter clauſulam derogatoriam privilegio
Ordinis Equeſtris inſertam: daß ob einer
oder der ander / was Stands / Weeſens / oder
Würde der ſeye / ein ander Herbringen und
Gewonheit / oder einige Freyheit und Gerech-
tigkeit / exemption / Statut oder Ordnung
hierwider fürwenden / und ſich dadurch deß
Beyſteurenß zu der Ritterſchafft von einem
oder anderm Gut entſchütten wolte / ſo dero-
giren wir ſolchem allem von Römiſcher Kayſ.
Macht und Vollkommenheit / ꝛc. cùm clau-
ſula derogatoria ad ſequentes actus contra-
rios ejus ſit efficaciæ, ut quidquid contra
factum fuerit, ipſo jure non valeat, *Caſp.
Klock. de contrib. c. 16. n. 176. ſect. 1. & c. 17.
n. 184. & ſeqq.* adhærent enim collectæ, 6
tanquam onera realia, ipſis bonis immobi-
libus, quæ pro ijs tacitè ſunt obligata; per
*l. 1. ubi DD. ff. in quib. cauſ. pign. tac. contr.*
quarum debitum cum ipſis bonis in quem-
vis poſſeſſorem transfertur. Cùm itaque
*5.* reus ſilentio prætererit graviſſimum
damnum, exindè *Sextam* relucere ſub-&
obreptionem, cùm per privilegium lædi
non debeat jus tertij. *Beſold. in theſ. pract.
lit. R. 69.* Quidquòd privilegium Ordinis
Equeſtris etiam ipſi ob benè merita ſit ab
Imperatore indultum, quale privilegium
non revocatur, quamvis ſolâ gratitudinis
lege remuneratio debita eſſet, latè *Klock.
c. 16. n. 178. & ſeqq.* Neque verò Ordi-
nem Equeſtrem hîc in dubium revocare
*poteſtatem Cæſareæ Majeſtatis*, ex quâ præ- 7
tenſam exemptionem fieri poſſe non infi-
ciantur, ſed tantùm de *voluntate* ejus mo-
vere quæſtionem, utrùm ſcilicet Ordini
Equeſtri tam benè de Imperio merito ſua
privilegia, & jura citra ejus culpam, ve-
lit imminuere, cùm tamen ex conſtitutio-
nibus Imperialibus Cæſareâque Capitula-
tione, poteſtatis Cæſareæ ſublimitas & ple-
nitudo in hoc potiùs conſiſtat, ut omnia
Imperij Statuum jura, libertates & privi-
legia ſarta integráque conſervet, *Menoch.
de arbitr. jud. caſ. 338. n. 8.* quaſi hoc præ- 8
cipuè ad Majeſtatem ſpectet, quosvis ſta-
tus in jure quæſito & immunitate tueri at-
que protegere: quò pertinet illud *Natta*
dictum, quòd Imperator non ſoleat muta-
re ſtatum, aut minuere honorem veterum
Vaſallorum, neque augere dignitatem
cujuſcunque cum læſione aliorum *Fab. in
C. lib. 6. tit. 27. d. 15.* cùm ſupremi optimi-
que Principis officium ſit, omnes omnium
juris-

Digitized by Google

Jurisdictiones, licèt inferiores, & ſtatum legitimum tueri. *cap. Caſ.* §. 2. ibi: einen jedwederen Stand bey ihren Hoheiten / Würden / Rechten / ꝛc. bleiben laſſen. Propterea in *Inſt. Pacis, Cæſareáque Capitulatione*, quoties mentio fit de conſervandis Statuum privilegijs, toties etiam Ordo Equeſtris S. R. Imperij denominatur. Ut inde omnes gravati ad Imperatorem, tanquam fontem dignitatum & omnis Jurisdictionis, recurrant. *Reinking. de regim. ſec. & Eccleſ. lib. 1. cl. 5. c. 6. n. 75. & ſeq.* & operam dare Principes deceat, ne in cujusquam læſionem beneficia concedant, *l. 4. C. de emancipat. c. 1. ext. de conceſſ. præbend.* Quæ omnia in materia collectarum eò magis attendenda, quia in omnibus Imperij conſtitutionibus hoc conſtituitur, daß in Steurſachen das alte Herkommen obſervirt werden ſolle / tradente *Gail. 2. obſ. 52. n. 10.* atque Ordinis Equeſtris ſumma gloria & Status hinc dependeat, & inſuper antiquiſſima poſſeſſione, privilegijs Cæſareis, & ipsâ rei noviſſimâ poſſeſſione corroboretur. Nec verò privilegium valere, quod lite pendente obtentum eſt, *Klock.*
9 *de contrib. c. 20. n. 134. & ſeqq.* cùm privilegium taliter obtentum, nullà litis factâ mentione, non adferat præjudicium juribus alterius. *Lancellot. de attentat. p. 2. c. 4. in præfat. n. 631. & ſeqq. Cancer. c. 3. de privil. n. 34. Klock. de contrib. d. loco.* prout hîc reus demùm, poſt exhibitam ab actoribus proteſtationem & reſervationem collectarum, privilegium acquiſivit. Non inficiari ſe quidem tenorem Diplomatis, quamvis nunquam originaliter à ſe viſi nec recogniti, daß die Reichs- und Krayß Anlagen zum Schwäbiſ. Krayß von der Graffſchafft N. gleich andern Schwäbiſ. Kreyß-Ständen geliffert werden ſollen. Verùm hoc ex ſupradictis nihil præjudicare Ordini Equeſtri, poſteaquam diploma ſub- & obreptitiè ſit obtentum. Idque exindè etiam magis elucere, quòd impetrans planè tacuerit, cùm Equeſtris Ordo proteſtaretur judicialiter, & jus collectandi ſibi reſervaret, nec ullo verbo contradixerit, & deinceps alio tempore & loco, nimirum Oeniponti Diploma erectionis obtinuerit, Equeſtri Ordine nec citato nec audito.

10 Nec verò gloriari reum poſſe abſolutâ Imperatoris autoritate, utpote quia Princeps à Deo conſtitutus, ut juſtitiam Deo faciat, non præſumatur uti velle abſoluta poteſtate, & ſi contrà jus poſitivum ad poſtulationem quid concedat, potiùs importunitate & falſis narratis, circumventus cenſetur, *Gail. 2. 58.* Princeps enim naturalibus & gentium legibus ſolutus non eſt, ideò ſine causâ nemini jus ſuum ex plenitudine poteſtatis poteſt auferre, quia concluſio illa jure naturali fundata nullam recipit diſtinctionem, hinc illæ formulæ: *non obſtante; ex certâ ſcientiâ; motu proprio; de plenitudine poteſtatis &c.* rationem juris gentium non mutant. *Theſ. Baſil. vol. 5. diſp. de jur. publ. n. 15.* nec vitium ſub- & obreptionis per eas purgatur; *Klock. de contr. c. 20. n. 137.* ita ut etiam clauſula ex *certâ ſcientiâ* in præjudicium tertij nihil operetur, *Gail. d. loc. & obſ. 56. n. 14.* præſertim ſi ex unâ parte certetur de damno vitando, cujus ſcilicet partes ſemper ſunt favorabiliores, quia naturâ æquum eſt, neminem cum alterius damno locupletari & detrahere aliquid alteri, hominémque hominis incommodo ſuum augere lucrum, magis contra naturam eſſe cenſetur, quàm mors, quàm paupertas, quàm dolor, inquit *Beſold. conſ. 59. n. 55. & conſ. 64. n. 44.* Et hinc rationis naturalis dictamen non minùs movere Judicem debere, quàm legem in corpore juris ſcriptam, paſſim traditur. *Hartm. Piſtor. lib. 2. q. 32. n. 10. cum cit. ibid.* Quin etiam nec ex eo, quòd dominium N. erectum ſit in Comitatum, nec ex eo, quòd collectæ Imperiales & circulares ad Circulum Suevicum perſolvi debeant, jus collectandi ordinis Equeſtris eſſe caſſatum, quia conceſſiones Principum ita accipiendæ ſunt, ut ſemper ſubintelligantur factæ citra præjudicium tertij, id quod in terminis privilegij à Principe conceſſi traditur *in l. nec avus. & l. ſi in puberibus ff. de admin. tut.* ita ut quidem reus poſſit ſolvere collectas ad Circulum, ſed tamen ſinè præjudicio collectarum, quas ordini equeſtri debet. De cœtero enim Ordinem Equeſtrem adinſtar aliorum Imperij Statuum, in jure collectandi tuendum eſſe bey dem alten Herkommen / 11
R. A. *de anno 1542.* §. und wiewohlen im jüngſten / ꝛc. ibi: altem Gebrauch nach. item ibi: doch ihnen an ihren alten Gebräuchen und Herkommen in allweeg unnachtheilig und unſchädlich. *Item* R. A. *de anno 1557.*

verſ. ſo ſoll es derowegen / ibi: wie herkommen / & iterum anno 1566. §. dieweil nun / ibi: wie rechtmäſſig herkommen / quæ & alia jura omnia per Inſtrumentum Pacis ſunt ſtabilita. Nam quòd quidam Interpretes tradant, poſſe alicui jus quæſitum auferri, illos de ſummo Pontifice, ejúſque abſolutiſſima poteſtate, & quidem in cauſis meriſſimæ gratiæ, perſonis privatis collatæ, & ad nutum revocabilis, eſſe intelligendos. Aliam hoc loco eſſe conſiderationem in cauſa civili, & præſenti ſtatu S. R. Imperij, ubi de conſervatione Statûs publici tractatur, atque ideò omnis præſumptio ceſſat, quaſi Imperator à jure communi & conſtitutionibus Imperij recedere vellet. Potiùs in caſu, quando duo privilegiati concurrunt, ille præferri debet, cui privilegium primò conceſſum eſt. *Gilman.*
12 *tom. 1. p. 2. vot. 6. n. 34.* & omni privilegio utilitas publica præferenda eſt. *Alex. lib. 2. conſ. 216. n. 22. & ſeqq.* ſiquidem de jure verba Principis latiſſimè interpretanda ſunt contra concedentem, *Mynſ. cent. 1. obſ. 17.* ſic ut prima, non ſecunda conceſſio valeat, cùm ex oblivione vel importunitate impetrantis videatur altera proceſſiſſe. *Gilman. Symph. tom. 4. p. 1. vot. 37. n. 18. Alex. conſ. 122. n. 26. vol. 4. Mynſ. cent. 3. obſ. 61.* Inſuper nullum poſſe demonſtrari exemplum, quod ullum bonum unquam à matricula equeſtri ſit exemptum, cùm Imperij Romani firmitas & decus etiam in flore & ſplendore Ordinis Equeſtris conſiſtat, qui per tales exemptiones neceſſariò collabi deberet & interire.

13 Non reformidavit reus argumenta actorum, quamvis primo aſpectu videantur eſſe validiſſima, ſed ad illa elidenda exceptiones ſuas oppoſuit, aggrediendo ſtatim palmarium actorum fundamentum, privilegium ſcilicet Ordinis Equeſtris cujus formalia ſupra ſunt relata. Aſſerens fruſtrà illud in præſenti caſu allegari, quia hic ſaltem proprius ſit ipſius ſenſus; quòd nullus poſſeſſor bonorum Equeſtrium à collectis Equeſtribus poſſit eſſe immunis, quamdiu ſcilicet bona in iſtâ qualitate bonorum equeſtrium permanent, Dominium
14 verò ſeu Comitatum N. iſtam qualitatem depoſuiſſe, dum in immediatum Imperij Comitatum ab Imperatore eſt erectum, ita ut jam diſpoſitioni privilegij Equeſtris amplius non ſubjaceat. Hæc enim verba ſunt Cæſarei diplomatis: Dahero Wir 15
gnädiglich angeſehen / wahrgenohmen und betrachtet die ſehr angenehme / nutz- und hocherſprieſſliche Dienſt / ſo beſagter unſer N. in vile unterſchidliche Weeg / Uns dem Heyl. Reich und gemeinen Weeſen / zu Kriegs- und Fridens-Zeiten unterthänigſt erzeigt / dergleichen auch noch täglich thut / und hinführo noch ferner zuthun deß unterthänigſten Erbiethens iſt / auch ſeinen guten qualitäten nach wohl thun kan / mag und ſoll. So haben Wir demnach auß diſen und andern mehr Uns bewegenden Urſachen und vortrefflichen Motiven / mit wohlbedachtem Muth / gutem Raht und rechtem Wiſſen / mehrbemeltem Graffen die beſondere Kayſerliche Gnad gethan / und ihm gebettener maſſen ſeine erkauffte / Unſerem und des Heyl. Reichs Schwäbiſ. Kreyß incorporirte Reichs Lehenbahre Herſchafft N. ſambt allen pertinentien / nicht allein in eine gefreyte Reichs immediat Graffſchafft erigirt und erhebt / ſondern auch zugleich die obgedacht / an ſich gebrachte zwey Weyler NN. derſelben darzu einverleibt / alſo und dergeſtalten / daß ſelbe nun hinfüran eine Reichs immediat Graffſchafft und obbemelte beede Weyler NN. derſelben incorporirt ſeyn und bleiben / dafür von Uns / und Unſeren Nachkommen / auch ſonſt allenthalben im Heyl. Röm. Reich und ſonderlich in dem Schwäbiſ. Kreiß dafür gehalten / geſchriben / erkennt und genennt / und derentwegen N. ſeine Erben und Nachkommen auff alle Reichs Deputation und Kreyßtäg beſchriben werden ſollen / doch ſolle er von ſolcher Graffſchafft / und anderen incorporirten 2. Weylern / alle Reichs- Kreyß und andere Anlagen / gleich andern Unſern und H. Reichs Schwäbiſchen Kreyſes Ständen / allemahl ſovil ſein contingent davon außtragt / zu entrichten / und an gehörige Orth zuliffern ſchuldig ſeyn; & hæc omnia ſub pœnâ 200. marc. auri contra quosvis turbatores. Nec labefactari iſta omnia per deprædicatam in omnibus ferè paginis ab actoribus mandatariorum rei promiſſionem, daß er ſich in allen occaſionen erzeigen wolle / wie es einem getreuen Cavallier und Mitglid der Ritterſchafft gebühren will; ſiquidem ea promiſſio à mandatarijs facta eſt citrà mandatum, adeóque præſumptio & regula generalis ſit, mandatum non præſumi *Menoch. de præſ. lib. 2. præſ. 15. n. 3.* 16
quia eſt facti, & ea quæ magni ſunt præjudicij, man-

Digitized by Google

mandatum ſpeciale requirunt. *Paris. conſ. 31. n. 113. lib. 2.* neque mandatarius rem mandantis deteriorem facere poteſt. *l. 3. ff. mandati.* Et ſecundò, eo tempore, quo dominium nondum erat in Comitatum erectum, ex quo tertiò conſequitur, quòd illa promiſſio, etiamſi ex mandato ſpeciali rei conventi proceſsiſſet, tamen intelligenda eſſet, *rebus ſic ſtantibus*, eò quòd etiam promiſsio jurata non aliter obliget. *Brunneman. ad l. fin. ff. qui ſatisd. cog. Tuſcus verb. renunciatio. concluſ. 173. & 160.*

17 Negat porrò reus ullam à ſe ſub-& obreptionem in obtinendo erectionis diplomate commiſſam eſſe, quaſi reticuiſſet qualitatem dominij, cùm tamen ipſimet actores integris menſibus antè erectionem, nimirum 9. Martij anno 1665. eandem ſatis explicuerint, & aliàs ſua Cæſarea Majeſtas fruſtrà diplomati inſeruiſſet verba, jedoch daß von ſolcher neu erigirten immediat Reichs-Graffſchafft / alle Reichs-Kreyß-und andere Anlagen / gleich anderen deß Heyl. Reichs Schwäbiſ. Kreyß Ständen zu entrichten und zuliffern ſchuldig ſeyn ſolle / ſi ſufficienter non fuiſſet informata. Deinde etiam non ſtatim ſub-& obreptio eſt, quando aliquid tacetur, ſed quando tacitum eſt tale, quod ſi fuiſſet expreſſum, retraxiſſet Principem à conceſsione. *Caſtrens. conſ. 369. col. 2. in prin. Ægid. Bellam. conſ. 241. n. 19. in fin.* nibil autem tale hîc reperiri, cùm alia multa & quidem recentia ſeu exempla ſeu præjudicia extent, in quibus Imperator, non attentâ Ordinis Equeſtris allegatâ poſſeſsione collectarum, nihilominus bona equeſtria erexit in Comitatus, aut alijs Comitatibus conjunxit & incorporavit, jure collectandi ab ordine equeſtri penitùs tranſlato. Unde apparet, jus collectandi, quod Equeſtri Ordini in bonis talibus competebat, cauſam tamen non fuiſſe ſufficientem, quæ Imperatorem à conceſsione diplomatis potuiſſet retrahere, proindéque nec ejus omiſſam allegationem pro ſub-& obreptione haberi poſſe. Idque eò minùs, quòd in præſenti caſu Imperatori omnia ſufficienter explicata fuiſſe ipſa diplomatis verba demonſtrent; mit wohlbedachtem Muth / gutem Raht und rechten Wiſſen / quæ Clauſulæ omnem ſubreptionem tollunt, ut immunitates obreptitiæ, aut per importunitatem conceſſæ nunquam præſumantur. *Purpurat. conſ. 156. n. 5. Boſſ. de Principe n. 135.*

Secundò nullam etiam ſubreptionem in eo eſſe, daß er begehrt / die Herrſchafft N. in eine Reichs-Graffſchafft zu erigiren / und die 2. unmittelbahre eingekauffte Weyler derſelben zu incorporiren / quia dominium N. non vocaverit immediatum, ſed hujus erectionem in eine Freye Reichs-Graffſchafft / duorum autem prædiorum, jàm antè immediatorum incorporationem petierit, unde nulla ſub-& obreptio niſi per calumniam colligi poſsit. Ad tertiam prætenſam ſub-& obreptionem reſpondet reus, ſe non obtuliſſe collectas Collegio Comitum, niſi poſt erectionem dominij N. in Comitatum, & poſtquam in diplomate juſſus fuerit, die Reichs und Kreyß Anlagen / gleich andern Schwäbiſchen Kreyß-Ständen an gehöriges Orth zuliefferen / nec ipſi vitio verti poſſe, quòd erectionem dominij N. in Comitatum ab Imperatore flagitaverit, cùm quilibet facere conditionem ſuam poſsit meliorem, & nemo de eadem re collectæ onus bis ſuſtinere, aut duplici onere gravari debeat, *per text. in l. navis onuſta. §. cùm autem. ff. ad L. Rhod. Natta conſ. 193. n. 1.* Nec verò aut ſe aut Mandatarios ſuos unquam promiſiſſe, quòd dominij N. conditionem reddere nolint meliorem, aut erectionem in Comitatum negligere, quo demùm caſu Ordo Equeſtris conquerendi cauſam haberet; jam verò nunquam dici poſſe, contravenire promiſsis, ſi mutatâ rei conditione, 18
ſublatâque omninò cauſa, ex quâ Ordo Equeſtris collectas prætendere poterat, dieweilen das dominium N. kein Ritterguht mehr iſt / collectæ aliò transferantur; promiſsionis enim cauſâ durante tantùm cenſetur durare promiſsio, non verò eâ ſublatâ, quia ſecundùm ſtatum præſentem res determinari debet, *c. ferrum. 18.* ibi, *non debet inſpici quod fuit, quia incipit eſſe, quod non fuit. diſt. 50.* debet enim promiſſio qualibetſic ſemper intelligi, quamdiu res in eodem ſtatu erit, ait *Ant. Fab. in Cod. lib. 8. t. 28. d. 39. per text. in l. 38. in pr. & l. 82. ff. de ſolut. Maſcard. concl. 1163. n. 7.*

Non inveniri, quid his argumentis opponi poſſit, niſi fortè quis dicat, ſtatum cauſæ hîc non ex accidenti, ſed ipſo facto promiſſoris mutatum eſſe. Nec verò con-

concedendum, ut promiſſor proprio ſuo
facto ſe liberare à promiſſis & alterum eludere
poſſit. Nam promittens aliquid facere,
quòd contrarium ejus non ſit factu-
19 rus, promittere cenſetur. *Th. Baſ. vol. 6.
diſp. 3.* Sed profectò non dependebat hoc
factum erectionis dominij N. in Comitatum
à voluntate rei conventi, nec ſuſtinere
actores unquam poterunt, promiſſum
ſibi eſſe, ut à tali erectione ſuperſederetur.
Quia ſecundùm promiſſorem
in dubio fit interpretatio. *Baſ. vol. 6.
diſp. 3. lit. Ee. 3.* atque promiſſiones ſtricti
ſunt juris, quæ ideò extenſionem ullam
facilè non admittunt; Deindè verò
ante omnia attendendum eſt, duas eſſe
rei conventi exceptiones, primam, quòd
circa collectas exſolvendas nullam dederit
mandatarijs ſuis commiſſionem ſecundam,
quòd etiam ſuppoſito mandato
& promiſſione, mutato tamen rei ſtatu
omnia exſpiraverint. Has exceptiones,
quia replicando actores nequeunt evertere,
manet ipſorum actio eliſa. Nec enim
acquievit reus aut proteſtationi Ordinis
Equeſtris, aut mandatariorum ſuorum
promiſſioni, cùm proteſtatio & promiſſio
facta ſit diu antequàm reus diploma impetraverit.

Ad 4. reponit, fruſtra negari ab actoribus,
quòd Comitatus N. per Cæſ. diploma
non ſit ab ordine Equeſtri exemptus,
aut quaſi ipſe collectas ad Collegium Comitum
ſolvendo ordinem Equeſtrem in
ſuâ poſſeſſione turbet; cùm tamen ipſi
in Cæſareo Diplomate diſertè injungatur,
daß er von der immediat Reichs-Graffſchafft
N. hinfüran die Reichs- und Kreiß Anlagen/
gleich andern Schwäbiſ. Reichs Kreiß-Stän-
den/ an gehörige Orth zulifferen und zuzahlen
ſchuldig seyn ſoll. Ex quibus verbis clarè
patet, quòd jus collectandi ab Ordine Equeſtri
ad Collegium Comitum in totum
ſit translatum, prætenſáque Ordinis Equeſtris
poſſeſſio ſublata, cùm nullus alius verborum
ſenſus eſſe poſſit, ut hinc planè ceſſet
allegata poſſeſſionis turbatio, quia ex
conceſſione vel diſpenſatione Superioris
poteſtatem habentis poteſt acquiri poſſeſſio
& titulus, qui ex privilegio oritur. *c.
gratia. & c. tibi de reſcript. in 6. Alexand.
conſ. 155. in fin. lib. 6. Caſ. Contard. ad l.
uni. C. ſi de moment. poſſeſſ. fu. appell. Lim.
2. §. 7. n. 6.* Unde etiam quinta actorum
aſſertio, quaſi Comitatus N. per iſtam
erectionem nihilominùs non amiſerit qualitatem
boni Equeſtris, quia id in Diplomate
diſertis verbis non ſit expreſſum, neque
involvat repugnantiam, eſſe immediatum
Comitatum Imperij, & tamen ſolvere
collectas Ordini Equeſtri, cùm non
ſit neceſsè, rem per ſe notoriam & ex omnibus
circumſtantijs claram, imò ſatis expreſſam
inſuper ampliùs explicare, & ſolem
facibus illuſtrare velle. Quomodò enim
poteſt Dominium Equeſtre erigi in
immediatum Imperij Comitatum, ita ut
poſthac tam ipſe Comitatus, quàm etiam
ejus poſſeſſores velut alij Status Imperij &
Circuli, in toto Imperio habeantur & tra- 20
ctentur, ſi nihilominùs in ordine Equeſtri
& ſub illius legibus & collectis deberet remanere?
Chymæra eſſet talis Imperij
Status, nec Imperator per talem erectionem
gratiàm ei faceret, aut compenſaret
merita, ſed maximis oneraret præjudicijs
& damnis, per inexplicabilem rei incompatibilitatem
& contradictionem. Quid
enim utilitatis accedere poſſet privilegiato,
qui, cùm ante privilegium collectis in
uno tantum loco ſuccumberet, poſt illud
obtentum in duobus locis eaſdem exſolvere
cogeretur?

Nec præjudicare ſibi putat reus ſextum
actorum fundamentum, quod propter
enormiſſimum Equeſtris Ordinis damnum
ſuſtineri nequeat Erectio, cùm per
privilegium jus tertij lædi non debeat, præſertim
juſto titulo & immemoriali poſſeſſione
corroboratum: Nam concurrunt in
hoc erectionis diplomate clauſulæ, *ex certâ
ſcientia; motu proprio; de plenitudine poteſtatis*,
quæ ejus ſunt efficaciæ & roboris,
ut etiam jus tertij tollant, & eidem dero-
gent, prout deducunt *Felin. in c. cùm in-* 21
*ter. de except. Decius conſ. 198. n. 2. & conſ.
191. col. 1.* nec non *conſ. 341. col. 1. Alex.
conſ. 101. n. 16. vol. 1. & conſ. 216. n. 22. &
33. lib. 2. Signorol. conſ. 148. n. 9. & ſeqq.
Fulgos. conſ. 155. n. 2. & 3. Decian. conſ. 18.
n. 269. Socin. conſ. 159. n. 24. Ruin. Conſil.
163. n. 20. & ſeqq.* prout etiam ipſimet actores
in Triplica ſuâ fatentur, exemptionem
talem de plenitudine poteſtatis fieri
poſſe. Et cùm ſaltem *de voluntate* ſe 22
quæſtionem movere contendant, de eâ
non ſolùm ſufficienter ex diplomate erectionis,
ſed etiam ſubſecuto actu Inveſti-
turæ

turæ in Conſilio Imperiali Aulico conſtat; Actus enim ſubſecuti demonſtrant voluntatem procedentem, *Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſ. 26. n. 7.* & geminatio actus oſtendit ejus perſeverantiam, omnémque obreptionis ſuſpicionem tollit. *Maſcard. de probat. concl. 1271. n. 50. vol. 4. & concl. 9023. n. 36. Oldrad. conſ. 253.*

Quod ad ſeptimum attinet; *meritorum cauſa* in ipſo Diplomate exprimitur, ſicut etiam 8. ex evidentia facti & recentibus exemplis patet, quòd alia quoque bona à collectatione Ordinis Equeſtris ſint exempta. Nec porrò relevare actores, quòd ad proteſtationem eorum reus non reſponderit, quippe cùm proteſtatio & deſuper exhibita memorialia fuerint ad acta
23 repoſita, & proteſtatio in actibus neceſſarijs proteſtantem non juvet, *Maſcard. de probat. concl. 434. n. 22.* nec etiam actorum citationem antè Diploma erectionis fuiſſe neceſſariam, cùm non opus ſit, citare illum, quo invito actus poteſt expediri. *Oldrad. conſ. 95. in fin.* nec requiratur citatio illorum, qui præſentes, ſi vellent, actum impedire non poſſunt. *L. qui poteſt invitus ff. de reg. jur.*

24 Ad hæc expoſita utriusque partis fundamenta, ſinè verboſitate & ambagibus, conſiderari poſſunt, quòd præcipuam vim & victoriæ fiduciam actores ponant, 1. in privilegio Ordinis Equeſtris de anno 1566. & 1601. cujus formalia ſuprà ſunt relata. 2. in poſſeſſione collectarum immemoriali. 3. in enormiſſimò damno, quod Equeſtri Ordini ex talibus exceptionibus oritur, omnimodámque ruinam & interitum ejus minatur. 4. in ſub-& obreptione, quâ mediante, privilegium exemptionis ſit obtentum, reticendo nimirùm veram rei qualitatem, quòd Dominium erigendum antehac fuerit bonum Equeſtre, & illius Ordinis collectis ab immemoriali tempore ſubjectum. 5. quòd privilegium illud non mediante & præſciente Conſilio Imperiali Aulico, ut in alijs caſibus factum, de ſtatu cauſæ informato per exhibita memorialia; ſed immediatè ab Imperatore, non ſufficienter informato, & quidem ab ordinariâ Reſidentiâ abſente, fuerit impetratum. Quibus argumentis ſtantibus, utique tam Conſtitutionibus Imperij, quàm juri communi magis congruere videtur, ut bona Equeſtri Ordini incorporata, ejúſque collectis obnoxia, ſine expreſſo & Imperatoris & Ordinis conſenſu ab eo non avellantur: Cùm etiam nullus venditor talium bonorum plus 25
juris in emptorem transferre poſſit, quàm ipſe habuit; ut inde quoque è converſo, ſi Nobilis emat bona ruſtica, ea nihilominùs ſervitijs & oneribus obnoxia maneant à poſſeſſore quoque Nobili præſtanda: cùm nec Eccleſia emptrix, licet aliàs valdè privilegiata, à priſtinis oneribus eximatur. *Can. ſi tributum. q. 1.* & *c. tributa 23. p. 8.* res enim cum ſuo onere tranſit, nec poſſeſſor mutat jus rei, per jura vulgata. Præſertim ſi quis ab Imperio eximi velit; idcircò in R. I. de anno 1548. generali lege ſancitum, ut Fiſcalis inquireret in eos, qui eximunt Imperij membra, ſegetemque ex publico exitio ſibi metunt. Quales proceſſus non ſolùm adversùs illos decreti, qui Status Imperij aut eorum bona eximere tentârunt, ſed etiam ad inſtantiam Ordinis Equeſtris contrà poſſeſſores bonorum Nobilium, qui ſolutionem collectarum Equeſtrium detrectârunt, próut Exemplum de Nobilitate Franconicâ refert *Beſold. in Theſ. Pr. lit. R. verb.* Ritterſchafft / quòd eidem proceſſus anno 1615. 26
decreti. Prout enim Equeſtris Ordo Romanis Imperatoribus egregia omni tempore pacis bellique præſtitit ſervitia, ita eadem continuare non poterit, ſi bona Nobilia, tanquam alter ſuccus & ſanguis, ipſis ſubtrahantur, cùm ſplendor illius Ordinis etiam in divitijs, ac in primis in ſubditis conſiſtat; argum. traditorum *à Bodino. lib. 3. de Republ. c. 8.* Hinc intereſt, quàm maximè hujus Ordinis, ut corpus ejuſdem maneat unitum, quò ex ſingulis partibus in commune bonum totius Ordinis commoda confluant.

Cœterùm non tam decidenda videtur hæc quæſtio ex jure communi & privato, quàm publico, cum reflexione ad 27
Regalia & ſummam Imperatoris poteſtatem. Quo præmiſſo, ſuppono primò pro indubitatâ & non controversâ regulâ, Imperatori Romano competere poteſtatem, Principes, Comites, Nobiles creandi, eorúmque bona in Principatus & Comitatus erigendi, prout quotidiana experientia id veteribus recentibúsque exemplis confirmat. Nec dubium eſt, Nobiles olim talia bona in Principes, Comiteſque & Ci-

28 vitates magno numero vendidiſſe, ut po-
ſtea ex talibus bonis particulatim compara-
tis & coëmptis territoria formata ſint, velut
in inferiore Palatinatu factum, ibi enim
Palatinorum Electorum Dominatus ex va-
rijs contractibus, hæreditatibúsque ſuc-
crevit ut *Marquard. Freher.* non uno lo-
co docet; & innuit etiam *Lehmann.* in
der Speyeriſchen Chronick *lib. 4. c. 7. fol. 295.*
Exemplo Delphinatus & Comitatûs Va-
lentinienſis firmat, *Guido Papa deciſ. 265.*
& exemplo Ducatûs Aſtenſis *Cacherann.
deciſ. 22.* Et ſi Nobilia bona non poſſent
coëmi, & poſteà in Principatum aut Co-
mitatum erigi, vix unquam vel maximâ
cum difficultate, Principes aut Comites
noviter creati, & in Senatum Principum
in Comitijs introducti, præſtare requiſita
poſſent, inter quæ præcipuum eſt, daß ſie
ſich mit unmittelbahren Fürſtmäſſigen Reichs-
Güttern verſehen ſollen / R. A. *anno 54.* §.
über diſes haben *197.* cùm raro integri Prin-
cipatus aut Comitatus venales ſint, ſed ex
bonis particulatim coëmptis coaleſcere,
& poſteà in dignitates erigi debeant,

Sed quid multis? cùm ipſi actores
non inficientur, erectiones tales & exem-
ptiones fieri poſſe, ſícque de poteſtate Im-
peratoris nullam moveant quæſtionem, ſed
de voluntate tantùm, utrùm nimirùm, ſi
omnes circumſtantiæ ſupra expoſitæ Ei-
dem explicentur, nihilominùs bona in di-
gnitates erigere, & ab Ordinis Equeſtris
collectis eximere velit. Ut hic ſcrupulus è
medio tollatur; adeſt recens exemplum
29 de anno 1660. 3. Septembris, ubi ab Im-
peratore petitum: Sie wolten die expe-
ditiones ergehen laſſen / damit die collectæ
und Steuer / ſovil ein gewiſſes erkaufftes
Reichs-Lehen anbelangt / als über welches die
Ritterſchafft / worunder diſes Gut vor diſem
gehörig geweſen / die collectur und Steuer
der ſeſſhafften Underthanen für ihre Ritter-
Caſſa biß dato behaupten wolle / von der
Ritter-Caſſa abgeleßt / und der Gräffl. Ma-
tricul appliciret werde; quibus ponderatis
non defuerunt rationes ſequentes pro
Supremâ Imperatoris autoritate: obſchon
das Ritterſchafftliche privilegium in dem
Weeg zuſtehen ſcheine / ſo ſeye doch unvernein-
lich / daß bey Ihro Kayſerl. Mayeſt. gleich
Dero Vorfahren am Reich / die poteſtas eri-
gendi bona Equeſtria in Comitatus aut
Dynaſtias, und denſelben zu incorporiren / und
ſo ein neceſſarium conſequens Vermög R.
A. *de anno 1548.* §. wiewohlen in der Regie-
rungs-Handlung / ꝛc. gleich andern mit deß
Reichs Anſchlag / ziemlichen Dingen belegen
zulaſſen / noch ungeſchmälert beſtehe / und
durch obernanntes privilegium nicht reſtrin-
girt ſeye / inmaſſen weder auß deſſen Buch-
ſtaben / noch auch ſonſten per interpretatio-
nem ſive conſequentiam, darauß ſovil zu
erzwingen / daß die Röm. Kayſer für ſich /
oder ihre Succeſſores ihrer Gewalt und Hoch-
heit derogirt haben ſolten / ſintemahlen hier-
von einige außtruckliche Meldung in dem pri-
vilegio nicht beſchicht; welches jedoch / quan-
do quis obtinere velit, ſummum Princi-
pem Juri ſuo derogâſſe ſive renuntiâſſe,
zu recht erfordert wird; per conſequentiam
aber laſſe ſich ſolches umb deſtoweniger behaup-
ten / quòd interpretatio privilegiorum non
poſſit verti contra eorum autorem, maxi-
mè ſi à ſummo Principe conceſſa, quem 30
nunquam aliquid contrà ſe concedere aut
confirmare præſumitur, ita ut jure con-
ceſſo contra eum uti liceat. Es würde auch
ſolches privilegium deß Reichs gemeiner
Wohlfart nicht wenig nachtheilig ſeyn / in
dem auff ſolche Weiß der Ritterſchafft Mit-
glidern die Hoffnung benohmen würde / durch
tapffere Thaten und Merita zu höhern Wür-
den und Freyheiten zugelangen / auch deß
Reichs Anlagen zuverſtärcken / da hingegen
durch ſolche exemption der Ritterſchafft ihre
onera nicht vermehret werden / indem dieſelbe
keinen gewiſen / noch beſtändigen Anſchlag ha-
ben / nachdem ſie von Ihrer Kayſerl. Mayeſt.
collectirt werden könten: So ſtehe demnach
zu Ihrer Kayſ. Mayeſtät Wohlgefallen / die
gebettene exemption zuertheilen; damit je-
doch die Ritterſchafft ſich zubeklagen deſto-
weniger Urſach habe / ſo könte in dem Diplo-
mate geſetzt werden / daß wie Ihro Kayſerl.
Mayeſtät ſonſten nicht gemeint wären / der
Ritterſchafft privilegio zu derogiren / ſo ſol-
te diſe dem ſupplicanten / wegen ſeiner Vor-
fahren / und ſeiner ſelbſt eigenen / Ewer Kayſ.
Mayeſt. dem Reich und Dero Ertzhauß erwi-
ſener Dienſt / bezeigte Kayſerliche Gnad von
andern zu keiner conſequentz angezogen wer-
den: worüber Ihro Kayſ. Mayeſt. eodem
anno 1660. allergnädigſt reſolvirt / jedoch
die in fine voti annectirte clauſulam (daß
diſe conceſſion von andern zu keiner conſe-
quentz angezogen werden ſolle) alſo zu mo-
dificiren und einzurichten / damit Ihro Kayſ.



Digitized by Google

Mayeſt. Ihro nicht ſelbſten die Händ in anderen dergleichen Fällen binden. Et hinc Equeſtri Ordini iteratò & ſæpiùs ſupplicanti nunquàm tamen conceſſum eſt petitum decretum, quòd nulla ampliùs bona Imperator velit eximere; Quo decreto ipſis opus non fuiſſet, ſi jam privilegij Equeſtris virtute Imperator hâc ſe poteſtate abdicaſſet. Atque hoc ipſo agnoverunt privilegium ad hos caſus non extendi.

Simile ferè Exemplum eſt de 29. Maij 1663. quod tamen adhuc in lite verſatur. Ex his collabuntur & eliduntur actorum fundamenta, & præcipuè decantata ab ipſis ſub- & obreptio. In iſtis enim caſibus Imperatori omnia erant explicata, quòd bona empta fuerint, & Ordinis Equeſtris collectis ſubjecta, qui etiam privilegia ſua inſtantiſſimè opponeret, nihilominus autem non attentis iſtis omnibus, S. Cæſ. Majeſtas exemptionem Clementiſſimè reſolvit, & quidem cum hoc emphatico annexo, daß die in fine voti annectirte Clauſula (daß diſe conceſſion von andern zu einiger conſequentz nicht angezogen werden ſolle) alſo modificirt und eingerichtet werde/ damit Ihro Kayſerl. Mayeſt. Ihro nicht ſelbſten die Händ in anderen dergleichen Fällen binden; Unde relucet, quod, licèt hoc in caſu reus in ſuo memoriali clarè non expoſuiſſet circumſtantias, dominium nempe N. antehac fuiſſe bonum Equeſtre, & illius Or-
31 dinis collectis ſubjectum, nulla tamen exinde poſſit erui ſub- & obreptio, cùm etiam ſtantibus & enarratis iſtis omnibus, nihilominùs Imperator poſſit & ſoleat bona talia in Comitatus & Principatus erigere, & nullâ in re velit imminutam eſſe hanc ſuam Cæſaream poteſtatem. Quin etiam Dicaſterium Imperiale Aulicum ſupplicante reo 18. Junij 1656. & intimante Cæſareum Diploma, non ſolùm nullam habuit ad preces Ordinis Equeſtris reflexionem, ſed ijs inſuper habitis, atque ad acta ſolùm repoſitis 29. eodem humillimo ſuo voto S. Cæſareæ Majeſtati ſuaſit, dem ſupplicanten auch darin zu willfahren / daß das Lehen ohne fernern conſens von ihm verkaufft / verhypothecirt / oder in andere Weeg inter vivos oder per ultimam voluntatem alienirt werden möge. Nec admitti poteſt, ſi quis hic reponere vellet, quòd Imperator inveſtituras concedere promiſerit in Capitul. ſuæ §. 39. ohnweigerlich und ungehindert aller contradiction als welche zum rechtlichen Außtrag zuverweiſen / ut habent formalia citati paragraphi; quia id ſaltem eò pertinet, ut detur renovatio Inveſtituræ, prout iterum ſonant formalia §. modò allegati, der Lehen und Lehenbrieff nach dem vorigen tenor, nequaquam verò ſi nova in præjudicium tertij inducatur qualitas & mutatio, quo caſu inveſtitura non niſi cum cognitione cauſæ concedenda eſt.

Quod verò reus ex allegatâ promiſſione ſuorum mandatariorum non teneatur, id ex duplici capite ſuprà demonſtratum eſt, tum quia actores Mandatum illius non probârunt, tum quia in omnem eventum promiſſio intelligenda eſſet, *rebus ſic ſtantibus*, & in eodem ſtatu permanentibus, nec enim id actoribus addictum eſt, quòd ſemper in Ordine Equeſtri permanere, & nunquam conditionem dominij N. meliorem facere velit, quod nec ipſi actores allegare præſumunt.

Tandem vix apparet, quid actoribus in hac lite decedat, cùm certam non habeant matriculam, nec in partem onerum Imperialium veniant, ut cœteri Status, ſed requirantur tantùm à Sua Cæſarea Majeſtate, umb ein mitleydentliche Beyhülff / ohne gewiſen Anſchlag / ut proinde non onerentur, ſed ipſi deducere, & eò minùs dare poſſint, ſi quid impoſterùm ab ipſis exi-
gatur; Quin nec Imperio aliquid dece- 32
dit, ſed ejus conditio redditur melior, dum Comitatus N. jam ordinarijs Imperij collectis, ad ſuſtentationem quoque Cameræ Imperialis ſubjicitur. Quodſi itaque Imperator, ſine ullâ præviâ Ordini Equeſtri factâ communicatione, antehac Diploma erectionis conceſſit, ratio nulla apparet, cur hoc caſu Diploma jam ab Imperatore conceſſum revocetur, cùm tamen eædem rationes omnes hîc militent, quas in illis caſibus hoc Dicaſterium conſiderare potuit. Nec movet objectio, quòd illis in caſibus bona Equeſtria olim fuerint pertinentiæ Comitatuum, quibus poſteà iterum ſint incorporata, & ſic faciliùs redire potuerint ad primævam naturam: Nam *primò* in caſu diſcuſſo anno 1660. nec in ſupplicâ, nec in voto, nec in Diplomate hujus qualitatis ulla facta eſt mentio, & nihilominùs bona ſunt exempta, ut proinde dici non poſſit, in hac qualitate ullam vim aut cauſam moventem conceſſionis repo-



Digitized by Google

repoſitam fuiſſe. Deinde & pro *ſecundo*,
poſito caſu, bonum aliquod tanquam per-
tinentiam alicujus Comitatûs Ordini Eque-
ſtri eſſe venditum, eidem incorporatum,
& præcipuè quoad collectas ſubditum, in
quarum poſſeſſione, immemoriali jam
multis retrò annis fuerit Ordo Equeſtris;
Quis non dicet, amiſiſſe tale Dominium
primævam naturam, ita ut niſi Imperator
ex ſupradictis argumentis & poteſtate ſuâ
Imperiali rurſus incorporet Comitatui, vel
in Comitatum erigat, redire ad primam
33 naturam non poſſit? Nam regula in *L. 6.
ff. de rer. deviſ.* ubi dicitur, quòd res fa-
cilè jure poſtliminij redeat in priſtinam
naturam, in illis ſolùm procedit, in qui-
bus jus primi ſtatus non extinctum ſed ſo-
lùm ſuſpenſum eſt: Quomodò igitur Or-
do Equeſtris privilegium ſuum reſervatis
Imperatorijs opponit? eſſe enim de reſer-
vatis Principum erectionem bonorum No-
bilium aut equeſtrium in Comitatus &
Principatus, nemo, ut opinor, inficias ibit.
34 Jam verò reſervata Principis, niſi ſpecia-
tim nominata, in generali conceſſione
nunquam veniunt, *Ahaſver. Fritſch. Ex-
ercit. 5. Juris publ. de privileg. conclus. 3.*
quia ambitioſa privilegia, quæ dantis in ſe
transferri volunt autoritatem, reſtringen-
da ſunt, nec extendenda ultrà ſuam cau-
ſam, *c. cùm & 3. & c. porrò x. de decimis*,
extráve ſubjectum. *c. ſanè 9. cum capellâ.
16. eodem*, ne exceſſus privilegiorum dan-
tis minuat autoritatem, *d. c. cùm & eod.*
Quamvis enim privilegia ſinè gravi causâ
nec tolli, nec minui poſſint, ita ut major
etiam in tollendis ijs cauſa requiratur,
quàm in dandis, tolli tamen ea poſſe ex
cauſa utilitatis publicæ, imò ipſamet cor-
ruere, cauſâ privilegij, ex quâ conceſſa
ſunt, ſublatâ, extra omne dubium eſt,
*L. Titia 87. §. 1. ff. de leg. 2. Anton. de Ama-
tis deciſ. 159. n. 4. Modeſtin. Piſtor. lib. 1.
conſ. 52. n. 7. Coler. de proceſſ. execut. p. 2.
c. 3. n. 132.* Quemadmodùm enim du-
rante cauſa durat effectus, *l. ſemper. 5. §.
3. ff. de jure immun.* ita ſublatâ illâ tollitur,
cùm contrariorum par ſit potentia; Et
ſicut ſe habet cauſa ad effectum in produ-
ctione, ita etiam in deſtructione, *Tiraquel.
in reg. ceſſante causâ n. 54.* ubi *n. 217.* tra-
dit, quòd mutatio ſubjecti privilegiati
ſemper tollat privilegium ejúsque cauſam,
citante *Fritſch. de privil. ſup. d. loc. n. 90.*

Cùm verò in præſenti caſu mutatio ſubjecti
privilegiati negari non poſſit, quando do-
minium N. erectum eſt in Comitatum,
cùm privilegium Ordinis Equeſtris hunc
caſum non comprehendat, nec adverſus
concedentis autoritatem poſſit opponi,
cùm hac mutatione cauſa Imperatoris &
Imperij reddatur melior, cùm Imperator
in exercitio ſit hujus Regalis, erigendi bo-
na Equeſtria in Comitatus, nihil movet,
ut contra Diploma Cæſareum poſſit pro-
nuntiari.

Et utcunque objiciant actores Cæſareæ 35
Capitulationis §. 3. daß Jhro Kayſ. Maj.
die Reichs-Ständ/ zuſambt der unmittel-
bahren Reichs-Ritterſchafft/ bey ihren Frey-
heiten/ Privilegien und Gerechtigkeiten Hand-
haben/ Schutzen und Schirmen ſollen/ ſæ-
piùs tamen dictum, non eſſe hunc caſum in
privilegio comprehenſum, ſed agi de re-
ſervato Cæſaris, cujus conſervandi cura
Conſil. Imp. Aulico incumbit, ut hæ auto-
ritatis ſupremæ notæ per generalia con-
ceſſionum verba & fictitias interpretatio-
nes ab Imperatore non avellantur.

Meliùs quidem & prudentiùs feciſſet
reus, ſi cum cauſæ cognitione Erectionis
Diploma impetrâſſet, prout ab alijs fa-
ctum. Sed neque in illis caſibus facta eſt
Ordini Equeſtri communicatio, forſan ne
reſervata Cæſaris traherentur in diſputatio-
nem, ſed ad ſolas ſupplicantis preces vo-
tum ad S. Cæſ. Majeſtatem decretum,
& poſtea Diploma expeditum eſt. Inſuper
& illud planè frivolum videtur, quòd Or-
do Equeſtris dubitare velit, an ulla in Di-
plomate erectionis contineatur exemptio
à collectis Equeſtribus, cùm tamen, ut
ſuprà ſtatim in initio expoſitum, hæc cla-
ra in eo contineantur verba: haben ihm we- 36
gen ſeiner ſehr angenehm- Nutz- und hocher-
ſprieſſlicher Dienſt/ ſo er uns und dem Heil.
Reich zu Kriegs und Fridens zeiten underthä-
nigſt erzeigt/ noch täglich thut/ und hinfüro
zuthun/ deß unterthänigſten Erbiethens iſt/
auß diſen und anderen mehr uns hier zu bewe-
genden Urſachen und vortrefflichen Motiven
die beſondere Kayſ. Gnad gethan/ und die er-
kauffte Reichslehenbahre Herrſchafft N. in ei-
ne gefreyhte Reichs immediat Graffſchafft
erigirt und erhoben/ iedoch daß er von ſolcher
Graffſchafft alle Reichs- Kreyß und andere
Anlag/ gleich anderen unſern und deß Heil.
Reichs Kreys-Ständen/ allemahl ſo vil ſein

Con-

Digitized by Google

Contingent davon außtragt / zuentrichten/
und an gehörige Orth zu liferen ſchuldig ſeyn
37 ſolle. Ex quibus nimis clarè patet huius
Comitatûs à collectis Equeſtribus exem-
ptio ; pugnantia ſiquidem inter ſe ſunt,
eſſe immediatum Imperij Comitatum &
tamen legibus & collectis Ordinis Eque-
ſtris ſubjacere ; ſingularem ab Imperato-
re gratiam recipere, & duplici collecta-
rum gravari ; Nec petentis nec conce-
dentis hunc fuiſſe ſenſum, ipſa ratio dictat.
Et ſi quid dubij haberet circà exemptio-
nem Diploma Erectionis, ad Imperato-
rem pro ejus declaratione eſſet recurren-
dum, ceſſante in talibus reſervatis Impe-
ratorijs Conſilij Imperialis Aulici tam au-
toritate, quàm poteſtate. Quòd verò
exemptio à collectis neceſſarium ſit conſe-
quens erectionis bonorum Equeſtrium in
Comitatus, id non modò Conſilium Impe-
riale Aulicum in ſæpiùs allegato voto de
anno 1660. tanquam argumentum infal-
libile Sacræ Cæſareæ Maj. repræſentavit,
ſed demonſtratur id inſuper ex claro textu
*R. J. de anno 1548.* §. wiewohl auch in der
Ringerunges Handlung. 66. ibi. wo einige
Graffen und Herren wären / welche kürtzlich
ihre Dignitäten erlangt / und im Reich be-
gütert wären / die ſollen nach ziemlichen Din-
gen / gleich anderen / mit den Reichs Anſchlä-
gen belegt werden ; Ex quo textu exemptio
tanquam neceſſarium Erectionis conſe-
quens infertur, ſicque in præſenti diplo-
mate mox poſt erectionem ſubjecta ſunt
verba : daß er hinfüro die Steuer und an-
dere Reichs Anlagen gleich anderen Stän-
den deß Schwäbiſchen Kreyſes an gehörige
Orth liffern ſolle. Quoniam ergo 1. Privi-
legium Ordinis Equeſtris non obſtat, utpotè
quod ſaltem eatenùs vires ſuas exerit,
quamdiu bona Equeſtria in ſuo ſtatu &
qualitate permanent, quia ſi contrarium
ſtatuamus, ſimul Imperatori poteſtatem
erigendi bona Equeſtria in Comitatus, &
eximendi à collectis Equeſtribus tollemus
omnem, cujus ſententiæ, longè abſit, ut
ego me ſtatuam autorem. 2. Quia
certum eſt, Principes Imperij vel Comi-
tes noviter creatos præſtare requiſita vix
ac ne vix quidem poſſe, ſcilicet die ſich
mit unmittelbahren Fürſtl. oder Gräfflichen
Reichs immediat Güttern verſehen ſollen /
Imperatori Regale exigendi vel eximen-
di vocetur in dubium. 3. Quia ex privile-
gio Ordins Equeſtris nec unico quidem
verbulo demonſtrari poteſt, Imperato-
rem per illud voluiſſe juri ſuo derogare :
cùm etiam renuntiatio juris non præſu-
matur, imò potiùs in fine privilegij anne-
xa ſit clauſula, doch uns und dem Reich an
unſern Rechten in alleweg unſchädlich ; Et 38
interpretatio privilegiorum ad Principem
ſpectet, *C. ex parte. 23. ext. & V. S. Th.
Baſil. vol. 7. diſput. 9. l. pp. 2.* cujus inten-
tio in dubijs privilegiorum ſervanda eſt,
*c. ex multiplici 3. c. ſuggeſtum 9. extra. de
decim. c. ut privilegia 24. de privilegijs.*
Nec contrà eam privilegia aut amplianda,
aut reſtringenda. *Pariſ. conſ. 36. vol. 1.
per text. in l. un. §. ſic ad deficientis. C. de
caduc. tollend.* 4. Quia nunquam Princeps
aliquid contra ſe concedere vel confirma-
re præſumitur, ita ut jure conceſſo contrà
eum uti liceat ; nam privilegia ſic intelli-
genda ſunt, ſicut intellexit eorum au-
tor, *c. dilecti. 8. ext. de decim.* nec
contra autorem interpretatio verti de-
bet, *l. ſi judex circumvent. 41. ubi
Bart. & Bald. ff. de minor. l. ami-
ciſſimos. 36. de admin. tut.* ut qui in gene-
rali locutione nunquam comprehenſus pu-
tatur. *Arniſ. lib. 2. de jure Majeſt. c. 2. n. 1.*
Quia quod communiter dicitur, benefi- 39
cia Principum latiſſimè eſſe interpretanda,
id potiùs de liberalitatibus & largitioni-
bus, non de privilegijs intelligi debet,
nec de cauſa ad cauſam extendi, *Tabor in
loc. commun. verb. privilegium*, ne duo
privilegia circa unam rem in eadem cau-
ſâ concurrant, cum maximo concedentis
præjudio. 5. Quia licèt Ordo Equeſtris
ſe privilegiatum eſſe contendat, ab omni-
bus bonis Equeſtribus exigendi collectas,
tamen illud privilegium præſentem caſum
Erectionis & exemptionis non tangit,
Deinde privilegiatus in ſpecie præfertur 40
privilegiato in genere, præſertim ſi cer-
tat de damno vitando, uti hic reus, ne
duplici onere collectarum gravetur. 6.
Quia Imperatori tolleretur facultas & be-
nemeritis largiendi præmia Erectionis &
exemptionis bonorum, & augendi ma-
triculam Imperij, quibus Iuribus an Im-
perator in privilegio Equeſtri renunciavit?
7. Quia nulla ſub - & obreptio à reo in
obtinendo Diplomate commiſſa eſt,
Quamvis enim objiciant actores, quòd in
Memoriali reticuerit qualitatem, daß die

H.rrſchafft ein Ritter Gut / und dem Ritter Corpori von undencklichen Jahren ſteuerbahr geweſen / nec enim contrarium quoque aſſeruit, ſed in genere dixit. Daß er die Jhro Kayſ. Maj. und dem Reich zu Lehen rührende Reichs Herrſchafft N. käufflich an ſich gebracht; Nulla verò committitur ſub-& obreptio ex taciturnitate ſolâ eorum, quibus etiam expreſſis Princeps nihilominùs fuiſſet privilegium conceſſurus, *Alciat. conſ. 362. n. 2. Gratian. 1. reſp. 71. n. 16.* apparet autem ex ſupra dictis Imperatorem etiam expreſſa qualitate boni Equeſtris, & eidem inhærente collectandi jure nihilominùs privilegium exemptionis conceſsiſſe, ut jam nulla ſubreptio poſſit allegari, cùm quis tacet, quod expreſſum non nocuiſſet. *Gozadin. conſ. 1. n. 10. Gilman. Tom. 4. vot. 1. n. 130. p. 37.* Sed quid tandem determinatum? Res amicabili inter partes tranſactione ſopita eſt.

---

# *Liber II. Titulus XXXIII.*
## De
## *PRIMOGENITURIS ET FIDEICOMMISSIS.*

### S U M M A R I A.

1. *Primogenituræ jura apud omnes gentes obſervari.*
2. *Referuntur exempla.*
3. *Primogenitura Sereniſſimæ Domus Auſtriacæ.*
4. *Ducatus Bavariæ.*
5. *Ducatus Würtenbergici.*
6. *Marchionatus Badenſis.*
7. *Ducatus Brunſvicenſis.*
8. *Landgraviatus Haſſiæ.*
9. *Ducatus Holſatiæ Sleſvic.*
10. *Ducatus Juliacenſis & Clivienſis.*
11. *Ducatus Megapolitani.*
12. *Ducatus Pomeraniæ.*
13. *Ducatus Sabaud. Lotharing. Pedemont.*
14. *An Primogenitura ſit contra jus naturæ?*
15. *Ratio politica primogenituræ introductæ & num. 17.*
16. *Quot ſint Primogeniti prærogativæ.*
18. *Primogenitus non poteſt renunciare in præjudicium filij.*
19. *Primogenito jus ſuum adimi nunquam potuit ſine bello, & malo exitu, quod probatur Exemplis.*
20. *Quomodo fratribus Secundogenitis conſulendum?*
21. *Secundogeniti vocantur Cadetti,* abgetheilte Herren.
22. *Illorum portio appellatur apanagium.*
23. *Refertur apanagij conſtituti exemplum.*
24. *Apanagiorum originem eſſe antiquiſſimam, demonſtratur exemplis.*
25. *Apanagium habitâ ratione perſonarum & facultatum eſſe conſtituendum.*
26. *Apanagium aſſimilari legitimæ, non tamen eſſe legitimam.*
27. *Refertur exemplum rarum duorum fratrum Turcarum.*
28. *Poſtgeniti, quomodò olim à multis gentibus fuerint tractati?*
29. *Hæc omnia ceſſare inter Chriſtianos, & conſtitui condigna perſonis apanagia.*
30. *Traditur cautio circà conſtituenda apanagia.*
31. *Quomodò feuda poſſideantur jure paragij?*
32. *Quomodò conſtituatur primogenitura?*
33. *Æquiparari primogenituræ fideicommiſſa & majoratus.*
34. *Quæ ſit ratio primog. finalis?*
35. *Alienationis prohibitio quàm ſit neceſſaria?*
36. *Quæ ſit inter primog. & majoratum differentia?*
37. *Primogenitura lineam ingreſſa, non tranſgreditur in aliam, niſi primâ planè finitâ.*
38. *Refertur certa quædam controverſia.*
39. *An filia ultimi poſſeſſoris primogenita, excluſis tantiſper agnatis collateralibus, in feudo primogenituræ ſubjecto ſuccedere poſſit, & de jure debeat?*
40. *Referuntur argumenta pro agnatis.*
41. *Etiam in feudo hæreditario mixto non admitti fœminam, quamdiu ſupereſt maſculus deſcendens à primo acquirente.*
42. *An in feudo mixto ſuccedere poſſit, qui non eſt defuncti vaſalli hæres?*
43. *An in primogenitura non detur tranſitus ad aliam lineam, quamdiu ſupereſt deſcendens ex prima, licèt ſit fœmella?*
44. *Primam ſemper inveſtituram inſpici, tanquam reliquarum fundamentum.*
45. *Referuntur argumenta pro filia.*
46. *Ducatum Mantuæ eſſe feudum mixtum, in quo non niſi hæres ultimi vaſalli ſuccedit.*

47. Aliud

47. *Aliud in feudis Germaniæ obſervari.*
48. *In feudis Italicis, & præſenti caſu requiri qualitatem heredis.*
49. *Primogenituræ magis quàm feudi naturam attendi.*
50. *Hanc primogenituram non eſſe erectam favore agnationis.*
51. *Præferri ſaltem maſculos in eadem linea & gradu, non in diverſo.*
52. *Admitti heredem qui plures habet ſuccedendi qualitates.*
53. *Verba inveſtituræ operari aliquid debere.*
54. *Primogenituram ex ſubſecutis inveſtituris declarari.*
55. *Nullam eſſe differentiam inter caſum à Theſauro propoſitum & hunc præſentem.*
56. *Filiam ſinè dubio admittendam eſſe, ſi utilitas publica id ſuadeat, ubi multa de effectibus utilitatis publicæ.*

GEntium penè omnium jure primogenitos in regnum paternum ſucce-
1 dere probat *Tiraq. de jur. primogen. in præf. à num. 19.* alijque plures, quos allegat *Azorius Tom. 2. Inſtit. moral. lib. 11. c. 2.* Quod, uti Artabaſanes, Darij Filius natu maximus, apud *Herodotum lib. 7.* loquitur, *penes univerſos homines inſtitutum ſit, ut natu maximus liberorum obtineat principatum.* Quo etiam jure regnum ab eo occupatum fuiſſe, & jus illud gentibus à naturâ datum eſſe aſſerit *Juſtin. lib. 2.* déque facto jus illud perpetuâ lege obſervatum fuiſſe, ab Athenienſibus & Macedonibus, ſcribit *Pauſanias lib.* ab Ægyptijs, *Liv. lib. 42.* à Perſis, *Herod. lib. 7.* à Gallis, Hiſpanis, Scotis, Anglis, Cimbris, Gothis, Wandalis, *Procop. lib. 1. de bello Perſico.* Alijsque plerisque nationibus in ſingulorum hiſtorijs, legibus rebúsque geſtis, poteſt cuilibet apparere. Prout quàm plurima in & extra Germa-
2 niam exempla refert *Knipſchild. de fideicommiſſ. famil. nobil. cap. 6. num. 275. & multis ſeqq.* nimirùm de Galliâ, Hiſpaniâ, Angliâ, Hungariâ, Siciliâ, Sereniſſimâ Domo Auſtriacâ, Familijs Illuſtribus Italiæ, Sabaudiæ & Pedemontium Ducatu, Ducatu Bavariæ, Marchionatu Badenſi, Ducatu Brunsvicenſi, Clivienſi, & Juliacenſi, Landgraviatu Haſſiæ, Ducatu Holſatiæ, Lotharingiæ, Megopolitano, Würtenbergico, & Electoribus ſecularibus; de quibus omnibus etiam videri poteſt *Springsfeld. de Apanagio. cap. 3. num. 43. & ſeqq.* & *Rumelin. ad A. B. p. 3. diſſert. 4. th. V.* ubi habet ſequentia: In *Ar-* 3
*chiducatu Sereniſſimæ Domûs Auſtriacæ* primogenitus ſolus ex antiquiſſima conſuetudine ſuccedit, reliquorum fratrum jure ſuſpenſo, *Cothman. vol. 5. conſil. 1. num. 281. Goldaſt. de Majorat. lib. 2. cap. 17. num. 12. Carpzov. ad L. Reg. cap. 9. Sect. 1. num. 6. Springsfeld. de Apan. c. 3. num. 42.* Origo hujus primogenituræ provenit ex decreto Frid. I. cognomento Barbaroſſæ, in Comitijs Ratiſbonenſibus *Anno 1156.* hunc in modum ſtatuentis: Inter Duces Auſtriæ, qui Senior fuerit, dominium habeat dictæ terræ, ad cujus etiam ſeniorem filium jure hereditario deducatur, ita tamen ut ab ejuſdem ſanguinis ſtipite non recedat, nec Ducatus Auſtriæ ullo unquam tempore diviſionis alicujus recipiat ſectionem. Et ſi, quod DEUS avertat; Dux Auſtriæ ſine herede filio deceſſerit, idem Ducatus ad ſeniorem Filiam, quam reliquerit, devolvatur. Idque decretum poſtea non ſolum à Friderico II. in Comitijs Veronenſibus in Itaiia *Anno 1245.* ſed etiam à Carolo V. in Comitijs Wormatienſibus *Anno 1525.* confirmatum eſſe atteſtatur. *Goldaſt. de major. lib. 2. c. 17. n. 12.*
In *Ducatu Bavariæ* primogenitus ſolus 4
Ducatum poſſidet reliquîs fratribûs excluſîs, *Arniſæus de Rep. cap. 2. ſect. 7. n. 35. Cothman. vol. 1. n. 281.* idque per teſtamentum Ducis Bavariæ ſub dato *11. Aprilis Anno 1573.* introductum fuit, cujus centonem refert *Springsfeld. de tract. cap. 3. n. 56.* In antiquis *Ducatus Würtenbergici*
pactionibus, Vraci *Anno 1473.* & Myn- 5
ſingæ *Anno 1480.* erectis, atque à Frid. III. Imp. *Anno 1484. & 1492.* nec non Rege Maximiliano I. *Anno 1495.* in conventu ordinum Imperij publico Wormatiæ confirmatis ſtatutum reperitur: Daß die Herrſchafft zu Würtenberg / zu ewigen Zeiten / von Erben zu Erben / von einem Hertzog zu Würtenberg auff den andern / und allwegen auff den älteſten ehelichen mannlichen Leibs-Erben / und nach eines älteſten Abſterben / auff deſſelben älteſten Söhn und deſcendenten / und alſo conſequenter fallen ſoll / *Goldaſt. de Major. lib. 2. cap. 18. n. 2.* quod æquè etiam in *Comitatu Montbelgartico* receptum eſſe tradit *Beſold. lib. 1. polit.* 6
*c. 6. n. 26. Marchionatum Badenſem* diviſionem ignorare teſtatur Juridica Facultas Academiæ Friburgenſis apud *Zaſ. conſ. 20. lib.*

Digitized by Google

8 *lib. 2.* In Ducatu *Brunſvicenſi Ditionis*
*Wolffenbittelicæ* jus primogenituræ pactis
familiæ *Anno 1553.* initis, & ab Impera-
tore Carolo V. confirmatis, introductum
fuit, per ea quæ habet *Beſ. cap. 9. vol. 21.*
quorum tenorem refert *Goldaſtus de Major.*
*lib. 2. C. 18. n. 3. Springsfeld. d. cap. 3. n. 63.*
Haſſiaca familia primogenituræ jus vigore
deß Caſſell- und Darmſtättiſchen getroffenen
haupt Accords ſub dato 24. Decemb. An-
no 1428. introduxit *Reinking. lib. 1. claſſ.*
9 *4. cap. 17.* In Ducatu *Holſatiæ Schlesvi-*
*cenſi* primogenitus ſolus ſuccedit per ea
quæ habet *Kranz. lib. 7. hiſt. Danic. cap.*
10 *41. Goldaſt. & Springsfeld. cit. locis. Ju-*
*liacenſis & Clivienſis Ducatus poſſeſſores* &
Principes primogenituræ jus obſervant,
ex pactis antiquis occaſione nuptiarum
Mariæ Juliacenſis & Ioannis Clivienſis ini-
tis, ex Auctore deß Gülchiſchen *Succeſſion*
11 Streits. *Beſold. de ſucceſſ. Reg. lib. 1. diſſert.*
*6. n. 10. Megapolitanus Ducatus* quamvis
olim diviſioni obnoxius, nuperrimè tamen
primogenituræ jus ſingulari familiæ pacto
recepit. Teſt. *Reinking. l. 1. claſſ. 4. cap. 17.*
12 *n. 34.* Idem in *Pomeraniæ Ducibus* exiſten-
te adhuc eadem familia obſervatum fuiſ-
ſe, tradit *Reinking. d. cap. 17. n. 34.* Quam-
vis olim ſecus fuerit *Goldaſt. de Major. lib.*
13 *1. cap. 22. n. 15.* Sabaudiæ, Lotharingiæ,
& Pedemontium Ducatus diviſionem re-
ſpuunt, & ſecundùm primogenituræ ordi-
nem uni ſoli aſſignantur, *Beſold. d. diſ-*
*ſert. 6. n. 9. Reinking. d. cap. 17. n. 26.*
*Cothman. vol. 5. conſ. 1. n. 267.* Quamvis
nuperrimè Carolo Cardinali & Thomaſo
Principibus Sabaudiæ ultrogenitis, defun-
cti Sabaudiæ Ducis Philiberti fratribus
certæ ditiones aſſignatæ fuerint, quæ ta-
men aſſignatio magis cautum Apanagium,
quam veram diviſionem ſapere videtur,
idque interventu Galliæ pacis gratiâ pro-
pter fraternam concordiam factum fuit.
*Hactenus Rumelin.* de alijs videri poſſunt
*Cothman. Limn. Goldaſt. Springsfeld. dd. loc.*

Non deſunt, qui jus primogenituræ
14 vix admittendum eſſe putant, eò quòd
jure naturæ filios omnes æqualiter ſucce-
dere doceat *Ariſtot. lib. 7. Ethic.* Duo
tamen fundamenta primogenituram ſem-
per propugnârunt, *Natura & Lex* Divi-
na humanaque. Quia Deus ipſe appro-
bat primogenituram in veteri teſtamen-
to: *Gen. 25. verſ. 29. & ſeq.* nullibique præ-
cipitur *poſitivè* in Jure naturæ, quòd om-
nes ex æquo debeant ſuccedere, quam-
vis enim hoc Juri naturæ ſit conſentaneum,
non tamen eſt jure illo neceſſarium, ſic-
que non *contrà* ſed *præter* naturam, quæ
duo longiſſimè diſtant. Hinc, ſecundùm
ſuprà dicta, *n. 1.* ubivis locorum apud gen-
tes moratiores jus primogenituræ obſer-
vatur, atque ſimili ferè ratione inter a-
gnatos cognatoſque, illi interdum præ-
rogativâ aliquâ, interdum nullâ gau-
dent, *Grot. lib. 2. cap. 7. §. 11.* Ne-
que dici poteſt, fratrem majorem natu
cum reliquorum damno locupletari; quia
cùm primogenitura per A. B. lege publi-
câ introducatur, reliqui damnum non pa-
tiuntur, cùm nullum jus quæſitum habe-
ant in illa bona primogeniti, & imò con-
ſtet legitimæ quantitatem diminui poſſe.
Addi poteſt ratio politica, quòd diviſio 15
Ducatuum ſit periculoſa, quæ multiplicat
Dominos, minuitque divitias & dignita-
tes, in quibus ſplendor & decus conſiſtit
imperij: varietur inſuper Imperialis ma-
tricula, & collectæ reddantur minutæ.
Quamvis enim negari non poſſit multas
eſſe provincias, in quibus jus primogeni-
turæ non obtinet, & res nihilominùs fe-
liciter procedit, nec Principis dignitas in
divitijs, ſed in ſanguine & jure conſiſtat,
adeóque inter multos fratres unus poſſit
conſtitui provinciæ Judex; Sufficit tamen
omnibus iſtis argumentis, primogenitu-
ram defendi.

Natura enim eo ipſo, quòd quis pri-
mo loco, primus ætate, primus ſtirpe in-
ter fratres conſtituitur, primogenito præ-
rogativam tribuit, cujus tanta vis eſt, ut
impenſiùs amentur primò nati; quam
prærogativam lex deinde tam divina quàm
humana confirmat, *Arnold. Engelbrecht.*
*de ſucceſſ. in Electorat. inter theſ. Baſil.*
*tom. 4. diſp. 16. concl. 15. & ſeq.* Sicque
cùm ſacræ literæ *lib. 2. paral. cap. 21. verſ.*
*3.* retuliſſent, Regnum à Ioſaphat transla-
tum eſſe in Joram, cauſam adducunt, *eò*
*quòd eſſet primogenitus.*

Jus primogeniti quadruplex in lege 16
naturæ fuiſſe obſervârunt Authores. *Pri-*
*mum* erat, quòd primogenitus erat prin-
ceps fratrum, eorúmque quaſi Pater &
Dominus, *Gen. 27. Secundum*, quòd pri-
mogenitus duplicem acciperet partem,
*Deut. 21. Tertium*, quòd primogenitus
erat

erat Sacerdos familiæ, *Num. 3. & 20.* *Quartum*, quòd Pater moriens peculiariter primogenito benedicebat, *Gen. 27.* Quæ benedictio magni tunc æſtimabatur magnique ſæpiùs erat valoris & efficaciæ apud DEUM. *Pererius* verò, octo, inquit, memorantur primogenitorum prærogativæ in populo DEI, etiam ante legem Moyſis. *Prima*, erant Sacerdotes. *Secunda*, primogenitus ſedebat primus in menſâ, majorque portio ei dabatur, *Gen. 43.* *Tertia*, benedicebat ille alios fratres, & ipſi ſubmittebant ſe illi & adorabant eum, *Gen. 17.* *Quarta*, habebat imperium & dominatum in fratres, *ibid.* *Quinta*, accipiebat duplicem partem hæreditatis paternæ, *Deuter. 21.* *Sexta*, primogeniti redimebantur quinque ſiclis, alij verò filij minimè, tanquam illi ſpecialiter eſſent DEO conſecrati & addicti. *Septima*, utebantur, inquit, illi ſingulari quodam veſtitus genere, id eſt, præ cæteris fratribus pretioſo & delicato; *Octava*, primogenitus ſingulariter benedicebatur à patre jam moribundo. Atque adeò quinquaginta prærogativas primogenitorum enarrat *Knipſchild. de fideicommiſſ. cap. 6. num. 300.* quas quia longum nimis eſſet omnes recenſere, ad ipſum Autorem cupidum lectorem remitto.

Quoad legem humanam in Regnorum ſucceſſionibus ab omni ferè ævo uſurpatum illud jus, ut non omnibus liberis ex æquo, ſed uni tantùm dignitas cum ſucceſ-
17 ſione cederet. Non omnibus, inquam, ne infinita ſequeretur partitio, cùm fieri nequeat, ut regni nomen tueri tam exiguæ partes ſemper poſſint, velut hujus rationem habet *Juſtin. lib. 21.* & pluribus exemplis comprobat *Betſ. de pact. famil. Illuſtr. c. 8.* Ut ita primogenituræ jus omnium regnorum ſit unicum fulcrum, &
18 firmiſſimum Illuſtrium familiarum vinculum: quod ubi ſemel receptum, tantarum eſt virium, ut pater primogenitus renuntians filio tamen ſuo præjudicare non poſſit, qui ſcilicet eam renuntiationem pro ſe interpretabitur, nec illud, cui renuntiatum eſt, præferri ſibi patietur, *Betſ. cap. 8. fol. 407.* *Bechman. ad A. B. tit. 7. fol. 110.* quia nullus poſſit renuntiare ſtatuto in tertij, ſivè filij, ſivè extranei detrimentum: Licet *Beſold. de ſucceſſ. Reg. 11. concl. 4.* inter filios tempore renuntiationis exiſtentes, & poſt natos differentiam conſtituendam eſſe putet.

Aliàs enim nec ex plenitudine poteſtatis jus à lege, primogenituræ nomine delatum, aufferri poteſt, *Buxtorff. ad A. B. concl. 85. lit. B.* quem citat *Knipſchild. de fideicommiſſ. cap. 3. num. 24.* & quoties id attentatum, belli ſemper extitit acerrimi cauſa. Liquet id ex duobus filijs *Alexandri Regis Judæorum.* Eo enim mortuo, uxor ejus Alexandra, quæ duos illos ex Alexandro genuerat filios, natu maximum Hircanum declaravit Pontificem, & quòd præterea ſegnior, quàm ut poteſtate Regiâ moleſtus cuidam videretur, Regem quoque conſtituit: Minorem autem natu Ariſtobolum privatum vivere maluit, quòd ferventioris eſſet ingenij. Attamen cùm mortuâ Alexandrâ Ariſtobolus Regnum Hircano ademptum ſibi uſurparet, bella civilia exitum reperire priùs non potuerunt, donec poſt ingentes clades & Prælia à Pompejo victus & captus eſt Ariſtobolus, regnumque Hircano reſtitutum. Parem ferè tragœdiam narrat Pauſanias de Ptolomæo, qui Philometer eſt dictus, octavo Rege Ægypti, quo nullum alium majori odio mater proſecuta fuit, cùm nec Regem ſalutari ſit paſſa, & ut in Cyprum ablegaretur, patre adhuc vivente effecerit, ſaltem ut hac ratione Alexandrum natu minorem in Regem crearent Ægyptij, & Ptolomæo magis eſſet formidabilis. Idcircò Evnuchos aliquot ſtudiosè vulneribus fœdatos pro concione adduxit, inſidias ſibi à Ptolomæo factas inclamans. Undè parùm abſuit, quin Alexandrini Ptolomæum opprimerent: & feciſſent, niſi ſe periculo eripuiſſet. Haud multò pòſt reverſus Alexander Rex eſt ſalutatus. Sed Cleopatra dignam ſuo ſceleri pœnam incurrit. Nam à filio, quem ad regnum evexerat, interempta eſt. Quo ſcelere cognito fugâ ſibi conſuluit Alexander, & Ptolomæus revocatus, Regno, quo exceſſerat, potitus eſt. Ita Caroli Sexti Galliarum Regis filius unicus à Patre ſuo, regnique conſilio, ſucceſſione indignus judicatus, ejuſque in locum Catharinâ, dicti Caroli VI. filiâ, Henrici V. Anglorum Regis conjuge ſubſtitutâ, ad mucronem gladij ſui ſolenniter provocavit, hancque provocationem, Authore DEO & Duce Puellâ Lotharingâ, Johannâ

na Dare felici exercens ſucceſſu, Imperij habenas Anglorum è manibus extorſit, & Gallijs omnibus, ſolo Caleti portu excepto, eoſdem deturbavit, ſicut ex Titio refert *Nicolaus Betſius de pact. famil. Illuſtr. cap. 6. fol. 186. & ſeqq.* Itaque non facilè de alio ſucceſſore eſt diſponendum, niſi primogenitus fortè ſit mente captus, vel aliter ad gubernandum non idoneus, *Laudens. tr. de Principib. num. 22. Knipſchild. de fideicommiſſ. cap. 3. num. 27.*

Quamvis autem primogenitus ſolus ſit hæres, fratresque cæteros excludat, ut indè Doctores dicant *primogeniti legiti-*
20 *mam totum eſſe regnum*: nihilominùs reliquis etiam fratribus honeſtè proſpiciendum eſt, ijſque ſolent vel annuæ penſiones, vel regni aut principatus portio hâc lege aſſignari, ut eam non teneant regio nomine, ſed ſubſint fratribus, ac morientibus illis abſque prole redeat ad Regnum, ſoloque nomine familiæ debent eſſe con-
21 tenti. Talesque fratres vocantur *Cadetti*, qui ex ampliſſimis patrimonijs id tantùm conſequuntur, quod victui & veſtitui ſit ſatis. Germanis nominantur, abgeſonderte / oder abgetheilte nicht regierende Herren. *Springsfeld. de Apannag. cap. 3. num. 33. & ſeqq.* Portioque his fratribus conſtituta, vulgò *apanagium* appellatur. Multi ſcribunt *abbannagium*, illudque derivant à banno, germanicâ voce Bann / quaſi abbannum, Abſindung oder Hindanweiſung. Undè dicuntur abbannagiati, ſivè abdicati, abgefundene Herren / *Beſold. in theſ. pract. lit. a. n. 4. Betſ. de pact. famil. Illuſtr. fol. 333.* Galli Appennage vocant, quaſi ad panem & ſuſtentationem conceſſum, *Nicod. in dictionar. major.* Quoniam Regis aut Principis fratres portione quâdam acceptâ tacitè ab ipſius regni hæreditate
23 excluduntur, quemadmodum *Otto Friſingenſis, Regino & Godefridus* ſcribunt, Dagobertum, Lotharij filium Regem conſtitutum, fratri Heriberto urbes & pagos aliquot propè flumen Ligerim fruendos dediſſe.

24 Nec recens, ſed antiquiſſima eſt apanagij origo, ac jam tum in Republica Hebræorum uſitata, teſte Hieronymo *ad Geneſ. cap. 49.* Sic enim Abrahamum feciſſe legimus, cùm primogenito ſolidam hæreditatem, cæteris pecunias daret, ſeque vivo à ſe dimitteret. Ita quoque Judæorum Rex Joſaphat, uti ſcribitur, *lib. 2. paralip. 21.* Joramo filio primogenito regnum tradidit, cæteris filijs minutas quaſdam civitates aurumque & argentum reliquit, quò poſſent honeſtè vivere. Id quod etiam fecit Cyrus, qui primo filio Regnum: Tanazaridi alia quædam minutiora reliquit, ut teſtatur *Xenophon.* Æquitas enim & lex naturæ imperat, ut ex bonis paternis, filijs poſtgenitis alimenta præbeantur, *Arniſ. cap. 9. doctr. polit.*
*num. 218.* primogenitus enim in majoratu 25
ſuccedens, alijs fratribus apannagium conſtituere ſororesque dotare obſtrictus eſt, habitâ perſonarum & facultatum ratione, etiamſi ſtatutum vel conſuetudo nihil hac de re exprimat. Indè in *Aureâ bullâ Carol. IV. Imp.* conditio ſingularis adjicitur, ut clementem ſe & pium primogenitus ergà cæteros ſuos fratres ſororesque exhibeat, atque ijs alimentariam aſſignet portionem, *tit. 25. A. B. vers.* und wo ihm in 26
ſolchen Sachen. Aſſimilari enim ſolet apannagium legitimæ & loco ejus poſtgenitis conceditur, licet non jure ſucceſſionis, ſed proviſionis debeatur. Nec fratres poſtgeniti, ad quantitatem legitimæ provocare poſſint, *Springsfeld. de appannag. cap. 12. num. 12. & ſeqq.* Hinc in Gallijs hoc receptum, ut harum aſſignationum quantitas in ſolo Regum arbitrio poſita credatur, neque de ejus tenuitate conqueri audeant fratres, licet Rex ſuccedens de eâ defalcare aliquid non prohibeatur, ut ſic ipſi in amore, officioque & obſequio ergà fratrem majorem conti-
neantur. Magnum certè humanitatis & 27
virtutis documentum de Turcarum Imperatoris Oſmanni (à quo & hodiè Oſmannidarum ſeu Ottomannorum progenies) filijs refert *Joannes Leunclav. hiſtor. Muſulman. lib. 4.* quòd moriens filios poſt ſe duos reliquerit, & in his natu majorem Urchanem, alterum Aladinum Baſſam. Erciſcundæ familiæ paternæ cùm comitijs dictus eſſet dies, fratrem interrogavit Urchanes, quid faciendum de hâc putaret hæreditate? Reſpondit Aladinus, conſtituendum ante omnia Regem in ditione paternâ, qui paſtoris boni munere fungeretur, incolas Regni benignè regeret & defenderet: huic & equos & equas, & boves & oves omninò deberi, ceu patrimonium principis: quando pater etiam militiæ

Digitized by Google

litiæ cauſâ ſolitus fuerit, hos alere, nullum hîc ſe vel hæreditatis adeundæ, vel ſucceſſionis ſibi jus vindicare: Quibus auditis Aladinum Baſſam denuò compellans Urchanes: Ergò tu, mi frater, inquit, paſtoris hoc in te ſuſcipe munus. Nequit hoc fieri ſubjecit Aladin, quando pater adhuc ſuperſtes, regium tibi jus dignitatémque tribuit lubens. *Te vivo nihil mihi deerit, cùm & frater natu major & patris mihi ſit loco.*

28 Magnum certè virtutis in barbaris hominibus exemplum, etiam Chriſtianis imitandum. Nam de cætero maxima Regum olim erat, occidere poſtgenitos fratres, quod ſemper primum fuit facinus novi Principatus. Quin & ipſi Patres, uni ut filio tutiùs regnum relinquere poſſent, cæteros ſuſtulerunt, exemplo Dejotari Regis, qui cùm uni relinquere cuperet imperium, reliquos omnes trucidavit. Cùm enim ab initio ita comparati eſſent homines, ut nulli mutuis ſe parricidijs fratres è medio tollerent, antè Bajaſitis Chanis imperium, quem Gilderunem appellaverunt, *Leunclav. in Annal. Turcic. fol. 10.* jam tamen potior eſt occupantis conditio, nec æmulos imperii Turcæ poſſunt ferre, prout hodiernus etiam eorum ſtatus & regimen id demonſtrat. Apud Abyſſinos Regij gentiles & fratres agnatique in unâ quadam educantur arce, in loco penè inacceſſo ſita, validóque cuſtodiuntur præſidiô, ne turbas aut factiones excitare queant, *Alvarez. in hiſtor. Æthiop. fol. 103.* Sic & Caliphæ (magni quondam in Arabiâ Reges & ex proſapia Mahometi) ſingulos ex gentilitiâ eorum familiâ, qui ſuperſtites erant, catenis ferreis vinciebant, ſingulis ſua palatia intra maximam regiam tribuentes, cuſtodibus benè munitas, ne quis adverſùs magnum Regem rerum novarum aliquid moliri poſſet: ubi illi convivia exercebant, & genio per totam vitam indulgebant, *Benjamin Tudelenſ. in itinerar. fol. 61.* referente *Beſold. de ſucceſſ. reg. diſſ. 5.*

29 Ceſſat autem hæc omnis barbaries inter Chriſtianos, qui inter fratres æqualitatem ſervant in rebus privatis, in regnis verò & Principatibus poſtgenitis honeſtam tribuunt ſuſtentationem, & quidem talem, quæ dignitati perſonæ reſpondeat. Ideò Feudiſtæ docent, quòd licèt in feudo jure Francorum conceſſo primogenitus non ſit obligatus fratribus legitimam dare, nihilominùs tamen pro ratione ſtatus ipſis condignè proſpicere teneatur, *Roſenth. 9. cap. 55. num. 11.* modò reditus primogenituræ ſint opulenti: non enim eſt cogendus alienare ex proprietate, ſed pro fructuum proportione, & ex viri boni arbitrio illa alimenta ſunt congruenter æſtimanda, *arg. l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad SC. Trebell. Beſ. cap. 9. fol. 603.* prout ferè liberis natu minoribus, ſecundùm ſuprà dicta *num. 20.* vel annuæ penſitationes, vel portio quædam regni aut principatus adſcribitur certa, quam non regio teneant nomine, ſed eâ lege, ut ipſis ſinè liberis maſculis decedentibus ad regnum illa denuò revertatur. Primogenito enim quodammodò ſubſunt cæteri fratres, eáque ideò portio omni plerunque caret Jurisdictione ſuperiori, nec alio propè jure poſſidetur, quàm apud nos viduæ Principes dotalitia ſua, ait *Beſold. ſuprà d. loc.* In dotalitijs verò conſtituendis duabus cautelis utendum eſſe monet *Beſ. cap. 5. fol. 181. Primò*, ut non præcipuæ aut munitæ arces eo nomine viduis aſſignentur, ſed potiùs ædificia commoda, & œconomiæ idonea. *Secundò*, ne plus Jurisdictionis in bonis ejuſmodi viduis illuſtribus attribuatur, quàm ad conſervandam dignitatem ſuam, & obedientiam ſubditorum retinendam neceſſarium videtur; quod etiam in caſu primogenituræ ſalubri prudentique conſilio poſſe obſervari, monet idem *Beſ. cap. 8. fol. 844.*

Hinc apud Saxones initiò ſtatim mos iſte obſervatus legitur, ut primogenitus ſuccederet in Ducatu, reliqui fratres Dominatus dignitates impetrarent, *Albin.* in der Meißniſchen Cronic. *1. tit. 16.* imò fuit in Germaniâ frequenti in uſu poſitum quondam, ut natu minoribus per ſubinfeudationem vel uſumfructum perpetuò proſpiceretur, *Beſ. cap. 9. fol. 603.* quæ homagij nomina obtinebant, & de ijs primogenito ejúſque hæredibus fidelitatem & dominium jurare tenebantur. Cùm econtrà *paragij jure* feudum poſſideri dicebatur, ubi in ſucceſſione pares erant titulo & dignitate omnes, etſi natu maximus majorem partem, quàm poſteriores nonnunquam aufferebat, *Beſ. cap. 8. fol. 331.* Exempla, quomodò tractentur ſecun-

dogeniti in titulis, in ſuſtentatione & ſubjectione, paſſim in hiſtorijs ſunt obvia, & inſuper experientia quotidiana demonſtrat.

Conſtituitur autem primogenitura, 1.
32 Lege, regni vel pragmaticâ ſanctione, qualis de Electorum ſucceſſione exiſtit *A. B. tit. 25.* 2. Voluntate ac inveſtiturâ Imperatoris, factâ ſcilicet ad inſtantiam feudi regalis, *Beſold. conſ. 148. n. 48.* 3. Teſtatoris diſpoſitione, quâ hæredem ſub hac conditione inſtituit, ut bona ad primogenitum perveniant, *Menoch. conſ. 275. n. 1.* modò Imperatoris adhibeatur conſenſus. 4. Introducitur jus primogenituræ pacto familiæ vel ſtatuto, cujus requiſita refert *Betſ. c. 9. p. 500. Limn. lib. 4. jur. publ. c. 8. n. 121. Springsfeld. de apanag. c. 5. n. 47. & ſeqq.* ubi latè ea pertractat. 5. Recipitur primogenitura conſuetudine & longiſſimâ temporis præſcriptione, *Ioh. le Cirier. de primog. lib. 1. q. 3. & lib. 3. q. 9. Tiraq. eod. tract. q. 16. n. 11. Springsfeld. d. c. 5. n. 64. Rumelin. ad A. B. p. 3. diſſert. 4. th. 6.*

Æquiparatur primogenitura fideicom-
33 miſſo & Majoratui, quia majoratus vel primogenitura nihil aliud eſt, quàm fideicommiſſum familiæ perpetuò relictum, *Knipſchild. de fideicomm. c. 15. n. 4. & ſeqq. cum multis ibid. alleg.* quemadmodùm enim bona fideicommiſſo ſubjecta alienari nequeunt, ita etiàm bona primogenituræ vel majoratus, quia ſcilicet primo-
34 genituræ, majoratus & fideicommiſſi hic communis eſt finis, ut bona integra & indiviſa perpetuò in familiâ, pro ejus dignitate & ſplendore conſerventur. Et profectò hujusmodi jura prohibitionesque alienationum, hoc exulceratiſſimo ſeculo, familiis multùm prodeſſe experientia teſtatur. Plurimi enim hodiè reperiuntur,
35 qui ſtatim à morte parentum, ubi rerum potiri incipiunt, non aliter ac ſi Pythio vel Craſſo (qui tamen & ipſe ad extremum eò pervenit miſeriæ, ut ab occurrentibus dives per jocum ſalutaretur, teſte *Valer. Maxim. lib. 6. 11.*) eſſent ditiores, laborant, ut mente gaudio diffuſâ & velut natante, ipſique tanquam mox morituri, bona avita, multis ſudoribus parta, & hactenus conſervata alienent, decoquant, & quaſi abliguriant, ut de magno ſæpè patrimonio vix teſtam, quâ ignem ſibi petant, relinquant, juxta Cornificium *apud Herenn. lib. 4.* cui malo per primogenituras, fideicommiſſa & majoratus ſuccurritur, utpote per quæ media illuſtres familiæ, ſi bona Avita alienare non licet, conſervantur & quaſi reviviſcunt; nec tot helluones reperiuntur & fruges conſumere nati, ſed bona familiæ ſemel quæſita ſeræ poſteritati glorioſè cuſtodiuntur.

Hæc tamen inter primogenituram & majoratum differentia eſt, quòd in majo- 36
ratu ſemper ille ſuccedit, qui in familiâ poſt mortem ultimi poſſeſſoris major natu reperitur; in primogeniturâ verò ſucceſſio de lineâ in lineam progreditur, ita ut quotiescunque bona primogeniturâ affecta lineam unius ex vocatis ingreſſa fue- 37
rint, ſecundogeniti vel alterius linea non admittatur, niſi deficientibus omnibus prioris lineæ, eáque totâ evacuatâ & finitâ, *Theſaur. lib. 2. q. 12.* quia primogeniti appellatione omnes deſcendentes in infinitum comprehenduntur, *Paris. lib. 4. conſ. 72. n. 92.* Hinc quæſtio graviſſima de facto mota, *an filia ultimi poſſeſſoris agnatū remotiorem in ſucceſſione primogenituræ excludat?* Primo- 38
genituræ erectio & confirmatio hæc erat: *Conſiderans Princeps N. nec de re Sacri Romani Imperij eſſe, nec bono publico caſtri & oppidi, nec paci ſucceſſorum conducere, ſi fortè feudum prænominatum aliqua voluntate, diſpoſitione, inſtructione in plures partes dividi contingeret. Et quamvis Illuſtris N. prædicti ſupplicantis Avus hujus feudi in ejus familia primus acquiſitor Cæſarem primogenitum ſuum, hæredemq; Univerſalem in hoc feudum introduxerit, & ipſe Cæſar ab Aug. memoriæ Imperatore Ferdinando inveſtituram de ipſo feudo & caſtro tanquam primogenitus & hæres univerſalis obtinuerit, ſicq; deinceps per multas anteceſſorum noſtrorum inveſtituras à dicto N. & ab ipſius filio N. ſupplicante obtentum fuerit: ad tollendam tamen omnium diſſidiorum cauſam, quæ inter filios, quos habet plures, etiam temerè oriri poſſet, nobis reverenter, humillimèque ſupplicavit, Nos tanquam electus Romanorum Imperator, & ipſius feudi ſupremus Dominus, prædictum feudum in ejus Patrem N tanquam primogenitum & hæredem univerſalem ritè & rectè, & in ipſum ſupplicantem ſucceſſivè veniſſe, dignaremur declarare, & in ejus filios & hæredes utriusque ſexûs in infinitum jus primogenituræ obſervari*

Digitized by Google

*vari debere, expreſsè conſtituere, & poſt illius mortem ipſius primogenito ſeu primogenitæ inveſtituram dare:* Et porrò infra: *Declaramus Illuſtrem quondam N. & N. ejus filium hucusque jure primogenituræ & hæreditatis ritè & rectè ſucceſſiſſe: Atque deinceps ſic obſervandum, ut poſtquam dictus N. Dei voluntate ex hac vitâ deceſſerit, liberosq; legitimos & naturales, maſculos vel fœminas, ex legitimo matrimonio deſcendentes poſt ſe reliquerit, tunc filius ejus primogenitus, qui de jure ad feudi ſucceſſionem habilis reputabitur, hócque è vivis ſublato, ejusdem primogeniti primogenitus maſculus, legitimè natus, deficientibúsque ſic primogenitis, ſuccedat & ſuccedere debeat ſecundogenitus maſculus legitimè natus, atque ejusdem ſecundogeniti primogenitus maſculus, legitimo quoque thoro procreatus. Illud idem intelligendo de tertio & quarto, ac ulteriùs genitis perpetuâ ſerie, donec & quousque linea ipſius N. ſupplicantis duraverit, lege primogenituræ ſemper in his ſalva: Deficiente verò lineâ maſculinâ, in feudo quoque poſtmodùm ſuccedant & ſuccedere debeant filiæ ipſius N. primogenitæ, legitimo quoque connubio ortæ, eo planè modò ac formâ primogenituræ, quâ ſuprà jam de ipſius filiis maſculis dictum, declaratum & ſancitum eſt.* Contigit autem poſſeſſorem ultimum carere prole maſculâ, & duas ſolùm habere filias, cum ſuperſtite fratre ſuo & patruo.

39 Hinc quæſitum, *an filia poſſeſſoris primogenita, excluſis tantiſper agnatis, ad ſucceſſionem feudi admitti debeat & poſſit?*

40 Et quidem ſi verſaremur in caſu feudi proprij ex pacto & providentiâ, nullus pateret filiabus ad illud acceſſus, ipsâ feudi naturâ repugnante. Si verò feudum eſſet merè hæreditarium, ipſe poſſeſſor, Pater filiarum litem dirimere, & ultimâ
41 voluntate filiabus id aſſignare poſſet. Sed negotium verti videtur in qualitate *feudi hæreditarij mixti*, in quo tamen filiæ, niſi deficientibus omnibus maſculis, à primo acquirente deſcendentibus, admitti non ſolent. Cui accedit clarus Inveſtituræ tenor, quem primogenitura ſuper feudo erecta non mutat, ſed potiùs ita confirmat, ut deficientibus demùm maſculis primogenitis omnibus filiæ ſuccedant, à cunctis autem primo: ſecundo: tertio: & alterius genitis agnatis, à primo acquirente deſcendentibus excludantur. Et quamvis non deſint JCti graviſſimi, aſſerentes, quòd Imperator ordinem ſuccedendi ſemel conſtitutum & introductum de plenitudine poteſtatis mutare poſſit; eoſdem tamen ſuis, & in majori numero non carere contradictoribus, qui ſententiam contrariam fortioribus propugnant argumentis. Nec enim ideò agnatos excludi poſſe, quaſi in feudo etiam mixtè hæreditario nemo ſuccedere poſſit, niſi qui ſimul eſt hæres vaſalli ſeu poſſeſſoris ultimò de- 42
functi, quæ qualitas in præſenti caſu ſolummodò in filiabus reperiatur. Quia hæc doctrina locum non invenit, ſi non ſtat per agnatum feudum vindicantem, quò minus hæres ſit ultimi vaſalli, & tunc ſatis eſt, ſi ſaltem ſit hæres ſanguinis mediante primo acquirente, *Roſenth. c. 7. concl. 21. lit. E.* cùm in feudo mixto non requiratur hæreditatis aditio, ſed agnatus feudum ſine hæreditate conſequi poſſit. Adeóque maſculi transverſales excluduntur quidem à filiâ vaſalli in feudo *merè hæreditario*, ſed non in mixto, *Klock. tom. conſ. 17. n. 130.* Quia controverſa adhuc 43
eſt opinio, an in primogeniturâ non detur tranſitus in aliam lineam, quamdiu ſuperſunt ex aliâ lineâ deſcendentes, licèt fœmellæ, & in feudis, teſte *Roſenth. c. 7. concl. 41. 42. 48. & ſeq.* contraria doctrina prævalet, cùm feuda non deperdant ideò naturam ſuam, quòd primogenitura illis eſt annexa. Præſertim cùm etiam verba primogenituræ hoc caſu ita ſint concepta, ut non admittatur fœmina niſi maſculis deficientibus, quæ conditio nondum eſt purificata. Nec removeri agnati 44
poſſunt ex ultimâ Inveſtiturâ, Vaſallo tantùm poſſeſſori, ejúsque liberis datâ; quia non ultima ſed prima Inveſtitura, tanquam radix & fundamentum eſt inſpicienda, quæ ſcilicet alterari per ſubſequentes in eadem familiâ factas nequit, *Klock. tom. conſ. 28. n. 64.*

Cæterùm ſuprà dictis non obſtanti- 45
bus, pro filiâ vaſalli poſſeſſoris ſequentia militant argumenta, cùm non tantùm ad agnatorum jura conſervanda dirigenda ſit conſideratio, ſed etiam ne filiæ debita ſucceſſio per iniquitatem auferatur. Et primò quidem extra dubitationis aleam poſitum eſt, feudum quæſtionis hæreditarium mixtum, ſive ex pacto & providentiâ im-



Digitized by Google

improprium eſſe, in quo non ſolo feudi titulo ſucceditur; ſed qualitas requiritur hæredis, deducente celeberrimo Italiæ JCto *Cyriaco Nigro controverſ. forenſ. lib. 1. controv. 2. n. 69.* ubi ait: *Ducatum Mantuæ & ejus caſtra eſſe feuda mixta, in quibus non ſuccedit, niſi qui eſt hæres, & qui non eſt hæres excluditur*, háncque propoſitionem multis autoritatibus & præjudicijs
46 confirmat, addens *n. 95.* Decretum Cæſareum, quo vaſallo poſſeſſori dabatur licentia, pro libitu ſuo diſponendi de feudo inter comprehenſos in inveſtiturâ, non obſtantibus in inſtrumento conventionum, vel Inveſtiturâ ſuper indè ſecutâ contentis, quibus omnibus, in quantum obſtarent, vel obſtare poſſent, eſt derogatum. Neque ſcilicet ſufficit, agnatum eſſe hæredem ſanguinis mediante primo acquirente, ut ipſi nocere non poſſit, ſi per ipſum non ſtet, quò minus etiam ſit hæres hæreditatis ultimi vaſalli: quia utut iſta doctri-
47 na in feudis Germaniæ locum reperire poſſit, in quibus ſucceſſio jure hæreditatis non eſt recepta; Cùm tamen tota feudorum ſubſtantia à jure conſuetudinario de-
48 pendeat, aliud in feudis Italicis ſtatuendum, in quibus, teſte *Cyriaco ſuprà allegato*, jure hæreditatis ſucceditur, ut doctrina contraria hîc applicari minimè poſſit. Præſertim cùm ipſa inveſtitura clariſſimis verbis ſecum ferat, in hoc feudo ſucceſſionem jure hæreditario ſemper obſervatam fuiſſe & poſthac obſervari debere, his verbis: *Quòd* N. primogenitum ſuum hæredémque univerſalem, *in hoc feudum introduxerit, & ipſe N. ab Auguſtæ memoriæ Ferdinando Imp. Inveſtituram de ipſo feudo & caſtro, tanquam* primogenitus & hæres univerſalis *obtinuerit, ſicque per multas Anteceſſorum noſtrorum Inveſtituras, ab ipſo N. & ipſius filio N. obtentum fuerit.* Et paulò poſt: *Reverenter Nobis ſupplicârit, dignaremur declarare, prædictum feudum in ejus Patrem N. tanquam* primogenitum & hæredem univerſalem, *ritè & rectè, & in ipſum ſupplicantem ſucceſſivè deveniſſe, & inter ejus filios & hæredes, utriuſque ſexus, jus primogenituræ in infinitum obſervari debere.* Cui non hinc pateſcit, ſucceſſionem in hoc feudo ſemper ita factam eſſe, ut ſucceſſor non ſolùm eſſet hæres ſanguinis, ſed etiam hæreditatis, prout etiam ſupremus feudi Dominus hanc ſuccedendi qualitatem approbavit, ut jam abſque causâ non mutari, nec jus ſuccedendi filiabus ultimi poſſeſſoris delatum aufferri poſſit?

Quod *Gail. lib. 2. obſ. 154.* tradit, a- 49
gnatum in feudo mixto ſuccedere volentem non ſemper hæredem eſſe debere ultimi vaſalli: id egregiâ limitatione diſcutit *Anton. Theſaur. qu. forenſ. lib. 2. q. 12. n. 25.* niſi in feudo primogenitura conſtituta eſt, quia hoc caſu magis primogenitura, quàm feudum attenditur. Nunc enim, *ait autor cit. loco*, eſſe abſque difficultate, quòd ſuccedere volentem eſſe oporteat hæredem ultimi vaſalli, quia in feudo conſideratur perſona primi acquirentis, ſed in primogeniturâ perſona ſpectatur ultimi poſſeſſoris, & bona, quæ ab initio erant ſub regulâ feudi, poſteà cum conſenſu & approbatione ſupremi Domini feudi poſita ſunt ſub naturâ primogenituræ, quæ jam attenditur, *d. loc. n. 25. & 33.* quia de primogeniturâ principaliter agitur, ſub quâ feudum continetur, cui formam & modum ſucceſſionis poteſt de conſenſu inveſtiti Dominus adjicere, ut qualitas bonorum non ampliùs conſideretur, *d. n. 33. & 42.* cùm ex clarâ literarum Inveſtituræ diſpoſitione ſucceſſio jure primogenituræ fieri in hoc feudo impoſterùm debeat, inter hæredes utriusq; ſexus. Unde patet, argumenta ſuperiùs pro agnatis adducta ex ordinariâ feudorum naturâ eſſe deſumpta, cùm tamen nos verſemur in terminis primogenituræ, cujus natura diverſa eſt à ſucceſſione feudali, & in quâ regulariter admittuntur fœminæ, niſi ſpeciatim & expreſsè reperiantur excluſæ, *ex comm. Dd. ſententiâ, teſte Theſaur. d. loc. n. 10. Fuſar. de ſubſtit. q. 385. n. 3.*

Nec removeri eo argumento filia poteſt, quaſi primogenitura in præſenti caſu pro maſculis tantùm ita ſit concepta, ut ex claro ejus tenore ante deficientiam maſculorum filiæ nullâ ratione admitti poſſint: Quia 1. primogenitura ſic erecta eſt, ut etiam à filiâ tunc impetrantis N. capeſſere potuerit initium, 2. quod 50
primogenitura iſta non erecta eſt favore agnationis, ſed tantùm eâ de causâ; *ne feudum*, ut habent formalia, *in plures hæredes & partes aliquando dividi contingeret, quod utilitati Sacri Romani Imperij, & ejus feudi bono regimini & augmento*

obeſſe

Digitized by Google

*obeſſe poſſet*, nullâ vel minimâ de conſervatione agnationis & familiæ facta mentione; ſed potiùs 3. hac diſpoſitione, ut poſt mortem vaſalli, ejus primogenito vel primogenitæ inveſtitura concedatur, nulla filiarum privativâ ante ſecundogenitos excluſione. Hinc *Theſaur. d. loc. n. 58.* egregiè deducit, quod etſi primogenitura his verbis ordinata ſit: *Ita tamen ut ſemper maſculi fœminis præferantur*, ta-
51 men iſta ſubſtitutio intelligenda ſit cæteris paribus, ut ſcilicet non reſpiciat omnem caſum ſucceſſionis, ſed quod ſemper inter filios, nepotes & pronepotes, in pari gradu exiſtentes, maſculus præferatur, non autem ſi ſint alterius lineæ & gradus; Quia non eſt veriſimile, fundatorem alterare voluiſſe naturam primogenituræ, in quâ prælatio intelligitur cæteris paribus, cùm verba etiam præciſa congruam recipere debeant interpretationem juris. Non itaque operatur iſta clauſula, *ut ſemper maſculi fœminis præferantur*, niſi quando maſculus eſt in pari gradu cum fœminâ, *ex communiſſimâ Dd. opinione*, cùm ſatis ſit, ut excludatur fœmina ſenior à maſculo juniore natu in ſuâ lineâ, non autem ut à maſculo alterius lineæ quoque repellatur, ne inducatur multiplicatio privilegiorum, & extenſio in odioſis, atque in caſu omiſſo, contra jura, *Theſaur. d. loc. n. 37. & 38.* qui porrò ex *Andr. Iſern. in c. 1. de eo qui ſibi & hæredib.* in terminis hunc ponit caſum, quod filia poſſeſſoris, patre mortuo, ad primogenituræ ſucceſſionem, excluſis maſculis ulterioris lineæ ſit admittenda, etiamſi conſtitutio extaret in regno, quod maſculis extantibus fœminæ non ſuccedant, quia prælatio maſculorum ſemper reſtringenda ſit, ad eandem lineam & gradum, nec admittenda ſententia contraria, ſed hæc in conſcientiâ obſervanda, niſi de prælatione maſculorum, in diſpari quoque gradu, expreſſa facta fuiſſet mentio, *Theſaur. n. 15.* ubi *vel. 20. Autoritates adducit*, quas omnes in terminis feudi mixti & antiqui accipiendas eſſe, dubio caret, cùm in feudo merè hæreditario vel novo tam anxiâ diſputatione non ſit opus.

Et quod filia primogeniti poſſeſſoris excludat ſecundogenitũ, & alios ulterioris lineæ tradunt communiter omnes, ut videre eſt apud *Vincent. Fuſar. in. tr. de ſubſtitut. q. 385. ubi n. 9.* ait: Ad hoc ut maſculus excludat fœminam, debet ille maſculus eſſe de eâdem lineâ, ſecùs ſi eſſet de aliâ lineâ ſemel excluſâ, exemplo, ſi quis mortuus ſit, relictis duobus filiis maſculis, & primogenitus admiſſus moriatur, relictâ unicâ filiâ, iſta excludet patruum maſculum, ſemel à patre ſuo primogenito excluſum, *hucusq. Fuſar. cum allegatis autor. mult.* Idem tradit in terminis *Blaſ. Michalorius in tr. de fratrib. p. 3. c. 30. an fœminæ comprehendantur in jure primogenituræ?* ubi *n. 6.* hæc habet: Secundò limitatur, ſi primogenitus decederet, relictâ tantùm filiâ, quæ patruum excludet, nam quamdiu ſupereſt aliquis, ſive maſculus, ſive fœmina, ex lineâ ad quam hæreditas ſemel pervenit, linea poſtpoſita non admittitur, ita *Michalor.* citans *Iſern. Tiraq. Paul. de Caſtro Honded. Ruin. Peregrin. Curt. jun. & alios*, quamvis *n. 4.* id ſaltem procedere exiſtimet in filiâ primogenitâ, non in reliquis. Quinimò judiciali examine diſcuſſum aliquando eſt, annon filia ultimi poſſeſſoris adhuc ſit de lineâ maſculinâ, & ſententia affirmativa reportavit triumphum, quâ de re ampliùs ſuo loco.

Si hæc omnia jungantur argumento ſuprà *n. 46.* poſito, quod in feudis Italicis mixtis, & præſertim his in quæſtionem deductis, obſervantia corroboret ſententiam, quod ſucceſſor debeat eſſe hæres hæreditatis ultimi vaſalli, *Cyriac. lib. 1. controv. 2. n. 86. & 119. ubi plures allegat*, & quod in terminis primogenituræ illius perſona ſpectetur, ex receptiſſimâ ſententiâ, magnum pondus prærogativæ pro filiâ accedit.

Eſt enim filiâ, & primogenita & hæ- 52
res, tam primi inſtitutoris, mediante perſonâ patris, quàm ipſius patris ultimi poſſeſſoris: quo in caſu, & quando concurrunt duo ad feudum hæreditarium, quorum unus eſt hæres primi inveſtiti mediatè, & alter eſt hæres utriusque, & eſt de vocatis in inveſtiturâ, ille qui habet majores qualitates admittitur in concurrentiâ, ut ex Cephalo, Caſtâ, Nattâ, tradit *Theſaur. d. loc.*

Corroborantur hæc omnia in literis inveſtiturarum, in quibus ſemper vaſalli, tanquam primogeniti, *pro ſe ſuisque hæredibus & ſucceſſoribus, utriusque ſexus, ex ſe legitimè deſcendentibus*, ſicque pro lineâ ſuâ tam maſculinâ quàm fœmininâ,

ad

Digitized by Google

ad feudum & primogenituram vocati. Eademque ratione moderni poſſeſſoris filia, tanquam hæres & primogenita, ex
53 clarâ inveſtituræ diſpoſitione & vocatione, poſt mortem parentis admitti debet, ne inania ſint inveſtituræ verba, quaſi nullam inter Dominum & vaſallum producerent obligationem: quod omnia jura, cum quotidiana obſervantia averſantur. Nec fingi debet, fœminam ſuo ſaltem ordine vocari, nimirùm poſt omnium maſculorum deficientiam: quia expediti juris eſt, quod fœmina ſemel excluſa ſemper excluſa maneat, ſicque inveſtitura omni caret effectu, cùm primogeniti hujus poſſeſſoris filia nunquam ampliùs ad feudum admitteretur. Quibus addendum, non ſolùm inveſtituram ultimam, ſed primam cum omnibus ſubſequentibus, pro ſucceſſoribus & hæredibus utriusque ſexus cujuſcunque vaſalli eſſe conceptam. Dubio autem planè omni caret, quod primogenitura ex ſubſecutâ inveſtiturarum obſervantiâ declaretur, *Andreol.*
54 *controv. 254. n. 78. cum ibid. cit.* cùm interpretatio melior reperiri non poſſit, quàm ſubſecuta obſervantia, quæ nimirùm declaret quamcunque diſpoſitionem, & dubium ſcripturæ, etiamſi eſſet obſervantia contra verum intellectum diſpoſitionis, quia nihilominus mentem diſponentis declarat obſervantia, tollit dubitationem & prævalet omnibus alijs conjecturis, eſt regina interpretationum, habet vim teſtium ſuper veritate diſponentium, & ſi dubitatur, quænam perſonæ debeant ad ſucceſſionem admitti, id obſervantia ſubſecuta declarat, *Andreol. controv. 381. n. 5. & 7.* quæ obſervantia hactenus militat pro filiabus, cùm omnes vaſalli inveſtiti ſint, pro ſe ſuisque ſucceſ-
55 ſoribus & hæredibus utriusque ſexus. Nec diſparitatis ratio poteſt oſtendi, inter caſum, quem *Theſaur. lib. 2. q. 12.* proponit, & inter præſentem. Hic enim inſtituitur primogenitura pro maſculis & fœminis, ita tamen, ut primogenito ſuccedat primogenitus filius maſculus, & ſic deinceps, deficientibus verò primogenitis ſuccedat ſecundogenitus, & ſequentes: ſed apud *Theſaur. d. loc.* primogenitura erecta eſt pro maſculis & fœminis, cum hac tamen expreſſâ conditione & pacto, *ut ſemper maſculi fœminis præferantur.* Quemadmodum verò pactum iſtud nihilominus intelligendum eſt de prælatione maſculorum, qui in eodem gradu & lineâ cum fœminâ exiſtunt, ita pari ratione & eodem ſenſu accipi poteſt ſubſtitutio maſculorum in caſu noſtro, ut prælatio eorum ad hunc caſum, ubi fœmina proximior cum remotiore maſculo concurrit, non extendatur, quia deducente *Caſtill. lib. 2. controv. quotid. c. 4. n. 65.* fœmina proximior non aliter excluditur à maſculo remotiore, niſi expreſſiſſimis verbis inveniatur excluſa aut per tam indubitabiles & evidentiſſimas conjecturas, ut ſalvâ mente diſponentis ab eis recedi non poſſit, Idem *c. 19. n. 146.* ubi dicit, fœminas excludere maſculos remotiores, ubicunque ipſæ non expreſsè excluduntur à ſucceſſione citans *Tiraq. Molin. Gomez. Valasquez. Guttierez. Cephalum, Covarruv. & alios.* Cùm in dubio verba primogenituræ interpretanda ſint ſecundùm jus divinum & commune, nec non juxta naturam primogenituræ ordinariam, ut exindè nulla ratio conſervandæ agnationis, ſed tantùm prædilectionis maſculorum inferri poſſit, *Menoch. lib. 4. præſumpt. 88. n. 12.* Quoniam aliàs in dubio excluſionem fœminarum irrationabilem vocat, *Molin. de primogen. lib. 3. c. 4. n. 20.* nec admitti poſſe in foro conſcientiæ docet *Domin. Soto. de Juſt. & Jur. lib. 2. q. 6. art. 2. columm. 5. & 6.*

Quod ſi porrò cauſa utilitatis publicæ & quietis regni vel principatûs accedat, ſuadeatque, ut excluſis agnatis filia ad ſucceſſionem admittatur, tum verò ſine dubio illa ad ſucceſſionem qualificari & admitti debet, ex communiſſimâ omnium ſententiâ, teſte *Roſenthal. de feud. c. 7. concl. 46. n. 3. 8. & 29.* 56
nec non *c. 7. concl. 19. n. 17. & 15.* ubi ait: Juſtam cauſam & utilitatem publicam omnia excludere, ut filia etiam aliàs incapax & inhabilis ad ſucceſſionem poſſit admitti, conſentiente etiam *Gail. 2. ob. 56. per tot.* cum *Greve. ibidem*, nec non *obſ. 142. n. 12. & ſeqq.* ubi in terminis tradit, Principem poſſe agnatis jus, quod in ſpe tantùm habent, ex juſtâ cauſâ tollere. Idem tradit *Franc. Niger Cyriac. in Controverſ. forenſ. lib. contr. 2. n. 89. & 90.* Quoties enim ſuadet utilitas publica, toties ſub-

Digitized by Google

ſubditos à jure ſuo diſcedere oportet, & niſi volent, cogi poſſunt *Clapmar. de arcan. rer. publicarum lib. 4. c. 16.* Hinc Princeps ſupereminens dominiũ etiam in rebus privatorum habere dicitur, quo utitur, quoties ratio ſalutis publicæ id expoſcit, *Grot. de jur. pac. & bell. lib. 1. c. 1. & ibidem. Bœcler. fol. 114.* ubi refert exemplum domeſticum ex Inſtrumento Pacis. Atque in terminis quod Princeps ſupremus derogare poſſit primogenituræ ex juſtâ causâ, ejuſque qualitates vel tollere, vel immutare, &, poteſtatem concedere, ut bona vel in totum vel pro parte alienentur, vel cum alijs permutentur, tradit *Ciarlin. Controv. forenſ. lib. 3. c. 242. n. 25.* Quia Princeps utique ob bonum publicum poteſt aufferre jus tertij, *Idem controv. 230. n. 13.* Multa enim pro pace & tranquillitate Reipubl. conſervandâ contra juris ordinem recepta eſſe conſtat ex *l. hoc modo. 64. ff. de condit. & demonſtrat. l. 3. C. de primipil.* cùm tantus ſit utilitatis publicæ favor, ut ea, quæ publicè utilia ſunt, non includantur in his, quæ lege prohibentur, *Jaſon. in l. cætera. §. Sed & ſi quis. ff. de legat.* Hinc Imperator omnia jura, ſtatuta, & fœdera, pacta & privilegia, quæ cum utilitate publica pugnant, de plenitudine poteſtatis tollit, *in Receſſ. Imp. Wormatienſi de anno 1521. ſub tit.* Von Ordnung des Landfriden. §. Wir ſetzen auch / & in *Receſſ. Imp. Auguſtano de anno 1530.* §. Und nachdem wir. & §. Und meinen / ſetzen und wollen. nec non *Rec. Imp. Auguſtano de anno 1551.* §. Und nach dem neuen. adeoque reſcripta, utilitati publicæ contraria, irrita pronunciantur in *l. 6. C. ſi contra jus vel utilit. publ.* ut ſemper ſalus populi ſuprema lex ſit.

Itaque non obſtat filiæ textus in *jure feudali lib. 2. tit. 39.* ubi ſancitur: quod feudum filiæ, non conſentientibus Agnatis confirmari non poſſit. Cujus rei ratio eſt, quod nec Imperator agnatis jus ex contractu quæſitum aufferre poſſit; idque eò minus, ſi expreſſum adſit pactum in ipsâ inveſtiturâ, quod fœminæ feudi non eſſe capaces, aut poſt maſculos demùm ſuccedere debeant, quo caſu nec ex plenitudine poteſtatis eas admitti poſſe fusè deducit *Roſenthal. de feud. c. 7. concl. 19. n. 17. & 30.* in quo *d. c. 7. concl. 46.* etiam refert diſtinctionem, an feudum jam delatum ſit agnatis, an verò non. Priori caſu res eſt difficilior, & quidam ſimpliciter negativam tuentur: poſteriore caſu unanimiter filiam admittunt, multique etiam abſolutè defendunt, poſſe Imperatorem alicui rem jure civili jam quæſitam adimere, ſi juſta cauſa ſubſit, ſi ratio publicæ utilitatis id ſuadeat, tunc enim filiam inveſtiri poſſe excluſis agnatis concedunt; præſertim verò, ſi feudo agnatis nondum delato, nullum jus quæſitum, ſed tantùm ſpes fallax eis aufferatur, cùm fieri facilè poſſit, ut ipſi ante vaſallum adhuc viventem, & ipſis obſtantem ex hac vitâ decedant, prout deducit *Roſenth. cit. loc.* Illud tamen neceſſitas publica non excuſat, quin damnum agnatis aliundè compenſandum ſit. Cùm meminerimus, in tractatibus pacis, illis qui bona ſua pro obtinendâ ſalute & quiete publicâ ceſſere, juſtam aliundè compenſationem eſſe factam. Itaque ponderatis omnibus, ſupremus feudi Dominus hanc mediam inivit ſententiam, ut ſuadente neceſſitate utilitatéque publicâ, filia quidem feudum, agnati verò compenſationem haberent. Cautè enim in talibus procedendum eſt, & natura feudi, inveſtituræ tenor, conſuetudo & obſervantia accuratiſſimè examinanda.

# Liber II. Titulus XXXIV.

## De
## FIDEICOMMISSIS.

### SUMMARIA.

1. Refertur diſpoſitio teſtamentaria.
2. Subſtitutus in caſum contraventionis, an etiam ſit ſubſtitutus in caſum mortis?
3. Ceſſionem ſubſtituti unius in ſequentem factam, non obſtantibus fœminis eſſe confirmatam.
4. Appellatione filiorum in conditione poſitorum etiam filias comprehendi, præſertim in ultimis voluntatibus.
5. Et magis ſub verbo linea, & generatio, fœminas contineri.
6. Principaliter ſi verba linea, generatio, in totùm, ſæpius repetantur & geminentur.
7. Ne iſta verba reddantur eluſoria, præcipuè propter dictiones ex tunc, & eo caſu, & n. 21.
8. Ab hac ſententiâ non recedendum, niſi ex urgentiſſimis conjecturis.
9. Maſculinitatem regulariter non cenſeri repetitam, infrà n. 26.
10. Præſertim ſi induceretur correctio Juris communis.
11. Vel in materiâ odioſa.
12. Vel in aliâ periodo ſeparatâ inter diverſas perſonas & cauſas.
13. Conſiderandam eſſe affectionem erga propinquiores.
14. Maſculinitas expreſſa in diſpoſitione, & omiſſa in conditione non cenſetur repetita.
15. Conſervationem agnationis non præſumi, ſi teſtator eam non expreſſit, & n. 17.
16. Ex maſculinitate expreſſâ ad agnationis conſervationem non inferri.
17. Non eſſe inconveniens, ut feudum aliquo tempore ſit liberum, & poſteà primogenituræ de novo ſubjiciatur, infra n. 25.
18. Rationem agnationis ab uno caſu ad alium non extendi.
19. Exiſtentiam fœminæ impedire, quò minus linea dicatur defeciſſe.
20. Verbum relativum, dictis lineis, hic nihil operari.
21. Relationem ſæpè fieri ad ſubſtantiam, non ad qualitates.
22. Ad quid enim aliàs prodeſſet geminatio verborum univerſalium?
23. Teſtatorem præſumi ſe voluiſſe conformare diſpoſitioni Juris communis.
24. In primogenituris non dari tranſitum ab unâ lineâ in aliam, quamdiu aliquis ſupereſt ex lineâ priore, & in hac re fœminas quoque habere fundatam intentionem.
25. Bona fideicommiſſo ſubjecta medio tempore libera eſſe poſſe, & ſuprà n. 17.
26. Denuò firmatur maſculinitatem non præſumi repetitam, vide ſuprà n. 9.
27. In tranſitu ad aliam lineam teſtatorem fœminas lineæ prioris, tanquam prædilectas, non excluſiſſe.
28. Adferuntur rationes contrariæ partis.
29. Objecit exceptionem rei judicatæ.
30. Teſtatorem intendiſſe conſervationem agnationis & familiæ.
31. Adferuntur fundamenta hujus aſſertionis.
32. Pro hac parte pronuntiatum eſſe.
33. Subſtitutionem factam in caſum contraventionis, tacitè etiam factam eſſe in caſum mortis, & id quare.
34. Quâ de cauſâ filiæ primogenitæ, & poſt mortem Patris Joannis, & in eventum mortis Jacobi inveſtituram petenti ea fuerit denegata?
35. Exceptionem hanc judicati non in poſſeſſorio tantùm, ſed in petitorio opponi poſſe.
36. Ex primogeniturâ maſculinâ, quam teſtator intendit, omnia reliqua accipere interpretationem.
37. Verbum linea & generatio in materiâ differenti fœminas non comprehendere.
38. Fœminam favore maſculi ſemel excluſam ſemper excluſam manere.
39. Teſtatorem clarè admiſiſſe tranſitum de lineâ in lineam maſculinam, non obſtantibus fœminis.
40. In feudis nobilibus verbum generatio fœminas non comprehendere.
41. Nec ubi agitur de conſervandâ agnatione.
42. Quæ ratio conſervandæ agnationis hic variis modis demonſtratur.
43. Filias ex conditione præſumptivè aliquando vocatas hic per evidentem teſtatoris contrariam voluntatem excludi.
44. Filiam nuptam non ampliùs eſſe de familiâ patris.
45. Non eſſe credibile, teſtatorem voluiſſe tranſitum feudi in extraneas familias, extantibus adhuc maſculis de ſuo ſanguine.

46. Cùm

Digitized by Google

46. Cùm tranſitus feudi in externos Dominos nec proſit reipublicæ, nec ſubditis.
47. Excludi fœminas, ſi teſtator in maſculorum vocatione hæſerit, & aliis caſibus.
48. Fœminas prætensè poſitas in conditione, non poſſe ab inteſtato ſuccedere.
49. Ubi ſimul examinatur quæſtio, an poſiti in conditione, ab inteſtato, an verò ex teſtamento ſuccedant?
50. Filias in conditione poſitas non poſſe bona à defuncto ceſſa vel alienata revocare.
51. Fœminas tanquam in conditione poſitas & tacitè vocatas hic non poſſe ſuccedere.
52. Feudum hoc eſſe maſculinum tam ex inveſtiturâ, quàm ex inſtitutione fideicommiſſi.
53. Vocationem ab initio ſtatim reſtrictam ad maſculos fœminas nunquam comprehendere, ſecùs ſi ab initio facta eſſet verbis communibus.
54. Reſpondetur ad objectionem dictionum, generatio, totaliter, in totum.
55. Maſculinitatem non per conjecturas, ſed expreſsè repetitam eſſe.
56. De naturâ referentis & relati.
57. Diverſas diverſarum perſonarum ſubſtitutiones aliam conſiderationem non operari.
58. Superfluitatem verborum potiùs tollendam eſſe.
59. Autoritates ex adverſo adductas hoc negotium non tangere.
60. Reſtrictionem facere, ut verba univerſalia fœminas non comprehendant.
61. Altogradi rationibus reſponſum eſſe à Ronconio.
62. In Reviſorio reformatam eſſe ſententiam.
63. Enarrantur ea, quæ durante lite acciderunt.
64. Paulum emptorem problematicè hanc quæſtionem diſputaſſe.
65. Proponuntur argumenta Pauli, quibus contractum ſuum ſtabilire conatur.
66. Sequuntur fundamenta Nicolai, & primò, quod Laudum fuerit perfectum.
67. Paulum nullam habuiſſe cauſam caſtrum occupandi.
68. Objicitur Nicolao, quod contrahentes procuratorio nomine nullum habuerint mandatum.
69. In re emptâ illum præferri, qui prior poſſeſſionem acquiſivit.
70. Exponuntur rationes, quare contractus non poſſit dici metu initus.
71. Nicolaum perfectionem Laudi multis argumentis oſtendiſſe.
72. Laudum homologatum dici, cui partes intra decendium non contradixerunt.
73. Non arbitratores, ſed arbitros hic fuiſſe aſſumptos.
74. Stari debet ſententiæ arbitri, ſive æqua ſit, ſive iniqua.
75. Exponitur in quibus caſibus l. 15. C. de R. V. non procedat.
76. Paulum non poſſe purgare vitium violentiæ.
77. Paulum emiſſe rem litigioſam, & hinc contractum eſſe nullum.
78. Quando contractus dicatur in ſcriptis celebratus.
79. Paulum per violentiam excidiſſe ab omni jure, ſi quod prius habuiſſet.
80. Exceptionem metus, à quocunque, cujus intereſt, proponi poſſe.
81. Metum leviorem in fœminis ſufficere.

Superiore titulo, occaſione materiæ de primogeniturâ, aliquid etiam de fideicommiſſis tractatum. Nunc ſpecialiùs hac de re agendum; in quâ proximis annis caſus ſingulari & accurratâ diſcuſſione examinatus eſt. Inſtituit fidei-
commiſſum *Petrus* pro *Johanne ſuo nepo-* 1
*te ex fratre* ſuper feudo & caſtro ſuo, hac conditione adjectâ, *ut in illud ſuccedat ſub qualitate fideicommiſſi aut aliâ conſtantiſſimâ & durabili, ita quidem, ut poſt ipſius mortem id fideicommiſſum perveniat ad filium ipſius primogenitum legitimo matrimonio procreatum, ſicq; poſteà continuetur ſucceſſio de primogenito in primogenitum maſculum, & obſervetur perpetuò, ſine ullâ mutatione, alienatione, aut venditione, ſed bona ſemper maneant unita, ita ut ſi quis legibus his contravenerit, eo ipſo ſit fideicommiſſo privatus, quod in eum caſum transfert teſtator in Jacobum, ejuſque hæredes & ſucceſſores, cum iiſdem fideicommiſſi & primogenituræ maſculinæ conditionibus; extinctis verò totaliter dictis duabus lineis Johannis & Jacobi, in totum finita eorum generatione, eo caſu vult teſtator, ut ſuccedant filij Petri & Nicolai, cum iiſdem iterum conditionibus, incipiendo viciſſim à filijs maſculis, & ſic continuetur in proximos familiæ agnatos.* Contigit caſus, ut vitam clauderet Johannes ſine prole maſculâ, relictis tantùm filiabus. Prætendebant hæ fideicommiſſum, & videbantur non levi argumento adjuvari,
quod Johanni tantùm Jacobus in caſum 2
contraventionis eſſet ſubſtitutus, qui hactenùs nondum eveniſſet; ſed quia non verborum ſpectabatur cortex, verùm intentio potiùs teſtantis ad familiæ conſervationem directa, hinc à ſubſtituto patris ſui Jacobo filiæ fuerunt excluſæ, *8. Mart. anno 1636.* Hoc etenim argumentum in primogenituris maſculinis utramque facit paginam, ut ſemper agnationis & familiæ conſideretur favor, remotis perpetuò fœminis, quamdiu extat maſculus ad primo-



Digitized by Google

mogenituram vel fideicommiſſum vocatus. Si præſertim, uti hîc, talis ſit ratio fideicommiſſi, ut in nullâ ejus parte, niſi fortè conſtitutione dotis, fœminarum fiat mentio.

Itaque Iacobus fideicommiſſum, tanquam agnationis conſervandæ conſideratione inſtitutum obtinuit. Verùm ſenio confectus, viſuque oculorum orbatus, octuagenarius de ſucceſſore cogitare cœpit & cùm ſe videret improlem, Nicolai filio, cui omni jure, tanquam à teſtatore ſibi ſubſtituto & vocato fideicommiſſum deberi haud vanè credebat, illud in vivis

3 ceſſit: quam quoque ceſſionem ſupremus feudi Dominus in omnibus ſuis clauſulis confirmavit, & inveſtituram eidem conceſſit, etiamſi filiæ virtute teſtamenti, verborumque *lineæ & generationis*, tanquam utrumque ſexum vulgò comprehendentium, admitti peterent. Habitum eſt enim fideicommiſſum pro maſculino, quod idcircò poſt mortem Jacobi ſpectaret ad Nicolai filium, filiarum verò petitioni locus nullus eſſe poſſit, prout decretum *8. Martij anno 1636.* Hinc confirmata eſt Iacobi ceſſio in filium Nicolai, inſertis teſtamenti ſeu fideicommiſſi verbis, ipſeque tanquam proximè vocatus poſt mortem Jacobi, ad fideicommiſſum vi diſpoſitionis admiſſus. Inveſtituræ verba hæc erant: *Pro ipſo, ac legitimis & naturalibus liberis, hæredibus & ſucceſſoribus ejuſdem maſculis primogenitis, ſervatis nimirùm ordine ſuccedendi à Petro quondam expreſſo, in feudum dedimus & conceſſimus.*

Poterat videri omnis controverſiæ ulterioris filum inter fœminas, inveſtitumque Nicolai filium planè præciſum eſſe, litemque extinctam. Sed vix animam exhalaverat Jacobus, cùm fœminæ litem reſuſcitavêre, ſequentibus potiſſimùm argumentis in medium allatis.

Feudum in controverſiam deductum omninò à primitivâ ſuâ naturâ, & expreſſis inveſtituræ verbis, fuiſſe liberum, francum, exemptum & alienabile tam inter vivos quàm per ultimam voluntatem ad inſtar allodij. Id primò in fideicommiſſum & primogenituram erectum à Petro in favorem Iohannis ex fratre nepotis, ejuſque primogenitorum maſculorum, & in eorum defectum primogenitorum maſculorum Jacobi alterius ſui nepotis, horumque duorum lineis omninò deficientibus, ex toto finitâ eorum generatione, ſubſtituit maſculos agnati ſui Petri & Nicolai, qui modò cum filiabus de ſucceſſione decertant. Itaque in hoc concurſu ad ſucceſſionem fideicommiſſi, admittendæ videntur filiæ Johannis, excluſo Nicolai filio, cùm ex harum exiſtentiâ deficiat conditio, ſub quâ vocata extitit linea primogenitorum maſculorum Petri & Nicolai, ad regulam, quod appellatione filiorum in conditione poſitorum indiſtinctè veniant tam maſculi quàm fœminæ, *l. filij appellatione. ff. de V. S. Peregrin. de fideicomm. art. 25. n. 1.* Maximè in ultimis voluntatibus, *l. ſi ita ſcriptum, ff. de leg. 2. l. ſi quis ita. ff. de teſtam. tutel. Dec. conſ. 236. n. 5. Cephal. conſ. 45. n. 10.* Cùm in teſtamentis maſculinum ſemper concipiat fœmininum, *Socin. Jun. conſ. 180. num 3. lib. 3. cum concordan.* & ſic fœminis debetur fideicommiſſum ſive quia præſervatum eſt jus ſuccedendi ab inteſtato, ſive, & forſan meliùs, quia ex hac poſitione in conditione vocatio inducitur. 4

Quod enim dicitur de filijs, eò magis procedit de *lineâ*, ſub quâ ex latiori ejus ſignificatu, nedum fœminæ, verùm & ab eis deſcendentes comprehenduntur, *Pereg. de fideicommiſſ. art. 22. n. 24. Fuſar. de ſubſtitut. concluſ. 346. in princ.* ubi dicit, quod nulla circa hoc ſit dubitatio probabilis. Et clariùs, ſi dictum fuerit de *generatione*, juxta *Theor. Bald. in. l. 1. num. 3. C. de condit. inſert. Mantic. de tac. lib. 22. t. 15. n. 5. per tot. Gratian. diſcept. 295. n. 1. Fuſar. eod. tractat. quæſt. 326. num. 2. & 3.* ubi teſtatur de veriori & magis communi. *Altograd. conſ. 96. n. 28. lib. 2. Rot. deciſ. 226. n. 3. p. 2. recent.* ubi in ſpecie, quod exiſtentia fœminæ impedit, quò minus linea dicatur extincta. 5

Sed videtur in propoſito nos verſari extra omnem difficultatem, inſpectis & accuratè perpenſis formalibus verbis dictæ ſubſtitutionis, quæ ſunt: *Et deficientibus in totum lineis Johannis & Jacobi, totaliter finitâ eorum generatione*: quod 6
non contentus idem Teſtator expreſſione *lineæ*, per viam ampliationis & majoris declarationis, ſuperaddit etiam *generationem*, cum repetitione & geminatione illius dictionis per *in totum finitâ*, quæ ſunt magis expreſſiva ejus determinatæ voluntatis

luntatis includendi fœminas, ad *text. in l. Baliſta. ibique Gloſſa & Bart. in primâ oppoſitione. ff. ad Trebell.* & illa repetita dictio *in totum*, quæ idem importat, quod *omninò* ex *Gloſſ. & Bart. in l. ſi cum exceptione. §. quatenus. ff. quod met. cauſ.* cum alijs congeſtis per *Roland. conſ. 84. n. 24. lib. 1.* tanquam univerſalis omnia includit, & nihil excludit, *l. 1. ff. de leg. 1.* & idem importat, ac ſi de fœminis facta fuiſſet expreſſa, & individualis mentio, *Bart. in l. 2. ff. de novat. Cravett. conſ. 308. num. 6.* includendo ea, quæ aliàs non includerentur, *Dec. conſ. 11. n. 16. & alibi ſæpè*, præſertim dum eſt prolata ab homine, cùm nullam eo caſu recipiat reſtrictionem, *Bartol. in l. generali. §. Uxoris ff. de uſufr. legat. Roland. conſ. 27. n. 22. vol. 4. & plenè*
7 *Becc. conſ. 94. n. 31.* quia integritatem importat, *Barboſ. appell. 240.* ubi de dictione *omninò*, *n. 1. 2. 3. & ſeqq.* ubi de dictione *penitùs*, & ſimilibus, quæ nullam recipiunt modificationem, ſed operantur, quod etiamſi aliàs fœminæ non comprehendantur, *Anchor. conſ. 68. n. 1. & ſeqq. de Pratis de interpr. ult. vol. lib. 2. interpr. 4. dub. 2. ſolut. 2. n. 66.* quia aliàs, niſi hæc verba operarentur fœminarum incluſionem, omninò illa eſſent eluſoria, & ſuperflua, ut ex *Theor. Bald. in rubr. de contrah. empt.* benè concludit *Surd. conſ. 31. n. 27.* & ſatis eſſet, ſi teſtator dixiſſet: *Et deficientibus lineis Johannis & Jacobi ſubſtituo filios Petri & Nicolai,* maximè concurrente illâ dictione *tunc* & *eo caſu*, cujus tanta eſt vis, ut nullam patiatur extenſionem ad alium caſum præter expreſſum, ex *Conſ. Anchor. 356. licet ex ſerie col. 2.*

8 Et licet ab hujuſmodi opinione recedatur quandoque propter conjecturas, illæ tamen ad hunc effectum eſſe debent adeò urgentes & claræ, ut omnimodam teſtatoris voluntatem pernecesſè convincant, quales non habentur, quæ ex adverſo poſſent in propoſito adduci.

Et *primò*, ut ſub iſtis verbis; *Et deficientibus in totum lineis*, cenſeatur repetita maſculinitas, ſuprà in vocatione primogenitorum expreſſa.

9 In contrarium eſt regula, ut maſculinitas per teſtatorem ſæpiùs etiam expreſſa, & repetita, non indè ſubintelligatur, ubi non eſt appoſita, ex regulâ Doctorum paſſim relata, ut teſtator, ubi voluit iſtam qualitatem exprimere, ſeu repetere, id facere ſciverit, & quia noluit, ideò non expreſſit, *arg. l. unicæ. C. de caduc. tollend.* præſertim dum agitur de juris communis correctione ad regulam, ne ſit locus repetitioni quando ex illâ inducitur aliquid correctorium juris communis, *Bart. in l. Præ-* 10
*tor ait. §. erit differentia. n. 1. ff. de vi bonor. rapt. Ruin. Conſil. 187. n. 10. lib. 3. Socin. Jun. conſ. 77. num. 32. lib. 3.* ut eſſet in caſu noſtro, dum remanerent ex tali ſubintellectâ diſpoſitione excluſæ dictæ ſorores ab hujuſmodi ſucceſſione, contra diſpoſitionem, *text. in l. maximum vitium. C. de liber. præt.*

Minuſque in odioſis, qualia dicuntur 11
fideicommiſſa, *l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. ſubſt.* eſt locus repetitioni, *Dec. conſ. 442. num. 12. Marzar. conſ. 8. num. 14. Cephal. conſ. 86. num 17. Anchar. conſ. 120. pro clariori deciſione ſub num. 3. verſ. cùm ergò, Anan. conſ. 22.* cujus ſententiam tanquam veriorem & magis receptam amplexa fuit *Rota Romana, ut in deciſ. Greg. 514. num. 6.* ubi cumulantur con- 12
cordantes, nec eſt, qui in contrarium ſentiat, præſertim in oratione & periodo in ſe perfectâ, & diſtincta ab aliâ, in qua fuit expreſſa maſculinitas, & inter diverſas, & diſtinctas perſonas, in quibus diverſa poteſt concurrere teſtatoris affectio, quia tunc nulla inducitur repetitio ex ſubſiſtenti ratione diverſitatis cauſæ, & dilectionis, *l. quæ conditio. verſ. atque conditio. ff. de condit. & demonſtrat. Bart. in l. Seiæ. §. Caio. num. 2. ff. de fund. inſtr. Mantica de conject. lib. 6. tit. 13. n. 9. Surd. conſ. 21. num. 9. & 10. & conſ. 564. n. 7. cum alijs congeſt. per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 403. n. 9. & apud Greg. dict. deciſ. 514. num. 6. rec. deciſ. 151. num. 24. & deciſ. 381. num. 5. par. 5. & deciſ. 144. num. 3. par. 7.* in fortioribus loquendo, etiam quando utraque diſpoſitio eſt poſita in eadem oratione, & regitur ab iiſdem verbis; cùm ad inducendam repetitionem non ſit ſufficiens unitas orationis, ubi diverſæ concurrunt perſonæ, cùm de unâ non inferatur ad aliam, *Molin. de primogen. Hiſp. lib. 3. cap. 5. num. 59. uſque adeò.* Nec eſt in dubium revocanda iſta perſonarum diverſitas, dum

in ſubſtitutione non primogeniti, ſed ſolùm lineæ & generationis Joannis & Jacobi poſitæ ſunt in conditione.

13 Nec minùs conſideranda eſt dilectionis & affectionis diſparitas, dum in vocatione Primogenitorum fœminæ veniunt excluſæ à maſculis, natis ex Ioanne & Iacobo, quia ſunt ex eâdem lineâ dicti teſtatoris, ejuſque fratris; ſed in ſubſtitutione, ex prætensâ maſculinitatis repetitione, venirent excluſæ à maſculis alterius longè diverſæ lineæ nimiſque remotæ, & ubi probabilis reddi poteſt ratio differentiæ, cur magis in uno caſu, quàm in alio expreſſa fuerit maſculinitatis mentio, non ad eoſdem maſculos reſtringenda eſt lineæ denominatio, *Ruin. conſ. 93. num. 11. lib. 2. Socin. Jun. conſ. 158. n. 48. & ſeqq. lib. 2. Gabr. conſ. 97. num. 6. lib. 1. Mantica de conject. lib. 6. cit. 1. 3. n. 8.*

14 Et ceſſat omne dubium, ubi maſculinitas eſt expreſſa in diſpoſitione, & omiſſa in conditione, nam tunc nulla datur repetitio, *Pereg. de fideicomm. art. 25. num. 25. verſ. concluſivè crederem, & conſ. 41. num. 21. lib. 5. Fuſar. dict. quæſt. 403. num. 30. & 32. & conſ. 66. num. 5. Prat. de interpret. ult. vol. lib. 2. interpret. 41. dub. 1. ſol. 3. num. 85. Ruin. conſil. 149. num. 3. in fin. lib. 2.* ubi ſi teſtator non ſe reſtrinxit in conditionalibus ad deſcendentes maſculos, ſed ſimpliciter in conditione poſuit deſcendentes, eo caſu fœminæ comprehenduntur, ut pariter ſi dixiſſet, quod finitâ lineâ alij ſuccedant, fœminas comprehendi voluit, *Bero. conſ. 77. num. 19. in fin. lib. 2.*

15 Paris irrelevantiæ eſt alia conjectura aſſertæ repetitionis, deducta ex cauſâ conſervandæ agnationis, cùm ad hujuſmodi effectum ſemper requiratur explicita expreſſio conſervationis ejuſdem agnationis vel adſint ad minimum conjecturæ præponderantes dictam expreſſionem, ita & taliter, ut ſit neceſsè ex illis à verborum proprietatibus recedere, *l. 1. C. de condit. inſert. Alciat. in l. Gallus. §. quidam rectè. num. 5. ff. de lib. & poſthum. Mantic. de conject. lib. 3. tit. 4. num. 6. verſ. & quidem durum eſt, & lib. 6. tit. 55. num. 15. & lib. 11. tit. 14. n. 7. Rot. diverſ. deciſ. 485. n. 3. part. 4. & rec. deciſ. 151. n. 5. part. 5. & deciſ. 144. n. 3. part.*

16 Non enim per ſolam maſculinitatis expreſſionem ex neceſſitate inducitur ratio contemplatæ agnationis, ex magnâ differentiâ à Doctoribus conſtituta inter maſculinitatem, & agnationem, eſto enim ut Teſtator prædilexerit maſculos, non inde ſequitur, quod legem agnationi ſuæ indixerit, *Can. in l. 1. C. de condit. inſert. num. 20. Pariſ. conſ. 41. num. 23. lib. 3. Grat. conſ. 3. n. 18. lib. 1.* Et in omni caſu inſpectæ agnationis, illa duntaxat procederet in ſolis terminis expreſſæ maſculinitatis; & nullo modo in alio caſu, in quo ſunt poſitæ in conditione, & totalis deficientia, & omnimoda terminatio lineæ Iohannis & Iacobi.

Nec eſt inconveniens, quamdiu ſupereſt linea dicti Johannis, ex parte fœminarum hujuſmodi feudum interim, attento præſentaneo ejus ſtatu, liberum eſſe ab omni onere prætenſi fideicommiſſi, & aſſertæ primogenituræ. Imò alienari poſſe, revocabiliter tamen, & ſub ſpe ejus retractionis in omni eventu purificatæ conditionis, per totalem defectum dictæ lineæ; & tunc fideicommiſſo, ac primogenituræ de novo ſubjici, ex celebri Conſ. Caſanatt. *45. n. 191. & conſ. 49. num. 34.* 17

Itaque argumentum ratione agnationis deductum non poteſt impedire comprehenſionem fœminarum Johannis, in caſu, quo omnes filij & deſcendentes maſculi (prout evenit) prædeceſſiſſent. Præſumptio enim negativa non habitæ rationis ad agnationem viget, quoties eandem rationem teſtator non expreſſit, *Dec. conſ. 511. n. 6. Molin. de rit. nupt. q. 24. n. 114. lib. 3.* Atque conceſsâ ratione conſervandæ agnationis, ea tamen non eſt univerſalis, & ideò non attendenda, niſi in caſibus à teſtatore expreſſis, nempè vocationis illorum maſculorum qui ſunt expreſsè vocati, *Molin. de primog. lib. 1. c. 5. n. 37. Peregrin. de fideicomm. art. 29. n. 39. Honded. conſ. 28. n. 49. Mart. de ſucceſſ. p. 3. q. 1. art. 4. n. 25. Altograd. conſ. 60. n. 124. lib. 1. plenè Molin. de rit. nupt. lib. 3. q. 24. n. 72. & ſeqq. Theſaur. deciſ. 188. n. 10.* Unde dato, quod in ingreſſu ac ſucceſſivo progreſſu uniuſcujuſque lineæ fuerit habita ratio agnationis, ea intelligenda eſt reſpectu uniuſcujuſque lineæ, non autem, ut deficientibus maſculis illius lineæ, fœminæ remanentes per maſculos alterius lineæ excludantur, ut in individuo dixit *Rot. Roman. coràm Seraph. dec. 1023. n. 9.* repetita *in deciſ. 466. n. 6. part. 4. div.* cùm ratio 18



Digitized by Google

tio agnationis in uno caſu, non autem in alio, & reſpectu aliquarum perſonarum, non autem omnium aliarum poſſit conſiderari. Imò exiſtentia fœminæ impediat, quò minùs linea defeciſſe dicatur, *Redenaſch. conſ. 30. n. 16. & ſeqq. Cyriac. controv. 281. n. 88. Altograd. dict. conſ. 96.*
19 *n. 29. & ſeqq.* Et ex maſculinitate repetitâ infertur quidem prædilectio maſculorum, in concurſu fœminarum; non autem conſideratio conſervandæ agnationis, quæ eſt res diverſa, *Mantic. de conje. lib. 6. tit. 15. n. 5. 6. 7. Rot. coràm Seraph. dec. 880. n. 2. cum ſeq. & dec. 1216. n. 6. verſ. neque obſtat. & ſeqq.* ubi hanc conjecturam, de ſe ſolâ, nunquam ſufficere traditur.

20 Nec prædicta controverti poſſunt exindè, quod teſtator dixerit: deficientibus *dictis lineis*, quaſi virtute hujus relationis expreſsè videatur repetita qualitas maſculinitatis, de quâ ſuprà actum fuerat, cùm teſtator de lineis maſculinis Ioannis & Iacobi ſuprà tractaverit, ut verba relativa, *dictis lineis*, aliam qualitatem non involvant. Quia cùm verba *in totum* fœminas includant, hinc dictio illa *dictis* ſtat ſolùm demonſtrativè ad denotandum, de quorum lineis agat teſtator, cùm ſuprà nunquam irrepſerit mentio lineæ, ſed benè principij dictarum linearum, nempè Ioannis & Iacobi, de quibus actum fuerat, non autem de lineis, ut dictum eſt, quibus ideò relatio adaptari non poteſt, cùm relatio ſaltem facta videatur ad ea, quibus adaptari poteſt, *Bec. conſ. 101. n. 78. lib. 1.* Nec fieri debet ad id, quod implicat repugnantiam, *Seraph. deciſ. 1500. n. 1. Rot. in Recent. part. 5. tom. 2. deciſ. 513. n. 29.* id fieri non poteſt quoad expreſſa in termino referente, ſed ſolùm quoad ea, quæ non fuerunt ſpecificata. Non enim fuit ſpecificatum, quorum eſſent dictæ lineæ, ſed benè fuit ſpecificatum, quod intelligeret de lineâ & generatione totali comprehendente fœminas, *Pariſ. conſil. 39. n. 18. Gratian. diſcept. 828. n. 28. & ſeqq.* Relatio enim facta eſt ad dictam lineam, in quâ tanquam referente fuit adjecta qualitas fœminas comprehendens ut dici præcisè non poſſit, relationem ad lineam maſculinam tantùm pertinere, cùm no-
21 vum non ſit, quod relatio ſæpiſsimè ad ſubſtantiam, non ad qualitates, ſecundùm ſubjectam materiam fiat juxta exempla relata à Barboſâ *dict. 87. num. 3. verſ. importare tamen, uſque ad finem.* & videri poteſt *Alexand. conſ. 17. n. 4. & 5.* quia aliàs illæ dictiones, *omninò*, *in totum*, *totaliter*, *penitùs*, remanerent ſuperfluæ, nec debet fieri relatio ad caſum, cui jam ſpecialiter eſt proviſum. Ad quid enim tot uni- 22
verſalia verba, illaque geminatione roborare, niſi fœminas teſtator comprehendiſſet? quod argumentum, ne diſpoſitio fiat inanis, ex capite ſuperfluitatis etiam comprobat *Decian. reſp. 1. num. 213. lib. 2. Rot. in recent. p. 5. tom. 2. deciſ. 581. n. 4. & ſeqq. & p. 7. deciſ. 144. n. 10. & ſeqq. Altograd. conſ. 96. n. 25. & ſeqq. lib. 2. & n. 87.*

Tollitur itaque omnis difficultas per verba, *deficientibus in totum dictis lineis, totaliter finitâ generatione*, ex quibus patet, teſtatorem conſideràſſe totalem extinctionem totius lineæ, per verba indifferentia etiam fœminas complectentia, ut ſe cum diſpoſitione juris communis eò magis conformaret, quod in dubio facere voluiſſe præſumitur, *Mantic. de conject. lib. 6. t. 5. ferè per tot.* De jure e- 23
nim nunquam fit tranſitus de lineâ unâ ad aliam, donec aliquis ſupereſt ex priori lineâ, & in primogenijs fœminæ ſuccedunt deficientibus maſculis ejuſdem lineæ,
per *deducta ſuprà præced. cap. 7. Covarruv. var. reſol. lib. 3. c. 5. n. 5. verſ. rurſus ſeptimo. & pract. quæſt. c. 38. n. 18. Molin. de primog. lib. 3. c. 4. per tot.* ubi ait: fœminam habere intentionem fundatam de jure communi, ut deficientibus maſculis ejuſdem lineæ ac gradus in primogeniturâ ſuccedat, quia non præſumitur excluſa, ſed excluſio evidentiſſimè eſt probanda, aliàs in dubio judicandum pro fœminâ, *Ludovic. Bellon. conſ. 1. n. 203. Salon de Pac. in proæm. l. Tauri. à n. 37. cum plurib. ſeqq. & in conſil. 29. n. 1. & 4. & 10.* ubi aſſerit; quod in primogenijs fœmina ſemper præponitur maſculo remotiori, & *n. 41.* generaliter ait, quod vocatis maſculis ad ſucceſſionem excluſis fœminis, intelligitur, quando maſculi & fœminæ ſunt in eodem gradu, reſpectu ultimi poſſeſſoris, & idem latè fuit reſolutum in *Bononienſ. fideicommiſſ. 27. Novembris anno 1637. coràm Pirovan. in recent. deciſ. 249. p. 7. & 18. Junij 1639. coram Rev. Tarraconenſ.* Neque ab- 25
ſurdum eſt, quod teſtator fecerit primoge-

genituram in deſcendentiâ maſculinâ Iohannis, & poſteà Iacobi, & demùm in deſcendentiâ Nicolai; & quod tamen medio tempore fœminæ deſcendentes ex Johanne debeant habere bona, quia non eſt novum, quandoque fideicommiſſum certo caſu ſuſpendi, & bona interim libera manere, ut in fideicommiſſum reincidant, & revinculentur, eveniente caſu conditionis defectus lineæ, cui facta eſt ſubſtitutio, ut ſuprà quoque dictum ex *Caſanatt. conſ. 45. n. 191. & conſ. 49. n. 34.* quibus locis firmat, fideicommiſſum etiam perpetuum in eventum conditionis ſuſpendi, & bona reputari libera, adeò ut interim etiam alienare liceat; nulla etenim fit injuria fideicommiſſarijs, quia dicitur transferri dominium cum ſuâ causâ, ut reſolvatur eveniente caſu fideicommiſſi.

26 Ergò regula juris communis eſt contra repetitionem, *Anan. conſ. 22. Altograd. lib. 2. conſ. 83. n. 75. Greg. deciſ. 514. p. 17. Buratt. deciſ. 282. n. 19.* ita, ut quando teſtator uſus eſt verbo differenti à præcedentibus, non ſit locus repetitioni maſculinitatis, *Peregrin. de fideicomm. art. 25. n. 33. & 52.* præſertim de unâ perſonâ ad aliam, *Fuſar. de ſubſtit. q. 403. n. 18. & 25. Altograd. conſ. 96. n. 42. Andreol. controv. 114. n. 3.* vel quando concurrit diverſitas graduum, *Rot. deciſ. 151. n. 24.* nec ſunt connexæ partes unitate orationis, vel diverſitas rationis repetitionem excludit. Voluit enim teſtator in unaquaque lineâ maſculos præferre, conſequenter nominavit primogenitos maſculos, & ut ſucceſſivè de primogenito in primogenitum fideicommiſſum tranſeat: Sed quan-
27 do tranſitum de lineâ ad lineam conſideravit, noluit fœminas lineæ prædilectæ à maſculis alterius lineæ minùs dilectæ excludi, quod etiam regulare eſt, ut maſculi unius lineæ fœminas alterius lineæ non excludant, quia aliàs qualitatem maſculinitatis teſtator, denuò adjeciſſet. Hinc non fit repetitio ab expreſsè vocatis ad poſitos in conditione, *Bald. lib. 3. conſ. 13 in fin. Altograd. lib. 2. conſ. 83. n. 11. Andreol. controv. 114. n. 6.* quia ex majori dilectione ceſſat maſculinitatis repetitio, *Fuſar. conſ. 66. n. 5. & de ſubſtit. q. 403. n. 32. Altograd. conſ. 96. n. 39.* quæ omnes circumſtantiæ procul dubio repetitionem maſculinitatis excludunt. Et hæc ferè argumenta ſunt, quibus filiæ Johannis præ filio Nicolai fideicommiſſum vindicare ſtuduerunt.

Filius verò Nicolai ſuis quoque partibus non defuit. Ajebant enim, admiſ- 28
ſum eſſe poſt mortem Joannis Jacobum, licet contraniterentur totis viribus dicti Ioannis filiæ, quæ Jacobum in caſum ſaltem contraventionis vocatum eſſe contendebant. Vicit nimirùm ratio agnationis, & removit prætenſionem filiarum, in tantùm, ut etiam poſteà ceſſio Jacobi, in filium Nicolai, tanquam proximum & immediatum feudi ex teſtamento Petri ſucceſſorem, à ſupremo feudi Domino fuerit confirmata; filiúsque Nicolai inveſtitus. Contra hanc ceſſionem denuò inſurrexêre ſorores, ejuſdem confirmationem & inveſtituram ſubſecutam in magnum ſui præjudicium vergere prætexentes. Ve- 29
rùm allegatis ipſarum non obſtantibus, mandatum ſine clauſulâ decretum eſt, ne ſupplicantem Nicolai filium in portionibus feudi ad ipſum ſpectantibus turbent, ſub pœnâ 20. marcarum auri, doceantque de paritione intra duorum menſium terminum. Exindè controverſia deciſa videri poterat, ut refricari amplius nequeat determinata quæſtio, cùm obſtet exceptio rei judicatæ, ſed alia inſuper argumenta filius Nicolai adjecit.

Tota ſcilicet hæc quæſtio ex teſtamento Petri dependet, cùm lex vel publica vel privata diſpoſitionis hujus limitativa appareat. Non obſcurè autem ex dictis 30
teſtamenti verbis intelligi, teſtatorem intendiſſe conſervationem agnationis, familiæ & nominis, cum excluſione omnimodâ filiarum. Cur enim aliàs prætuliſſet. 1. proximis quibuscunque è maternâ ſuâ lineâ remotiores ac in infinitum deſcendentes ſui nominis & ſanguinis maſculos? cur 2. in caſum quo Johannes primò voca- 31
tus ordinationi teſtatoris contraveniendo indignum ſe fideicommiſſo redderet, præferri filiabus voluit Jacobum, expreſſè & immediatè, illis excluſis hunc vocando? idemque repetiit, ſi dictam ordinationem hæredes Iohannis prævaricarentur? cur 3. fideicommiſſo per contraventionem Iohannis ad Balthaſarem devoluto, ſi hic etiam in teſtamenti leges peccaret, ad ipſum Johannem potiùs, etſi anteà teſtamenti reum, & relicti quodammodò indignum, *arg. l. 5 §. 4. & l. 6. ff. de his quib.*

Digitized by Google

*quib. ut indign.* quàm ad innocentes filias, fideicommiſſum voluit reverti? Quod ſi enim vel ulla occaſio fuiſſet, admittendi fœminas, illa certè erat, quando Johannes & Jacobus per proprium factum fideicommiſſo ſe reddidiſſent indignos. Sed vicit *8. Martij anno 1636.* familiæ nomen & ratio conſervandæ agnationis, quam teſtator propinquitati naturæ
32 apertè propoſuit, & Judex omnibus diſcuſſis, pro hac teſtatoris voluntate pronuntiavit. Elegit enim teſtator pro ſucceſſoribus fideicommiſſi Iohannem & Jacobum, transverſales nepotes ex fratre non deſcendentes, ut ſæpè ſupponitur ex adverſo.

Atque etſi ſubſtitutio Jacobi ejusque
33 lineæ, expreſsè tantùm facta fuerit in caſum contraventionis, implicitè tamen & tacitè facta etiam fuit in caſum deficientiæ lineæ maſculinæ Johannis, tum propter clauſulas importantes abſolutam, realem & perpetuam primogenituram, quæ ſubſtitutionem reciprocam etiam in caſum mortis inducunt: tum quia poſt vocationem in caſum contraventionis, fuit defectus dictarum linearum Petri & Jacobi ex æquo & conjunctim poſitus in conditione, ad vocationem maſculorum linearum Petri & Nicolai; quod infert ipſas lineas Johannis & Jacobi fuiſſe reciprocè ſubſtitutas, cùm concurrant tria requiſita, de quibus in *l. Titia Sejo. §. Seja libertis. ff. de leg. 2.* & aliæ conjecturæ urgentiſſimæ, ex quibus elucet, mentem teſtatoris fuiſſe utriusque lineas maſculinas reciprocè ſubſtituere etiam in caſum mortis.

34 Hinc ſorori ex filiabus Johannis natu majori, prætendenti inveſtituram poſt mortem Johannis, & deinceps in eventum mortis Jacobi, ea fuit denegata ſimpliciter, licet ex diſpoſitione teſtamentariâ Petri tanquam de lineâ primi vocati Johannis eam poſtularet; quippe quæ neque tunc de præſenti, neque in eventum mortis Balthaſaris vocata eſſe viſa eſt. Proinde non ſine cauſæ cognitione, & maximâ diſcuſſione præhabitâ, nec non accedente judicio gravati Jacobi, cui in interpretandâ voluntate defuncti non parùm tribuitur, cùm præſertim notiſſima judicialiter eſſet filiarum poſtulatio, fuit expedita Nicolao inveſtitura, & quidem conſequenter prioribus concluſis, quibus petitio filiarum in contradictorio denegata fuerat. Ita ut regeri non poſſit, exceptionem horum judicatorum ſaltem in poſſeſſorio opponi poſſe, non in petitorio, cujus jura nunquam ſint examinata. Præceſſit enim diſcuſſio meritorum deductorum in diverſis libellis, ad ſolum petitorium pertinentium. Et nihilominus argumenta illa rejecta ſunt omnia: quæ rejectio utique operatur exceptionem rei judicatæ, ſuper meritis in illis libellis deductis, cùm ad hunc effectum etiam attendantur allegationes à partibus præſentatæ, *Soc. Jun. conſ. 181. num. 43. 45. & 79. lib. 1. Surd. conſ. 312. n. 16.* non obſtante, quod judicium fuerit ſummarium, quia ubi de aliquo articulo vel exceptione fuit plenè cognitum in judicio ſummario ſeu executivo, tunc ſententia in eo lata plenè præjudicat, & operatur exceptionem rei judicatæ, *Abb. conſ. 50. n. 3. verſ. 5. & ult. lib. 1. Gabriel. in ſuis concluſ. lib. 2. tit. de except. concl. 2. n. 6. 7. & 8. Vincent. de Franch. deciſ. 289. n. 1. Aſin. in prax. §. 31. c. 34. n. 2. & ſeqq. Scacc. de ſent. & re jud. gl. 14. q. 2. n. 22. Gratian. diſcept. 445. n. 1. cum ſeqq. & n. 14. 15.* 35

His ita firmatis, & obſtante parti adverſæ re judicatâ, placet nihilominus alia quoque ſubſtitutorum argumenta adducere. Nimirùm ex manifeſtâ, pro maſculorum primogeniturâ, voluntatis demonſtratione, colligi in dubio debet interpretatio aliorum verborum ejuſdem teſtamenti, & conditionum, ſi quæ in illis ſit ambiguitas. In conditionibus enim primum locum invenit voluntas teſtatoris, *l. 19. ff. de condit. & demonſtr.* eaſque regit, *l. 10. §. 2. cod.* Et juxta hanc colligi debet ſenſus verborum illorum: *Et deficientibus in totum dictis lineis, totaliter finitâ generatione, in tali caſu volo, ut ſuccedant filij Petri & Nicolai:* non autem ex generali ſignificatione, quam ſepoſitis circumſtantijs poſſet quiſpiam, verbis illis, *linea & generatio*, attribuere. Utut enim ſub verbo *linea, generatio, familia,* in materiâ indifferenti regulariter fœminæ comprehendantur; Tamen Autores etiam ex adverſo citati, uno ore fatentur omnes, id aliter ſe habere, quando teſtator diſponens voluit conſervare familiam, quando eſt materia differens, quando diverſa militat ratio inter maſculum & fœminam, quando diſponens expreſſit qualitatem 36 37

maſculinam, quando maſculus nomine proprio fuit vocatus, ſi maſculos inſtituendo fœminis aliquid reliquit, ſi poſt maſculos vocavit proximiores de domo, quæ omnia ſic in terminis à *Menoch. Gabriel. Corn. Ruin. Pariſ. Cravett. Mantic. Honded. Mazar. Peregrin. Fuſar. Knipſchild.* traduntur. Quæ circumſtantiæ omnes cùm in præſenti caſu reperiantur, corruit generalis illa regula, quâ dicitur, verbo generationis, lineæ, familiæ, ſemper utrumque ſexum denotari: quæ & porrò per ſequentia evertitur.

*Primò* enim, quia teſtator in caſum quo Johannes teſtamento contraveniſſet,
38 filiabus præpoſuit Jacobum, eaſque illo ſuperſtite excluſit: ſequitur, fœminam favore maſculino ſemel excluſam, ſemper excluſam manere. Unde non refert, quod dictæ filiæ ſint de lineâ Johannis, quodque difficiliùs ad aliam lineam tranſitus fiat, cum excluſione eorum qui ſuperſunt de priore lineâ; hoc enim tantùm procedit, ceſſantibus in contrarium conjecturis, neque per generalia quædam trahi debent in controverſiam ea, quæ in teſtamento clarè & ſpecificè ſunt determinata, *l. utrum. 20.*
39 *ff. de petit. hæred.* Tranſitum verò ex lineâ in lineam ſine dubio admiſit teſtator, dum in caſum violatæ per Iohannem diſpoſitionis, vocavit alterius lineæ maſculum Jacobum, ac iterum conditiones non adimplente Jacobo, voluit fideicommiſſum ad Iohannem reverti.

40 *Secundò*, præter hanc teſtatoris ſatis expreſſam voluntatem, concurrit natura ipſius rei fideicommiſſariæ, quæ eſt feudum nobile, in cujuſmodi bonis ſeu diſpoſitionibus, quæ ſuper illis fiunt verbum *generatio*, fœminas non comprehendit, *Tuſcus lit. g. n. 9.* nec deſcendentes ex ijſdem, latè *Menoch. conſ. 172. num. 24. & conſ. 326. n. 82. & ſeqq.* ubi plurimos in eam rem congerit, quorum enumerationi ſuperſedemus.

41 Qemadmodum nec eas comprehendit, quando mens teſtatoris fuit conſervare bona, in agnatione & familiâ, *Menoch. conſil. 427. n. 6.* eamque doctrinam communem teſtatur, *Bruinus in tract. quod ſtantibus maſculis fœminæ non ſuccedant.*

42 Quæ voluntas licet non eſſet expreſſa in teſtamento, pro expreſſa tamen habetur, quando ex expreſſis colligitur tanquam ratio diſpoſitionis colligitur, *Tiraquell. in tract. ceſſante causâ limit. 2.*

Prout ſatis colligitur in præſenti controverſiâ, ex devolutione, quam teſtator fieri voluit à Iohanne ad Jacobum, item à Jacobo ad Iohannem, & iterum ex finali clauſulâ, quâ deficientibus Iohannis & Iacobi lineis, vocavit filios Petri & Nicolai, ita tamen, ut ab ejuſdem maſculis fideicommiſſum inciperet.

*Quartò*, filiæ deſcendentes ex Iohanne non magis ad fideicommiſſum vocantur, quàm deſcendentes ex Nicolao, hæ autem à fideicommiſſo excluduntur, ſeu filij ulteriorum agnatorum, poſt Nicolai filios vocati, illis præferuntur, hiſce verbis: *Incipiendo iterum legatum in filijs maſculis Nicolai, & deficientibus illis in totum, ſuccedant filij Petri.* Ubi illud *deficientibus in totum*, non ad aliud poteſt referre, quàm ad maſculos filios, de quibus ſolis facta eſt mentio, & quibus deficientibus tanſiri ad aliam lineam voluit teſtator, nullâ filiarum Nicolai habitâ ratione.

*Quintò*, præfata voluntas conſervandi bona in familia, colligitur ex ultimâ ſubſtitutione, quâ Nicolai filijs maſculis ſupradictis, & familiâ Petri ſimiliter deficiente vocavit agnatum proximiorem.

*Sextò*, quod quemadmodum ſupradictum eſt, ſi vel minimam intentionem habuiſſet teſtator præferendi filias aliquibus maſculis, optima certè ratio fuerat, illam exprimendi ſeu eas vocandi in caſum, quo Iohannes & Iacobus teſtamento contraveniſſent, de quo tamen nullum extat veſtigium: Sed eo caſu voluit potiùs ad Iohannem fideicommiſſum reverti, quàm ad filias, ut patet ex verbis: *quale redeat ad dictum Johannem.*

Ex quo verborum contextu ſatis apparet, quod nomine *lineæ* aut *generationis* idem teſtator intellexerit lineam & generationem maſculorum, quos expreſsè vocavit, & de quibus ſolis in diſpoſitione fideicommiſſi egit, quos etiam intellexit nomine hæredum & ſucceſſorum, in verbis: *Et quando à dicto Iohanne, aut ejus hæredibus fuerit contraventum meræ diſpoſitioni.*

Illam, inquam, lineam, generationemque intellexit, quam expreſſerat anteà ſpecialiter hiſce verbis: *Et ut poſt ejus mor-*

*mortem perveniat dictum legatum ad ſuum primogenitum maſculum, legitimo matrimonio natum, eum videlicet, qui tali tempore invenietur aptus ad ſuccedendum in tali gradu & ordine & ſic ſucceſſivè ordino & volo, ut dicta mea pars in hoc feudo perveniat de primogenito in primogenitum maſculum, de dictis qui ſuccedent primogenito maſculi deſcendentes ex Johanne.*

*Septimò*, intentionem filiarum Juniorum perimit proprium ipſarum factum ſeu fideicommiſſi petitio, uti enim ex actis apparet, omnes tres prætendebant fideicommiſſum, cujus tamen diviſionem teſtator vetuit, ac ne quidem conjunctim maſculos admiſit, ſed ſolùm ſucceſſivè de primogenito in primogenitum.

Adverſus primogenitam autem filiam ultrà præmiſſa facit, quod nuſquam illa in toto teſtamento diſpoſitivè ſit vocata, ſed illa verba, quæ pro parte ipſius adferri ex teſtamento poſſunt, videlicet *generatio, linea*, non in diſpoſitione, ſed in conditione poſita ſunt.

43 Etſi autem conditio aliquando diſponat, ſeu poſiti in conditione vocati ſint, hoc tamen ex illâ provenit conjectura, quod teſtator noluerit extraneos propinquis præferre, *l. cum avus. ff. de condit. & demonſt.* quæ conjectura, non modò hic ceſſat, ſed evidenter contraria militat voluntas teſtatoris in favorem maſculorum & familiæ.

A quâ familiâ etiam primogenita ſe excluſit nubendo cum aliâ.

44 Quamvis enim familiæ appellatione ex multorum ſententiâ fæminæ contineantur, attamen non obtinere docent, ſi fideicommiſſo ordinato in favorem familiæ, ipſæ nuptias cum extraneo contraxerint, *Natta, conſ. 676. n. 42. Gravetta conſ. 188. Menoch. conſ. 179. n. 46. & 47.* ubi in terminis, filia nupta non cenſetur ampliùs de deſcendentibus patris, & ſi antequam nuberet de ijs extiterit, idque innumeris authoritatibus probat, & doctrinam communem eſſe aſſerit.

45 Neque verò credendum teſtatorem, qui ideò agnationis rationem habuit, ut poſt tot gradus ſubſtitutionum iis omnibus deficientibus, agnatum (quiſquis foret) vocaverit, excluſis quibuſcunque cognatis: Non eſt, inquam, credendum vel præſumendum, quod conſenſerit, ut in extraneas & ignotas familias, tot clauſulis favore familiæ vinculatum fideicommiſſum tranſiret, quàmdiu extarent maſculi de ſanguine,

Præſertim cùm tranſitus nobilium feudorum in externos Dominos aut Principes cauſet ipſorum feudorum interitum, ſubditis extranei Principis Dominive jugum ægrè ferentibus, latè Jacobus Aloshauſen *in tract. an fœminæ extantibus maſculis à ſucceſſione jure excludantur, part. 2. in acie virili per totam*, ex quo capite reipublicæ intereſt familias conſervari. 46

Denique tradunt Doctores, ex pluribus alijs, inferioris licèt etiam notæ conditionibus, excludi à fideicommiſſo fœminas, ut ſi Teſtator in expreſſâ maſculorum vocatione hæſerit, *Rodenaſcus conſ. 52.* Aut ſi maſculorum mentionem in unâ parte fecerit, in conjunctâ enim diſpoſitione eadèm qualitas in dubio cenſetur repetita *Ruinus conſ. 168. lib. 3. Hieronymus Gabriel. conſ. 132. lib. 1.* & in deſcendentium mentione ſolùm de maſculis, de quibus diſpoſuerat, cogitâſſe, *Rolandus à Valle conſ. 82. num. 33. lib. 1. Decianus conſ. 24. lib. 2.* Aut ubi agitur de dignitatibus, juriſdictione, honoribus, *Tuſcus in dicta concluſ. 30. arg. l. 3. §. 3. ff. de muner.* 47

Ideò generi data immunitas, vel honor ad fæminarum lineam non pertinet, *l. 1. §. 2. ff. de jure immunit.* nec prioris mariti honore gaudent, quæ ad alias nuptias tranſeunt *l. 8. ff. de Senator.* quin imò tradunt, à fideicommiſſo in quo apparet aliquam fuiſſe habitam rationem maſculinitatis, excludi fœminas ſinè dubio, ſi eis aliquod legatum relictum ſit. Itaque Nicolai filius fœminarum prætenſionem vincat neceſsè eſt. Cùm is ſemper præferendus ſit, cujus jura apparent potiora, *c. 91. in fin. de probat. l. 1. Cod. quor. bonor. Ant. Fab. lib. 1. tit. 2. defin. 12. & ſeqq.* quis autem dubitet hujus jura eſſe potiſſima, ut nulla poſſit eſſe controverſiæ materia, cùm relictum ſit ei fideicommiſſum, qui eſt de familiâ, nec non maſculo, atque ita ad feudum poſſidendum jure qualificato, ut pari jure filius Nicolai & generatio ipſius maſcula ſuccedat Iacobo, quo priùs Iacobus ſucceſſerat Iohanni.

Et quo tandem jure fœminæ prætendunt fideicommiſſi ſucceſſionem, Teſtamentóne Petri, an verò ab inteſtato?

Quam controverſiam ait *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 2. & 3. per tot.* difficilem & ferè inextricabilem eſſe, quia nec certâ lege, nec ratione videatur terminari, ut utramvis opinionem pro communi & crebriori venditent veteres & recentiores JCti. Videatur *Klock. tom. 3. conſ. 106. n. 11. & n. 59. & ſeqq. Molin. de primog. c.*
48 *6. Creſp. de Valdaura obſ. 19.* Aperire tamen fœminæ nobis debent, quo jure ipſis ſuccedere lubeat? Si eligunt ſucceſſionem ab inteſtato, feudum à Iacobo Nicolai filio in vivis ceſſum in hæreditate non inveniunt. Nec revocare illud poſſunt, quia communis DD. aſſertio eſt, hæredem vocatum & ſcriptum poſſe bona hæreditaria alienare pro arbitrio, & de ijs diſponere prout vult, excluſis liberis poſitis in conditione, quæ nihil aliud operatur, quàm ut liberi tales ab inteſtato ſuccedant hæredi inſtituto, quia jus legitimæ ſucceſſionis tantùm ipſis per hujuſmodi condi-
49 tionem reſervatum intelligitur, *Gail. 2. obſ. 136. n. 8. & ſeqq.* ubi hanc opinionem, appellat communem, ſecundum quam in Camerâ in arduâ causâ fuerit judicatum. Quam etiam teſte *Chriſtin. vol. 1. deciſ. 307. n. 25.* Senatus *Mechlin.* in materiâ reviſionis *Anno 1606.* eſt ſecutus, quæ ſententia ſit crebrior in Scholis, celebrior in Tribunalibus, & apud Gallos, Italos, Germanos, Senatum Pariſienſem, Gratianopolitanum, Chamberiacenſem, Mediolanenſem, Taurinenſem, Rotam Romanam & Florentinam, & in Camerâ Imp. Spirenſi receptior prout ex *Joh. Grivell.*
50 *deciſ. 125. n. 52.* deducit *Chriſtin. d. l.* Sed hâc ratione ſuccedendi ab inteſtato non poſſunt revocare bona à defuncto, cui ſuccedunt, vendita vel ceſſa. Et quamvis omninò exiſtimem, hanc ſententiam, quod poſiti in conditione ab inteſtato tantùm ſuccedant, eſſe veriorem, quam acriter propugnat *Franciſc. de Tonduti reſ. civ. c. 98. per tot.* & efficacioribus inniti rationibus ait; quia tamen etiam altera ſententia pro communi & recepta venditatur, ne videar probabilem opinionem rejicere velle, quid hoc quoque beneficium fœminis proſit, experiar.

Ajunt igitur DD. poſitos in conditione liberos tacitè intelligi per fideicommiſſum ſubſtitutos, *ex l. Lucius ff. de hæred. inſt. l. 30. C. de fideicomm. l. 102. de cond. & demonſt.* præſertim, poſtquam ex conjecturis fideicommiſſum induci poſſe placuerit, *Leuven. in cenſur. forenſ. c. 8. n. 18.* quam ſententiam *Mantica d. l.* vel ideo ſe amplecti ait, quia Judex humaniorem ſententiam amplecti debet, qualis ſit hæc fundata in pietate erga liberos, & quia *in l. quamvis. de fideicomm. & l. ſi ſponſus §. ult. ff. de donat. int. vir. & uxor.* dicitur: *Sæpè credimus teſtatorem aliquid voluiſſe, & rogâſſe.* Quod ſi igitur fœminas ad feudum Vergagni admittimus tanquam tacitè vocatas per fideicommiſſum ex teſtamento Petri, cur non ſimul eas legibus primogenituræ, & reliquis fideicommiſſi conditionibus ſubjicimus? Vix enim 51
probabile apparet, quod teſtator magis dilexerit tacitè vocatas & in conditione poſitas fœminas, quàm agnatos ſuos maſculos, quod non niſi cum onere fideicommiſſi & primogenituræ maſculinæ hoc feudum obtinere voluit, *Molin. lib. 3. c. 5. n. 23. & n. 51.* ubi ait: Quod etiamſi onus aliquod certis tantùm perſonis impoſitum, vel ratio conſervandæ familiæ illis adjecta eſt, tamen eam diſpoſitionem ad illorum deſcendentes extendi, niſi per particulam tantùm reſtricta fuerit.

Si enim ſucceſſores Iohannis & Iacobi hoc fideicommiſſum obtinere nequeunt, niſi *cum ijsdem conditionibus*, quibus ad duos primos poſſeſſores pervenit, & hæ fœminæ hæredes Iohannis & ſucceſſores ſunt, cur ea, quæ ſucceſſoribus injuncta ſunt, non præſtant, aut quâ teſtamenti parte (quia fideicommiſſum vendiderunt, ſicque ex teſtamenti verbis eo ſe reddiderunt indignas) à tali onere liberantur? Nec juvat, quod dicitur: Iſta onera ſaltem pertinere ad perſonas expreſsè vocatas, ad alias tacitè nominatas non extendi, *l. qua conditio. ff. de condit. & demonſt.* Totum enim hoc conjecturale eſt, & pugnans cum prima tam diſertè & toties declaratâ teſtatoris intentione: Et cur melioris conditionis eſſent tacitè, quàm expreſsè vocati; Et taliter quidem, ut illi penitùs liberi, his maximè gravatis omnem ſuccedendi ſpem poſſint adimere? præſertim cùm prohibitio alienandi ſit realis, *Andreol. concl. 242. & 244.*

Tandem, ut uno quaſi ictu Gordius 52
controverſiæ hujus nodus diſſecetur. Feudum hoc eſt maſculinum, ſive inſpiciamus

*lega-*

Digitized by Google

*legatum* quondam Petri relictum Johanni, & poſt ejus obitum primogenito maſculo de legitimo matrimonio, & ſic deinceps de primogenito in primogenitum maſculum, repetitâ ſæpius qualitate maſculinitatis, non ſolùm in lineâ Johannis, ſed in lineâ quoque Jacobi, & Nicolai, in quorum lineis voluit ſemper deferri legatum filio primogenito maſculo, ſive inſpiciamus *inveſtituram* & *confirmationem* Cæſareæ Majeſtatis obtentam à Johanne *12. Novembr. anno 1593. pro ſeipſo, ac legitimis & naturalibus liberis, hæredibus & ſucceſſoribus ejusdem maſculis & primogenitis*, aliamque conſimilem obtentam à Iacobo *26. Septembris 1631.* confirmatam poſtmodum anno 1637. *pro ſe ac legitimis ſucceſſoribus & hæredibus maſculis primogenitis*, idque in omnibus juxta formam dicti fideicommiſſi. Quid clarius? & quæ ſucceſſio fœminarum contra claram inveſtituræ literam fingi poteſt? Et cùm teſtator quoque de ſolis maſculis locutus fuerit, videtur procul dubio fœminas excludere voluiſſe, tanquam incapaces, & quidem perpetuò, non temporaliter in concurſu duntaxat maſculorum, juxta receptiſſimam diſtinctionem *Gabr. conſ. 132. n. 56.*
53 *& 57. lib. 1.* firmans ſucceſſivam vocationem fœminarum poſt maſculos admitti poſſe, quando ab initio vocatio facta eſt verbis communibus, aptis etiam fœminas comprehendere; ſecùs ubi vocatio primordialis reſtricta eſt ad maſculos, tunc enim fœminæ cenſentur perpetuò excluſæ, nec reintegrantur deficientibus maſculis, quàm diſtinctionem probavit Rota *in recent decis. 217. n. 4. p. 2.* & coram *Burat. deciſ. 454. n. 2.*

Cùm itaque defecerint omnes maſculi deſcendentes ex Iohanne, Iacobus verò deceſſerit ſine filiis maſculis, feudum ſine dubio ſpectat ad Nicolai filium, vigore inveſtituræ & ſubſtitutionis, quæ ad ipſius favorem directa eſt excluſis filiabus Johannis, quibus utique teſtator potuit præjudicare, imò eas debuit omittere, erigendo primogeniturâ caſtri feudalis, ad favorem ſolùm maſculorum, *Becc. conſ. 56. n. 35. Menoch. conſ. 158. n. 40. Cyriac. controv. forenſ. cap. 312. per tot.* & ſignanter *n. 13. & ſeqq.*

Nec obſtat argumentum ſæpiùs decantatum, quod ſubſtitutio filiorum Nicolai facta ſaltem fuerit in caſum *deficientis in totum lineæ* Iohannis & Iacobi, *totaliter finitâ generatione*, quæ conditio non 54
ſit impleta, quouſque ſuperſunt filiæ Johannis, quæ dicuntur de illius lineâ & generatione. Quamvis enim aliquid efficaciæ poſt ſe trahere videantur illa verba; tamen juxta inveſtituram & naturam feudi, quæ fœminis ſecundùm ſuprà dicta reſiſtit, multa ijs poſſunt opponi. Ut enim taceam, qualitatem maſculinitatis ſemel adjectam repetitam cenſeri in reliquis, *Fuſar. de ſubſtit. q. 402. n. 10. & 403. n. 6. & ſeqq.* ubi ſententiam hanc communem eſſe tradit; debent conſiderari verba teſtamenti: *cùm nomine fideicommiſſi, & obligatione magis æternâ & inviolabili:* item: *ut nunquam mutetur iſte modus ſuccedendi, ſed obſervetur perpetuò, nec poſſit unquam feudum dividi, alienari, aut vendi, ſed maneat ſemper unitum*, quæ non minori cum efficaciâ exprimunt, quod iſta primogenitura maſculina ſemper durare, & nullo temporis ſpatio extingui vel ſuſpendi debeat.

Falluntur nempè adverſarij & fallunt, 55
dum erroneè ſupponunt, ex hac parte qualitatem maſculinitatis ex conjecturis tantùm repetitam eſſe prætendi, cùm tamen repetita ſit verbis clariſſimis, per relationem expreſſam, *& deficientibus dictis lineis*, ubi verbum *dictis* eſt relativum præcedentium, & ad oculum demonſtrativum, cum omnibus qualitatibus. Rela- 56
tum namque ineſt referenti propriè & verè, non per conjecturas, ut contingit in repetitione, & explicat *Pereg. de fideicomm. art. 16. n. 47. ad fin.* Relationis enim natura eſt veritatis patentis ex conjunctione duarum clauſularum, ita ut ex relato & referente conſtituatur una ſtructura verborum, *Bald. conſ. 212. in pr. lib. 5. Dec. conſ. 497. n. 3. Decian. conſ. 77. n. 31. lib. 4.* & nominatim expreſſum dicatur in referente quod eſt in relato, *Surd. conſ. 353. n. 7. Rota deciſ. 507. n. 9. p. 2.* Ex quo remanet, teſtatorem per relationem expreſſiſſe lineam maſculinam, de qua ſolâ fecerat mentionem, ut ſoli vocati ſint maſculi, prout in terminis tradunt *Corn. conſ. 101. n. 5. lib. 4. Peregrin. lib. 3. conſ. 23. num. 4. Rota coràm Burat. deciſ. 742. n. 8.* quia ex dictione relativâ omnia ſunt expreſsè reſtricta ad maſculos, ut præciſim reſpondet *Duran. dec. 300. n. 17. 18.* principa-

cipaliter cùm teſtator voluntatem ſuam ſic declaraverit, *hunc ordinem ſuccedendi nunquam immutari, ſed in perpetuum ſervari debere*, quæ verba pariter repetunt qualitatem maſculinitatis ſuprà expreſſam. Cùm enim defectus linearum ſaltem adjectus fuerit in conditione, quæ non continet novam diſpoſitionem ſuâpte naturâ, intelligitur, duntaxat de illorum deficientiâ, qui ſuperiùs vocati fuerant, & non ultrà, ut benè ratiocinatur & arguit, *Socin. Jun. conſ. 69. n. 29. lib. 3. Gabr. conſ. 116. n. 26.*

57 Nec moror, ſi quis dicat, diverſas hic eſſe in- & ſubſtitutiones, & primam tantùm Iohanni & Iacobo factam qualitatem maſculinitatis & primogenituræ in ſe continere, quæ tamen ad alias perſonas in conditione poſitas non porrigatur. *Primò* namque hoc ipſum quæritur, & ſuprà contrarium evidenter eſt demonſtratum. *Secundò* hæredibus & ſucceſſoribus Iohannis & Iacobi non datur hoc legatum, niſi *cum ijsdem conditionibus*, primogenituræ videlicet maſculinæ, à quâ filiæ per naturam rei excluduntur. Non enim obtinent iſtud feudum tanquam à Patre Iohanne ſibi relictum ab inteſtato fideicommittentis, cùm in fideicommiſſo ſemper non gravato ſeu ultimò morienti, ſed teſtatori ſuccedatur, *l. cohæredi. 14. §. 3. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* *Tertiò* non ſolùm hæ filiæ ſed etiam hæredes maſculi Iohannis & Iacobi (verbum enim lineæ & generationis utrumque ſexum comprehendit) poſiti ſunt in conditione: Itaque ſi ratione poſitorum in conditione non eſſent præſtanda requiſita huic fideicommiſſo aſcripta, ſequeretur hoc abſurdum, nec hæredes maſculos ad ea teneri. *Quartò*, mutatio voluntatis non præſumitur, ſed quia teſtator ab initio, fatentibus adverſarijs, habuit intentionem conſervandi familiam, & erigendi primogenituram maſculinam, in eâdem perduraſſe potiùs, & nil contrarij interjeciſſe cenſendus eſt, ſecundùm *Menoch. de præſumpt.* *Quintò*, quamvis filiæ Iohannis dicerentur in conditione comprehenſæ, & ſubſtitutis prælatæ, tamen ex his natæ proles ampliùs de generatione vel lineâ Iohannis dici nequeunt, ſicque ſine omni dubio ſunt excluſæ. Quid igitur contra tot demonſtrationes glorientur adverſarij in verbis, *in totum finitis dictis lineis, totaliter finitâ generatione?* quæ ajunt omninò ſuperflua fore, niſi diſpoſitionem extenderent ad fœminas: cùm potiùs tollenda ſit ſuperfluitas, quàm ut contra intentionem defuncti & qualitatem ſubjectæ materiæ, comprehenſio fœminarum admittatur, ut advertit *Raudenſ. de Analog. c. 16. n. 12. & Rota apud Burat. deciſ. 206. n. 14. 19.* & ubi adſunt dictiones repetitivæ, amplitudo verborum nil operatur, *Surd. conſ. 21. n. 14.* Quin etiam illa univerſalitas verborum *in totum, totaliter*, reſtricta eſt ad certam ſpeciem, ad maſculos ſcilicet natos; naſcituros, quandocunque, quomodocunque, idcircò extra maſculos trahi non poteſt Teſtator ſaltē ideò tam emphaticè tranſitum de lineis Iohannis & Iacobi, ad lineas Nicolai & Petri expreſſit, ut non obſtante contraventione duarum illarum linearum, tamen fideicommiſſum non tranſeat ad lineam Nicolai, quamdiu maſculus, licet contraventor, ex prioribus ſupereſt. 58

Authoritates etiam ex adverſo adductæ, verborum univerſalitate non tangunt hujusmodi punctum, quando eſt adjecta certa qualitas & reſtrictio, ſed in diverſis illis terminis, & ſignanter *deciſ. 270. n. 2. & 3. pact. 8.* vocatæ erant proles, ſine ullâ reſtrictione ad infrà ſcriptam vel ſuprà ſcriptam lineam: quia reſtrictio operatur, ut verba, quæ aliàs indubitanter fœminas comprehenderent, eas non comprehendant. *Duran. deciſ. 300. num. 17. & in recent. deciſ. 217. num. 3. & deciſ. 432. n. 5. part. 2.* Et quidquid involvat *Altogradus in conſ. 26. lib. 2.* indubitata eſt concluſio, quod appellatione lineæ maſculinæ non veniant fœminæ, ut latè reſpondit Ronconius, cujus reſponſum impreſſum fuit à Venturino *in conſ. 26.* ubi ſingillatim omnibus authoritatibus ab Altogrado congeſtis reſpondet. Quibus addo, quod ſi in hoc noſtro caſu fideicommiſſi natura aliquo tempore ſuſpendi poſſet, etiam ipſam feudi naturam maſculinam ſuſpendi debuiſſe, id quod nemo ex omnibus aſſeverabit. 59 60 61

His fundamentis omnibus poſitis, filias Joannis favorabilem pro ſe ſententiam obtinere potuiſſe, quis credat? Et tamen ea fuit pro ipſis *anni 1653.* felicitas, ut ad fideicommiſſum per ſententiam ipſis patefecerit aditum. Verùm mox reviſionis

nis beneficium implorante Nicolao filio, quod in hac materia etiam aliis in locis ad-
62 miſſum eſſe aſſerit *Chriſtin. vol. 1. deciſ. 307. n. 25.* juſtiſſimam pro ſe reformatoriam obtinuit anno præterito, quâ multorum annorum controverſiæ tandem impoſitus eſt finis.

Adjicienda tamen hîc ſunt illa, quæ medio tempore litis acciderunt, & quibus juſtitiam cauſæ ſuæ mirum in modum
63 confirmari credit Nicolai filius. Refractaria erat pars adverſa, nec mandatis ullis licet ſeveriſſimis terrebatur: Ita ut Nicolai filius, cùm poſſeſſionem adipiſci nequiret, tædio diuturnæ litis affectus, nec non ingentibus, quos in perſecutione cauſæ impenderat, ſumptibus fractus, rei ſuæ meliùs conſulere ſperans, de venditione cogitaverit omnis ſui juris circa ſucceſſionem fideicommiſſi acquiſiti. Et ecce præſtò eſt Paulus emptor, cum quo ſuper portionibus feudi ſibi pridem adjudicatis contractum celebrat, ſub expreſsâ tamen reſervatione beneplaciti & aſſenſus Cæſarei, nec non conditione contractûs reſolutiva, ſi intra ſex menſes proximos, à die inſtrumenti confecti computandos, conſenſus filiorum ſuorum non accederet, utrique parti recedere à contractu licitum foret, imò contractus ipſo jure nullus, & irritus eſſet.

Non potuit præſtare Nicolaus conditionem, itaque re adhuc integrâ emptori diſſenſum filiorum, *4. Aprilis Anno 1653.* Paulo intimavit, cui præterea acceſſit diſſenſus ſupremi Domini feudi *19. Februarii. Anno 1655.* per ſententiam declaratus. Itaque filiæ tandem, earumque reſpectivè filij, actiones proceſſus metuentes, bonam fidem agnoſcere cœperunt, & amicabili compoſitioni, quâ totum negotium finiretur, dantes locum, per adhibitos arbitros compromiſſarios mandatis hinc inde ſufficienter inſtructos, rem eò deduxerunt, ut non modò partes feudi fideicommiſſo ſubjectæ, & Nicolai filio adjucatæ, ſine morâ eidem traderentur, ſed etiam alia quarta portio, quæ ad dictam ſororem jure hæreditario ſpectavit, legitimâ venditione factâ, æquo cederetur pretio. Tenebat tamen interim Paulus emptor Inſtrumentum emptionis, venditionis, à Nicolao ſibi conſignatum in manibus, unà cum mandato capiendæ ex eo poſſeſſionis. Ergò rerum ſuarum obſervantiſſimus, ubi ſe à contractu ſuo excluſum vidit, mox vela vertit, & problematicè præſentem diſputans quæſtionem, à ſororibus jurium 64
ſuorum venditionem ſollicitavit. Crederes, Paulum hunc emptorem Poëticum illum eſſe

*In varias formas mutantem Prothea vultum*

Prout enim in primo contractu cum Nicolao inito, jura Nicolai contrà ſorores aſſerere debebat, quaſi à parte Nicolai indubitata exiſteret juſtitia cauſæ: Ità in poſteriore contractu contrarias aſſumpſit partes, neceſſariò ſuſtinendo, Nicolai filio nullum ſed ſolis ſororibus in fideicommiſſo ſucceſſionem competere;

*Dignum me hercle problematicâ patellâ operculum!*

Sed nec quicquam frontem mutavit Paulus, ivit & armatâ manu. *11. Maij Anno 1653.* occupavit feudi poſſeſſionem, ſorores inſuper aut perſuadens aut cogens, juxta prætenſiones ſuas fideicommiſſum, etiam ad quartæ partis ipſis propriæ venditionem.

Nihil interim ſimile timebat Nicolaus venditor, ſpe potiùs firmâ fretus, ſecundùm laudum compromiſſariorum, ſine ullâ porrò difficultate feudi poſſeſſionem ſe acquiſiturum, quâ tamen ſpe armatâ Pauli manu depulſus fuit atque deluſus. Itaque ambo Judicem adiêre, unuſquiſque contractûs à ſe celebrati confirmationem implorans.

Primus Paulus inſtrumenta ſui contra- 65
ctûs produxit, juratò etiam à venditricibus confirmata, quorum vi & virtute realem adeptus ſit poſſeſſionem, & quidem ſine ullâ violentiâ, cùm caſtrum occupaverit. *11. Maij*, Contractus verò emptionis *5.* demùm *&* *11. Junij*, in præſentiâ plurimorum honoratiſſimorum virorum ſit celebratus, quæ circumſtantiæ omnem metûs & violentiæ præſumptionem excludant: idque eò magis, quod venditrices unà cum emptore pro contractûs confirmatione ſupplicaverint, emptorque Paulus majus pretium, quàm Nicolai filius aut promiſerit, aut exſolverit. Nullam verò ſe habuiſſe ſcientiam Laudi inter Nicolaum & ſorores conventi, quòd etiam propter defectum inſtrumenti emptionis, nec non ratihabitionis Domini feudi, adhuc ſit imperfectum & nullum, cùm in ipſo Laudo proviſum ſit: *Quod debeat fieri inſtrumentum in formâ juris validâ, cum omnibus*

*nibus clauſulis & cautelis oportunis & neceſſariis, & in talibus inſtrumentis apponi ſolitis.* Quamvis enim contractus emptionis ex naturâ ſuâ per nudum partium conſenſum ſuam acquirat perfectionem, ut ſcriptura regulariter non ad ejus ſubſtantiam, ſed ad probationem pertineat: id tamen aliter ſe habere, ſi partes dicant, & velint ſcripturam fieri, nam tunc non aliter vires habere ſancimus, reſcribit Imperator *in l. 17. de fide Inſtrumen.* niſi inſtrumenta in mundum recepta ſubſcriptionibusque partium confirmata ſint; Quod autem hic contractus in ſcriptis celebratus ſit, demonſtrare verba Laudi: *& ideò debent*, quæ præciſam inferant neceſſitatem. Quid quod in *l. quoties. C. de rei vend.* clarè ſtatutum ſit, quod ſi res duobus ſit vendita, illum præferendum eſſe, qui priùs poſſeſſionem accepit. Imò Laudum ipſum ſubſiſtere nullâ ratione poſſe, quia non ſolùm Nicolaus nullam habuerit compromittendi poteſtatem, ſed etiam tam gravis controverſia compromiſſarijs juris ignaris, nec potuerit, nec debuerit committi. Cùm inſuper non pateat, an Nicolaus Laudum acceptaverit, cùm tamen, ut tale Laudum, quale hoc, quod non ab arbitris, ſed ab arbitratoribus nec ad inſtar ſententiæ, ſed tranſactionis ſeu pacti ſe habet, effectum ſortiatur, neceſsè ſit, ut accedat ratificatio, & quidem per conſenſum ſimultaneum, nec alio modo, ac ille intervenire ſolet in tranſactione formali ineundâ.

66 Verùm non difficile fuit Nicolai filio objectiones iſtas omnes diluere. Et *primò* quidem Laudo vel Compromiſſo defectus objici nullus poteſt. Promiſere partes intereſſatæ omnes, rata ſe habituras omnia, & executioni ſine ullâ exceptione daturas, quæcunque à Compromiſſarijs ſtatuta forent & ordinata. Subſecutum eſt Laudum, & pronuntiatum *25. April. 1653. debere ſorores cum earum filiis Nicolao tradere poſſeſſionem portionum feudi, ſuper quibus ſit ab Imperatore inveſtitus, in conformitate decretorum & Mandatorum Cæſareorum, declarantes, nullum unquam jus ſororibus competiiſſe nec competere, ſed ulteriùs quartam ipſarum propriam Nicolao eſſe venditam ad formam dicti compromiſſi, & ideò ei debeant facere Inſtrumentum in formâ Juris validi, &c.* ex quibus contractum ſuum anteriorem eſſe Nicolaus demonſtrare conatur. Quia fruſtrà occaſionem occupandi feudum arripuerit Paulus ex contractu cum Nicolao anteà inito, quaſi virtute illius, tanquam ceſſionarius Nicolai apprehendiſſet caſtri poſſeſſionem. Cùm tamen hoc prætextu colorare violentiam non poſſit, eò quod non adimpletæ contractus conditiones, diſſenſusque filiorum Nicolai, jam *4. Aprilis anno 1653.* ipſi eſſet intimatus. Ex quo, 67 quia per conditionem reſolutivam, non ſecutæ ſcilicet ratificationis filiorum Nicolai, contractus viribus evacuatus eſt, nulla ampliùs cauſa ſuperfuit Paulo caſtri poſſeſſionem, & quidem armatâ manu invadendi.

Nec obſtare poteſt Nicolao facta objectio, quaſi ſorores vendentes non ratificâſſent laudum, prout tamen in eodem præcipitur, quod debeant confici publicæ ſcripturæ & inſtrumenta venditionis: ut 68 proindè non poſſit Nicolaus privatum ſuum compromiſſum, & deſuper ſecutum laudum, ſine ullâ fœminarum approbatione vel ratihabitione, publico Pauli inſtrumento venditionis opponere principaliter, cùm ille, qui fœminarum nomine compromiſit, nullum procuræ mandatum oſtenderit, quod tamen abſolutè debuiſſet præmitti ad ſubſecuti actus validitatem. Deinde poſito quod mandatum habuiſſet, illud nihilominus tantùm fuiſſet directum ad promittendum de vendendo, non ad ipſum contractum venditionis perficiendum, quem etiam ſorores non ratihabuerint, ſed potiùs ad conteſtandum ſuum diſſenſum, & diſplicentiam novum & diverſum cum Paulo iniverint venditionis contractum. Idque eò magis, quod ex iſto contractu Arbitrorum in pretio nimis graviter & enormiter fuiſſent læſæ. Et quia igitur à Paulo priùs receperint pretium, poſſeſſionemque venditarum feudi portionum tradiderint, determinati juris eſſe, quod Paulus omninò in hoc contractu Nicolao ſit præferendus, per *text. in l. quoties. C. de rei vind.* Quem *juxta DD.* 69 *communiter* fusè firmat *Hartman. Piſtor. lib. 2. q. 29. n. 15.* cùm dominia rerum, non pactis, ſed traditionibus transferantur, *l. traditionibus. C. de pact.*

Nec tamen hoc caſu in ſecundâ hâc venditione notam levitatis & inconſtantiæ

tiæ ex parte vendentium intervenire, quia
70 honeſtiſſimâ & laudabili ex causâ receſſe-
rint à primâ venditione, moti ſupplicatio-
nibus ſubditorum id expetentium, unde
nulla ab adversâ parte jactata violentia
poſſit inferri, quia inſuper inſtrumentum
emptionis ſit publicum & ſolenne, in quo
præter Notarium interfuerint circiter
duodecim honoratiſſimæ perſonæ, in quo-
rum conſpectu, & aggratulatione totius
populi perfecta ſit venditio. Quinimò fa-
cilè diſſolvi metum & violentiam, ubi lu-
crum & utilitas eximia reſultat; Neque
Nicolaum tanquam tertium, ſed ipſas ſo-
lummodò mulieres conqueri potuiſſe de
violentia, quæ tamen nullas moverint
querelas. Teſtes verò à Nicolao produ-
ctos non probare ejus intentionem, quia
ſaltem deponant quod die *11. Maij anno
1653.* Paulus circumvallaverit caſtrum, ita
ut Nicolai filio non patuerit aditus, ſicque
impedita ei fuerit, juxta præſcriptum Lau-
di, ſumendæ poſſeſſionis occaſio. Ad
probandam verò violentiam circa vendi-
tionem ipſam nullum teſtem quicquam
deponere. Id verò maximè conſideran-
dum eſſe, quod duæ ſorores, unà cum
tertiæ filio, contractum juramento confir-
maverint, portiones iſtas nulli priùs alteri
eſſe alienatas: Perjurium verò in nobili-
bus viris præſumere valdè ſit indecorum.

Et ſi ſupponamus omnia requiſita in
primâ venditione interveniſſe, quia ta-
men Paulus primus numeraverit pretium,
& poſſeſſionem acceperit, hinc eum ſine
dubio, ſecundum ſupradicta primo empto-
ri præferendum eſſe, per dictum textum
in *l. quoties. C. de rei vind.* ubi ſemper
præfertur ille, qui rei venditæ poſſeſſio-
nem priùs accepit. Nec replicationem
hic invenire locum, quaſi Paulus violenter
poſſeſſionem occupâſſet, quia Nicolaus
perpetuò confundat occupationem fidei-
commiſſi cum contractu poſt integrum
menſem inito. Neque etiam in malâ fi-
de fuiſſe Paulum tanquam poſteriorem
emptorem, quia nullam habuerit de con-
tractu priore ſcientiam, atque ſi talem e-
tiam habuiſſet, non tamen ex bonâ vel
malâ fide, ſed priùs acquiſitâ poſſeſſione
& dominio alterum emptorem alteri præ-
ferri, ut etiam requiſitus in venditione
feudorum conſenſus Domini regulam juris
communis non infringat, quia conſenſus
Domini nihilominus relinquatur indiffe-
rens, ad præſtandum illum vel negandum
ex arbitrio plenitudinis poteſtatis; regu-
lamque juris communis ſaltem ad contra-
hentes & de juribus ſuis decertantes ſpe-
ctare; quod eò magis procedat in feudis
habentibus naturam allodij, in quibus Do-
minus debeat patrocinari validiori & po-
tiori emptoris juri, *ſecundùm jura com-
munia.*

Hæc argumenta Pauli, cùm ad Ly-
dium probationis & juſtitiæ lapidem exa-
minaret Nicolaus vix unum ex omnibus in-
venit, quod legitimæ demonſtrationis
diſcuſſionem ſuſtinere poſſet. Nam pri-
mò compromiſſum & Laudum ab omni-
bus intereſſatis approbatum & ratihabi-
tum, multis argumentis oſtendit: Cùm 71
tamen ratihabitiones poſteriores ſuperfluæ
ſint minusque neceſſariæ, quando partes
ab initio, quod Laudo ſtare velint, invi-
cem convenerunt. Nam Laudum ho- 72
mologatum eſſe dicitur, ex communi & in
praxi receptâ ſententiâ, cui à paribus intra
decendium non contradicitur, ſecundùm
*Gilman. Tom. 4. part. 1. vot. 8. & 9. per tot.*
& noviſſimè *Bechman. in ff. tit. de recept.
arbitr.* Nec errore vacat propoſitio Pau-
li, quaſi compromiſſarij, qui Laudum
pronunciârunt non Arbitri, ſed Arbitra-
tores tantùm eſſent, ſicque illorum pro-
nunciatum potiùs pro arbitramento, quàm
pro ſententiâ habendum: Quia verba
compromiſſi contrarium oſtendunt, in quo
ipſi perpetuò Arbitri & eorum pronuncia-
tum ſententia vocatur, ac utique in vo-
luntate partium eſt poſitum, an Arbitros,
an verò Arbitratores eligere malint. Nec 73
quicquam officit cavillatio Pauli, quaſi
Arbitri imperiti juris fuerint, minusque
apti ad determinandam tam brevi tempo-
ris ſpatio graviſſimam controverſiam. Si-
cut enim Laudum prudentiſſimè conce-
ptum hanc imputationem ſatis diluit, ita
juris indubitati eſt, quod partes debeant
ſtare ſententiæ Arbitrorum, quos elegê-
runt juxta *l. 27. §. 2. ff. de receptis Arbitr.* 74
ubi *Ulpianus* ait: *Stari autem debet ſen-
tentiæ Arbitri, quando redixerit, ſive
æqua ſive iniqua ſit, & ſibi imputet, qui
compromiſit, quia vel minus probabilem
ſententiam æquo animo ferre debet.* Quia
ergò non ſolùm antecedens ad compro-
miſſum conſenſus, ſed etiam ſubſecuta

Laudi à partibus ratihabitio, per literas & ſubſcriptionem compromiſſi, à Nicolao demonſtrata eſt, quis dubitare poteſt, ipſius contractum numeris omnibus perfectum eſſe; Prout etiam cum Paulus tertiæ ſororis filij approbationem Laudi conſtanter negaret, Nicolaus *15. Maij 1659.* literas ejus tenoris ab ipſo produxit, quæ tantam Paulo dederunt ſatisfactionem, ut mox quaſi indicto ſilentio, nec verbum ſuper ijs reponeret.

75 Minus etiam Paulum juvare poteſt, allegata *l. quoties. C. de Rei vind.* quia diſpoſitio dictæ legis non obtinet, quando poſterior emptor ſcivit rem alteri venditam eſſe, tunc enim ſemper prior præfertur, licet poſterior poſſeſſionem nactus fuerit, cogiturque poſſeſſionem reſtituere. *Gail. 1. obſ. 55. n. 11.* ubi dicit: hanc eſſe communem, & in conſulendo & judicando ab eâ non recedendum, quam etiam Camera Imperialis in judicando ſecuta fuerit, Teſte *Meiſnero deciſ. Cameral. tom. 4. deciſ. 20. Klock. tom. 2. conſ. 21. n. 53. Brunnemann. in Cod. ad. d. l.* Si enim, ait Innocentius, *in cap. ſtatuimus de majorit. & obedient.* hæc in juſtitia permitteretur, quod per ſecundos emptores primi jus amitterent, quotidiè fraus fieret legi & naturæ, & vix unquam antiquiori provideretur.

Nec excuſationem præſtat Paulo, quaſi nullam contractûs à ſororibus cum Nicolao celebrati habuiſſet ſcientiam, cùm contrarium non ſolum omnes circumſtantiæ patefaciant, ſed id ipſum inſuper ex propriâ confeſſione & literis Pauli luce

76 meridianâ clariùs conſtet. Ut taceam poſſeſſionem liberam non accepiſſe Paulum, ſed occupâſſe per violentiam, & propterea multatum eſſe; quod vitioſum initium totum inficit contractum, & ex eo poſterior effectus formatur, ut nec per diviſionem temporis vitium violentiæ purgetur, cùm metus ſemper durare dicatur, durante eâdem causâ. Atquè eò magis à contractu excludendus eſt Paulus, quia ſcienter rem litigioſam comparavit, qualis emptio ipſo jure nulla eſt, per *text. in*

77 *l. 2. ff. de ligioſ.* Si quidem ex *Auth. litigioſa C. eodem. litigioſa res eſt, de cujus dominio controverſia movetur inter poſſeſſorem & petitorem, judiciariâ conventione, vel precibus Principi oblatis.* Et licet tantùm ſuper partibus fideicommiſſo ſubjectis mota fuerit controverſia, non ſuper quartâ parte mulieribus propriâ: Quia tamen eadem hic militat commiſſæ violentiæ, & juris Nicolao priùs quæſiti ratio, ad quem etiam major pars feudi ſpectat, hinc meritò Paulo in emptione præfertur. Et quaſi Nicolao, de fideicommiſſi ſucceſſione cum mulieribus luctanti, compromittere non licuiſſet?

Negat tandem Nicolaus contractum 78 ex compromiſſo in ſcriptis celebratum eſſe, nam ſicut *DD. ad d. l. 17. C. de fide inſtr.* communiter tradunt, aliud eſt in ſcriptis velle contrahere, & aliud eſt velle, ut contractus in ſcripturam redigatur, ideò licet ab initio Notarius vocetur, placeatque ſtatim, ut ſuper contractu ſcriptura fieret, non tamen ſtatim ſequitur, quod in ſcriptis, & ſinè ſcripturâ ſe nolint obligare, nam hæc ſunt diſtincta, & in dubio, quocunque tempore hæc placeat, ut ſuper contractu ſcriptura fieret, hoc probationis tantum gratiâ factum, & non eo fine, ut ſinè ſcripturâ ſe non obligarent. *Vaſq. p. 1. lib. 1. controverſ. c. 28. Brunnemann. ad. d. l. C. de fide inſtrum. in pr.* ubi plures citat, dicens hanc eſſe communem, pro quâ ex *Menoch. lib. 3. præſumpt. 148.* duas ponit rationes. 1. Quod verba contrahentium intelligenda ſint juxtà naturam contractûs, emptionis verò ſubſtantia ſcripturam & Inſtrumentum non requirat. 2. Quod juxtà communem practicam contractus non dicatur in ſcriptis celebratus, quando Notarius de eo contractu rogatus fecit Inſtrumentum, niſi partes expreſsè dicant ſe velle in ſcriptis contrahere, cùm hodiè rariſſimè hoc conveniri ſoleat, ut in ſcriptis velint contrahere, & ſinè ſcripturâ nolint obligari, ſed hoc ſæpè placeat, ut ſuper contractu Inſtrumentum fiat, quæ omnia ſunt verba *Brunnemann. dict. loc.* cui conſentit *Maſcard. de probat. concl. 435. n. 8. ſeq. Klock. vol. 2. conſ. 16. n. 117.*

Non itaque debet patrocinari Paulo 79 violenta occupatio, cùm potiùs per eam exciderit ab omni jure, ſi quod à ſororibus priùs acquiſiviſſet *l. 13. ff. quod met. cauſ. l. 7. C. undè vi.* adeoque exceptio metûs à quocunquè, cujus intereſt proponi poteſt, cùm generatim latiora ſint exceptionum quàm actionum jura, *l. 47. ff. de*

Digitized by Google

80 *ff. de obl. & action.* & per textum in hanc rem expreſſum in *l. 2. §. 2. ff. de doli mal. & met. except. junct. l. 4. §. 33. ibidem*, ex quibus conſtat exceptionem doli generalem, quam (ut habet *d. §. 33.*) metus ipſe involvit, eſſe in rem ſcriptam, nec quæri adverſus quem dolus commiſſus ſit. Ne igitur metus & violentia approbetur, meritò contractus Pauli reprobandus eſt ſecundum *l. 12. C. quod met. cauſ.* præſertim propter circumſtantiam ſexus fæminei, qui naturâ ſuâ imbecillior eſt, faciliusque movetur & alteratur, ut hinc DD. tradant metum, qui reſpectu viri pro minori habetur, reſpectu fœminæ pro juſto cenſeri, uti pluribus deciſionibus & authoritatibus probat *Baſilius Pontius lib. 4. de*
81 *matrimon. cap. 2. n. 10.* ubi ait: malum quod comparatione viri grave non judicabitur, tale cenſetur reſpectu fœminæ, quia naturâ eſt imbecillior, itaque non requiritur, ut adeò ſit grave malum in ſtatu fœminæ, atque id, quod imminet viro, ut multis citatis docet *Additionator ad Seraphinum de Privilegijs juramenti Privil. 110. Franciſcus Sarmiento lib. 2. ſelect. cap. 11.*

Nec denique opinionum quadam probabilitate pro ſuâ ſententiâ gloriari Paulus poteſt, cùm probabilitas non æſtimetur ex cujusvis aſſertione, ſed ex veriſimili juris diſpoſitione, vel communi DD. aut maximè probatorum authoritate, quæ non deprehenditur juri communi contraria, *Auguſtin. Epiſt. 19. in Hieronym. D. Thom. Quodlib. 8. art. 13.* cùm tamen hic contrà violentum occupatorem omnes leges clament.

Ex his omnibus cùm eluceat, feudi & fideicommiſſi maſculini naturam, voluntatem teſtatoris, rei judicatæ authoritatem, legum Conſtitutiones, DD. communes ſententias, Arbitrorum Laudum, ipſam denique juſtitiam & æquitatem Nicolao feudum adjudicare, omnes æqui rerum æſtimatores, haud dubiè ſententiæ pro Nicolao latæ applaudent.

Quantum verò hic caſus ab eo, qui ſuperiore titulo VII. tractatus eſt, in qualitate feudi & inveſtituræ, nec non in vo- 1
catione fœminarum, alijsque circumſtantijs differat, id tam apertum eſſe, & in cujusvis oculos incurrere arbitror, ut multas differentiæ rationes aſſignare ſupervacaneum ſit.

* * *

# *Liber II. Titulus XXXV.*

## De *SUCCESSIONIBUS IN FIDEICOMMISSIS, FRACTA PACE, ALIENATIONE ET DISTINCTIONE PRIMOGENITURÆ A MAIORATU.*

### SUMMARIA.

1. *Recenſetur facti ſpecies.*
2. *Mandata C. vel S. Clauſulâ in cauſis fractæ pacis, pro circumſtantijs facti, decerni.*
3. *Nec minorennibus in hoc crimine parci.*
4. *Citationem ordinarij judicis quoad intereſſe privatum & civile, non impedire perſecutionem publicam apud Judicem ſupremum.*
5. *Imperatoris Jurisdictionem in crimine fractæ pacis etiam contrà mediatos eſſe fundatam, quod demonſtratur.*
6. *Prorogationes terminorum quando & quomodo concedendæ?*
7. *Exemplari ſivè tranſſumpto quando credatur.*
8. *Originalia debent recognoſci in judicio, & quomodo?*
9. *Filium obligari ex facto defuncti patris tàm in feudis quàm fideicommiſſis, ut revocare alienata nequeat.*
10. *Idque multò magis, ſi contractus ſit geminatus & repetitus.*
11. *Quænam ſit juſta defenſio contrà imminentem vim armorum.*
12. *Defuncto uſufructuario proprietarium rem propriâ autoritate poſſe apprehendere.*
13. *Pro defenſione rerum ſuarum arma arripi poſſe, ſinè crimine fractæ pacis.*



Digitized by Google

14. *An narrata, an verò concluſio in libello attendatur.*
15. *Nullam fictionem vel repræſentationem in ſucceſſione fideicommiſſi vel majoratus habere locum, ſed naturalem qualitatem requiri.*
16. *Diſcutiendam eſſe primò quæſtionem præjudicialem.*
17. *Sequuntur actoris fundamenta.*
18. *Concluſionem libelli ex narratis interpretandam eſſe, & actionem actori favorabiliorem eligendam, cum benignâ libelli interpretatione.*
19. *Reſolvuntur argumenta ſuprà poſita, & ſtabilitur, quod filij fideicommiſſa à patre alienata revocare poſſint.*
20. *Reſpondetur ad contraria.*
21. *Requiſita ad validam fideicommiſſi alienationem.*
22. *Referuntur verba teſtamenti,*
23. *Non majoratum, ſed primogenituram conſtitutam eſſe, cum fundamentis hujus aſſertionis.*
24. *Majoratus & primogenituræ ſigna & differentiæ.*

1 GRaviter conqueſtus eſt actor N. ab Abavo ſuo, anno 1584. fideicommiſſum erectum eſſe, in quo jus ſuccedendi, poſt mortem ultimò defuncti, ex teſtamentariâ diſpoſitione, modò ad ipſum pertineat: Reus verò N. anteceſſores fideicommiſſi poſſeſſionem de facto occupaſſe, reumque modernum adhuc injuſtiſſimè detinere; qui etiam in tantam temeritatem & violentiam progreſſus ſit, ut inſuper actoris Dominum N. non attentâ Principis Salvaguardiâ, armatâ manu improborum hominum collectâ, nec non adductis majoribus minoribusque tormentis, violenter invadere non dubitaverit, cum ædificiorum combuſtione & ruinâ, deprædatione & ſpolio mobilium, atque reliquias igne & flammâ non conſumptas ſolo æquaverit: Undè ſupplicavit actor pro Mandato de reſtituendo fideicommiſſo, nec non reparando per crimen fractæ pacis illato damno S. C. quod decretum anno 1670. cùm jam Fiſcalis Principis N. citationem ſuper fractâ pace à Principe contrà reum impetraſſet. Excepit reus 1. quod cauſis fractæ pacis mandata S. C. regulariter non decernantur, *Gail. de p. p. c. 3.* 2. cauſam hanc jàm pendere coram tribunali Principis N. per citationem ſuper fractâ pace ab ejuſdem Fiſcali contrà impetratam. 3. reum tanquàm Landſaſſium Principis Imperij coràm Imperatore immediatè conveniri non poſſe.
Sed rejecta eſt prima exceptio, cùm pro circumſtantijs rerum & perſonarum ab arbitrio Judicis pendeat, an mandatum C. 2
vel S. Clauſulâ in cauſa fractæ pacis decernere velit, quia Conſtitutiones Imperij in genere de mandatis loquuntur, non addendo, an cum vel ſinè clauſula decerni debeant, & de ſtylo Conſil. Imperialis Aulici, in factis atrocioribus, velut obſervatum in causâ S. contrà N. & M. contrà B. & B. contrà B. & S. contrà R. atque B. contrà B. ſemper mandata S. C. ſunt decreta. Quamvis enim tradunt DD. regulariter mandata S. C. non decerni, tamen id relinquunt arbitrio Judicis, pro qualitate facti & circumſtantiarum. Quia Judex ſuperior poteſt ſinè clauſulâ præcipere in his quæ ad tuendam Juriſdictionem, vel Reipublicæ pacem & utilitatem ſpectant. Tùm ne melioris conditionis ſit violator Pacis publicæ, quàm pignorator, & ne læſus in facto tàm atroci ligatis quaſi manibus, mit gepfändeten Handen / litigare cogatur. Atque etiam autor præjudiciorum Cameralium apud *Gilman. lib. 3. tit. Mandata S. C.* cauſas fractæ pacis expreſsè inter eas refert, in quibus mandata S. C. decernuntur; & porrò in *tit. Mandata ſuper conſtitutione fractæ pacis. §. in cauſis fractæ pacis.* tradit ſequentia: *Si autem factum eſt aliquid expreſsè contrà pacem publicam, ibi poteſt mandatum concedi, & quidem S. C. quia nulla excuſant privilegia vel exceptiones. Mindan. lib. 2. c. 12.* Nec minorenni (prout oppoſita ex- 3
ceptio) in talibus parcitur, quia minorennibus in delictis atrocioribus non ſuccurritur, *l. ſi ex causâ. 9. §. nunc videndum. 2. & §. ſeqq. l. 37. §. 1. ff. de minor.* ubi vide. *l. 1. & 2. C. ſi adverſ. delict.* ubi *Tulden. l. 1.* ait: quod minor fruſtrà imploret auxilium legum adversùs quas deliquit, neque infirmitatem conſiderari poſſe in criminum audaciâ, neque imprudentiam in dolo. Ita ut etiam minor in defenſione neceſſaria non reſtituatur in integrum, ſecundum *Caldas in l. ſi curat. n. 3. C. de reſtit. in integr. Pruckman. conſ. 24. n. 37.* nulla eſt enim conſequentia, ſum minor, ergò debeo reſtitui, *Pruckman. 3. n. 79.* ſed debet probari læſio.

Neque obſtat ſecunda exceptio litis 4
pendentiæ in aula Principis N. ubi jàm Fiſcalis contrà reum citationem ſuper fra-

ctâ pace impetravit : quia perſecutio publica non præjudicat perſecutioni privatæ & civili; *Blum. in proceſſ. Cameral. tit. 29. n. 129.* nulla ſiquidem eſt continentia cauſæ, ſunt enim duo actores, *Grav. in Gail. concl. 3. addit. 1.* & in actoris voluntate poſitum eſt, an ad pœnam fractæ pacis, an verò ſolùm ad reſtitutionem agere velit, *Ord. Cam. p. 1. t. 9.* §. wir wollen. & quidem aut ſeparatim, aut cumulativè, quia diverſa hic ſunt & ſeparata intereſſe, dum Fiſcalis publicum, actor intereſſe privatum perſequitur. *Blum. d. loc.* atque causâ fractæ pacis non ſubſiſtente, nihilominùs in causâ Mandati in Camerâ proceditur, *Gilman. vot. 1. p. 1. tom. 1. tit. 1. dub. 4. fol. 52.* tandem etiam ob protractionem juſtitiæ, & varijs circumſtantijs, cauſa quoque citationis ad Imperatorem eſt avocata, quoniam cauſæ fractæ pacis celeriter expediendæ ſunt, *O. Cam. anno 1500. tit. 20. in fin.* in Sachen den Fridbruch betreffend / ſolle der klagenden Parthey anbringen jederzeit gehört / und darinn ſummariè, fürderlich / und ohne Verzugs verfahren werden.

5 Cœterùm quoad exceptionem Rei tertiam, quaſi ipſe tanquàm mediatus, non conveniri poſſet immediatè coràm Imperatore : generaliter Juriſdictio Imperatoris, in cauſis fractæ pacis immediatè fundata eſt, quamvis mediati crimen hoc perpetrarint, per text. expreſſum im Landfriden *de anno 1548. art. 14. in pr.* ibi. vor ſeinem deß verdachten ordentlichen Richter / oder aber uns / ꝛc. *Ord. Cam. p. 2. t. 10. §. 8.* ibi: und ſoll einem jedwederen vorbehalten ſeyn / ſolches vor dem Kayſerlichen Cammergericht / oder anderen ordentlichen Gerichten / wohin ſolche Sachen gehören / zuthun und fürzunemmen / daſelbſt ihm auch fürderlich verholffen werden ſoll. *& in princ. ibid.* in verbis: Fueg und Macht haben ſoll / vor ſein des verdächtigen ordentlichen Richter / oder aber für der Kayſerl. Mayeſtät fürzunehmen. Ex quibus textibus elucet, in crimine fractæ pacis Jurisdictionem Imperatoris, etiam contrà mediatos, immediatè fundatam eſſe.

Hoc tradit *Schwanman. in proceſſ. Camer. lib. 1. c. 14.* inquiens; hanc actionem ita privilegiatam eſſe, ut nullas exceptiones declinatorias admittat, nec enim aliquâ ratione pacifragi à Jurisdictione Cæſaris eximi poſſunt, præterquam ſubditi Brabantiæ & Clerici mediati. *Mindan. de proceſſ. lib. 1. n. 1.* ait : conſtitutio fractæ pacis, ita generaliter fundat juriſdictionem Cameræ, ut non modò immediatè, ſed & mediatè Imperio ſubjecti, nullo obſtante privilegio, nulla fori declinatoriâ, violatæ pacis nomine ad eam evocentur, Lex enim generaliter loquitur. *Mynſ. 5. obſ. 58.* id confirmat. Omnes Principes & cujuscunque ſtatus homines, ratione pacis publicæ ſubjecti ſunt Iuriſdictioni Cameræ, & non obſtante ullo privilegio, quo forum declinare aliàs poſſent, in Camerâ conveniuntur. *Carpzov. ad l. Reg. c. 9. Sect. 10. n. 9. Rumelin. ad A. B. p. 2. diſſert. 1. th. 14. in addit. A. docet* : in cauſâ fractæ pacis, quilibet mediatus, ſive agat, ſive conveniatur, Cæſarem habet Iudicem competentem, qui cum quolibet ordinario concurrit; idem habet *Scip. deciſ. Cam. 176. & n. 114. lib. 3. & lib. 4. deciſ. 132. Roding. Cent. 3. obſ. 26. Grev. in Gail. 1. concl. 33. Gilman. Tom. 1. p. 1. t. 2 n. 15. ubi dicit.* Pax enim publica, der Landfriden / æquè ad mediatos ac immediatos pertinet, & *eod. tom. vot. 1. pag. 29.* ait : non obſtantibus ullis privilegijs, perſonæ cujuscunque ordinis conveniri poſſunt ob violatam pacem publicam. *Roding. p. 1. t. 7. n. 4.* in notis ait : violatores pacis publicæ, ſivè mediati, ſivè immediatè ſint, poſſunt conveniri vel coram Iudice ſuo ordinario, vel in Camerâ immediatè : *Et n. 44.* tradit violatores pacis publicæ in Iudicio Cameræ Imperialis conveniri poſſunt, licet ei immediatè non ſint ſubjecti. *Jac. Blum: in ſuo proceſſ. Cam. tit. 29. §. 120.* hæc habet formalia : quod porrò attinet Iudicem, coràm quo actio fractæ pacis inſtitui poſſit & debeat, ſciendum, eſſe in libero arbitrio actoris, utrùm pacifragum in Aulâ Cæſareâ vel Camerâ, an denique coram illius ordinario Iudice convenire velit, per textum expreſſum in dem Landfriden anno 1548. *art.* wie gegen 14. neque pacifragus exceptiones fori declinatorias opponere poteſt, quia cauſa fractæ pacis immediatè per viam ſimplicis querelæ ad Cæſarem ſpectat, adeò ut nulla privilegia vel prærogativæ à jurisdictione Camerali reum eximant. Landfriden *anno 1548. art. 27. in verb.* wir ſetzen auch hindahn alle und jegliche privilegia, Gnad / Freyheit / Herkommen ꝛc. und wollen daß niemand

gegen ſolchen Friden durch ſelbe ſich ſchützen/ ſchirmen/ noch verantworten möge. *Gail. 1. de p. p. c. 11. n. 1.*

Concidunt itaque exceptiones à reo allatæ, quoad formalia proceſſus. In meritis cauſæ oppoſuit reus exceptionem tranſactionis, cujus tamen tranſſumptum ſolummodò ſine originali, poſt multas tergiverſationes produxit, multas petens terminorum prorogationes, cùm tamen pro-
6 rogationes prorogationum ſinè legitimâ & edoctâ causâ prohibitæ ſint *R. Dep. anno 1600. §. 9.* & tertia prærogatio non aliter ſit concedenda, niſi obſerventur requiſita juris communis R. A. *anno 1654 §. 50.* qualia ſunt, ut juret ſe non malitioſè hanc dilationem petere, *Nov. 90. c. 4. cap. penult de teſtib. Brunneman. ad l. fin. ff. de ferijs & dilat.* Et profectò non debent Iudices eſſe tàm faciles in concedendis prorogationibus, quibus advocati & procuratores abutuntur, cum maximo dolore litigantium & protractione juſtitiæ, non ſinè offenſâ Dei & læſione conſcientiæ.

Produxit itaque reus exemptum tranſactionis ſeu tranſſumptum, cui regulariter non creditur, niſi producatur orgina-
7 le, *l. 2. ff. de fid. inſtrum. c. 1. eod.* niſi juſſu Iudicis ſit exemplificatum, vel in archivo repertum, *Brunneman. ad d. l. Speidel. in Spec. verb. Original. Mynſ. 6. obſ. 73. Maſcard. concl. 712. & 928.* Vel per partes ſæpiùs fuerit in judicio productum & ſic tacitè approbatum, *Maſcard. 1. concl. 712. n. 88.* Barboſa in axiomat. *verb. Exemplum.* Undè ex ſola exhibitione exempli alicuius teſtamenti nemo poteſt conſequi poſſeſſionem rerum hæreditariarum, *Maſc. vol. 2. d. concl. 712. n. 7. ex l. ult. C. de Edict. Div. Hadrian. toll.* Et ex multis autoritatibus allegatis, *Bartol. Paul. Caſtrenſ. Dec. Gozadin. Durand. Mede adipiſc. remed. 4. q. 74.* Etiamſi exemplum eſſet à pluribus Notariis exemplificatum, *Maſc. d. loc. n. 21.* vel proferretur à perſonâ privilegiatâ, putâ Fiſco vel Eccleſiâ, *n. 13.* niſi pars, contrà quam producitur, habeat originale, & nolit illud exhibere vel altera pars contrà exemplum nil opponeret. Aliàs tradit *Maſc. d. l. n. 85.* quod etiam in caſibus, in quibus exemplum probat, nihilominùs ſemper opponi poſſit de nullitate & falſitate exempli, & peti, ut originale exhibeatur, ſecundùm *Purpurat. in auth. ſi quis in aliquo. C. de edend. cum ibid. cit.*

In foro Saxonico omnia documenta recognoſci debent à parte, quid enim ſi de fide probationis dubius eſſet Judex? Securius utique eſt, ſuperfluam admittere recognitionem, quàm neceſſariam omittere, quia in dubio Judex ſemper id eligere debet, quod minus eſt oneroſum & periculoſum utrique parti, *l. ex his. ff. quæ in fraud. credit. Carpzov. de proceſſ. tit. 14. art. 2. n. 52.* atque recognitio fieri debet non in loco habitationis, ſed in judicio, in quo debent produci originalia. *O. C. anno 1500. tit. 4.* R. A. *anno 1566. §. 100.* R. A. *anno 1570. §. 101.* R. A. *anno 1576. §. 55.* ubi diſponitur, daß wegen Gefahr/ die originalia über Land zuſchicken/ genug ſeye/ wann ſelbe per Commiſſionem von einem Reichs-Stand tranſſumiert werden/ & illic recognitio fiat, quia actus recognitionis debet in judicio fieri, *Carpzov. d. loc. Coler. de proceſſ. execut. p. 3. c. 1. n. 104.* quamvis mandatarius recognoſcens nomine ſui principalis ſpeciale mandatum habere debeat, *Carpzov. d. l. n. 96.* quia actus recognitionis eſt magni præjudicij.

Itaque tandem recognitum eſt originale, tenoris ſequentis: N. habe ſich mit Zuziehung nächſter Anverwandter anno 38. verglichen/ und für alle prætenſion/ ſo er an das fideicommiſs haben könnte/ jährlich 1000. fl. Zeit ſeines Lebens angenommen/ die jhm auch vil Jahr bezahlet worden; und dieſen contract habe N. bey ſeinen Adelichen Ehren/Trauen und Glauben/ für ihn und ſeine Erben zuhalten verſprochen/ auch allen beneficijs und exceptionibus renuntiiret/ ſo wahr beeden Theilen GOtt helffe. Hinc ejus hæredibus nullam ampliùs actionem competere, cùm non ſolùm in dubio quilibet contractus præſumatur licitus, & validus, ſed etiam filius defuncti patris fa- 9
ctum ratum habere teneatur, ſi ejus hæres exiſtat, tam in allodialibus quàm in feudis à defuncto alienatis. *Vult. de feud. lib. 1. c. 11. n. 93.* quia hæres factum defuncti, etiamſi hoc jus ei debeatur aliunde quàm ab ipſo defuncto ejuſdemque hæreditate, & ſic jure proprio, ratum habere teneatur, prout per *l. cùm à matre. 14. C. de rei vind.* docent *Roſenthal. de feud. c. 9. concl. 69. n. 5. in not. lit. I. & concl. 70. n. 22. Graſſ. §. hereditas. q. 12. n. 7. Molin. ad*

Con-

*Conſuet. Pariſ.* §. *8. Gl. 2. n. 22. Hart. Piſtor. lib. 2. q. 9. n. 8.* etiamſi pater alienaſſet fideicommiſſum ad hæredem ſpectans. *Caſtrens. conſ. 370. n. 2. lib. 2. Roſenth. d. c. 9. concluſ. 70. n. 12. Petra de fideicommiſſ. quæſt. 4. n. 315. & ſeqq.* & *n. 323. & ſeqq. Peregrin. de Fideic. art. 33. n. 1. & ſeqq. Fuſar. de Fideicomm. ſubſtit. quæſt. 557. n. 1. & ſeqq. Knipſchild. in tr. de Fideicom. cap. 11. n. 390. Tiraquell. de retract. lignag.* §. *1. gloſſ. 9. n. 47. & ſeqq. Marzar. de Fideicom. quæſt. 40.*

Imò nec hæres hæredis bona Fideicommiſſaria alienata revocare queat. *Pereg. d. art. 33. n. 15. Fuſar. d. quæſt. 557. n. 5. Boër. deciſ. 231. n. 20. Knipſchild. d. n. 390.* Etiamſi fideicommiſſum expreſsè fuerit prohibitum alienari. *Tiraquell. d.* §. *1. gloſſ. 9. n. 94. Peregrin. d. art. 33. n. 1. & ſeqq. Molin. de Primogen. Hiſpan. lib. 4. c. 1. n. 16. Pinell. in Tr. de bon. matern. 1. part. 3. n. 81.*

Idemque in feudis quoque & magis obtinet, ut filius hæres feudum à patre Vaſallo alienatum revocare nequeat, ſive illud fuerit hæreditarium, ſivè ex pacto & providentia, ſive antiquum ſivè novum. *Zas. de feud. part. 8. n. 62. Klock. relat. Cameral. 126. n. 32. 33. Roſenthal. de feud. d. cap. 9. concluſ. 69. n. 1. lit. A. Vultej. de feud. lib. 1. cap. 11. n. 86. & 88. Fuſar. d. quæſt. 557. n. 4. Knipſchild. d. cap. 11. n. 391.* Et eâdem ratione nec filius hæres alienantis, qui in primogeniturâ ſuccedit, alienata revocare poteſt. *Molin. d. cap. 1. n. 21. & ſeqq. Menoch. conſ. 1196. n. 11. & Conſ. 1204. n. 14.*

Omnia hæc jura tantò rectiùs huc applicantur, quia contractus geminatus, & repetitus eſt, quo caſu notum eſt quid ge-
10 minatio operetur, quod habeat vim juramenti, ut nihil ampliùs opponi vel tentari poſſit, ut nulla attendatur læſio quantumvis enormis & ex reipſa. Quia ut maximè defuncti juramentum non tranſeat ad hæredem, nec ipſum reddat perjurum, ipſa tamen obligatio vel juramenti virtus, quoad validitatem contractus, tranſit in hæredem, quia juramentum, quoad hoc, non eſt perſonale, *Cyriacus. part. 4. controv. 599. n. 144.* & ſi fideicommiſſum pacto expreſſo eſt remiſſum, tunc filij non ampliùs admittuntur, *Cothman. vol. 1. reſp. 80. n. 98. Tuſcus tom. 4. concl. 543. n. 39.*

Audiviſſe reum, & literis certiorem 11
eſſe redditum de apparatu bellico adverſarij; neminem verò primum teneri expectare ictum, ſed ad juſtam defenſionem præſentem armorum timorem ſufficere, *l. 3.* §. *qui armati ff. de vi & vi armat. Gail. 1. de P. P. obſ. 16. n. 21.* & qui agit, ut damnum, quod ab alio metuit, quoquo modo, etiam violento, depellat, ſibique & rebus ſuis conſulat, juraque ſua conſervet, non ſit in dolo, per text. in *l. 3.* §. *quod ait Prætor. ff. de incend. ruin naufrag. Conſil. Marpurg. 4. conſil. 40. n. 57.* ſi quidem reipublicæ intereſt, per itinera publica ſinè metu ſecurè poſſe commeare.

Tùm verò actoris anteceſſorem uſum- 12
fructum tantùm fideicommiſſi, eoque nomine naturalem habuiſſe poſſeſſionem, *l. naturalem. 12. ff. de acquir. poſſeſſ.* remanente ſemper apud Domum N. poſſeſſione civili, quam proindè, poſt mortem uſufructuarij, cum naturâli potuerit licitè conjungere, quia defuncto uſufructuario proprietarius poteſt propria auctoritate apprehendere poſſeſſionem naturalem, & eam civili conjungere, *Poſt. poſt tr. de manut. deciſ. 538. n. 2.* quia ei competit manutentio adverſusquemcunque uſufructuarij hæredem, *id. deciſ. 299. n. 5. Menoch. de retin. poſſ. rem. 3. n. 23. & ſeqq. Tuſc. verb. poſſeſſio concl. 400. n. 31.* ut non obſtent *textus in l. uti. frui. 5. in pr. ff. ſi uſusfr. pet. & l. 1.* §. *6. ff. uſufr. quemadm. cav.* qui diſponere videntur, quaſi uſufructuarius non poſſet expelli propria auctoritate, ſed actione negatoriâ contrà eum agi deberet, cùm nec aliàs liceat, rem quamvis ſuam, propria auctoritate alteri eripere, *l. ſi quis in tantam. C. unde vi. c. placuit. 15. q. 6.* quia textus illi de finito uſufructu vivente adhuc uſufructuario loquuntur, *Tiraq. in tr. le mort ſaiſit le viv. p. 3. declar. 1. n. 6.* nam poſt mortem uſufructuarij bona fideicommiſſaria ad Dominum proprietatis ipſo jure devolvuntur. *Poſt. obſ. 16. n. 42. Carpzov. in Juriſpr. p. 3. conſt. 13. def. 16. n. 1.* Licet enim aliàs fideicommiſſarius rem propria auctoritate occupare non poſſit, ſed de manu hæredis capere teneatur: hæc tamen aſſertio multas patitur limitationes, tradente *Knipſchild. c. 13. n. 1. & ſeqq.* præſertim ſi de fideicommiſſo tantùm particulari vel verborum bonorum agatur, *item Knipſchild. dicto loco. n. 14.*

Fu-

Digitized by Google

*Fuſar. quæſt. 603. n. 18.* imò hodiernis moribus reſtitutiones fideicommiſſorum penitus ceſſare, *Boër. deciſ. 156. Roland. à Valle. conſ. 78. Franc. Nig. Cyriac. p. 1. controv. forenſ. 12. n. 62. Poſt. de manut. deciſ. 216. n. 7.* dicit, actionem ex *l. fin. C. de edict. Div. Hadr. toll.* ſtatim poſſe intentari, ſine prævia ſolemnitate reſtitutionis verbalis, ſed fideicommiſſarius propria auctoritate poteſt capere de manu cujuſcunque, *Tuſc. concluſ. 268. n. 28. tom. 3. lit. F. Nig. Cyriac. Tom. 1. contr. 12. n. 36. & p. 2. contr. 263. n. 33. Gratian. diſcept. 245. n. 12. Peregrin. de fideicom. art. 47. n. 60.* & quando manifeſtè conſtat, quod hæres nullum poſſit ſentire commodum ex immiſſione, nec ſint ad ejus favorem faciendæ aliquæ detractiones, utique manutenendus eſt fideicommiſſarius, etiam quod poſſideat autoritate propria, *Gratian. c. 954. n. 22. Poſt. de manut. obſ. 47. n. 8. 9. & deciſ. 150. n. 10.* præſertim ſi paratus ſit in continenti de jure ſuo docere; *Argel. intr. de legit. contradic. q. 10. art. 16.* quia ubi conſtat, nullam fieri poſſe detractionem, uti hic, nemini dici poteſt per apprehenſionem facta eſſe injuria, cùm nullius interſit bona non eſſe apprehenſa ut impugnans apprehenſionē calumnioſè videatur impugnare, *Roland. à Valle conſ. 78. n. 2. vol. 3.* & quando hæres eſt in mora reſtituendi, reſtitutio pro factâ habetur, *Beroj. conſ. 54. n. 42. lib. 2. Tuſc. d. concluſ. 268. n. 68. Knipſchild. c. 13. n. 13.*

Imò quia defunctus fideicommiſſum alienaverit, eoipſo indignum ſe illo reddidiſſe, ita ut ipſe in odium alienantis propriâ autoritate potuerit occupare, *Tuſc. d. concl. 268. n. 32. Saude lib. 4. tit. 5. deciſ. 13.* nec uſu fructuarius poſt mortem ſuam fideicommiſſum alteri relinquere aut cedere potuerit, cùm morte uſufructuarij omnia finiantur, & jura omnia permittant, quod fideicommiſſarius rem alienatam propriâ autoritate apprehendere queat, *Nov. 55. c. 1. Gilman. tom. 1. p. 3. vot. 21. n. 11. Knipſchild. de fideicom. d. c. 13. n. 33. & c. 6. n. 377. Peregrin. art. 14. n. 8. & art. 40. n. 17. Intrigiol. de ſubſtitut. cent. 3. q. 72. n. 10. Petra de fideicom. q. 3. n. 2.* & apprehenſio poſſeſſionis non vacuæ pro turbatione non habetur, nec in poſſeſſorio ſummariſſimo quicquam relevat, *Klock. vol. 1. conſ. 40. n. 23. & conſ. 50. n. 320. Gail. de arreſt. c. 1. n. ult. Cothman. vol. 1. reſp. 9. n. 180.* Inſuper cuilibet licitum eſſe, pro defenſione rerum ſuarum arma arripere, cùm defenſio ſit juris naturalis, nec proptereà incurri crimen fractæ pacis, utpotè ad quod vis publica & atrox, cui reſiſti non poſſit; cum dolo malo requiratur, coadunatis tot hominibus, quibus Romani Imperij tranquillitas poſſet perturbari, *Gail. de p. p. c. 7. n. 23.* quæ omnes circumſtantiæ hic nullatenùs reperiantur.

Quin imò actorem non concluſiſſe ſuper crimine fractæ pacis, ſed ſolùm ſuper reſtitutione fideicommiſſi. Quamvis enim multa de crimine fractæ pacis fecerit verba, nihil tamen aliud quàm fideicommiſſi reſtitutionem petijſſe, cùm in 14
Libello non quid narretur, ſed quid petatur, attendendum ſit, *Wurmſer. pr. forenſ. lib. 1. tit 9. obſ. 6.* quia narrata reſtringuntur ad ea, quæ in concluſione continentur *Gail. 1. obſerv. 61. n. 15. Carpz. in Iuriſprud. part. 1. Cap. 2. definit. 11. n. 2.* tùm quoque fundare Actorem ſuam actionem in jure primogenituræ, de quo tamen in teſtamento nulla ejus fiat mentio, ſed tantùm in eo diſponatur, quod in linea Collaterali, inter concurrentes plures Agnatos diverſi gradus, ille ſuccedere debeat, qui *ætate & ſanguine major & proximior* eſt, ex quibus verbis nulla poſſit inferri primogenitura, quia alias verba: Elteſter und Nächſter / nihil operarentur, ſi in Collaterali linea nepos patruum excluderet; cùm tamen potiùs vera proximitas quàm ficta repræſentatio in fidei Commiſſarijs 15
Succeſſionibus attendi debeat *Theſaur. deciſ. 65.* ſicque ſi vocatur proximus, excluſo nepote ſuccedit patruus *Text. in l. ſi libertus præterito. 23. §. 1. ff. de bon. libert. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 21. n. 2. & 28. Goldaſt. de Major. lib. 3. c. 7. n. 6. Cacheran. conſ. 72. n. 31.* Qualitates enim requiſitæ, ſcilicet majoris ætatis & proximitatis, cùm ſint qualitates naturales, impediunt omnem repræſentationem, nec ſunt in hæredem tranſmiſſibiles, nec etiam alteri cedi poſſunt, ſed cum perſona extinguuntur. *Molin. de primog. Hiſpan. lib. 3. c. 7. n. 2. & c. 8. n. 8. Goldaſt. de Majorat. lib. 1. c. 11.* & generaliter, quoties fit mentio alicujus perſonæ, cum aliqua qualitate, verba intelliguntur de eo, qui verè habet illam

Digitized by Google

illam qualitatem, non etiam qui fictè ſaltem, vel per repræſentationem & privilegium, *l. ult. C. de his qui ven. ætat. imp.* præſertim verò in fideicommiſſis & cauſis Majoratus juri repræſentationis nullus ſit locus, *Forſter de Succeſſ. ab inteſt. lib. 4. c. 22. n. 1. Goldaſt. de major lib. 2. c. 8. n. 4. Petra. de fideicomm. act. 12. n. 86. Fuſar. de fideicommiſſ. q. 383. n. 8. Knipſchild. c. 6. n. 311.* ex eo quod ubi vocatur *major ætate* vel *gradu proximior*, cenſeatur ſucceſſio limitata ad gradum certum, ut ſic, qui eo non continetur, nec vocatus dici poſſit, nec admittatur, ne quidem per fictionem repræſentationis, *Mantic. de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 9. Covarruv. pr. quæſt. c. 38. n. 4.* Atque in mandatis illa ſemper verborum interpretatio ſit ſumenda, quæ reum minùs lædit; *Cravetta conſ. 47. n. 10. & conſ. 188. n. 2. Cephal. lib. 2. conſ. 249. n. 19. Samoza de protect. Reg. part. 4. cap. 12. n. 47.* nec ultra ſonum verborum interpretatio extendenda, ſemperque declaranda adverſus eum, qui ſe in ijs fundat, *Samoza d. l. cap. 8. n. 48. & cap. 9. n. 125. Niger. Cyriac. part. 1. Controverſ. forenſ. 46. n. 19. Beſold. p. 5. conſ. 243. n. 42. & ſeqq.* Inſuper diſcutiendam eſſe primo ſemper loco quæſtionem, quiſnam
16 tempore allegati pacifragij fuerit in poſſeſſione, quia concurrentibus duabus actionibus, quarum altera eſt alteri præjudicialis, illa ex qua altera præjudicium capit, neceſſariò & ante omnia præponi, diſceptari ac decidi debet, antequam ad cognitionem alterius deveniatur, *Harpp. ad §. præjudiciales. 13. Inſt. de act. Mev. p. 1. deciſ. 70. & part. 5. deciſ. 34. Mynſ. 1. obſerv. 100.* aliàs acta cum ſententia ſunt nulla, *Tuſc. tom. 6. concluſ. 492. n. 2. 6. Gratian. c. 394. n. 38.* Semper enim in quæſtione turbationis & violentiæ, quando contingit dubitari de ipſa poſſeſſione, utpote quia reus dicat ſe non turbaſſe, nec violentiam aliquam intuliſſe, ſed poſſeſſionem ſuam continuaſſe; illa cauſa civilis poſſeſſionis, facit ſuperſedere cauſam turbationis vel ſpolij, & prius de poſſeſſione pronuntiari debet: quia Spoliatio dici non poteſt, quando quis poſſeſſionem ſuam continuat, nec intelligi poteſt, utrùm facta ſit turbatio vel ſpoliatio, niſi priùs, an ſpoliatus poſſeſſor fuerit, nec ne, cognoſcatur, poſſeſſio enim non acquiritur ſine apprehenſione & actu civili. *Poſt. de manut. obſ. 15. n. 10. ubi vid. alleg.*

Sed ad omnia ſuperiùs deducta argumenta repoſuit actor; ſibi ceſſum eſſe fideicommiſſum ab adhuc vivo ultimo poſſeſſore tanquam legitimo ſucceſſori, contrà quem reus crimen fractæ pacis commiſerit, ſuper quo petitum mandatum pœnale de reſtituendo fideicommiſſo & reparandis damnis, cum omnibus annexis, fructibus perceptis & percipiendis, fuerit impetratum, quæ petitio non niſi ex præcedentibus narratis interpretationem ſuam recipere poſſit, cùm non ex concluſione tantùm, ſed etiam ex narratis libelli judicandum ſit, *Cothman. vol. 1. reſp. 39. n. 6.* concluſio ex narratis interpretanda. *Theſ. Baſil. vol. 8. diſp. de libell. Tom. 14.* Præſertim in cauſis coram ſummo Principe ventilandis *l. 19. C. de Teſtament. C. ad petit. extr. de accuſat. Zaſ. Inſt. de act. n. 24.* Ex quibus pateat, quod ſub nomine *annexorum*, & reparatione damnorum, omnia intelligantur, cùm verba dubia benigna interpretatione in favorem libellantis ſint explicanda, ita ut intentionem ipſius contineant, & actionem competentem inducant, ſicut Actori eſt favorabilius. *Marant. p. 6. de libell. oblat. n. 16.* præſertim ſi libellus contineat petitionem, ut Juſtitia adminiſtretur, *omni meliori modo*, prout hic factum, tunc enim omnis actio, omneque remedium competens & reſultans ex narratis in judicium deducitur, *Marant. d. l. ubi citat Ang. Jaſ. Felin. Gail. 1. obſ. 61. n. 11.* ut proinde Reus ad vexandum ſolummodo Actorem, & remorandam cauſam, fruſtrà objiciat exceptionem, quaſi Actor tantùm ad fideicommiſſum, non verò ad ejus pertinentias ſuam direxerit actionem, & quod de pacifragio nullam fecerit mentionem, cùm tamen de omnibus iſtis in libello ampliſſimam narrationem propoſuerit, atque in dubio libellus quoquo modo ſuſtineri debeat, etiam cum impropriatione verborum, in tantum, ut etiam ipſius libellantis interpretatio admittatur, non modò antè litem conteſtatam, ſed etiam poſteà, ut egregiè ex multis Auctoritatibus deducit *Grev. in Gail. lib. 1. obſ. 61. n. 7. & ſeqq.* ubi tradit, libellum etiam præſumptivè concludentem ſufficere; Et trita Doctorum Theorica eſt, libellum in dubio ita inter-

terpretandum, ut remedium ſibi utilius intentaverit Actor, præſertim ſi in perſecutione litis ſe taliter declaret, *Idem Grev. d. loc. conſid. 1.*

Exceptio *transactionis*, quam reus in meritis cauſæ objecit, quod ſcilicet filij & Agnati facta Majorum obſervare teneantur, & filius hæres facto defuncti Patris, etiam in alienatis feudis & fideicommiſſis contravenire non poſſit, eò quod eadem dicatur eſſe cum defuncto Perſona, ut obligatio in perſona defuncti orta ad ipſum tranſeat, eò magis, quia hæres adeundo hæreditatem videatur quaſi contrahere, atque ita ſe obligare ad implendum omnia, quæ defunctus adimplere tenebatur, prout ex multis autoritatibus deducit *Beſold. conſ. 11. n. 215. conſ. 106. n. 3. & conſ.*
19 *161. n. 56. Knipſchild. de fideicommiſſ. c. 11. n. 386. & ſeqq.* illa tamen poſteà *n. 394. & ſeqq.* reſolvit, his & ſimilibus non obſtantibus, contrarium, quod nimirum conſenſus vel alienatio Patris & Agnatorum non obſtet hæredibus & filijs, quin fideicommiſſum alienatum revocare poſſint, veriorem eſſe ſententiam, *per l. peto. 69. §. 3. ff. de leg. 2.* ubi *Brunneman. & l. quoties 11. C. de fideicom. Fuſar. qu. 542. n. 12.* & præcipuè quæſtione *558. n. 8.* ubi refert præjudicia, etiam in appellatione confirmata. *Hillius in Donell. lib. 8. c. 28. lit. F. Carpzov. part. 3. c. 8. d. 35.* & per multos alios, quos citat *Knipſchild. dict. n. 294.* ex ratione, quia res eſt alienari prohibita, & ſi filij, vel hæredes non admitterentur, ſequeretur inconveniens, quod prohibitus ad lubitum alienare; & teſtatoris voluntatem deludere poſſet, quod tamen in fideicommiſſi fieri non debere, conſtat ex *l. ſi id quod, ff. de liberat. leg. l. cætera ff. de leg. 1. C. Civitas de ſent. excom. in 6. Peregrin. de fideicomm. art. 22. n. 75.* Cum enim fideicommiſſi inſtitutor ipſa bona fideicommiſſaria perpetuò in familia permanere, & ad omnes de familia, in infinitum pervenire voluerit, quibus proindè ex ipſa inſtitutione jus in bonis quæſitum eſt, hoc ipſis invitis aufferri ampliùs non poteſt. *Knipſchild. d. loc. n. 395. & c. 3. n. 22. & c. 8. n. 390.* Hinc non poſſe patrem in præjudicium filiorum paciſci, ut à jure ſucceſſionis excludantur, tradit *Gilman. tom. 1. p. 2. tit. 8. vot. 2. n. 153. Tileman. de Benign. Syntagm. 3. decad. 3. vot. 5. n. 153.* cùm nemo alieno juri renuntiare, nec pactionibus privatis jus alterius lædere poſſit, *l. 3. ff. de tranſact. l. 27. §. 4. ff. de pactis l. 1. & ſeqq. C. res inter alios acta.* Ex quo in terminis fideicommiſſi tradit. *Bart. in l. in diem n. 1. ff. de aq. pluv. arcend. Peregrin. de fideicomm. art. 52. n. 81.* hæredem per actus voluntarios non poſſe præjudicare fideicommiſſarijs & ſubſtitutis. Undè primus fideicommiſſarius non poteſt repudiare fideicommiſſum in præjudicium reliquorum, *Fuſar. q. 588.* nec renuntiatio primi ſubſtituti nocet ſecundò vocatis & reliquis, *Menoch. 3. præſ. 11. n. 59. & præſ. 147. n. 15. Peregrin. de fideicomm. art. 52. n. 81. & ſeqq. Fuſar. d. l. Tiraq. de primogen. q. 21. n. 7. q. 26. n. 5. & q. 40. n. 187.*

Jura verò in contrarium pro reo adducta loquuntur tantùm de hæredibus alienantis, qui ab ipſo alienatore beneficium ſeu hæreditatem conſequuntur, quales factum defuncti præſtare tenentur non verò illi, quibus bona ab alio Teſtatore, quàm ab alienante obveniunt, velut hoc fideicommiſſum à primo inſtitutore, cui ſucceditur, non à fideicommiſſario defuncto proveniunt, ſicque filius vel hæres, qui non hæreditario, ſed proprio jure nititur, ex facto defuncti non tenetur. *L. 73. ff. de evict. l. ſi tibi l. fin. C. eod. Knipſchild. d. c. 11. n. 404. Schurff. cent. 2. conſ. 82. n. 3. Tiraq. de retract. §. 1. gl. 9. n. 53. & 134. Petra de fideicomm. q. 14. n. 320. & 301. Peregrin. de fideicom. art. 52. n. 91. Fuſar. de fideicomm. ſubſtit. q. 560. n. 11. & 18. & q. 597. n. 13.* quia non vindicat fideicommiſſum, ut hæres ultimò defuncti, ſed tanquam proximior de genere & familia, qui proindè non tenetur approbare factum defuncti, in ijs, in quibus ille liberè diſponere non potuit, ſed omninò tenebatur relinquere ipſi hæredi. *Nicol. Everh. in locis de tanquam ſeu reſpectivis. 116. n. 29. Cravett. conſ. 200. n. 5. & 7. Caſtrenſ. conſ. 448. in fin. lib. 2. Menoch. conſ. 104. n. 54. lib. 1. quos citat & ſequitur Knipſchild ſæpius cit. loco n. 407. & ſeqq.* aliàs enim facilè, omnis in fideicommiſſis cautela & inſtitutio teſtatorum everti poſſet atque eludi.

Cùm tamen hæres, ex communi omnium ſententia, ratum non teneatur habere factum defuncti, quod vel ipſo jure vel genere exceptionis eſt invalidum, *per l. fin. C. de his quæ pœn. nom. l. dotale. § fin. ff. de*

Digitized by Google

*ff. de fund. dot. Joſ. Ludov. concl. 16. verſ. hæc reverà eſt realis. Afflict. dciſ. 240. verſ. item quia filius. Tuſc. lit. F. concl. 264. n. 30. & ſeqq. & lit. H. concl. 53. n. 41.* nulla autem eſt alienatio fideicommiſſi vel per ultimam voluntatem vel à lege alienari prohibiti. *l. peto. 69. §. 3. l. cum pater. 77. §. libertis. 27. l. pen. §. 15. ff. de leg. 2.* ut non ſolum hæres alienantis, ſed etiam ipſe alienans pœnitere & fideicommiſſum revocare poſsit. *Tuſc. lit. H. concluſ. 53. n. 22.* quod aliqui etiam extendunt ad feudi alienationem illicitè factam, ut filij & hæredes Vaſalli retractare ſemper poſſint. *Schrader de feud. p. 7. c. 2. n. 48. & 49. Roſenthal. de feud. c. 9. concl. 69. n. 7. & 9. & ibid. not. lit. K. & N.* quia hæres nunquam reſtitutioni res ſubjectas ita alienare poteſt, ut poſt mortem ejus fideicommiſſarijs non pateat ad revocationem aditus, *L. Marcellus §. res ff. ad S. C. Trebell. Gail. 2. obſerv. 137. Beſold. canſil. 243. n. 23.*

Ut taceam, quod hæres facto defuncti in hoc nunquam contravenire videatur, quia defunctus de jure tantùm ſuo, non verò alieno in dubio conſenſiſſe intelligitur. *C. paſtoralis. & ibi Ant. Butr. x. de donat.* quin imò licet in alienatione hæredum quoque facta eſt mentio, tamen hæredes ſeu filij ex hoc facto defuncti in fideicommiſſis familiarum nobilium non tenentur, quia hæc promiſſio eſt acceſſoria ad Principalem contractum, in quo ſicuti pater filijs & Agnatis præjudicare nil quicquam, nec tacitè nec expreſſè, nec etiam Princeps jus in bonis quæſitum ex plenitudine poteſtatis auferre poteſt. *Knipſchild c. 3. n. 22. cum ibid. alleg.* cùm commodum ſucceſſionis non beneficio defuncti, ſed ſanguinis, generis ac familiæ intuitu habeat, *Tiraq. de primog. q. 35. n. 5.* ita etiam mentio hæredum ſuperaddita facilè per ſe corruit, fideicommiſſa enim ex teſtamento primi Teſtatoris, non ex voluntate ultimò defuncti petuntur, per textum expreſſum in *l. unum. 67. §. 2. 3. 5. ff. de leg. 2. Beſold. conſ. 133. n. 28.*

Nec pugnat cum honore, reverentia, & pietate parentibus defunctis debita hæc filiorum revocatio & improbatio contractuum à defunctis geſtorum; quia cùm hæc vindicatio bonorum alienatorum jure permittente fiat, nemini per eam injuriam inferri aſſeverari poteſt, *Knipſchild. d. loc. n. 415.* nemo enim ex alterius facto obligatur vel excluditur, nec ex facto alieno jus alterius mutatur, *auth. Magis. C. de SS. Eccleſ. l. de pupillo. §. ſi pluribus. ff. de nov. op. nunt. l. paterfam. ff. de hæredibus inſtit. t. t. res inter alios acta Beſold. conſil. 154. n. 51.* Atque licet alienatio rerum fideicommiſſo ſubjectarum valeat, ſi facta ſit in proximum feudi vel fideicommiſſi ſucceſſorem, veluti filium, ſepoſitâ quoque alienatione aliàs ſucceſſorum; tamen hic noſtræ quæſtionis caſus non eſt, cùm actor ſe proximiorem & in teſtamento vocatum eſſe contendat, quo caſu, quando certus ſuccedendi modus & forma à Teſtatore præſcripta eſt, illa præcisè eſt obſervanda. *Knipſchild. c. 9. n. 1. & ſeqq.*

Tandem quoque non fulciri poteſt hæc tranſactio ex eo, quod etiam de bonis fideicommiſſarijs licitè tranſigi poſſit, ſi 21
Principis ſuperioris autoritas interveniat, prout tradunt per *c. 1. x. de tranſact. c. examinata, & ibi Dd. comm. x. de confirm. util. & inutil. Peregrin. de fideicom. art. 52. n. 89.* Si Judex transactionem præceperit, propter litem intricatam, & diu duraturam, ex qua rixæ & ſcandala timeantur. Si transactio fiat decidendi cauſa, ut tranſigens fideicommiſſi poſſeſſor rem fideicommiſſariam ſibi retineat, & à lite ſe datâ pecuniâ liberet, *L. ſi pro fundo 33. C. de tranſact. Fuſar. q. 708. n. 5.* quo caſu etiam de feudo tranſigere licet, ſi vaſallus feudum vel retinet vel recuperat. Verùm hæc transactio nec interveniente Principis autoritate, nec Judicis juſſu, nec decidendi cauſa facta eſt, ut proinde vana hæc transactionis exceptio omnibus deſtituta fundamentis penitùs corruat.

Idque eò magis, quod & ipſe reus ab eadem dudùm receſsit, dum non ſolùm alterius transactionis poſteà initæ confirmationem ſollicitè poſtulavit, ſed & inſuper reviſionis remedium hac de cauſa imploravit, quod Excelſum Conſilium partem actricem ad aliam ſecum transactionem ineundam non compulerit.

Cùm itaque exceptio transactionis non obſtet, ſed ſufficienter eliſa ſit, reſtat ut diſpiciamus quod pronuntiandum? quem in finem hæc diſcutienda eſt quæſtio, an teſtator in ultimo ſuo elogio *primogenituram* vel *majoratum* ordinaverit? quo fine neceſſarium eſt verba teſtamenti

22 conſiderare, quæ ſic habent: Und umb daß das Geſchlecht / und Sterbhauß in Ehren mag bleiben / und die Unterthanen der Herꝛligkeit deſtoweniger beſchwert / und meinen Gnädigen Herꝛn / ſambt der gantzen Landſchafft und Freundſchafft füglicher gedienet / und der Armuth deſto reichlicher mitgetheilet / und auch die vorgedachte legata ad pias cauſas deſto beſſer / ohne verderb / außgericht können werden / und umb andere Urſachen mehr / mich darzu movirend / ſo habe ich Teſtator geordinirt und ordinire / daß jetzt vorgedachtes Hauß N. und Herꝛligkeit / Platzen und Landen / ſo von Alters her bey deß Hauſſes N. Gebrauch geweſen / und ich auch darzu gebraucht / und fortan gebrauchen werde / zu ewigen Zeiten / ja biß in den vierten Hauffen / und fortan mehr als in den hunderſten Grad / expreſſè darinn derogirende Authenticæ de Reſtitutione fidecommiſſi, unverſehrt und unvertheilt bey den andern annex ſollen bleiben / und auff einen allein / als auff den ältiſten filium ſive hæredem maſculum (wie ich in prima inſtitutione filiæ hæredis gedacht) vel deficiente maſculo, ad majorem natu filiam verfallen und vererben; es geſchehe ex linea recta oder zukünfftig ex transverſali, ſine ulla detractione quartæ Trebellianicæ, Falcidiæ oder legitimæ. Meine Tochter habe ich hæredem bonorum meorum inſtituirt / die Güter als geſpecificirt / hab ich ihr ſub conditionibus (wie vor und nach verzeichnet) gegeben / die ich ſumma induſtria & moleſtia durch GOttes Seegen beyeinander gebracht.

So ſoll der Vorgeſchribene Erbgewerb / auff welchen die vorgeſchribene güter von Hauß / Herꝛligkeit und Land fallen werden tam plenum dominium nicht haben / daß er dieſelbe gantz oder zum Theil verkauffen / verſetzen / verpfanden / vergeben / beſchweren / ein Lehegut davon machen / aut aliquo onere aut ſervitute graviren oder auff einige Weiß und Manier zuveralieniren ſoll Macht haben / daß ein jeder der Vorgeſchriben Erbgenommen die Güter von der Annehmung mit Hand Gelübd der zweyen nächſten Freunden untergemeldt / an Eidesſtatt / ſich ſoll verpflichten / daß er ſolches nicht thun will und keinen Gewalt darzu zuhaben bekennen / und ſo hiergegen einige Verkauffung / Verſetzung / Verpfändung / Beſchwerung / donation / oder einige alienation geſchehe / ſoll ſelbe Krafftloß und von Unwürden ſeyn / und ſollen dazu die Güter stracks von den zweyen nächſten Befreundten deß beſitzers / qui in omnibus præferri debent, ſi illi nolint, negligentes aut inhabiles ſint von zweyen deß Stammes / Geſchlechts nnd Nahmens dieweil die Güter von dem Geſchlecht herkommen / angetaſtet / und dem prodigo übler Haußhaltung / oder der vorgeſchribener meiner Diſpoſition übertretter / abhändig gemacht werden ꝛc. die ihme einen jährlichen Pfenning zu ſeiner Underhaltung verordnen / und einen Verwalter über daß übrige ſtellen ſollen.

Quapropter, ut dixi, in perpetuum ijsdem meis poſteris ac *deſcendentibus* deinde *reliquis in meo genere*, quod ad hæc bona aliquando pervenire poterunt, illorum bonorum venditionem ex quavis cauſa prohibeo. Omninò enim volo ut prædicta bona in familia & poſteritate mea, apud *majorem natu filium vel filiam* ordine quo ſupra dictum eſt, integra ſine aliqua detractione Trebellianicæ vel legitimæ remaneant.

Im Fall Gott der Allmächtig nach ſeinen Willen meine liebe Dochter / oder ihre Erben zu einiger Zeit heiſchete / und keine rechte deſcendenten auß meinem Leib entſproſſen / übrig bleiben / ſo ſoll obengedachte Herꝛligkeit / mit den Annex Gütern / an einen der diß Namens und Mannlichen Geſchlechts Manninga iſt / verfallen / und da gleich näher ein Blut Frauens Perſohnen wären / ſo ſoll doch einer welcher der Nächſt und Eltiſt in gradu maſculus deß Stammens Manninga wäre / zu vil gedachten Annex Gütere vorgezogen werden / ſelbe allein genieſſen / und diſer meiner Ordnung ſich in allen gemäß halten; wann aber das Mannliche Geſchlecht Namens Manninga gantz außgeſtorben / ſo ſollen an einen hæredem allein / ſo der Eltiſt und nächſter in Blut und ehrlich iſt (ſonſt ſoll der da nächſt iſt nach Rath zweyer nächſten Freunden vorgezogen werden) die ſambtliche Annex güter verfallen. Und ſo offt nun das ältiſte Kind meiner Nachkömling gantz Gottloß / unehrlich / prodigus und ſeinen Aelteren gantz ungehorſamb das Urſach zuenterben wäre / ſo haben die Aeltern Macht mit Rath zweyer Freunden (wie wohl er der nächſte zu diſen gütern iſt) ihne zuenterben / und den nächſten Bruder an ſeiner ſtatt zuſtellen.

Wann der Beſitzer deß Hauſes Mannliche Erben hat bey ſeiner Haußfrauen von

dem

Digitized by Google

dem erſten Bethe / ſo ſoll er keine Macht haben / ſeine andere Frau mit den Güteren zubeleib züchtigen / damit dieſelbe keinen Schaden leiden.

Der Beſitzer deß Hauſſes / ſoll ſeinen Brüdern und Schweſtern ſo ſonſten Mit-Erben geweſen 5000. fl. geben.

Der Empfanger der Güter ſoll bey Eydespflicht ſeinen Mitbrüderen / Schweſteren / oder den jenigen / ſo ſeine Mit-Erben ſeyn ſollen / und da keine Mit-Erben vorhanden ſeynd / ſeinen zweyen nächſten Freunden / und da die Minderjährig oder Inhabiles wären / zweyen deß Namens und Stammens Manninga angeloben / daß Er und ſeine Erben diſe diſpoſition in allen ihren clauſulen und puncten will nachfolgen und vollſtrecken / und ſoll ehe diſes vollzogen / die poſſeſſion nicht ergreiffen ; Ich achte rathſamb / daß die Aeltern bey ihrem Leben die Verſicherung und Verpflichtung von dem Aeltiſten / darauff das Gut fallen ſoll / nehmen.

23 Ex iſtis quidem verbis reus exiſtimat nullum primogenituræ jus inferri poſſe, quia in teſtamento nulla planè ejus fiat mentio, ſed ècontrario talis reperiatur diſpoſitio, quod in linea collaterali, inter concurrentes plures Agnatos diverſi gradus, ille ſemper ad ſucceſſionem admittendus ſit, qui ætate & ſanguine major & proximior eſt :- Ex quibus verbis clariſſimè appareat, quod nulla reflexione ad jus primogenituræ habita, teſtator ſimpliciter ætatem & gradum reſpexerit, atque ſic den ältiſten und nächſten im Geblüt ad ſucceſſionem vocaverit, cùm verba iſta *Jus Majoratus* inferant, & illud neceſſariò inducant, ne ſtent otioſa. Quomodo enim verba illa : Der ältiſter und nächſter im Geblüt / aliquid operari poſſent, ſi in linea Collaterali nepos ex fratre per jus repræſentationis patruum excludere poſſet; Id quod nulla ratione poteſt comprehendi, quia verba illa : *proximior & ſenior*, ſive prior ætate & gradu, potius majoratum quàm primogenituram denotant, in Majoratu verò repræſentatio locum non invenit, quia qualitas in perſona requiſita non fictè ſed verè adeſſe debet.

Verior nihilominus eſt ſententia, quod primogenitura in teſtamento ſuprapoſito ſit conſtituta, idque ex ipſis verbis teſta-
24 menti eluceat. Nàm Majoratus differt à jure primogenituræ, quod in hoc primogenitura eſt fundamentum, in majoratu verò ætatis prærogativa, & ille ſolùm ad ſucceſsionem vocatur, qui poſt mortem poſſeſſoris ætate major, non qui primogenitus reperitur *Beſold. lib. 1. diſſ. Nomicopolit. diſſ. 4. n. 13. Springsfeld. de Apanag. c. 5. n. 6.*

Tunc enim eſt propriè majoratus, quando ita ſtatuitur in eos, qui ſunt ejusdem familiæ, ut ſemper natu maximus, majorque ætate, etiam ex geniculo remotiori ſuccedat, idque eo præcipuè fine, ut nunquam tutelæ ſit locus, ſed provincia ſemper proprios habeat Dominos, *Betſ. de pact. illuſtr. famil. c. 8. fol. 461. Speidel. in ſpecul. verb. Majoratus.* Verùm ex his omnibus majoratus eſſentialibus nihil in ſe continet teſtamentum, quia (1.) in eo ad fideicommiſſum vocatur, non major de domo ſivè ſenior de familia, ſed major natu filius inſtitutæ filiæ hæredis, ſivè hæres Maſculus & eo deficiente major natu filia, & quidem uſque ad quartum quintum & conſequenter centeſimum gradum, quales gradus in majoratu conſiderari non poſſunt, præſertim quia diſpoſitio teſtamentaria non abſolutè ad majorem natu vel ſeniorem de familia directa eſt, ſed in ſpecie ad *majorem natu filium*, cum ſpecifica expreſsione, quod teſtator non majorem ex tota familia, ſed tantùm ex linea inter filios & Nepotes velit eſſe vocatum; quando enim teſtator loquitur de Majore natu inter plures filios, tunc ſinè dubio de primogenito ſermonem facit, & primogenituram inſtituit. *Betſ. de pact. famil. c. 8. fol. 460. Fuſar. de fideicommiſ. ſubſtit. q. 384. n. 2.* (2.) quia Teſtator expreſſè tantùm linearum mentionem facit, & diſponit, quod quolibet tempore major natu filius, vel eo deficiente major natu filia ſuccedere debeat, ſive id contingat ex linea recta, ſive futuro tempore ex linea transverſali : Notum verò ſatis eſt, quod hæc ſaltem primogenituræ, non verò Majoratûs natura ſit, ut de linea in lineam progrediatur, *per vulgata.* (3.) id clariùs exindè apparet, quia ſucceſſoribus in teſtamento permiſſum eſt, ut ſi filius natu major vel impius, vel perditæ & inhoneſtæ vitæ, vel prodigus & inobediens eſſet, ipſi poteſtatem habeant illum exhæredandi, & ſequentem ejus fratrem ipſi ſubſtituendi; Undè clarè patet vocatio ſecun-

ſecundogeniti poſt primogenitum, quo caſu primogenituram inſtitutam eſſe ex *Menoch. conſ. 775. tradit Fuſar. d. q. 384. n. 6.* (4.) Quod teſtator, ſi ſucceſſor in fideicommiſſo ex primo matrimonio proles habeat, prohibuerit ſecundæ Conjugi dotalitium in fideicommiſſo conſtituendi; Undè ſemper colligitur ſolus teſtatoris reſpectus & conſideratio ad filios primogenitos, non verò ad Majores natu ex tota familia. (5.) Quod poſſeſſor fideicommiſſi ſuis fratribus & ſororibus, vel in eorum defectu proximioribus Agnatis, juratò promittere debeat, quod ipſe & ipſius hæredes, hanc diſpoſitionem teſtamentariam in omnibus clauſulis & punctis obſervare & adimplere velint; quorſùm enim cavere deberet primogenitus ſuis fratribus ſecundogenitis, ſi in ſucceſſione major natu ex familia antecederet, cùm tamen ſolùm illi petere poſsint ſatisdationem, qui poſt fideicommiſſi ſucceſſorem primum in ſucceſſione locum obtinet, per text. *in l. peto 69. §. 3. ff. de leg. 2.* qui enim potiores ſunt in ſucceſſione, non immeritò quoque tales in cautionis petitione conſtituendi ſunt, cùm calumnioſè ſatisdationem videatur petere is, quem alius antecedit, per text. *in l. Paulus. 8. ff. de Stip. prætor.* Quæ jura (6.) teſtator ratè conſideravit, atque ideo in ſuo teſtamento diſpoſuit, ut tùm demùm proximis Agnatis cautio præſtari à fideicommiſſi poſſeſſore debeat, ſi nulli fratres vel ſorores tunc temporis reperiantur; Undè iterùm patet, nullum Agnatum, licet natu majorem, & ætate omnes ſuperantem, ſuccedere poſſe, quamdiu aliquis ex poſſeſſoris fratribus ſupereſt; Quam opinionem teſtator (7.) etiam adhuc clariùs expreſſit, dùm in eodem §. teſtamenti ordinavit, quod ſucceſſores in vita ſua cautionem à natu majori filio ad quem fideicommiſſum devolvi debet, exigere debeant, quæ diſpoſitio iterùm eſſet fruſtranea, ſi, ſepoſito jure primogeniture, major natu ex familia ſucceſsionem præripere poſſet, ut ſilentio prætereatur, (8.) quod ſucceſſio in hoc fideicommiſſo etiam *minorennibus* deferatur, quod in majoratu vel inauditum vel vel certè rariſſimum eſt. (9.) reus nullum aliud pro aſtruendo Majoratu argumentum adfert, quàm quod aliàs ſæpiùs dicta verba: Der Nächſter und Aeltiſter im Geblüt ſine ullo effectu & operatione eſſent; Cùm tamen (10.) negari non poſſit, quod hæc verba multò meliorem in primogenitura & ejus lineis inveniant operationem, in qua perpetuò major natu & proximior in illa linea, quam ſemel eſt ingreſſa, ſuccedit, cùm primogenituræ duo ſint fundamenta, proximitas gradus, & ſi plures ſint ejuſdem gradus, ætatis prærogativa, cujus, quia ex natura tanta vis eſt, ut impenſius amentur primò nati, hinc & lex eandem illis prærogativam tribuit. *Theſ. Baſil. vol. 4. diſp. 16. Lit. XXX. 1. 2. 3. 4.* Juxta quæ omnia (11.) ſpecialiter conſiderandum, quod iſtæ duæ qualitates, majoris ſcilicet ætatis & proximitatis in uno ſubjecto vix reperiantur, ſicut etiam reus (12.) ambas qualitates non poſſidet, dum confiteri cogitur, quod actor ætate ipſum ſuperet, licet aliàs ambo in æquali agnationis gradu reperiantur. Sed vana eſt ipſius (13.) inventa limitatio, quaſi ſemper ſucceſſio ad illum pervenire debeat, qui in tota familia ætate major reperitur, etiam excluſis prædefuncti poſſeſſoris liberis, cùm tamen (14.) id directè pugnet contra naturam majoratus, cujus perpetua hæc & eſſentialis eſt à primogeniturâ differentia, quod hæc de linea in lineam progrediatur, in majoratu verò ſemper natu major de familia & nomine ſuccedat, quæ differentia tam facilè tolli non debet, niſi teſtator ſpecificè exprimat, ſe majoratum inſtituere velle, & quando diſpoſitio naturæ majoratus non repugnat, quia nemo facere poteſt, ut leges in ſuo teſtamento non inveniant locum.

Quinimo Majoratus non in Germania, ſed potiſſimum in Hiſpania eſt in uſu, *Speidel in ſpec. obſ. verb. Majoratus*, ita ut ubi expreſſo nomine majoratus non eſt conſtitutus ſemper pro primogenitura ſit judicandnm, in qua beneficium repræſentationis utique habet locum, *per deciſ. Imperator. in A. B. tit. 7.* Ubi Nepos patruo præfertur, ita ſcilicet, ut filij Nepotesque primogeniti, ob ſpem in patre radicatam, in locum defuncti patris ſuccedant jureque repræſentationis patruo ſecundogenito, etiam ætate priori, in infinitum potiores exiſtant. *Arum. ad A. B. diſc. 4. th. 5. Enenckel de Privil. parent. priv. 3. C. 1. n. 13. & C. 4. per tot. Mynſ. 3. obſ. 23.*

Digitized by Google

*13. Buxtorff. ad A B. concl. 85. lit. E. Forer de ſucceſſ. lib. 4. C. 23. n. 66.* & ita in Hiſpania, Gallia, Anglia obſervari, nepotemque patruo præferri teſtatur *Tiraq. de jure primog. q. 40. n. 13.* Et jam olim ab Ottone Imperatore quæſtio hæc judicio gladiatorio inter Barones quosdam propè Treverim deciſa fuit, in qua pugna Nepos patruum ſuum bis vicit, referente *Ioh. Cicier in tr. de primog. lib. 1. q. 25.* Hinc etiam Electoralis ſucceſſio non filio ſecundògenito, ſed Nepoti ex primogenito filio defertur, non tam ex immutabili prærogitiva naturæ, ipſo nativitatis momento patri acquiſita, nec in perſona Nepotis variata, & ſic ex proprio jure & perſona Nepotis, qui propriam habet vocationem; quam etiam jure repræſentationis ex quo ponitur loco patris, & omnes excludit, quos pater, ſi viveret, excluſiſſet, *Menoch. conſ. 211. n. 2. Mynſ. 3. obſ. 23. n. 7. Roſenth. de feud. c. 7. concl. 26. n. 17.*

Hinc ex nonnullorum ſententia primogenitura diſpeſcito in naturalem & Legitimam, illam vocant, qua quisque major natu reſpectu minorum dicitur primogenitus. Legitimam verò, quæ non annorum numero, ſed legis & conſuetudinis beneficio cenſetur, quando ſcilicet Lex vel conſuetudo certæ cuipiam perſonæ privilegium aut prærogativam defert, quæ primogenituræ naturali debita videtur *Goldaſt. de Major lib. 2. C. 5. n. 4. Springsfeld de Apanagio c. 5. n. 10.* pro ut hoc caſu fit per ſpecialiſſimam diſpoſitionem *A. B. t. 7.* ibi illo primogenito ſcilicet, non exiſtente ad ejus tandem primogeniti primogenitum ſine contradictione cujusquam devolvatur; & hanc ſententiam communiter ferè tenent omnes, teſte *Joh. Chriſtoph. Herold. in tr. de jure repræſent. c. 5. concluſ. 3. excepto Goldaſt. in ſeniore feud. Major lib. 3. c. 6. 7. & 13. & diſc. de jur. repræſent. in primog. th. 13. Limn. lib. 5. c. 17. n. 3.* Quamvis enim ætas primogeniti in nepotem transmitti non poſſit, jus tamen inſtantaneum, quod ex ea ætate in patre jam quæſitum eſt, & ipſo momento Nativitatis in omnes deſcendentes radicatum transmittitur. *Menoch. dict. conſ. 211. n. 7. Herold. & l. Rumelin. ad A. B. p. 1. diſſ. 6. concl. 15.* Ex quibus omnibus argumentis actor triumphavit, & reus condemnatus eſt, & quidem cum fructibus, qui in petitione hæreditatis non veniunt ex officio judicis, ſed jure actionis *l. 20. de petit. hæred. & ibid Brunneman. n. 5. l. 28. & l. 56. eodem;* ſicque fructus ante litem conteſtatam adjudicantur etiam parte non petente *d. l.* quod ſecus eſt in rei vindicatione, ſed locum habet in fideicommiſſaria hæreditatis petitione, *l. 2. ff. de fideicom. hæred. petit. Greve. exercit. 8. §. 5. fol. 193. Klock. relat. 126. n. 65.* quia fructus deduci poſſunt in condemnationem licet non ſint petiti *d. l. 20. §. fructus de petit. hæred. Fab. in Cod. lib. 7. tit. 8. definit. 67.* quia in petitione hæreditatis, & pro conſequendo fideicommiſſo objectum ſunt omnes res fideicomiſſariæ, etiamſi non exprimantur, *Eckolt. in ff. de petit. hæred. §. 7.* & fideicommiſſarius ſola extraordinaria perſecutione ſeu imploratione officii Judicis Nobilis uti poteſt, *l. 178. §. 2. ff. de V. S.* & mitti in poſſeſſionem ex beneficio *l. fin. C. de Edict. Div. Hadrian. toll.* & petere fideicommiſſum via executiva per mandatum *S. C.* ſicut legatum *Mindan. de Mand. & 68. n. 4.* prout judicatum *Menſe Junio Anno 1666.* quia teſtamenta propter ſolennem teſtium adhibitionem pleniſſimam habent autoritatem, & ultimas defunctorum voluntates communi omnium gentium pietate paratum exitum & executionem habere debent.

Liber

# Liber II. Titulus XXXVI.

## De DIFFIDATIONIBUS ET PRÆSCRIPTIONIBUS.

### SUMMARIA.

1. Petitorium debere terminari etiam à judice poſſeſſorij & quare?
2. Cauſas petitorij & poſſeſſorij eſſe connexas.
3. Adduntur textus & authoritates.
4. Redditur ratio, quare ſupra allegata jura in præſenti caſu non inveniant locum.
5. Examinantur rationes, quare vulgò utrumque judicium coram eodem Judice debeat terminari.
6. Aſſeritur illas in præſenti caſu non invenire locum.
7. Exceptionem connexitatis cauſæ ante litem conteſtatam debere proponi.
8. In voluntate partium eſſe, an petitorium coram eodem, an verò diverſo Judice velint proſequi & n. 11.
9. Proteſtatione rei non attenta, lis pro conteſtata habetur, ſi tractet merita cauſæ.
10. Litem debere terminari, ſi de injuſtitia actoris conſtet, non attento eo, quod reus petit.
11. Conditionatam concluſionem in cauſa pro pura acceptari.
12. Petitorium ſemper coram alio Judice terminari debere, quoties commodiùs id fieri poteſt.
13. Aperitur facti Species.
14. Ex Spolio apparere violentam dejectionem, & alterius poſſeſſionem.
15. Titulum vitioſum per ſubſecutam tranſactionem non mutari.
16. Spoliatum, & non prius reſtitutum, non cenſeri ſponte juri ſuo renuntiare.
17. Inveſtituras eſſe optimas feudi probationes.
18. Antiqua præſumi vera & ſolennia & in ijs Leviores probationes admitti.
19. Inveſtituras novas præſumi ſimiles eſſe prioribus, & omnium primæ.
20. Poſteriores inveſtituras probare, etiamſi prima non reperiatur.
21. Contra agnatos feudum non præſcribi, ſi illud nondum ſit ipſis acquiſitum.
22. Non valenti agere non currit præſcriptio, nec debet eſſe pœna, ubi non eſt negligentia.
23. Præſentiam Agnatorum qui præſcriptionem impleri patiantur, vel contractui adſunt, ipſis non nocere.
24. Si non doloſè tacuerunt, vel celebrarunt actum conſenſum inferentem.
25. Votum primi acquirentis eſſe, ut feudum immortalitatis quâdam imagine perpetuò in familiâ maneat.
26. Vaſallos tantùm velut uſufructuarios eſſe.
27. Non ultimo poſſeſſori, ſed primo acquirenti in feudis ſuccedit.
28. Obſtare hic etiam præſcriptioni occupationem violentam.
29. Mille annorum præſcriptionem cum malâ fide non procedere.
30. Præſumptionem bonæ fidei, quæ immemoriali tempore naſcitur, contrariâ probatione elidi,
31. Omnia requiſita præſcriptionis reis deficere.
32. Diffidationes jam olim antiquiſſimis temporibus fuiſſe prohibitas, quæ conſtitutiones referuntur.
33. Quæ ſpecies privatæ vindictæ jure Civili ſint permiſſæ.
34. Reos debere conſcientias Majorum ſuorum liberare.
35. Præſcriptionem in jure feudali nullibi approbari.
36. Vindictam privatam nulli eſſe permiſſam.
37. Hiſtoricis in rebus arduis, & in præjudicium tertij non credi.
38. Spoliato nulla exceptio opponi poteſt antè factam plenariè reſtitutionem.
39. Tranſactionem non præbere novum titulum.
40. Nullam vaſalli defuncti ordinationem valere in præjudicum agnatorum.
41. Tranſactionis requiſita hic etiam deeſſe.
42. Super re prohibitâ, vel lite ſimulatâ & falſâ tranſactionem non valere.
43. Nullum eſſe omnem contractum vel tranſactionem, lege contrahere prohibente.
44. Fratres tranſigentis non fuiſſe apud tranſactionem præſentes.
45. Proteſtationibus conſervari jura proteſtantis.
46. Proteſtationis inſinuationem hic non requiri.
47. Repetuntur ſummatim argumenta actoris.
48. An actio eliſa?
49. Nullam actori competiiſſe actionem, nec olim, nec hodiè competere.
50. Diffidationes, & arces prædatorias olim fuiſſe frequentiſſimas.
51. Eas diu non potuiſſe abrogari, ſed tantùm certis conditionibus conſtrictas eſſe.

52.

Digitized by Google

52. *Quid in Receſſ. anno 1495. ſtatutum ſit de diffidationibus ante conſtitutionem Pacis publicæ perpetratis.*
53. *Ex hac conſtitutione nullam moveri ampliùs poſſe de diffidationibus præteritis controverſiam.*
54. *Ex juſtâ & permiſsâ causâ ſpoliato remedium can. redintegranda non dari.*
55. *Dictam conſtit. Imp. de anno 1495. etiam diffidationes præteritas, alias illicitas, boni publici causâ, approbare.*
56. *Arces prædatorias debuiſſe diſſipari, ex præcepto Imperij.*
57. *Principes teneri territorium ſuum purgare malis hominibus.*
58. *Hiſtoricos probare, ijsque adhibendam eſſe fidem, præſertim in antiquis.*
59. *Per Receſſ. Imp. de anno 1495. omnem ex diffidationibus actionem in feudalibus & allodialibus ſublatam eſſe, & quare?*
60. *Bellum in præſenti caſu utrinque fuiſſe ſuſceptum.*
61. *Dominos territorij teneri deprædatis ad reſarciendum damnum.*
62. *Solam præſcriptionem immemorialem omnem elidere actionem.*
63. *Succeſſores officiorum poſſunt præſcribere, modò ipſi ſint in bona fide.*
64. *Inſtrumentum antiquum non probare malam fidem, quia variæ circumſtantiæ intra centum vel ducentos annos potuerunt intercedere.*
65. *Niſi probetur contra ſucceſſores ſemper denuntiationes & interpellationes fuiſſe continuatos.*
66. *Concluditur ex argumentis ſuprapoſitis reos non fuiſſe in malâ fide.*
67. *Negatur à reis qualitas feudalis bonorum controverſorum.*
68. *Impugnatur Inveſtitura Imp. Sigismundi varijs argumentis.*
69. *Bona ſemper præſumi libera & allodialia, niſi evidentiſſima proferantur feudalitatis documenta.*
70. *Inveſtituram primam eſſe normam controverſiarum.*
71. *Inveſtituras novas tertio non præjudicare.*
72. *Præſumptionem, quod poſterior Inveſtitura per omnia ſimilis ſit primæ, ſaltem inter Dominum & vaſallum procedere, non quoad tertium.*
73. *Referuntur aliquot argumenta contra productam actoris inveſtituram.*
74. *Feuda avita validè alienari ex conſenſu omnium agnatorum.*
75. *Imò ſufficere tacitum conſenſum per longiſſima tempora iteratum.*
76. *Tranſigere vaſallo licere etiam in præjudicium agnatorum.*
77. *Redditur ratio differentiæ inter alienationem & transactionem.*
78. *Quid in hac materiâ inter transactionem & ſententiam interſit.*
79. *Juri revocandi, quod agnati habent, 30. annis præſcribi poſſe.*
80. *Bona feudalia poſſe alienari ob neceſſitatem, bonum pacis, & alias graves cauſas.*
81. *Præſcriptionem immemorialem poſſeſſorem feudi antiqui defendere.*
82. *Succeſſores feudi teneri ex facto defuncti, ſi vel in minimo facti ſunt ejus hæredes.*
83. *Hinc corruere omnia actoris fundamenta.*
84. *Transactionem tollere omnia ſicut res judicata, & eſſe exceptionem litis finitæ.*
85. *Examinantur clauſulæ transactioni appoſitæ.*
86. *Metus exceptionem per præſentiam amicorum excludi.*
87. *Proteſtationem parti non inſinuatam non prodeſſe.*
88. *Non ex omni metu dari reſtitutionem. n. 96.*
89. *In Principibus metus acceptionem non attendi facilè.*
90. *Metum non conteſtationibus, ſed atrocitate facti probari.*
91. *Secretam proteſtationem nihil operari, & n. 87.*
92. *Quid ſi proteſtatio, propter adverſarij potentiam, ei inſinuari non poſſit?*
93. *Proteſtans & contrarium faciens à proteſtatione recedit.*
94. *Proteſtationem clancularium ducentorum annorum proferens non eſt audiendus.*
95. *Adverſus præſcriptionem immemorialem non niſi perfectæ & plenæ probationes admittuntur.*
96. *Ex metu juſtè illato non dari reſtitutionem, & n. 88.*
97. *Probè diſtinguendam eſſe inter publicam diffidationem & privatam rapinam, ex Conſtit. Imperij.*
98. *Bello acquiſita repeti non poſſe.*
99. *Quid in hac cauſâ pronuntiatum?*

NOn tam difficultate rei, ſeu materiæ, quàm partium fervidâ contentione ardua de argumento diffidationis & præſcriptionis hic tractatur controverſia. De Juriſdictione primum in illâ occurrit dubium, quam rei impugnant
propter litis-pendentiam Cameralem, in 1
quo quia poſſeſſorium circa unam rei controverſæ partem determinatum, ab eodem quoque petitorium in hâc præſenti quæſtione definiendum eſſe contendunt, ne continentia cauſæ dividatur, *l. 1 ff. de quib. reb. ad eund. eat.* quandoquidem Judex per tractatum poſſeſſorii cognitionem & informationem de toto capit negotio finisque poſſeſſorii, principiū eſt petitorii. Nec
dubitare licet, connexas ſeu continentes 2

 cau-

Digitized by Google

cauſas eſſe, judicij poſſeſſorii & petitorij, ita ut harum cognitio dividi nequeat. *Gail. 1. obſ. 23. n. 11. Mindan. de continent. cauſ. lib. 3. c. 5. n. 38. Menoch. de arbitr. Jud. lib. 2. cent. 4. & ſeqq.* quò faciunt textus in jure clariſſimi, ut videre eſt in *l. nulli C.*
3 *de Judic.* ubi Imp. Conſtantin. ita reſcribit Severo Præfecto Urbi: *Nulli prorſus audientia præbeatur, qui cauſæ continentiam dividet, & ex beneficii prærogativâ id quod in uno eodemque judicio poterat terminari, apud diverſos Judices voluerit ventilare; pœnâ ex officio Judicis imminente ei, qui contra hanc ſupplicaverit ſanctionem, atque alium ſuper poſſeſſione, alium ſuper principali quæſtione Judicem poſtulaverit.* Nec non textus in *l. Ordinarij 13. C. de rei vendicat.* ubi ſic ajunt Impp: *Dioclet. & Maxim. Ordinarij juris eſt, ut mancipiorum ortâ quæſtione, prius exhibitis mancipijs de poſſeſſione judicetur, ac tunc demùm proprietatis cauſa ab eodem Judice decidatur.* Quo reſponſo etiam DD. in *rubr. C. de edend. & Rubr. extr. de Jud.* utuntur ad eam aſtruendam opinionem, quod Iudex cauſæ præparatoriæ ſit & Iudex cauſæ præparatæ. *Jacob. Menoch. de arbitr. Judic. quæſt. dict. caſ. 371. n. 7.* idemque aſſerit Pontifex verbis clariſſimis in *cap. 1. extr. de cauſ. poſſeſſ. & propr.* ibi: *Legali proviſione decretum eſt, tam momenti, quàm proprietatis cauſam ſub uno eodemque Judice debere cognoſci, &c.* Quos textus adducit, & pluribus confirmat rationibus. *Carpzov. lib. 1. tit. 8. Reſponſ. 74. per tot.* & hinc Dd. formant hanc maximam; Quod Iudex præparatorij judicij ſit etiã Judex præparati, & ita quidẽ, ut nec petitorii deciſionem declinare, nec Actor invito reo aliud forum eligere poſſit.

4 Quæ tamen jura huic noſtro caſui applicari non poſſe puto. 1. Quia non de omnibus his bonis, ſed tantùm de tenui quadam particula in Camerâ lis fuit & controverſia. 2. Quia non de facto diffidationis & belli à reis anno 1420. actori illato, ſed de alio planè facto, diverſo tempore, & annis ferè centum poſt, non à reis, ſed ab actore perpetrato in Camerâ lis mota fuit, petitumque, non ut rei reſtituerent actori bona modò hic controverſa, ſed ut actor reis ad partem aliquam bonorum controverſorum rurſus illis ereptam, unà cum fructibus reſtituendam compelleretur; Unde apparet. 3. nullum neque petitorium, neque poſſeſſorium ratione facti de anno 1420. agitatum eſſe, ſed incidenter tantùm hujus quoque rei mentionem factam, ex quo tamen nulla cauſæ continentia inferri poteſt, cùm ad eum effectum, non quæ incidenter, ſed quæ principaliter in judicium deducuntur, attendi debeant. 4. non eſt aſſignabilis ratio, quare petitorium & poſſeſſorium ab eodem Iudice ſit terminandum, niſi ut parcatur ſumptibus partium, minuantur lites, & contrariæ in diverſis judicijs non oriantur ſententiæ, *Brunnemann ad l. Nulli C. de Iudic. Mindan. de contin. c. 3.* 5

Verùm ut hæc locum inveniant in limine litis; in hoc præſenti caſu conſiderandum eſt, quod jam petitorio plenè ſit actum, & cauſa Iudici perfectè ex actis cognita; multiplicarentur itaque lites & ſumptus, ſi cauſa denuò in alio judicio tractanda, atque illuc remittenda eſſet, & quæ in commodum introducta ſunt, duriori interpretatione in detrimentum converterentur, quo ipſo fieret aliquid juri planè contrarium, *l. 25. & 29. ff. de ll.* partes ſuperfluis vexarentur ſumptibus, contra *l. 1. §. 2 ff. de teſtib.* & ſub auctoritate juris ipſis perniciosè noceretur adverſus *l. 91. §. 3. de V. O.* quia igitur cauſam hanc poſt oppoſitam à reis exceptionem declinatoriam, ad Judicem poſſeſſorij non remiſimus, ſed in foro noſtro retinuimus, quæ porrò à partibus per 40. annos plenè diſputata eſt, ut ſola ſententia deſit, grave nimis eſſet, poſt tot annorum ſumptuumque diſpendia, cùm partes pleniſſimam nobis in voluminoſis deductionibus cauſæ aperuerint informationem, eas demùm ad aliud judicium relegare. Cùm jam ceſſet etiam hæc à Dd. aliàs aſſignata ratio, quaſi probationes in uno loco commodius fieri poſſent, quàm in diverſis, & facilior ſit petitorij cognitio apud Judicem poſſeſſorij, *Carpzov. in Proceſſ. t. 3. art. 5. n. 9.* quippe cùm jam probationes omnes à partibus ſufficienter allatæ & deſuper ſubmiſſum ſit 5. Nec obſtare poteſt illa ratio, ne contrariæ in diverſis & duobus judicijs oriantur ſententiæ, ſiquidem quotidiana praxis docet, quod alia pars in poſſeſſorio, altera in petitorio ſententiam poſſit victorioſam reportare. 6

Et cùm exceptio hæc declinatoria proponi 7

poni debeat ante litem conteſtatam, ita ut ſi ſecùs fiat, eâ non obſtante proceſſus coram alio Judice valeat, *Gail. 2. 32. in fin.*
8 Hinc clariſſimâ demonſtratione conſequitur, de neceſſitate juris præcisè non debere poſſeſſorium & petitorium coram eodem Judice tractari, ſed in partium id eſſe liberâ voluntate, apud quem Judicem jura ſua proſequi velint: Ideò *Cujac. lib. 2. obſ. 35.* ait: Cauſam proprietatis & poſſeſſionis poſſe quidem commodè definiri ab uno Judice, ſed id non eſſe neceſſitatis. Quo attento, non debuiſſent, 6. rei tam fusè tractare merita cauſæ, ſi præventionem Cameræ & exceptionem declinatoriam allegare cum effectu voluiſſent, quia
9 proteſtatione, de lite non conteſtanda non attentâ, lis pro conteſtata habetur per reſponſionem adverſarij, licet dicat ſe ſaltem in honorem judicij narrata ſua adferre, nam Advocatis iſta formula proteſtandi eſt familiaris, in ſummis verò Tribunalibus non attendenda, ubi magis rem, quàm verba ſpectamus, & ubi litium compendijs & abbreviationi ſtudemus, *Mev. p. 2. d. 335. Mynſ. 3. obſ. 31. & 74. Gail. 1.*
10 *obſ. 73. num. 6.* Graviter enim proſpectum eſt in jure ut ſi ex actis conſtet de non jure actoris, & de jure rei, non debeat inſpici quid reus petierit, ſed quid in actis appareat verum & juſtum eſſe, & ſecundùm illud lis terminari, *c. dilecti filij de Judic. Meichſner. tom. 3. & 13. n. 66.*

8. Denique renunciarunt rei exceptioni fori declinatoriæ, ut ex actis conſtat, & quamvis videantur id feciſſe, in hunc ſolummodò eventum, ſi abſolutorium poſſint obtinere, acceptari tamen debet cauſa ex officio pro purè concluſâ, *Gail. 1. obſ.*
11 *107. n. 1.* ubi ait, parte alterâ concludere nolente, Judex eâ invitâ ex officio cauſam pro concluſâ acceptare, & in principali pronuntiare poteſt. *Auth. Jubemus. C. de Jud. & n. 15. dicit idem Gail.* concluſiones in Camerâ non admitti cum clauſulis reſervatorijs, ſed pro puris haberi. 9. Tollit autem in præſenti caſu omne dubium, quod rei etiam purè ſubmiſerunt in ſuis literis, in genere umb ein erfreuliches Urtheil implorando, quo caſu dubium nullum eſt poſſe diverſum Judicem in cauſâ pronuntiare, ſecundùm *Mindan. de contin. c. 3. Gail. 2. obſ. 32.* cùm allegata ſuperius jura, quod nimirùm poſſeſſorium & petitorium coram eodem debeant Judice terminari, in favorem ſaltem partium ſunt introducta, ut reo invito petitorium in alio judicio tractari nequeat, quæ ratio utrâque parte conſentiente in alium Judicem penſitùs ceſſat. Denique 10. toties petito- 12
rium in alio diverſo judicio terminandum eſt, quoties commodius id fieri poteſt, *Mindan. de contin. lib. 3. c. 5. v. 15. in fin.* inficias autem iri nequit, commodius terminari poſſe in hoc judicio, in quo per 40. annos plenè ſuper eo diſputatum, & cauſa perfectè inſtructa eſt; quàm ſi partes ad novum litigium, coram alio Judice, cum majori temporis & ſumptuum jacturâ remitterentur. Quibus omnibus conſideratis, & quod ambæ partes in hoc Tribunal purè conſentiunt, operæ pretium vix eſt, plura de Jurisdictionis fundamento facere verba, quam ego quidem ex indubitati juris ratione fundatiſſimam eſſe arbitror.

Quod cauſam ipſam concernit, Actor 13
anno 31. conqueſtus eſt, bona controverſa à Reis, prædeceſſoribus ſuis anno 1420. armatâ manu, collecto milite, per ſpolium legibus divinis humaniſque prohibitum, eſſe ereptas, & id quidem non attento eo, quod ad jus & juſtitiam coram Cæſare provocaverit, reſponſioneſque ſuas ibidem obtulerit. Nec verò contentos fuiſſe hâc illatâ violentiâ dictos reos, ſed inſuper Actoris anteceſſorem eodem metu & violentiâ coëgiſſe ad ſubſcribendas reverſales, quas ipſi quidem rei transactionis titulo deprædicent, in quibus proprietas ſeu dominium bonorum: & pertinentiarum dictarum reis ſit prætensè tranſcripta & translata. Indè reos dicta bona in hunc uſque diem in violentâ poſſeſſione detinere; cùm verò iſta omnia nullo jure approbari poſſint, nec rei, tam propter qualitatem bonorum, utpotè quæ Actor & ejus anteceſſores ultrà trecentos annos ab Imperio in feudum recognoſcant, quam propter vitium violentiæ, & ſcientiam rei alienæ, præſcriptionis exceptione ſe tueri queant; ideò Mand. S. C. de reſtituendo cum fructibus perceptis & percipiendis petijt, quod cùm non decerneretur, & rei ſcire deſiderarent, quo actionis genere actor contendere vellet, remedium Canonis redintegrandæ, unâ cum rei vindicatione vel actione feudi revocatoriâ elegit.



Digitized by Google

De requiſitis harum exceptionum non eſſe laborandum, patere ex ipsâ transactione ſub A. quod rei per publicam diffidationem dicta bona occupaverint, cum poſſeſſio in antiquis etiam per inſtrumenta probetur. *Alban. conſ. 64. n. 14. Maſcard. de*
14 *probat. vol. 3. concl. n. 87. n. 30.* Hinc violentam dejectionem ſeu ſpolium reipsâ elucere, cùm quemadmodum privatio habitum, ſic dejectio poſſeſſionem præſupponat. *l. 1. §. dejicitur. & §. interdictum. ff. de vi & vi arm. l. 1. §. ſed ſi is. ff. de acquir. poſſ.* Nec hoc violentiæ vitium reos per novum transactionis titulum poſſe mutare. *c. 2. de reſtit. ſpoliat.* cujus hæc ver-
15 ba. *Sollicitè cures per quirere, quo tempore renuntiavit Eccleſia, & ſi tibi couſtiterit, eum ſpoliatum cùm eidem Eccleſiæ renuntiavit, contra eum teſtes alterius partis de juramento & renuntiatione ſpontè factâ, antequam reſtitutus fuerit, non admittas, quia non eſt veri ſimile, quod ſpontè juri ſuo renuntiaverit, qui renun-*
16 *tiavit ſpoliatus* cui conſonat, *c. fin. de ord. cognit. l. 5. & 6. C. de except. Can. redintegranda. cauſ. 3. q. 1. l. non ſolum 33. §. quod vulgò. cum ſeqq. l. nunquam. 31. §. ſi vi aut clam. ff. de uſucap. l. 5. 7. & 11. C. de acq. poſſ.* ut antè factam reſtitutionem nulla reorum exceptio admitti poſſit.

Et primò quidem extrà dubium eſſe, quod dicta bona cum pertinentijs feuda ſint Imperij ab Actore & ejus Anteceſſoribus ultrà trecentos años in tali qualitate recognita & poſſeſſa, idque per inveſtituras clarè doceri, quæ ſunt optimæ feudi, & actuum, qui de feudis exercentur, probationes. *c. un. §. 1. cum ſeq. quid ſit inveſtit.*
17 *c. 1. de not. feud.* Et omnes inveſtituræ, ſeu literæ Principis Sigillo conſignatæ, publica ſunt inſtrumenta, quæ publicam merentur fidem, ut vaſallus vincere litem debeat, qui pro ſe inveſtituram habet, *Gilman. tom. 1. p. 2. tit. 11. n. 46.* ubi etiam inveſtito rei vindicationem utilem competere tradit. Eſt enim inveſtitura probatio probata, maximè in negotio antiquo. *Gœdd. vol. 3. conſ. 33. conſ. Marburg. n. 40. & conſ. 32. n. 202. Tabor in Axiomat. Barboſ. verbo inveſtitura. §. 7. & 8. Faber. in l. quoties. C. de R. V.* ità ut Vaſallus feudum vindicans nil aliud oſtendere teneatur, quàm rem ſibi in feudum datam & traditam eſſe, præſertim in antiquis, in quibus dominium probatur, per libros, *c. cum cauſam. de probat.* imò per nudam ſcripturam, *Cravett. de antiq. temp. p. 1. ſect. 2. n. 26.* & per quælibet inſtrumenta. *l. inſtrumenta & ibi Dd. C. de probat.* cùm antiqua præſumantur vera & ſolennia, in ijsque leviores probationes ſufficiant. *Cothman. reſp. 56. à n. 69. uſquè 85. vol. 2.* quæ 18
omnia eò magis obtinent, ſi ſcripturæ ex archivo publico ſint deſumptæ, quia talis charta publicum habet teſtimonium. *Auth. hac. C. de fide Inſtrum. Reinking. de Regim. ſec. & Eccleſ. lib. 1. claſſ. 4. pag. 115.* plenéque probat, & in negotio antiquo rem indubitatam facit. *C. Marpurg. vol. 3. conſ. 33. n. 40.* Hinc inveſtitura in lite feudali eſt anchora, ad quam maximè recurrendum, quia in controverſijs feudalibus ejus tenor præſcribit judicandi normam, *Theſ. Baſil. vol. 2 diſp. 18.*

Nec obſtare, quod antiquiores & primæ inveſtituræ produci non poſſunt præ- 19
ter illam de anno *1414.* cùm renovatio Inveſtituræ in Succeſſores eodem jure cenſeatur facta, eiſdemquè conditionibus, quibus rem vel feuda hæc anteceſſores obtinuerunt, ut poſt alios à ſe relatos reſpondit *Menoch. vol. 1. conſ. 1. n. 8. Weſenbec. conſ. 21. n. 58. & conſ. Marpurg. vol. 3. conſil. 21. n. 206.* Cùm renovatio fieri dicatur, quando actus, qui præceſſit cum ſuis qualitatibus & ſecundum naturam ſuam, nihil addendo vel detrahendo, denuò fit. *Mozon. deciſ. Flor. 1. n. 18. 19. & deciſ. Luc. 48. n. 19. Cephal. conſ. 307. n. 78.* Inveſtituræque ſequentes ſemper intelliguntur ſecundum naturam & clauſulas præcedentis anterioris fieri. *Curt. in tr. feud. 2. part. 2. partis pr. n. 44. Zaſ. in tr. feud. 6. part. n. 23. Weſenbec. conſ. 41. n. 101. & 114.* mutatio enim non præſumitur, *Schrader. de feud. p. 5. c. 2. n. 44. Maſcard. de probat. vol. concl. 1082. n. 1.* Sed quemadmodum Princeps confeſſionem ab anterioribus factam, aut inveſtituras antiquas immutare nequit, *Gail. 2. obſ. 49. n. 2. 3. & ſeqq.* ità neque in dubio id facere voluiſſe præſumendus eſt. Poſteriores ergò inveſtituræ 20
probant, etiamſi inveſtitura antiqua non reperiatur, *Weſenb. conſ. 34. n. 43.* ſicut originalibus creditur. *Gail. 2. obſ. 1. n. 15.* cùm relatum ſit in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, *l. Theopompus. ff. de dott. præleg. l. hac Scriptura ff. de condit. & demon-*

*monſtr. Gilman. Symphor. tom. 3. p. 1. vol. 5. pag. 71.*

Cùm ergò feudalitas controverſorum bonorum in aperto ſit, exindè porrò infe-
21 runt actores, quod remotioribus Agnatis, recuperare & vindicare feudum volentibus, præſtitutum tempus non prius currat, niſi à die, quo ipſis locus ſuccedendi aperitur, *Roſenth. de feud. c. 10. concl. 49. n. 10. 11. & 12. Schrader. p. 8. c. 8. n. 45. & ſeqq. Carpzov. jurisprud. p. 2. conſtitut. 48. def. 3. & conſt. 50. def. 5. Idem reſp. Elect. lib. 6. tit. 10. reſp. 156. n. 1. 4. 5. per text. in lib. 2. feud. tit. 40. §. præterea, ibi. ullius temporis præſcriptione non obſtante.* feuda enim ex pacto & providentiâ, in præjudicium deſcendentium & agnatorum, nullo modo alterari, vel alienari, multò minus præſcribi vel uſucapi (quæ ſpecies alienationis eſt) poſſunt, ſed permittitur agnatis talia feuda recuperandi & vindicandi quovis tempore poteſtas & facultas *c. un. de alien. feud. patern. & ibi interpr. communiter & in c. un. §. Titius. ſi defunct. controverſ. fuer.*

22 Agnatis tamen ait *Georg. Schulzen in Synops. feud. c. 9. n. 94.* ſecundum Feudiſtas communiter, non antè incipit currere præſcriptio, quàm ipſis jus acquiſitum ſit in feudo, mortuo ſcilicet Vaſallo. Agere enim non valenti præſcriptio non currit. *l. ſuper annal. 1. §. ne autem 3. C. de annal. except. l. quia tractatus. 1. ff. de diverſ. temp. præſcript.* quia ubi non eſt negligentia, quæ alicui imputari poteſt, ibi non debet eſſe pœna. *per text. in l. Sancimus. C. de pœn.* & ita poſt alios tradunt. *Rittershuſ. part. feud. lib. 1. c. 18. q. 9. verſ. ſed hic illud memineris Bocer. de præſcr. feud. c. 2. n. 64. & ſeqq. p. 2. cl. 5. diſp. 17. th. 19. Joh. Zobel. exercit. feud. 5. th. 6. lit. 6. Sigismund.* Finckelthaus *in controverſ. feudal. illuſtr. diſp. 8. th. 9.* ubi ait, præſcriptionem Agnatis non nocere, ex æquiori & receptiori opinione, quia 1. Agnati mortuo demum vaſallo, ex pacto & providentiâ primi acquirentis ſuccedunt, plerumque jus acquirunt, præſcriptionis verò tempora ex eo die ſunt computanda, quo actiones principales competere cœperunt, *l. ſicut 3. verſ. quæ ergo anteà C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* antè conditionis verò eventum nihil valet præſcriptio, *l. cùm notiſſimi. 7. §. illud autem. 4. C. d. tit.* 2. Quia præſcriptio eſt ſpecies alienationis, *l. alienationis 38. de V. S.* ſed alienatio feudi paterni à Vaſallo facta agnatis non præjudicat, *2. feud. 26. §. Titius filios 2. f. 39.* 3. Quia eſt regula naturali æquitati conſentanea, unicuique factum ſuum non alteri nocere, *l. factum. 155. de Reg. jur. l. non debet alteri. 74. l. id quod noſtrum eſt. 11. eod.* 4. Quia feudum ex delicto Vaſalli amiſſum & ad Dominum reverſum, mortuo Vaſallo revertitur ad agnatos, *2. feud. 31. ibi: quandoque 2. feud. 88. verſ. hoc autem ipſa, 2. feud. 89.* quo in loco dubium non eſſe, ait Finckelthaus *d. loc.* quin negatio abundet, cùm Vaſallus feudum tantùm quoad vitam uſufructuariè poſſideat, ut jus præſcriptione acquiſitum potentius eſſe non poſſit, quàm ejus contra quem præſcribitur, *Hartm. Piſtor. q. 8. part. 2.*

Hinc juri omninò contrariari aſſertionem reorum, quod feudum ſine conſenſu agnatorum alienatum, in præſenti caſu, 10. vel 30. annorum ſpatio præſcribi poſſit. Neque præſentia agnatorum, qui præſcriptionem ſciunt, & impleri patiuntur, vel contractui adſunt, eorum conſenſum ponit. Quippe cùm agnati rectè co- 23
gitent, jus ſuum ſibi ſalvum eſſe, *arg. l. ſicut §. non videtur. ff. quib. mod. pign. ſolv.* nonobſtante regulâ *in c. qui tacet de reg. jur. in 6.* quia non procedit in caſibus, in 24
quibus quis actum contradicendo impedire nequit, *l. Cajus. ff. de pign. act.* niſi tamen dolosè tacuerint, in fraudem alterius, aut aliquid fecerint, quod conſenſum præ ſe fert, *Tiraq. de retractu. p. 1. §. 1. gloſſ. 9. n. 156. Henr. Zæſ. in tr. de jur. feud. c. 14. n. 9.*

Congruunt hæc omnia menti & voto 25
acquirentis, qui vult ut feudum ad ſucceſſores in infinitum transferatur, & in familiâ ſuâ immortalitatis quodammodò referat imaginem, *arg. l. liberorum. 220. in fin. ff. de V. S. l. 12 tabularum. 14. C. de legit. hæred. l. pecuniam 79. ff. de ſolution.* adeoque vaſalli nihil aliud, quàm uſum 26
fructum feudi habent eâ lege, ut feudum in ſucceſſores transmittant. Qui tamen non ex perſonâ proximi deceſſoris, ſed jure proprio, non univerſali, ſed ſingulari, non jure hæreditario, ſed lege inveſtituræ, *c. 1. per quos facit inveſtitura.* non 27
dono patris, ſed munere generis, & ex

Imperatorum beneficio ſuccedunt, *c. un. circa fin. in quib. cauſ. feud. ammitt. Cothman. conſ. 31. n. 3. & ſeq. vol. 3. Gail. 2. 149. & 145. n. 4.* Quod jus deſcendentium & agnatorum ita fixum eſt, ut extra caſus jure feudali expreſſos, nec contractu Vaſalli, nec delicto, imò ne quidem Principis poteſtate aufferri poſſit, *l. 2. C. de prec. Imp. off. Udalr. Zaſ. p. 8. de ſucceſſ. feud. n. 6. Cothman. reſp 67. num 69. & ſeq. vol. 2. & jurib. vulg.* & hinc patet, etiam feudalitatem rei occupatæ decantatæ reorum præſcriptioni obſtare.

28 Accedit alterum præſcriptionis impedimentum occupatio nimirùm violenta. Quis enim neſcit hanc juris diſpoſitionem, quod in rebus furtivis, violenter occupatis, reſtitutioni ſubjectis, & alienari prohibitis, nulla præſcriptio procedat? *§. furtiva res, & quæ vi poſſeſſa & §. noviſſimè Inſt. de uſuc. l. non ſolùm 33. in pr. eod. l. quod contra. ff. ad l. Jul repetund. Zanger de exc. c. 8. n. 15. & 18. c. Imperialem de prohibit. feud. alienat. per Fridericum. tit. 55. &c. Imperialem eodem per Lotharium c. ſatis benè in fin. ibid. &c. alienatio. de alien. feud patern A. B. tit. 24. §. ſi cætero Principes c. 20. & 13. ibique Dd. Menoch. recup. remed. 15. n. 416. Cohman. reſp. 60. n. 142. Gail. 2. obſ. 154. n. 2. 3. 4.* fatentur enim rei, daß ſie die Güter dem N. ſeinen Brüdern / und ihren Erben / in offener Fehde abgewunnen und abgenommen / unde mala fides conſurgit, (nec enim bonæ fidei poſſeſſor cenſeri poteſt, qui contra canonum authoritatem & legum interdicta rem alienam detinet, *l. 7. in fin. C. de agric. & cenſ. l. non poteſt. 160. de reg.*

29 *jur.*) cum quâ nulla præſcriptio, licet temporis immemorialis, vel mille annorum, ſtabiliri poteſt, *c. vigilanti 5. &c. fin. de præſcript. c. poſſeſſor. de reg. jur. in 6.* ita ut hæc mala fides autoris etiam ſucceſſoribus ratione noceat, ut nec præſcriptionem ex propriâ perſonâ inchoare poſſit. Quam ſententiam, quod mala fides, tam perſonalibus, quàm realibus actionibus in perpetuum obſtet, tam juris canonici, quàm civilis interpretes tuentur, & in judicando obſervari debere monent, atteſtante *Cothman. conſ. 63. n. 32.* & præjudicia Cameræ refert, *Minſing. 4. obſ.*

30 *6.* Et quamvis regerant rei, quod mala fides lapſu temporis immemorialis purgetur, ut poſteà bona fides præſumatur. Hæc tamen præſumptio tanti roboris non eſt, ut contrariâ probatione non poſſit expugnari. Adeoque tantùm de jure civili procedit, non de jure Canonico, quod tamen in materiâ præſcriptionis ſequimur, & ex quo mala fides poſt mille annos poſſeſſori poteſt objici. *Gail. 2. obſ. 18. n. 7. Roſenthal. de feud. c. 5. concl. 16. n. 3. &c. 6. concl. 77. n. 9. Minſing. 4. obſ. 6.* Atque eò minus reis exceptionem præſciptionis prodeſſe poſſe quia tunc temporis in bannum declarati, & nondum abſoluti fuerint, ut beneficia juris ipſis competere nequeant.

Hæcque omnia eò magis procedere, quia Actores civilem poſſeſſionem animo ſemper retinuerint, ex quo juris, quod donec quis animo civilem poſſeſſionem retinet, *l. 4. C. de acquir. & retin. poſſeſſ.* ipſa res, ſeu dominium vel proprietas ejus, præſcribi nequeat ab eo, qui etiam cum titulo & bonâ fide naturaliter poſſidet. Vi namque dejectus proinde haberi debet, ac ſi adhuc poſſideret, cùm remedijs poſſeſſoriis recuperandæ poſſeſſionis facultatem habeat, *l. 17. pr. ff. de acquir. poſſeſſ.* Quid quod documenta ſub F. & O. clarè oſtendant, wie ſich die Beklagte verpflichtet und verſchriben / daß ſie der Kläger und dero Nachkommen und Erben Beſtes / aller Enden und Orthen es ihnen vonnöthen / jedesmals wiſſen / thun / und getreulich befürdern / auch deroſelben Feind und Unfreunde (da ſie derſelben zur recht mächtig ſeyn könten) in keine weg werden wolten: Quibus omnibus eò minus mox poſt aliquot annos debuiſſent contravenire, & per violentam occupationem Actores bonis ſuis ſpoliare. Ut ex his omnibus inficiari ne- 31 queant rei, quod ipſis requiſita præſcriptionis, nimirùm juſtus titulus, ſeu cauſa poſſidendi, bona fides, & quod res non ſit vitioſa, penitùs deficiant. Nec verò diffidatio titulum reis legitimum præbere poteſt ad præſcribendum, quia præcipuum diffidationis licitæ requiſitum daß ſie nemlich den Klägern ordentlich zur Recht gefordert / und ihnen das Recht verſagt worden / ipſis eodem modo deficit.

Adverſantur reis antiquiſſimæ Conſti- 32 tutiones. quibus omnes tales diffidationes & violentiæ, jam multò antè paratum hoc facinus ſeveriſſimè fuerunt prohibitæ.

tæ. Cui enim in jure & Hiſtoriis modicè verſato ignotum eſt, Fridericum I. jam *anno 1156. 2. feud. 27.* violationem pacis publicæ in genere prohibuiſſe. In *placitis feudorum lib. 2. tit. 53.* pœna certa violatoribus pacis publicæ ſtatuitur, cum reparatione damni; & in Comitiis Norimbergenſibus *anno 1187.* idem Imp. Fridericus I. ſequentem publicavit ſanctionem: Und als man in der Verſamlung war/ vermeldete der Kayſer / als ein Liebhaber deß Fridens / ſeinen Willen und Meinung/ ernſtlich gebietende / daß ſich forthin / von diſer Zeit an / keiner weder reich noch arm / in ſeinem gantzen Kayſerthum / mit dem andern verunreinigen: einer den andern weder mit Feuer noch Schwerd beſchädigen / noch einigerley Krieg wider den andern anfahen/ ſondern ſich männiglich bey Vermeidung der Käyſerlichen Ungnad zu Frid und Ruhe geben ſolle. Imperator Fridericus II. in *Receſſ. Imp. Moguntiæ* publicato *anno 1236. c. 4,* ſequentia de hâc re diſpoſuit: Wer aber ſeine Klag vollen führet / als vorgeſchriben ſtehet / wird ihm nicht gerichtet / und muß er dardurch ſeinen Feinden widerſagen / der ſoll es bey Tag thun. Unde apparet, non niſi in caſum denegatæ juſtitiæ bellum cæteris paribus fuiſſe licitum, *Goldaſt.* von Reichshändel. *t. 3. libr. 1. fol. 85.* Paria ſtatuit Albertus I. Imp. apud *Goldaſt. l. 2. p. 24. & ferè* iisdem verbis, §. 1. Wer aber ſeine Klag verführet / als ſie geſchriben iſt / wird ihme darumb nicht gerichtet / als daß er durch Noth ſeinen Feinden abſagen / und widerſtehen muß / das ſoll er thun zuvor vier Tage / und ſoll ihm unterdeſſen kein Schaden thun / weder an Leib noch an Gut / und ſo hat er dann gantzer drey Tage Friden. *Idem §. 2.* Der dem alſo abgeſaget würde / der ſoll auch niemand weder an Leib noch an Gut / biß an den vierdten Tag / keinen Schaden thun / an wem diſes aber gebrochen wird / der ſoll für ſeinen Richter kommen / und ſoll das Klagen über ſeinen Widerſacher / ſo ſoll ihm dann der Richter zur Hand fürbieten / mag ſich dann diſer nicht entſchuldigen / ſo ſoll er Ehr- und Recht loß ſeyn ewiglich / alſo daß er nimmer zu ſeinen Rechten gelangen mag. His accedit *A. B. Caroli IV.* Imperatoris *de anno 1356. tit. 17.* Conſtitutio Friderici III. Imp. de anno 1442. *Wehner. obſ. pr. verb.* befehden / nec enim cuiquam niſi ob defectum juſtitiæ licitum eſſe poteſt ſibi jus dicere, ut exponunt *Rumelin. ad A. B. p. 619. Bocer. de diffidation. c. 2. num. 18.*

Quamvis enim vindictæ privatæ permiſſæ exempla videantur in jure quoque civili reperiri, ut in *l. ait. Prætor. 10. §. 16. ff. quæ in fraud. cred.* ubi creditor propriâ autoritate fugientem debitorem perſequi, eum capere, & pecuniam ſecum ablatam aufferre poteſt. In *l. 4. ff. ad l. Aquil.* ubi ſi ſervum latronem inſidiantem mihi interfecero, ſecurus ſum, ex ratione: quia adverſus periculum naturalis ratio permittit defenſionem. In *l. 54. C. de Decurion.* ibi: *Si præſidis copia deſit, in eundem manus injectione conceſſa, &c.* ita ut privata vindicta etiam pacto induci poſſit, *Math. Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 6. n. 68. Mager. de Advoc. armat. c. 9. n. 270.* Omnia tamen iſta locum non alium habent, quàm ſi vel moræ periculum, vel denegatio juſtitiæ, quendam talibus factis colorem obtendat. Nam ſecus Friderici I. Imp. Conſtitutionem hunc in modum refert *Abbas Urſpergenſis in Frider. I. anno 1187. Statuimus etiam, & eodem edicto firmiter ſancimus, ut quicunque alij damnum facere, vel lædere ipſum intendat, tribus ad minus diebus per certum nuntium ſuum diffiduciet eum. Naucler. vol. 2. gener. 2. fol. 807. Cruſ. Annal. Suevic. lib. 1. p. 2. c. 15.* 33

Contra has Conſtitutiones reos ſuum ſpolium nullâ ratione poſſe defendere, porrò deducit actor, es werde auch in dem Römiſchen Reich keine höchſtſchädliche confuſion (ut ſunt verba reorum) noch ein gefährliches Feuer angezündet / ſi quis jus ſuum perſequatur, & violenter ſibi ablata ab injuſtis detentoribus legitimis actionibus repetat. Teneri potiùs reos Majorum ſuorũ 34 conſcientias per reſtitutionem injuſtè ablatorum liberare, quas nulla præſcriptio vel poſſeſſio longæva à peccato poſſit abſolvere. Præſcriptionem eſſe contra immutabile jus divinum, quæ idcircò pro fundamento reorum allegari eò minus poſſit. Et quod Actores temporibus anteactis fuerint in locorum controverſorum poſſeſſione, clarè ſatis ex confeſſione reorum, ſub lit. F. & L. liquere. Jura verò de præſcriptionibus à reis adducta, tantùm procedere in rebus proprijs & allodialibus, licitè alienatis, non in rebus reſtitutioni ſubjectis, & per ſpolium vitioſè acquiſitis.

Alle-

35 Allegatum à reis *tit. 9. ex jure feud. lib. 2. §. præſcriptione* nec non *tit. 26. §. ſi per triginta.* præſenti facto applicari non poſſe, eò quod hiſtoricam tantùm contineat relationem, ex jure veteri, qualiter olim feudum potuerit alienari, ſine ullâ diſpoſitione in futurum, id quod ipſa verborum conceptio, *amittebat*, *poterat*, *ſubmovebatur*, abundè evincant, prout etiam *§. triginta.* Saltem loquatur de eo caſu, ubi inter Dominum feudi & agnatos Vaſalli de feudo defuncti quæſtio eſt, qui caſus longè eſt à præſenti alienus.

36 Negant porrò Actores ex locis controverſis, rapinas unquam factas eſſe, & ſi quid tale demonſtrari poſſet, patuiſſe reis viam juris; cùm antè Sententiam nemo ſit poſſeſſione ſuâ privandus, eò quod perniciosum ſit ſingulis concedere, quod publicè fieri expedit, cùm Judiciorum vigor jurisque publici tutela propterea in medio conſtituta ſit, ne quis ſibi ipſi jus dicat, ſed per ordinarium Judicem ſuum repetat. *l. 176. de R. I. l. nullus. C. de Judæis l. ult. & pen. ff. de vi priv. l. 13. ff. quod met. cauſ. l. 6. & 7. C. unde vi. l. ſi quis in tantam & ibi*
37 *Dd. C. eod.* Inter enumeratas à reis arces prædatorias bona controverſa non contineri, nec Hiſtoricis in rebus arduis, ubi de famâ & exiſtimatione hominis agitur, in præjudicium & damnum tertij, fidem adhiberi poſſe, cùm veritas rerum geſtarum erroribus minimè poſſit vitiari, *l. illicitas 6. § 1. ff. de off. præſid.* & per hiſtoricorum affirmare vel negare non immutetur, *l. cum falſa C. de jur. & fact. ignor.* Ex ſupradictis itaque patere, etiam antè annum 1420. privata bella & diffidationes nunquam fuiſſe licitas, præſertim ſi altera pars ad juris diſceptationẽ ſe obtulerit, ex Reformat. Imp. Frid. III. Francofurti anno 1441. ibi: Daß niemand dem andern Schaden thuen oder zufügen ſolle / er hätte dann zuvor zu gleichen billichen Landläuffigen Rechten erfordert / und ihm ſolch Recht villeicht nicht ſobald als er wolte / und mit recht begehret / gedeyen und widerfahren möchte. Hoc autem in caſu nullam reos habuiſſe diffidationis cauſam, nullam belli fuiſſe denuntiationem, quin imò è contrario ex proteſtatione anteceſſoris Actorum ſub B. & atteſtatione apparere, quod juri ſe obtulerint Actores, quo tamen ſpreto, rei per diffidationem, bello illicito ipſos ſunt adorti, in quo ſolennitates requiſitas adhibitas eſſe uti non probant rei, ità illæ pariter in facto illicito interveniſſe, non præſumuntur, *per jura vulg.*

Nec violentiæ vitium rei purgare 38
poſſunt per transactionem ſubſecutam, utpotè quam eâdem vi & metu extorſerunt, ſicut nec opponi hæc exceptio poteſt, antè reſtitutionem ſpolij integerrimè & ad ultimum uſquè quadrantem facta, *c. reintegranda. cauſ. 3. q. 1. l. ſi. quis ad ſe fundum. C. ad l. Jul. de vi publ. Gilman. Symphor. p. 1. tom. 2. vol. 15. n. 82. & 115. c. gravis de reſtit. ſpoliat. c. ejectis. 8. cauſ. 3. q. 2. c. Si Epiſcopus 8. q. 2.* Etiam quoad expenſas litis. *Rota deciſ. 15. de reſtit. ſpoliat. in novis* ità ut ſi aliquid ſpoliato deſit, nullatenus ſpolianti reſpondere teneatur, *Bald. in c. conquerente 7. de reſtit. ſpoliat. Math. de afflictis. deciſ. 19. n. 4.* neque ſpolians per exceptionem oppoſitam, neque per con- & reconventionem ſuper petitorio inſtitutam ſe tueri, & reſtitutionem rei ablatæ impedire poſſit. *C. Nullus. 3. cauſ. 3. q. 2. Schurff. conſ. 88. n. 1. cent. 2. & conſ. 73. n. 10. Menoch. remed. 1. recuperand. n. 21. Cothman. conſ. 67. n. 3. uſque ad 11. vol. 2.* Cùm veroſimile non ſit, quod ſpontè renunciet juri ſuo, qui renunciat ſpoliatus. Atque proteſtatio ſpoliati ſatis demonſtrat, ipſum non ſpontè, ſed coactè, patratum à reis ſpolium renuntiaſſe, vi metuque inductum, ne transactione non interveniente pluribus adhuc bonis ab adverſarijs exueretur.

Et quid prodeſſe poſſet reis transa- 39
ctionis hujus titulus, utpotè per quem poſſeſſionis violentæ cauſam ſibi mutare non poſſunt *l. 3. §. illud quoque de acq. poſſ.* qvia transactio non præbet novum titulum, ſed veterem ſaltem continuat. *Gilman. Symphor. p. 2. tit. 6. ſuplic Cameral. tom 1. pag. 19. n. 14.* ut proindè neceſſe ſit transactionem tanquam acceſſorium ſequi naturam ſui principalis, atque ſic ſpolio alienationeque prohibitâ, ipſa quoque transactio prohibita cenſeatur, *l. non ſolum 4. C. de præd. & al. reb. min. non alienand. l. 1. C. ſi adverſus transact.* cùm alienationis verbo utique pignus & transactio comprehendatur.

Prout itaque ſuprà deductum eſt, quod in feudo antiquo nulla defuncti ordinatio vel factum valeat in præjudicium agna-

gna-

gnatorum *c. un. circà prin. de ſucceſſ. feud.*
40 ità ut neque teſtamentum facere, neque uni filiorum feudum prælegare, neque illud oppignorare, donare, vendere, vel in ſolutum donare, illi renuntiare, neque pro animâ ad piam cauſam concedere poſſit. *Cothman. reſp. 21. num. 39. & jur. vulg.* ſed ſi quid tale factum ſit, ſtatim mortuo vaſallo, velut reſoluto jure dantis, reſolvatur etiam jus accipientis. *l. vectigalis. 31. ff. de pignor. c. 1. §. ſi Clientulus. de alien. feud. Gail. P. P. lib. 2. c. 14. n. 9. 10. & ſeqq.* & agnatis ſtatim jus vindicandi competat, *Cothman. reſp. 21. Schrader. de feud. p. 8. c. 8. n. 4.* neque ipſis ſinè proprio ſuo facto jus ſuum aufferri, nequidem per Imperatoris reſcriptum poſſit. *l. 2. C. de precib. Imp. offer. l. iniquiſſimum ff. de jur. & facti ignor. l. id quod noſtrum eſt, ff. de reg. jur. tot. tit. C. de reb. alien. non alienand.* ità nec transactioni vires iſtas attribuendas eſſe.

41 Accedit his omnibus porrò, quod etiam prætenſa hæc transactio ſuis careat requiſitis, quæ ſunt ut fiat bonâ fide, ſuper re dubiâ, & lite incertâ, nec non dato aliquo reciprocè, retento vel promiſſo *l. 1. ff.*
42 *l. 2. & 38. C. de transact.* Cum enim fit ſuper re de jure prohibitâ, vel ſuper lite ementitâ, ſimulatâ & falsâ, de quâ nulla probabilis eſſe potuit controverſia, aut cum dolo, vi & metu, nullius valoris eſt transactio *Erneſt. Cothman. conſ. 50. n. 127. vol. 3. & 53. n. 132. vol. 2. Gail. 2. obſ. 70. n. 22. Maſcard. de probat. concluſ. 439. n. 33.*

Cum itaque hæc transactio ſuper manifeſto & aperto ſpolio, ſuper injuſtiſſimâ invaſione & violentâ detentione rerum occupatarum, contrà aperta jura, in præjudicium & detrimentum Reipublicæ & Romani Imperij, per metum majoris mali, contrà *c. 2. C. de transact. l. ſi unus. 28. §. pacta, quæ turpem cauſam, cum ſeqq. ff. de pact. l. 5. & 6. de except.* ſit extorta: Et quidem in præjudicium agnatorum & deſcendentium, in re prorſus alienari prohibitâ, contrà expreſſas Sacrarum legum conſtitutiones, quis dubitare poteſt eam
43 invalidam eſſe & nullam? Cum Imperatores nullum pactum, nullam transactionem inter eos videri velint ſubſecutam, qui contrahunt lege contrahere prohibente. *c. Imperialem 13. 15. & 16. cum ibi annotat. cauſ. 25. q. 2. l. non dubiam 5. C. de ll.* Et omnia, quæ lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta, non ſolum inutilia, ſed planè pro infectis habentur, *l. 5. & l. jubemus 14. §. ſanè, ſi hæc in fin. C. de SS. Eccleſ. l. pacta quæ contrà leges C. de pact. & l. juris gent. §. prætor ait. ff. eod.* Quoniam rerum earum, quas vel natura vel mores civitatis, jus gentium, vel mores hominum commercio noſtro exemerint, nulla eſt emptio, vel translatio. *l. ſi in emption. 34. ff. de contrah. empt.*

Nullam verò litem fuiſſe in anno 1420. ſuper bonis modò controverſis, nihil reciprocè in transactione à reis datum vel promiſſum, ſed enormiſſimam potius in eâ contineri læſionem.

Et quamvis in loco tertio & tuto, nec non poſt ſpatium 6. Septimanarum à die occupationis transactio ſit inita, nihilominus extortam fuiſſe ab Actorum anteceſſore, eâ de causâ, ne majoribus & pluribus bonis ſpoliaretur propter militum in controverſis locis ſubſiſtentiam. Inſuper fuiſſe reos eo tempore in bannum Imperij declaratos, poſteaque ex merâ majori contumaciâ & inſolentiâ ſæpè dicta bona occupâſſe. Nec verò Actorum anteceſſoris 44 fratres transactioni præſentes fuiſſe: cum poſſit demonſtrari per documentum ſub Lit. O. quod promittere debuerit, ſe alias literas, fratrum ſuorum ſigillis & ſubſcriptionibus munitas intrà 4. Septimanas Civitatibus extraditurum. Cum igitur fratres nec præſentes fuerint, nec quicquam controverſiæ, reis cum ipſis interceſſerit, nullâ ratione transactio ipſis opponi aut nocere poteſt.

Tranſigentem porrò per proteſtationem non clandeſtinam & doloſam, ſed omni jure licitam, jura ſibi competentia reſervâſſe, cum proteſtando jus noſtrum conſervemus, *per jura vulg. & arg. l. Ne-* 45 *ſennius ff. d. neg. geſt. l. pro hærede §. 1. ff. de acq. hæred. l. pupillo. §. ſi quis ipſi. Prætori. ff. de nov. op. nunt. l. Labeo ait. §. fin. de ſupp. leg.* ac ejusmodi poteſtatio proficiat aut de adverſarij injuſtitiâ conſtet, *l. de pupillo, & ibi Interpretes. ff. de novi op. nunciat. Cothman. reſp. 37. n. 259. vol. 3.* imò proteſtatio ob metum facta faciat, ut actus, qui ſequitur, non valeat, ſed ipſo jure nullus ſit, *Menoch. reſp. Finarienſ. 3. n. 27. pag. 58. & Dd. in l. non ſolùm. §. morte. ff. de nov. oper. nuntiat.* Et quamvis 46


præ-

præſumenda ſit reis facta hujus proteſtationis inſinuatio, eam tamen in præſenti caſu, ubi de exonerando ſe ab obligatione, quæ debet oriri ex pacto non præambulo, ſed ſecuto, agitur, non eſſe neceſſariam, ſed proteſtationem abſque eâ conſiſtere, per *Imol.* in *c. Cumanæ. de elect. in antiq. Socin. regul. 406.* præſertim quando proteſtatio publicè, in præſentiâ aliquot Principum, coram Notario ſimul & teſtibus eſt facta: Nam hujusmodi proteſtatio publicè fieri dicitur, & proindè inſinuatione non eget, principaliter cum & ipſa transactio in præjudicium agnatorum eſſet nulla. Cùm transactiones per vim extortæ nunquam valeant, *l. fin. & l. 2. 4. & 5. C. de his quæ met. cauſ. geſta ſunt. l. 3. §. 1. ff. de vi & vi armat.* & is qui de facto per vim ab inferiore ſpoliatus & dejectus eſt, de facto per ſuperiorem quoque ante omnia debeat reſtitui, ita ut neque exceptio expenſarum in puncto petitæ reſtitutionis rei ſpoliatæ & vi poſſeſſæ, ad impediendam reſtitutionem poſſit opponi, *Menoch. recup. poſſeſſ. remed. 15. n. 499.*

47 Et hæc ſunt argumenta, quibus actores intentionem ſuam probare annituntur, quæ ſummatim huc redeunt: Quod bona controverſa à reis per violentiam majorem & ſpolium inexcuſabile occupata, ab Imperatore & Imperio tanquam feuda avita ex pacto & providentiâ dependentia, in præjudicium agnatorum, longiſſimo & immemoriali quamvis tempore poſſeſſa, præſcribi non potuerint, ſed actori ex juris & juſtitiæ immutabili dictamine, cum fructibus perceptis & percipiendis adjudicanda ſint, & plenariè reſtituenda.

48 Non denominaverat actor ab initio genus ſuæ actionis, arguens abundè illud ex concluſione libelli poſſe colligi. Verùm, cùm mirum in modum variâſſet, ut dubium cuivis videretur, an actionem feudi revocatoriam, an verò poſſeſſorium retinendæ vel recuperandæ inſtituere vellet, cum remedia dentur in jure diverſiſſima. Tandem in triplicis profeſſus eſt, ſe revocatoriam feudi inſtituere, unà cum remedio *can. redintegranda*, ex Conſilio *JCti in l. 24. ff. de R. V.* & Juſtinani Imp. *in §. retinendæ. verſ. commodum autem poſſeſſionis in eo eſt. Inſt. de Interd.* Cùm dubium nullum ſit, rei vindicationem cum poſſeſſorio recuperandæ cumulari poſſe. Prout autem actor requiſita harum actionum, nempè poſſeſſionem ſuam, vel anteceſſorum ſuorum antiquiorem, nec non reorum per ſpolium acquiſitam novam, ex ipsâ rei evidentiâ, reorumque confeſſione patere exiſtimat: Sic econtrà rei hæc ipſius ſuppoſita penitùs negant, objicientes exceptionem non competentis actionis, & tali quidem effectu, quod nec olim competierit, & multò minus hodiè poſt ducentenariam præſcriptionem cómpetere poſſit. Cùm actor non poſſit dicere, ſe poſſeſſionem hactenus animo retinuiſſe, per *l. 3. §. 8. 10. & ſeqq. ff. de acquir. vel amitt. poſſ. l. 15. 17. 25. eod. Maſcard. de prob. concl. 1193. n. 84.* ubi dicit, omnis poſſeſſionis ſpeciem gratis jactari, ſi adverſarius jam per decennium poſſederit.

Seponamus ergò tantiſper exceptionem præſcriptionis, & fingamus actiones intentatas in ſuo vigore, & intra fatalia à legum dictamine præſcripta adhuc conſiſtere; non tamen dantur illâ remedia contra eum, qui juſtâ ratione juris, & moribus ſeculi permittentibus rem aliquam occupavit; prout anno 1420. jure gentium & moribus illius ſeculi licitum fuit, juſtis defenſionis armis ſecuritati publicæ cavere, cum illo tempore frequentiſſimæ fuerint arces prædatoriæ, quæ publico voto ſcituque deſtructæ ſunt, *Beſold in theſaur. pr. verb.* Raubſchlöſſer. Lindenſpühr *in commentar. ad ordinat. Polit. Ducat. Würtenberg. ad Ordinat. fol. 104. Speidel. in ſpecul. obſ. verb. eodem, & verb.* Abſagbrieff / *nec non verb.* Fauſtrecht / *& verb.* Fehd. ubi ex Cruſio, Lehemanno & alijs Hiſtoricis rerum Germanicarum refert, nihil frequentius ante annos ducentos, & quod excurrit fuiſſe, dann daß die von Adel/ auch gröſſere Herren / wider die Stätt und unter einander offene Fehde gehabt / und einander überzogen. Potiſſimùm verò in Saxoniâ invaluit iſte privatæ vindictæ modus, quod atteſtatur declaratio Principum Saxoniæ erga Imperatorem Henricum IV. ihre Unſchuld offenbarlich darzuthun / mit Recht und mit der Fauſt / apud *Lehemann lib. 5. Chron. Spir. c. 29. pag. m. 473. referente Ant. Günth. Frizio, Exerc. 2. ad Receſſ. Imp. §. 3.* Atrox enim antè duo ſecula hoc totam Germaniam invaſit malum, ut potiùs ſtabulo latronum videretur ſimilis, quàm cultæ terræ.

Te-

Digitized by Google

Teſtatur namque *Spangenbergius in Chron. Saxon.* quod viæ regiæ per totam Turingiam propter diffidationes, & inde repullulantes invaſiones, gramine adeò fuerint deformatæ obtectæque, ut laboris
51 fuerit, eas redinvenire. Et hæc morum pravitas in totum abrogari diu nòn potuit, ſaltem id egerunt optimi Reges & Imperatores, ut intra certos cancellos bella illa & privatas vindictas coërcerent. Hinc Imp. Fridericus III. *in reform. Polit. Francofurt. anno 1442. in pr.* ait: Daß er zu Anbeginn ſeines Regiments / eigentlich und mannigfaltig vernommen / daß in dem Heyl. Röm. Reich / und ſonderlich in Teutſchen Landen / vil Unraths / Vergewaltigung / auch anderer unzimlicher und unehrlicher Angriff und Beſchädigung geſchehen ſeynd / und noch täglich beſchehen / mit Raub / Mord / und Brand / davon das Heyl. Reich / deſſen wir ein Mehrer genannt ſeynd / gar ſchädlich gemindert wird; Sed cum de remedio tractaretur, §. 1. nil aliud ſtatutum, als daß niemand den andern Schaden thun oder zufügen ſoll / er hab ihn dann zuvor zu gleichen / billichen / landläuffigen Rechten erfordert / und ihme ſolch Recht villeicht nicht ſobald / als er wolt oder begehrt / gedeyen oder widerfahren möchte / ſo ſoll er dannoch den nicht angreiffen oder beſchädigen / er habe dann vor alles das völlig und gantz gethan / und vollbracht / was Kayſers Caroli des IV. Güldene Bull / im Capitul vom Abſagen / eigentlich enthält und außweiſet.

52 Cum verò poſteà *anno 1495. in Comitijs Wormatienſibus, tit.* Von Handhabung des Fridens / Rechtens und der Ordnung zu Worms *anno 1495.* auffgericht. §. *Item*, als auch wir / incideret quæſtio; von Sachen / ſo ſich vor diſem Landfriden begeben haben / illam Maximilianus Rex Romanorum, cum Statibus Imperij ſequentem in modum reſolvit: Item als auch wir vorgemelter König Maximilian / wie obſtehet / mit Raht unſer Churfürſten / Fürſten / und Ständ des Heyl. Reichs / Gericht zuhalten fürgenommen und geordnet / haben wir darauff / damit in ſolchem deſto minder Irrung und Zerrüttung erwachſen / nach derſelben unſer und der Churfürſten / Fürſten / und Ständ Raht geſetzt / und geordnet / ſetzen / und ordnen auch / von Römiſcher Königlicher Macht / Vollkommenheit / und rechtem Wiſſen / daß alle Händel / ſo ſich hievor in Fehden / Kriegen oder Auffruhr begeben haben / die rechtlich und gütlich hingelegt / vertragen / und vereinigt wären / in diſe Rechtfertigung nicht gezogen werden ſollen; ex quâ conſtitutione tota præſens quæſtio pleniſſimam videtur habere determinationem, cum & iſta diffidatio antè conſtitutionem Pacis publicæ contigerit, & deſuper poſteà ſit tranſactum.

Quod ſi itaque hoc generaliter conſtitutum 53 eſt, ut de omnibus diffidationibus præteritis nulla amplius moveri poſſit judicialis controverſia, quid de ijs dicemus, quas juſta cauſa, præcedens belli denuntiatio, deprædatio & provocatio alterius partis excitavit? nam juſtiſſimus acquirendi dominij titulus eſt juſtum bellum, repetitio rerum civibus per vim ablatarum, reparatio inflicti damni, illatæque injuriæ, ſatisfactio ſumptuum bellicorum, conſervatioque ſecuritatis publicæ, diſſipatis prædonibus & arcibus ejuſmodi prædatorijs, ut planè ſpoliato, qui ſpoliatori juſtam 54 cauſam ſpoliandi præſtitit, vel ex facto ſuo, aliave juſtâ cauſâ poſſeſſione cecidit, remedium canonis redintegrandæ non concedatur. *Gilman. tom. 4. p. 1. n. 201.* Ut non deducam, quod neceſſariò 55 dicta modò ſuprà conſtitutio Imperij de anno 1494. accipi de diffidationibus illicitis debeat, & ſine debitis A. B. requiſitis perpetratis, quia reliquæ, etiam ſine amicabili aut juridicâ compoſitione per ſe validæ & ratæ erant.

Quod ſi ergò rectè examinemus præſentis 56 facti circumſtantias, arces prædatorias diſſipavere rei quarum diſſipatio non ſolum licita, ſed etiam ex conſtitutionibus Imperij præcepta erat, præſertim *R. I. anno 1559.* §. nachdem aber hierinn. 28. daß ſolche Raubſchlöſſer verbrent / und ſonſt umbgeriſſen werden ſollen. Neque veroſimile 57 eſt, aut Auctores iſtas arces approbâſſe, aut per prædones eas poſſediſſe, cum malis ejuſmodi hominibus, provinciam, & terras ſuas purgare ipſo jure, teneantur, non eos fovere, quod nec in Chriſtianis Heroibus præſumitur, cum Principes malè agentibus terrori ſint, non præſidio, ut ait Ulpianus, *in l. congruit 13. ff. de offic. præſid.* ibi: *conguit bono & gravi Præſidi curare, ut pacata & quieta ſit provincia quam regit. Quod non difficile obtinebit, ſi ſollicitè agat, ut malis hominibus provincia*

*cia careat, eosquè conquiat. Nam & Sacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere, receptoresque eorum coërcere debet, ſine quibus latro diutius latere non poteſt.* Eodem modo Paulus in *l. Præſes 3. eod. tit. curet is*, inquit, *qui provinciæ præeſt, malis hominibus Provinciam purgare.* Adde *Novell. 128. c. jubemus.* Alberic, *Gentil. de jure Pac. & belli. lib. 3. c. 21. pag. 669. l. 1. C. de his qui latron. occultav. l. Capitalium. 28. §. graſſatores 10. ff. de pœn.*

Et quamvis negetur ab actore, iſtas arces prædarorias fuiſſe, quia tamen communis fama de illius ſæculi moribus nota eſt, & Cranzius in ſpecie de his arcibus atteſtatur: Quod multa ex ijs latrocinia & excurſiones per itinera publica factæ ſint, quis in factis
58 antiquis hiſtorijs fidem denegabit? Scripturæ hiſtoriarum ſeu Chronicorum regulariter probant tradente *Tuſco concluſ. 139. lit. ff.* Quia ſtatur Chronicis antiquis communiter, dicit *Colleg. Paduan. conſ. 2. poſt conſil.* Zabar. *n. 53.* Maſcard. *de probat. conc. 105. n. 9.* Ita ut judex poſſit cauſam decidere, moverique ex libro illo hiſtoriarum ad credendum, Bart. *in l. 1. ff. ſi cert. pet.* Unde infert Panormitanus, hiſtoriarum libris & Chronicis, quibus à majoribus ſemper fides adhibita fuit, credendum eſſe, *gloſſ. inter dilectos de fide Inſtrum.* Gilman. *Symphorem tom. 1. p. 2. tit. 8. n. 18.* Tilemann *de Benign. 1. Syntagm. Decad. 2. vol. 1. §. 37.* Cum JCti Hiſtoricis ferè tantum tribuant, quantum ipſis legibus, dum tradunt hiſtorias & annales vim probandi habere Bald. *in l. 1. ff. de off. qu.* Maſcard. *de probat. concl. 287.* Menoch. *conſ. 1. n. 272. Natta conſ. 636. num. 91. tom. 3.* Quas ſcilicet notorium inducere teſtatur, Maſcard. *d. loc. n. 6.* cum hiſtoria ſecundum Ciceron. *2. de Oratore* ſit teſtis temporum, lux veritatis, memoria & magiſtra vitæ, nuntia vetuſtatis. Præſertim in antiquis, metam ducentorum & amplius annorum ſuperantibus, in quibus ſufficit probatio per indicia, conjecturas, auditum & famam, Gilman. *tom. 1. p. 2. tit. n. 115. & ſeqq.* Idque tantò magis ſi quieta ducentorum annorum poſſeſſio, notorij mores illius ſæculi, conſtitutiones Imp. deſuper latæ concurrant & hiſtoricorum narrata validiſſimè confirment. Quin potius gravi ſe præſumptione onerat actor, inprimis Vaſallus, qui per tanti temporis ſpatium ſilet, & poſtquam rei geſtæ ratio in omnium memoria perijt, actionem movere demum vult, per tradita Pariſ. *4. conſ. 53. n. 22. & conſ. 137. n. 13.* Et ſi etiam ſupponatur, ſine legitima cauſa, (cum tamen delicta non præſumantur) reos loca controverſa occupâſſe, dubium tamen nemini eſſe poteſt, per ſupra citatum Receſſum Imperij de anno 1495. in verbis: **alle Händel/ ſo ſich hievor in Fehden/ Kriegen/ oder Auffruhr begeben haben /** omnem liti- 59
gandi cauſam in rebus feudalibus & allodialibus ſublatam eſſe, idque propter utilitatem publicam, in verbis, **damit in ſolchen deſto minder Irrung und Zerrüttung erwachſen /** ne Reſpublica, & novum tunc temporis erectum Tribunal Camerale, litium multudine obrueretur, quapropter omnis ſuper talibus factis actio per d. Receſſ. penitus excluſa eſt. Quod ſi enim examen circumſtantiarum, indagatio juſtæ injuſtævè cauſæ, diſcuſſio requiſitorum reſervata fuiſſet, quis non videt, quàm immenſa litium multitudo inde fuiſſet exoritura? ne- 60
que poteſt negari bellum utrinque ſuſceptum tum per verba tranſactionis, **in offenbarer Fehde abgewunnen /** in principio, tum per verba finalia; **auch ſolle in diſer Verrichtung alle Fehd / von uns / und allen denen / die umb unſertwillen / in die Fehd gekommen ſeynd / gäntzlich ab- und vernichtet ſeyn /** ex quibus verbis apparet, nec ſuos Actorum anteceſſori aſſiſtentes in illo bello defuiſſe.

Itaque ſepoſita etiam præſcriptione nulla actori contra diffidationem & deſuper ſecum tranſactionem, multò minus poſt conſtitutionem *Receſſus Imp. de anno 1495.* competit actio, quin potius laudabiliter fecerunt rei arces prædatorias invadendo, eaſque ſumptuum bellicorum nomine retinendo, ſiquidem juris eſt tritiſſimi; Do- 61
minum territorij reſarcire teneri damna peregrinantibus in ſuo territorio illata, Gail. 2. 64. Mynſ. 5. 70.

Atque ſi dicta bona anteà fuerunt reorum, illi merito receperunt Dominium ſuum: ſi hoſtium, meritò illas publicarunt *l. ſi captivus 20. §. verum eſt. 1. ff. d. captiv. & poſtlim. revers.* ea enim, quæ ex hoſtibus capimus, jure gentium ſtatim noſtra fiunt, inquit *Cajus in l. naturalem 5. §. ult. de acq. rer. dom. Alberic. Gentil. lib. 1. de jur. Pac. & belli. c. 6. inprimis.* §. 11. ſicque non injuſtè Actores poſſeſſione ſuâ, ſiquam unquam habuerunt, fuere dejecti non impe-

dien-

diente reos banno contumaciæ, quod actor verbis factoque remiſit, ut ratio ejus uulla haberi poſſit.

62 Quod ſi jam ultra omnia conſideratur lapſus ducentorum, & amplius annorum, atque inde reſultans exceptio præſcriptionis immemorialis, ſufficere illa ſola poteſt ad effectum impediendæ litis *Gudelin. de jure noviſſ. lib. 4. c. 8.* cum præſcriptio ejuſmodi extraordinaria, & hominum memoriam excedens, vim habeat privilegij, omnem defectum juris ſuppleat, & præſumptionem contineat, omnia de jure requiſita extrinſeca & intrinſeca perfectè interveniſſe, ut vitium ampliùs nullum opponi poſſit, *l. hoc jure 3. §. ductus aquæ 4. ff. de aqua quotid. & æſtiv. l. 4. & ibidem Dd. C. d. præſcript.* nec contra eam locum habet allegatio malæ fidei, cum inducat præſumptionem juris & de jure, non recipiens probationem in contrarium. *Garſias de expenſ. c. 9. n. 21. Heig. 1. q. 15. n. 50. Mynſ. 1. obſ. 30.* niſi ſolius malæ fidei, *Maſcard. concl. 1213. n. 29.* & id quidem in continenti, *Ruland. relat. ad proceſſ. exec. Aſinii cl. 8. vol. 1. n. 26. Alciat. de præſ. c. 2. n. 16.* ut liquidò, luce clarius, & apertiſſimè de ea conſtet; ſic ut à tali poſſeſſore nec titulus, nec bonæ fidei probatio poſſit requiri, per tradita *Cravettæ de antiq. temp. p. 4. n. 3. 4. & 90. Menoch. de præſumpt. lib. 3. p. 131. n. 38. & ſeqq. Hartm. Piſtor. lib. 2. p. 2. q. 46. n. 14. & ſeqq. Maximè n. 22. & ſeqq. Gail. 2. obſ. 71. n. 9. Mynſ. 1. obſ. 20.* quia poſſeſſor immemorialis optimum ac validiſſimum titulum de mundo, ſine ulla probatione pro ſe allegare poteſt *Sperell. deciſ. 37. n. 13. cum ibidem citat.* cum præſcriptio immemorialis poſſeſſorem tam diu tueatur, donec à petitore probetur, nullum alium titulum intervenille, aut intervenire potuiſſe, niſi vitioſum, nulla probatione leviori, etiamſi factum antiquum ſit, admiſſa, *Cravert. de antiq. p. 1. ſect. viſo de famâ n. 32. 33. 35.* ne poſſeſſor immemorialis ad probationem impoſſibilem adigatur. Unde adverſus illum actor non auditur, niſi in continenti & apertiſſimis probationibus malam fidem demonſtret, *Menoch. loc. cit. n. 69. Cravett. de antiq. temp. p. 1. ſect. viſo de fama n. 32. & ſeqq. Maſcard. de probat. concl. 12. & 13. n. 29.* eamque non tantùm in primo poſſeſſore, ſed continuatam per omnes ſucceſſores, ita ut nulli eorum per 30. annos in bona fide poſſederint, *Maſcard. loc. cit. & concl. 12. 13. Marpurg. conſ. 21. n. 270. & 272. vol. 3.*

Siquidem licet anteceſſores fuerint in mala fide., ſi tamen ſucceſſores per 30. annos in bona fide exiſtant, ſpatio tanti temporis dominium irrevocabiliter acquirunt, *Marpurg. loc. cit. Covarruv. in c. poſſeſſor. tom. 1. p. 2. §. 8. n. 3. & 4. de reg. jur. in 6.* Quod in ſucceſſoribus Officiorum & Magiſtratuum extra controverſiam eſſe ait Covarruv. *§. 9. n. 7. v. 7.* actio enim ſemel extincta non amplius reviviſcit. Ex quibus ſequitur, quod non obſtet poſſeſſori, ſi adverſus eum producatur aliquod inſtrumentum 100. vel 200. annorum, ex quo appareat, rem ejuſque poſſeſſionem tunc temporis ad alium pertinuiſſe, vel mala fide poſſeſſam eſſe, ſi in eodem ſe reus non fundet, *Faber in Cod. lib. 7. t. 13. def. 2. num. 4.* cum tanto tempore facilè intercedant, rerum, qualitatum, & cauſarum mutationes circa dominium & poſſeſſionem, *Zaſ. 1. conſ. 16. n. 41. Maſcard. concl. 1083. in fin. & concl. 1195. n. 32.* Unde poſt 30. annos ceſſat omnis de mala fide quæſtio. *Gail. 2. obſ. 71. n. 9.* poſt alios *Klock. de contribut. conſ. 3. q. 3. in refut. rat. dubitat.* niſi probetur, ſucceſſores ſingulis 30. annis per repetitiones denuntiationum, inveſtiturarum, interpellationum, requiſitionum, proteſtationum, alioſque actus contradictorios in mala fide perſtitiſſe, *Mindan. de mandat. lib. 2. c. 38. §. 5. in fin.* De quibus omnibus præſenti in controverſia nihil apparet. 63 64 65

Si itaque modo ſupra tradita ſuo fundamento & veritate nituntur, quod ante ducentos annos, ſecundùm illius ſæculi genium, diffidationes (præſertim publicæ, die offene Fehden pro re licita fuerint reputatæ, quod juſti belli habuerint effectum, ſi ita receptum tunc erat, ut magis armis, quàm juris diſceptatione controverſiæ finirentur, ut refert *Gilman. tom. 2. p. 1. vol. 15. n. 9.* ut qui alterum pro quavis inimicitia privata taliter læderet, quaſi jure legitimo expertus videretur; ſi poſtea anno 1495. publico Imp. & Procerum Imperij decreto tranſactiones ſuper his diffidationibus ſunt ſtabilitæ, omni actione perſecutioneque judiciariâ excluſâ, unde malam fidem reorum aſtruere actor poterit? concidunt potius omnia, quæcunque fundamento malæ fidei aut facti aut juris argumenta & allegationes ſuperſtruxit. Quis enim in mala 66

fide conſtitutum eſſe illum dicet, cujus contractus publica Imperii conſtitutione approbatus eſt, ita ut amplius de ſuo jure dubitare non poſſit? Vanum quoque planè eſt, quod actor de continuatâ animo poſſeſſione à ſe & anteceſſoribus ſuis gloriatur, cum continuare animum poſſidendi vel poſſeſſionem civilem nequeat, qui ita poſſeſſione excluſus eſt, ut neceſſariò ſpem, ſe naturalem poſſeſſionem ingredi & continuare poſſe, depoſuerit, vel deponere cogatur, ſive ſuo, ſive alieno facto, licet violento, poſſeſſionem amiſerit, per apertiſſimos textus in *l. 3. §. 8. 9. 13. in verbis: hactenus poſſideri, quatenus ſi velimus, naturalem poſſeſſionem nanciſci poſſumus, l. 7. 15. & clarius l. 25. §. 2. de acquir. poſſeſſ.* & nemo cenſetur animo retinuiſſe poſſeſſionem, qui intra decennium eam non ingreſſus, vel eâ uſus eſt, alio utente, *l. 3. §. 10. de acquir. poſſ. Maſcard. de prob. concl. 1193. n. 85.* abſurdumque eſt, animum poſſidendi retineri à mortuo, vel in hæredem, ſine novâ rei apprehenſione, tranſire, cum præciſè ſit facti, *l. 23. in pr. ff. de acq. poſſ. l. 12. §. 2. ff. de captiv.*

Et quamvis porrò inſtet Actor, de *rebus feudalibus* hanc eſſe controverſiam, & in ſpecie de feudo antiquo ex pacto & providentiâ majorum, quæ qualitas operetur, ut ſciens rem eſſe feudalem non poſſit unquam præſcribere, *Tuſcus lit. P. concl. 522.* atque contra ſucceſſores feudales, qui non ab ultimo poſſeſſore, ſed à primo acquirente jus ſuum derivant, nulla unquam poſſit currere præſcriptio, ſecundùm ſuprà latè
67 deducta. Negant tamen rei deprædicatam ab actore feudalitatem. Nullam enim ille inveſtituram antiquiorem affert, quam eam de *anno 1414.* ab *Imperatore Si-*
68 *giſmundo*, quam tamen vel novam eſſe excipiunt rei, vel penitùs ſub- & obreptitiam. Noviſſimi namque juris eſt, prædia in dubio ſemper præſumi libera, ut ad præſumptionem libertatis deſtruendam evidentiſſima requirantur feudalitatis documenta,
69 *c. 1. §. 1. ſi de feud. def. contentio ſit. 2. feud. 26. Weſenbec. conſ. 4. n. 1. Gail. 2. obſ. 69. n. 4. Alciat. 2. præſ. 3.* Cum feudum ſpeciem ſervitutis contineat, & ideò ſemper pro libertate militet præſumptio, per tradita, *Roſenth. de feud. c. 7. concl. 7. n. 5* eòque magis, ſi primam inveſtituram Vaſallus non proferat, *Menoch. de præſ. lib 3. præſumpt. 9. 1. & ſeq. c. 92. n. 3.* ut præjudicare non poſſit reis inveſtitura de anno 1414. producta; cum *inveſtitura antiqua unica ſit norma controverſiarum. Gilman.* non recentes & ſubinductæ, quippe qua- 70
rum conceſſio ſemper ſubintellectam habet clauſulam: *Salvo jure tertij*, nec præ- 71
judicant tertio, ad videndum eandem concedi ſuper bonis ab eo poſſeſſis non citato, *Argentor. conſ. 31. num. 71. vol. 1.* noviſſimè *Bechman. in pract. feudal. lib. 2. Exerc. 8. n. 46.* ubi hanc ſententiam, quod inveſtitura contra tertium non probet, præjudicio confirmat, *Schrader. p. 5. de feud. c. 2. n. 28. Obrecht. 2. de feud. 8. n. 110. & 118.* Eleganter Charondas in *Memorialibus verbo fief. p. m. 224.* adeoque novæ iſtæ inveſtituræ tertiis non præjudicant, *Alciat. præſumpt. 44. reg. 3. n. 8. Gail. 2. obſ. 48. n. 3.* & conjectura ab actore ſuperius adducta, quod poſterior inveſtitura primæ per omnia ſimilis eſſe præſumatur, ſaltem inter Dominum & Vaſallum, non quoad tertium operatur, prout id deducit *Meiſner. deciſ. Cameral. tom. 4. dec. 2. n. 24. & 30. & dec. 11. n. 3.* potiùs ſi prima 72
inveſtitura non adſit, cenſenda eſt ſuppreſſa & celata, *Menoch. 3. præſ. 92. num. 3.* Principaliter quando tanti temporis lapſus pro poſſeſſore concurrit, qui omnem probationem in adverſarium transfert. Et hinc inveſtitura ſtricti juris eſſe dicitur reſpectu tertij, cum tamen inter Dominum & Vaſallum latius ſit interpretanda, *Tabor in Axiomat. Barboſſ. verb. inveſtitura. cum alleg. ibid. §. 2.*

Accedit huic argumento 2. quod Spa- 73
latinus jam olim literas illas inveſtituræ ab Imp. Sigiſmundo prætenſè obtentas impugnaverit, earum caſſatorias & declatorias Inveſtituræ Elect. N. Budæ anno 1416. attribuendo, auditis ſuper inveſtiturâ teſtimoniis Cæſarei Protonotarij Franciſci Cuſtodis, nec non Michaëlis à Prieſt/ & Joh. Fye/ Regiſtratoris. Quibus omnibus motus Imp. Sigiſmundus declaraverit, literas illas clanculùm & ſine ſuâ ſcientiâ datas eſſe, multasque continere provincias, bona dominia, quæ ad alios, non verò ad hunc ſpectent Vaſallum, & quæ ipſe nunquam poſſederit, nec modò poſſideat, prout hæc omnia refert & pertractat *Frider. Hortleder. in ſuo tr.* von den Urſachen des Teutſchen Kriegs/ *c. 23. fol. m. 1496.*

Digitized by Google

*1406.* nec non *Joh. Strauch. in controverſ. illuſtr. diſſ. 11. §. 10.* ubi refert Edictum Imp. Sigismundi Ulmæ publicatum anno 1434. quod N. eo tempore hanc controverſiam ad Concilium Baſileenſe detuliſſet. Et videri inſuper poteſt *Sprenger. in Juriſpr. publ. fol. m. 260. Joh.* Rädler *in Lapide Lydio fol. 76.* nec verò me latent ea, quæ *Albert. Cranzius in ſuâ Saxon. lib. 8. c. 28. & lib. 9. c. 19. & lib. 10. c. 3.* dicit; Verùm cum anno 1667. talia quædam moverentur, non minus memor ſum repræſentationis: daß die Sach per ſententiam Imperialem determiniret/ dahero incidentlich/ daß diſe von zwey biß in dreyhundert Jahr beſtättigte Urtheil angefochten werden/ angeſehen wenig Stände und Perſonen bey dem ihrigen bleiben würden/ wann ſolche alte prætenſiones zu reſuſcitiren zugelaſſen werden ſolten/ deßwegen vil beſſer/ die res judicatas & poſſeſſionem immemorabilem in keinen Zweiffel zuziehen.

Nec impugnavit 3. hæc argumenta vel Actor vel ipſius anteceſſores, cum tamen publicis typis ubivis eſſent divulgata, ut vix admitti exceptio poſſit, quaſi nullam hujus rei prius habuiſſet notitiam, cum tamen incredibilis ſit ignorantia eorum, quæ nota ſunt apud omnes, *Gail. 2. obſ. 48. n. 16. & ſeqq. Sabor. in axiomat. Barboſſ. verbo ignorantia. n. 5. 9. & 12.* Præſertim in facto alicujus proprio, & in publicis edictis prout nec in his actis unum verbum ad omnia hæc argumenta actor repoſuit.

Et cui non ſuſpecta eſſet 4. fides inveſtituræ de anno 1414. productæ, cum evidentia facti demonſtret, actores multas provincias & dominia in literis illis expreſſa in poſſeſſione nec habuiſſe, nec habere; quomodo igitur in ſolis controverſis hoc documentum fidem mereri poteſt? cum ſub- & obreptio vel falſitas utique ex famâ publicâ, ex dictis teſtium, ex rei evidentiâ probetur, ut fusè deducit *Alvarez Pegas reſolut. c. 19. n. 100. & ſeqq.* & inſtrumentum falſum in uno, falſum quoque cenſendum ſit in alio, ut nihil ex eo probari poſſit, *Maſcard. de probat. concl. 742.* ita ut ſola falſitatis ſuſpicio fidem ſcripturæ vel inſtrumenti impediat, *Beltramin. dec. Rot. Rom. 546.*

Hinc 5. iſta loca in ſequentibus Inveſtituris anno 1530. à Carolo V. año 1621. à Ferdinando II. año 1638. à Ferd. III. & año 1659. à Moderno Invictiſſ. Imperatore omiſſa ſunt, & quod notatu digniſſimum eſt, à tempore Caroli V. addita clauſula; wie die Namen haben mögen/ und er jetzund der Zeit innen hat und beſitzet/ quæ clauſula id poſt ſe ferre videtur, quod à temporibus Caroli V. Actores de locis controverſis non ſint amplius inveſtiti, ſicque ea non tanquam feudum, multò minùs, ut feudum, antiquum poſſint prætendere.

Denique 6. ſi feudalia ſunt bona iſta, quâ ratione Actores pignori dare illa anno 1370. reis, abſque conſenſu Domini feudi potuerunt? Quod ſi verò allodialia fuerunt bona 1370. quomodo anno 1414. tanquam feuda avita inſeri literis inveſtituræ potuerunt? Et quod allodialia ſint bona, patet inſuper ex Inſtrumento ab Actore in replicis ſub lit. M. producto, quod anno 1322. N. ea ceſſerit, & cum aliis bonis permutârit, quod ſanè fieri non potuiſſet, ſi iſta bona fuiſſent feudalia; cum & rerum permutatio in feudis ſit prohibita, *c. un. de prohib. feud. alien.* Ex quibus ego quidem luce meridianâ clarius patere exiſtimo, bona controverſa nec feuda eſſe, nedum feuda antiqua, ſicque omnia ſimul corruere, quæ actor huic argumento qualitatis feudalis ex plurimis allegationibus juris inædificavit.

Quod ſi enim 7. ex literis inveſtituræ deſumere vellemus deciſionis normam, easque tanquam legitimas approbare, pariter actori omnia in iis denominata dominia & provincias attribuere deberemus, quæ omnia æquali jure ex illis literis poſſet vindicare. Hujus autem rei abſurditatem nemo eſt, qui non videat.

Sed etſi largirentur actori rei, bona 74
hæc controverſa eſſe feuda avita, clari nihilominus juris eſt, quod feuda etiam avita alienari validè ex conſenſu omnium agnatorum poſſunt. *c. un. §. ſed etiam l. per quos fiat inveſtit. 2. feud. 3. c. un. §. contrario 1. infin. de inveſtit. de re alien. fact. 2. feud. 8. Georg. Schulz in jur. feud. c. 10. n. 78. c. 39. lib. 2. ibique clarè Gothofred. Merckelb. & Klock. tom. 2. conſ. 17. Mynſ. 4. obſ. 86. in fin. & 5. obſ. 55. num. 2.* ubi præjudicia Cameræ adducit. Qui hic intercurriſſe negari non poteſt, cum ipſemet actor tranſactionem in primo libello pro fundamento ſuo produxerit, producens autem inſtrumentum ipſum approbare

bare præſumitur in omnibus, etiam arti-
75 culis, nec id poſteà revocare poteſt. *Ma-
ſcard. de probat. vol. 1. q. 6. n. 132.* Etſi
expreſſus omnium agnatorum conſenſus
non adeſſet, ſufficeret tamen tacitus, per
longiſſima temporum intervalla iteratus *c.
ad id. 21. de Sponſal.* ibi: *non admittenda
eſt probatio, quod non conſenſerint: Cum
mora tanti temporis hujusmodi probationem
excludat. c. cum virum 12. extr. de regu-
larib.* ratihabitione ſecutâ, quod antê ge-
ſtum fuerat, roboratur.

Et cum verſemur in terminis trans-
actionis, dubium planè nullum eſt, ſed
expreſſis textibus conſtitutum, quod va-
ſallo tranſigere liceat *2. feud. 26. §. ſi Va-
76 ſallus verb. ignorante Domino, & 43. ver-
ba: ab eo ratum haberi.* Sunt enim quæ-
dam ſpeciem alienationis habentia, quæ
tamen permiſſa ſunt Vaſallo, ait *Gudelin.
in Commentar. de jure feud. p. 4. c. 2. n. 11.*
videlicet transactio & compromiſſum,
cum & Vaſallus de feudo poſſit actionem
movere vel ſuſtinere, & judicium firmum
eſt, nocetque Domino & agnatis *2. feud.
tit. 36. §. ſi Vaſallus & tit. 15. 34. & 46.
77 Hanneton. tr. de feud. lib. 6. c. 6. Klock. de
contrib. c. 8. n. 82. 83.* magna enim in alie-
natione feudi, & in transactione feudi in-
tercedit differentia, quia hâc ex juſtâ ra-
tione initâ feudum non tam alienatur,
quam relinquitur ei, cui, ſi lis perageretur,
ſententiâ Judicis adjudicaretur. *Vinn. in
tr. de transact. c. 3. n. ult. Jacobin. de S.
Georg. c. feud. & cum pacto de non alienan-
do. n. 7. Roſenth. c. 9. memb. 1. concl. 21. n. 3.
t. 9.* atque licet transactio, quæ à Vaſallo
voluntariè initur, non noceat agnatis, *Ro-
78 ſenthal. c. 9. concl. 27. n. 17.* Sicut ſenten-
tia, quæ profertur à Judice in invitum, ſi
tamen transactio ex cauſis agnatis quoque
manifeſtè obſtantibus inita fuerit, non tam
factum poſſeſſoris, quam jus adverſarij eos
à feudo excludit, *Adam. Struv. in Synta-
gm. jur. feud. c. 12. n. 8.* Atque hæc tran-
ſactio, non ex regulis juris communis, ſed
potius tanquam pacificatio ex jure gen-
tium æſtimanda videtur, *Gail. de pac. publ.
c. fin. n. 25. Myler. Nomol. c. 8. n. 14.* ut tan-
quam pactum publicum ab omnibus Rei-
publ. membris obſervetur, per *l. 5. §. 1. ff.
de pact. Gudelin. de jur. pac. c. 12.*

79 Quinimò juri revocandi feudum, quod
agnati habent, præſcribi poſſe 30. annis,
extrà dubium eſt, quod tempus incipit
currere, non à die alienationis, ſed poſt
mortem alienatoris, quando agnatis jus
quæſitum eſt, *Zaſ. in tr. de jur. feud. c. 14.
n. 14.* Ampliùs extrà controverſiam eſt,
ob bonum pacis ſubditos & feuda alienare
poſſe, *c. ecce. 4. cauſ. 23. q. 4. c. niſi 2. extr.
de præbend. l. un. in pr. C. de caduc. tollend.
Gabriel de jure quæſit. non tollend. concl. 8.* 80
*n. 8. Gail. 2. 57. n. 1. Roſenthal. de feud. c.
9. concl. 62. Arumæ: diſput. feud. 3. th. 11.*
Et quidem in præjudicium agnatorum in
causâ neceſſariâ, *Gilman. Symph. tom. 4.
part. 1. vot. 3. n. 34. & 90. & tom. 5. relat.
13. n. 17. 18. 19. 20. 23. Klock. tom. 2. conſil.
17. n. 119. ibique Alex. & Anton. Faber. &
tom. 3. conſ. 155. n. 110. 112. ibique citati.*
Inprimis ob belli præſentiam, armorum
fremitum, & ad pacis recuperationem,
*Gilman.* dd. locis, *Klock. tom. 2. conſ. 17. n.
119.* ob ſolvenda debita Vaſalli vel ante-
ceſſoris in feudi utilitatem contracta, &
præſtandum factum ad quod obligatus fuit
anteceſſor, latiſſimè *Klock. tom. 3. conſ. 155.
inprimis n. 103. 105. & ſeq.* ubi plures citat, &
præjudicia Cameralia, & Senatus Pede-
mondani allegat apud Cacherann. Ad ob-
ſervandos & implendos contractus & ob-
ligationes, quibus feudum ab Anteceſſore
obnoxium factum eſt, *Klock. d. conſ. 155. n.
176. & ſeq. & tr. de contribut. c. 8. n. 77. &
ſeqq* ob transactionem implendam vel
ratam habendam, *Gilman. tom. 1. part. 2.
vot. 7. t. 8. n. 23. & 24.* Quin & ob alias
graves cauſas alienationes feudorum ex
conſuetudine Germaniæ, citrà ſpecialem
Domini feudi procedere, neque prohibi-
tionem Friderici alienationem feudorum
prohibentis ſtrictè obſervari teſtatur *Zaſ.
p. 9. de feud. c. 22. Gilman. tom. 1. p. 2. vot.
7. & 8. p. tot. & tom. 4. p. 1. vot. 3. n. 90.
Klock. vol. 1. conſ. 11. n. 146.* quam traditio-
nem etiam in Camerâ Imperiali in conſi-
derationem veniſſe teſtatur, *Merchelbach.
1. conſ. 11. n. 146.* Et quî aliàs ſubſiſtere
poſſet inſtrumentum Pacis in Imperio Ro-
mano Germanico, ſi agnatis feudorum in
illo ceſſorum revocatio concederetur? pa-
rique ratione Conſtitutio de anno 1495.
tranquillitatis publicæ & minuendarum li-
tium causâ omnes & præteritis diffidatio-
nibus controverſias Iudiciales ſivè feudales,
ſivè civiles generaliter ſuſtulit.

Quæ omnia confirmantur ex eo, quod 81
quam-

quamvis alias feudum antiquum ex pacto & providentiâ poſſit revocare agnatus, tuetur tamen poſſeſſorem, & obſtat petitori revocanti immemorialis poſſeſſionis præſcriptio, *Thom. Merchelbach. & Klock. tom. 2. conſ. 8. n. 18. 66. 69. 70. 137. 138. & conſil. 17. num. 55. 58. 59. 74. 75. 76. verſ.* Inſonderheit. *num. 84. 85. 86. 118. 119. per tot.* ubi *Ant. Faber. Caſp. Anton. Teſſau. Port. & alij multi. vid. c. 1. de præſcript. in 6.*

82 Quinimò alienationem feudi ratam habere tenetur ſucceſſor, qui vel in minimo factus eſt hæres de functi, *Klock. d. conſil. 155. n. 122. 123. & tom. 2. conſ. 17. n. 86.* §. Ebenmäſſig. *Autor præjud. apud. Gilman. verb. feudum §. feudum ex pacto.* Filius verò & alij deſcendentes, licet non ſint facti hæredes, vel ſint hæredes cum inventario, *Hartm. Piſtor. lib. 2. p. 1. q. 1. n. 76. Mynſ. 3. obſ. 67. n. 8. Myler. Nomol. c. 14. n. 5. & ſeq. Nig. Cyriac. controv. 720. n. 24. & ſeq. n. 43.* ubi multis argumentis id demonſtrat. Lotharij namque & Friderici Imp. conſtitutiones de prohibita feudorum alienatione in Germania obſervantur in alienationibus etiam ſpontaneis terrarum & locorum feudalium, undè quoad alienationem feuda in Germaniâ ſunt in primævâ ſuâ naturâ, & primævo ſtatu, ut poſſint alienari usque ad medietatem, juxtà *lib. 2. feud. t. 9. Gilman. Symphor. tom. 4. vot. 3. n. 90.* ubi relatione & præjudicio camerali firmatur, *Klock. tom. 1. conſ. 11. n. 147. cum alleg. ibid.* bona, ædificia, & omnes meliorationes feudorum alienari poſſint ſemper & ubique, niſi probetur, quòd à Domino in primum poſſeſſorem & acquiſitorem feudi ſint profecta & collata, & in Germaniâ alienationes rerum feudalium particularium non attenduntur.

83 Nec verò neceſſè eſt reis iſtis argumentis ſuas exceptiones ſtabilire, quæ ex ſuperabundanti tantum adducuntur, quia ſuprà modò demonſtratum eſt, actorem nec qualitatem feudi, & multò minus qualitatem feudi antiqui ex pacto & providentiâ probâſſe, unde corruunt omnia juris allegata, quæ actor fuſiſſimè in hunc ſenſum adduxit, quaſi agnatis in hoc feudo ex pacto & providentiâ, nec alio ullo modo potuerit præjudicari.

Quodſi ergò verſamur in terminis vel feudi novi, vel allodij, cui dubium eſſe poteſt, validiſſimè porrò actori, exceptionem ſubſecutæ transactionis à reis opponi: Quod enim actor ſuper allodio vel feudo novo firmiter ſatis tranſigere potuerit, nemo inficias ire poteſt. Transactio autem inter privatos, nedum inter Principes & ſtatus Imperij inita, omne jus tranſigentis non minùs efficaciter tollit, quàm juramentum aut res judicata, *c. ſicut grave. 1. de transact. poſt Abbatem, Innocentium, Hoſtienſem, & alios Aug. Barboſa,* ubi ſcribit: quando transactio fit in aliquâ controverſiâ, tunc omnia ſcripta, privilegia & conſuetudines, quæ in illâ cauſâ parti favere poſſunt, nullum amplius robur habent, ſed ſolùm ad transactionis verba reſpiciendum, illisquè unicè ſtandum eſt.
Hinc exceptio transactionis dicitur eſſe litis 84
finitæ. *l. eleganter 23. §. ſi quis. 3. de condict. indeb. c. 1. ubi gloſſ. & Cæteri Canoniſtæ de lit. conteſt. Zanger. de except. p. 3. c. 18. n. 3.* Sic ut nec per Imperiale reſcriptum ejusmodi lis poſſit reſuſcitari, *l. cauſas. 16. C. de transact.* quæ jura in præſenti caſu tantò magis inveniunt locum, quia ceſſio bonorum controverſorum *verbo & facto,*
*omni meliori modo* facta eſt, nec ſolùm 85
tranſigentes, ſed omnes eorum ſucceſſores, ad perpetuam transactionis firmitatem ſe obligaverunt, ut applicari commodè poſſit, quod *Tiber. Decian. 1. reſponſ. 25. n. 68.* tradit de ſucceſſoribus feudalibus: Hoc ipſis debere proprium eſſe, ut imitentur veſtigia prædeceſſoribus, *Fuſar. de ſubſtit. q. 343.* Et hinc inſerta eſt transactioni prægnantiſsima clauſula, de *nunquam* contraveniendo. quæ particula vel ſola omnem caſum & omne tempus excludit, *l. 1. in fin. de Senator. l. providendum 7.* ibi: *Sciat etiam nunquam ſibi copiam ad agendum poſſe reſtitui C. de poſtul. Beſold. in theſ. verb.* Nimmer. Item additum eſt, *nec viâ juris, nec facti*, quæ clauſulæ junctæ utique tantò magis omnem agendi modum & rationem excludunt, *arg. l. ult. C. de teſtam. milit. Menoch. conſ. 22. n. 9.* idque *æternis temporibus*, quæ verba omne competiturum remedium in æternum repellunt, *Cothman. 1. reſp. 18. num. 127.* hæcque omnia, ohne Argliſt / und Gefehrde / cujus clauſulæ hæc vis eſt, ut non ſolùm omnem machinationem doloſam removeat: ſed & omnem



Digitized by Google

actum, ex quo ſtipulanti periculum aut damnum poſſet conciliari, *Wehner.* & *Beſold. verb.* Treulich / *Carpzov. 2. conſt. 18. def. 3. n. 1. & 5. Oldrad. conſ. 243. Tuſc. lit. C. concl. 299.*

Quod ſi igitur privatos transactiones initæ irrevocabilitet obligant, *per can. quod ſemel placuit 21. de reg. jur. in 6. l. 75. ff. eod.* ita ut grave eſſe fidem fallere, & promiſſa non adimplere etiam gentiles cenſuerint, *l. 1. in pact. l. 1. de conſtit. pec. l. 11. §. 1. de action. empt. vend.* Quantò magis Principes id decet, ut pacta & transacta majorum non infringant, *c cum quidam. ibi: Quantò majori praeminent dignitate, de jurejur. l. Presbyteri. 8. C. de Epiſc. & Cler.* videatur *Leheman. in florib. polit. verb.* Zuſag *n. 67. Schrader. conſ. 9. & 10. Cacheran. deciſ. 139.* Hinc nullus datur firmior acquirendi dominij titulus, quàm transactio, *l. 5. §. 1. ff. de pact. l. 12. in fin. pr. ff. de capt. & poſtlim. reverſ.* cum per eam quis propriâ voluntate omne jus à ſe abdicet. Ideoque tunc temporis in regimine exiſtens Actoris anteceſſor moveri tamen nullâ ratione potuit, ut actioni ſe immiſceret, illud utique non omiſſurus, ſi inſtitutum hoc ullâ juſtâ ratione niti deprehendiſſet.

86 Objicit quidem actor huic transactioni vitium metus, ſed neque hoc conſtanter probat, cum ex actis appareat, transactionem in loco tertio & tuto, duobus fermè menſibus poſt bonorum occupationem, in præſentiâ Principum Imperij aliarumque perſonarum eſſe erectam, quæ omnes circumſtantiæ, vim & metum excludunt. Locus enim tutus, nec non præſentia tot perſonarum & amicorum repellunt metûs querelam, *Alciat. reg. 1. præſumpt. 21. l. 35. C. de transact.* ubi dicunt Impp. Diocletianus & Maximianus, *transactionem, quæ amicis intervenientibus oſtenditur proceſſiſſe, metûs velamento reſcindi poſtulantis profeſſio detegit impro-*
87 *bitatem.* etſi proteſtationem contrà transactionem prætensè interpoſitam exaggerat actor, textus clarius in *l. 22. C. de transact. ibique Gothofred.* oſtendit, quod proteſtatio coram amicis, tempore transactionis vel paulò ante, aut paulò poſt eam facta, non præſente adverſâ parte, nullius ſit momenti, cùm eâ ratione quælibet transactiones nullo momento poſſent eludi.

Quid non hic operabitur approbatio actoris fratrum, ſive ea expreſſa, ſigillis corroborata & reis in ſcriptis tradita, ſive tacita per ducentorum annorum ſilentium demonſtrata conſideretur, per quam omnis actio *quod met. cauſ.* dudum evanuit. *Alciat. præſumpt. 13. Reg. 2.* ubi docet, 88
quod factum longi etiam temporis ſilentio emologetur, & ratificetur: ut hic ſubſecutæ plurium Vaſallorum agnitiones, planò rejiciant omnem adverſus hanc pacificationem, querelam vel dubium. *Marpurg. vol. 4. conſ. 12. n. 14. 15.* imò verò non ex omni metu, ſed ex eo ſaltem qui injuſtè innocenti & extra culpam patienti incutitur, reſtitutio in integrum, & reparatio conceditur, ſecundùm expreſſam diſtinctionem *in l. 3. §. 1. l. 12. §. 1. quod met. cauſ. l. 1. §. 27. l. 3. §. 9. ff. de vi & vi arm. Myler. Nomol. Princ. c. 8. n. 18.*

Licet enim in ore privatorum tolerabilis aliquando ſit querela de vi & metu, quæ aliquam proteſtationem ipſis extorſerit, *arg. l. 2. C. de his quæ vi met. cauſ. Gail. 2. obſ. 147. n. 18. Joh. de Agaſellis de prote-* 89
*ſtation. pag. 137. n. 10.* Attamen ejuſmodi prætextus malè tribuitur Principibus, qui ægrè fatebuntur, ſe ad ignominoſum ejuſmodi metum adactos fuiſſe. Siquidem ut Principibus ineſt inſignis fortitudo, magnanimitas & conſtantia, ità ipſis metus talis imprudenter aſſignatur. *arg. l. 5. & 6. quod met. cauſ. l. 13. C. de transact.* neque 90
metum jactationibus, aut conteſtationibus, ſed atrocitate facti probare convenit, inquit Imp. *in l. metū 9. C. de his quæ vi met. cauſ. Maſcard. de prob. concl. 1056. n. 1.* quia vani metus nec juſta excuſatio, *l. 184. de reg. jur.* nec actio aut æſtimatio eſt, *l. 13. ff. de re jud. l. 7. in pr. ff. quod met. cauſ.*

Eadem denique proteſtationis eſt ratio, ut ſcilicet, quia nec facta eſſe oſtendi poteſt, planè nihil operetur. Atque etſi 91
demonſtrari poſſet, ſecreta tamen proteſtatio nullius eſt momenti *ut dictum n. 87.* cum negotium geſtum non ab unius pependerit voluntate, ſed à conventione & contractu duarum partium, contrà quem ſecretò proteſtari velle eſſet nihil agere. Trentacinq. *Brunneman. ad l. 9. C. de his quæ vi met. cauſ.* tunc enim demum proteſtatio pro tali habenda eſt, & ſalvum reddit jus proteſtantis, ſi coram parte adverſâ actu perficiatur, & interponatur. *l. 14.*

§. 7.

Digitized by Google

*§. 7. 8. ff. de religioſ. l. 20. ff. de acq. hæred. l. 10. §. 3. ff. Quæ in fraud. cred. l. fin. C. de*
92 *negot. geſt.* vel ſi propter vim & potentiam adverſarij difficile videatur coram eo proteſtari, coram officio publico, cujus fides ſit extrà dubium, ut coram Judice, adminiſtratore Civitatis vel Provinciæ, vel coram Notario & teſtibus ea fiat, & poſteà patri manifeſtetur, *l. 21. in pr. & §. 1. C. de Epiſcop. Aud. l. 2. C. de 30. annor. except.* quia propoſitum in mente retentum nihil operatur.

93 Et ſi quis ex intervallo, poſtquam proteſtatus eſt, contrarium facit, præſumitur à proteſtatione receſſiſſe, *Signorol. de Homod. conſ. 75. n. 21. & 22. Cravett. conſ. 463. n. 18.* ubi ait, palam eſſe, quod proteſtatio ſit inutilis, cui factum adverſatur *l. cum in plures 60. §. locator. horeri 6. ff. locati.* quicquid enim verbum cantet, factum verbo prævalet, *l. reprehendendo 5. C. de inſtit. & ſubſtit. c. cum M. Ferrarienſis 6. de conſtit. c. ſollicitudinem 54. de appellat. Mantic. lib. 16. de tac. & ambig. convent. tit. 3. verſ. ſed conſidera.* Huicque itaque proteſtationi lapſus tot annorum, conſenſusque ſucceſſorum proteſtantis obſtaret, ſi quæ unquam fuiſſet interpoſita.
94 Certè qui clanculariâ ante ducentos annos conſcriptâ proteſtatione hodiè demum vult uti, vix audiendus erit, tanquam ex oblivione lucrum captans, quin potius diu tacens cenſendus eſt renuntiare, *Menoch. 3. præſumpt. 135. n. 6. cum ibid. allegat.*
95 *text.* Ideòque etiam in caſu immemorialis poſſeſſionis, licet aliâs in antiquis leviores probationes admittantur, adverſus eam tantum perfectæ, plenæ & indubitatæ probationes admittuntur, *Cravett. de antiq. temp. p. 1. ſect. 1. n. 1. 2. 5. 6. ſect. viſo de fama, n. 32. 33. ſect. vidimus p. 4. n. 3. 7. 8. 9.* cum non tam facile convelli debeat pacata tot annorum poſſeſſio, *Weſenb. conſ. 2. in fin. Cravett. d. ſect. vidimus. n. 7. 8.* Cum itaque vim & metum injuſtum ſibi illatum eſſe nuſquam probaverit actor, hinc ex eo capite ad reſtitutionem ablatorum, aut transactionis reſciſſionem ipſum pervenire non poſſe, cuivis patere exiſtimo. Si enim Princeps, Comes aut Civitas, ait *Myler. in Nomolog. Princ. c. 8. n. 16.*
96 *17.* alium armis vel aliis mediis offenderit, & alter per modum defenſionis ab altero pactum aut transactionem metu majoris mali obtinuerit, hoc caſu geſta per eum qui paſſus eſt metum, ſine aliquo remedio tenent, nec revocanda ſunt, *ex rationibus ab eodem adductis & n. 18.* addit: Quod ſi quis ex delicto ſuo, vel ex causâ aliâ timeat juſtè aliquod damnum, ſi ex eo metu aliquid agat, donet aut promittat, contractumvè ineat, ut eo metu liberetur, geſta valeant jure naturali & poſitivo, cum ipſe ſuo ſibi facto metu accerſiverit, & non ab alio, ſed â ſeipſo timeat, qui in eam ſe cauſam conjecit, ut ab alio juſtè meritoque ſibi timendum ſit; *hactenus Myler.* Ex quibus conſequitur, quod qui ex intervallo ſponte adimplevit contractum metu extortum, qui unà cum ſucceſſoribus ducentis annis eidem acquievit, poſteà metus exceptionem opponere non poſſit, *l. 2. 4. C. de his quæ vi met. cauſ.* quia ratum manet, quod ex intervallo præſtatur, *dict. l. 4.*

Deinde probè advertendum eſt, bona controverſa eſſe actori ablata in offener Fehde / quod genus belli eo tempore licitum erat, ut ex hoc titulo tunc temporis permiſſo vim injuſtam demonſtrare actor non poſſit. Patet id clarè (juxtà ſuprà dicta) ex *Reformat. Friderici III. Imp. Francof. de anno 1442. tit.* wer in offenen Fehden 97
gefreyet ſeyn ſoll / ibi: und ſoll auch niemand bannen / brennen / Brandtſchatzen / Feurſchieſſen / oder einlegen / weder Tags noch Nachts / es ſeye dann in offener Fehde; quibus verbis diffidatio ſeu bellum publicum à privatis actibus & rapinis apertè diſtinguitur. Idemque fit *in conſtit. Imp. Friderici I. de pace tenendâ de anno 1187. lib. 5. feud. in pr.* ubi dicit: quod ſi quis incendium commiſerit pro guerrâ privatâ, pro amico, pro parente, de ſententiâ & Judicio Imperiali proſcriptioni ſubjectus ſtatim habeatur: *ſed addit*: hic excipiuntur, qui fortè manifeſtâ guerrâ caſtra apertè capiunt, Conſonat hic *A. B. Caroli IV. Imp. de anno 1356. t. 17. & 15.* Ex quibus conſtitutionibus eluceſcit, ordinarium & licitum fuiſſe publicæ diffidationis titulum. Talis autem belli metus juſtus, & quod ita 98
obtentum eſt, repeti non poteſt, *Grot. de jur. pac. & belli lib. 2. cap. 17. num. 19.* ita ut potius ferè ex jure gentium decidenda ſit præſens controverſia. Neque hic laborandum de belli causâ & præcedenti ejus denuntiatione, aut quis alteri primus bel-

 lan-

Digitized by Google

landi præbuerit anſam, ſupplet hæc omnia ipſum nomen **offene Fehd** / quod requiſita præſupponit, defendit reos immemorialis præſcriptio, & totam difficultatem abſorbet *conſtitutio Maximiliani de anno 1495. ſuprà n. 52.* citatâ, per quam omnis ex diffidationibus præteritis, & transactione aut ſententiâ compoſitis, actio & perſecutio tollitur. Itaque pro reis ſententia abſolutoria lata eſt hoc anno 1672 menſe Januario, cui æquus Lector, tanquam genuino Themidis pronuntiato, facilem ſine dubio accommodabit aſſenſum. 99

# *Liber II. Titulus XXXVII.*

## De Fracta pace, vom Landfriden / & vi publica.

### SUMMARIA.

1. *Nihil magis turbare Rempub. quam crimen fractæ pacis.*
2. *Cauſam fractæ pacis immediatè fundare Conſil. Imper. Aul. aut cameræ jurisdictionem, etiamſi mediati conveniantur.*
3. *Pacem publicam aliam eſſe religioſam, aliam profanam, & illa quando conſtituta.*
4. *Pax profana à quo Imper. conſtituta confirmata, aucta.*
5. *Imperatorem ex officio proceſſus ſuper hac conſtitutione decernere poſſe & debere.*
6. *Læſum per crimen fractæ pacis ſe ipſum defendere, & res ablatas armata manu, etiam ex intervallo temporis recuperare poſſe.*
7. *Hæc concluſio formatur ex conſtitutionibus Imperij & autoritatibus.*
8. *Additur præjudicium.*
9. *Pacifragum pro arbitrio actoris, vel coram ſuo ordinario conveniri poſſe, vel immediatè coràm Imperatore, quod textibus probatur.*
10. *Cauſas fractæ pacis celeriter expediendas eſſe.*
11. *Nullam exceptionem fori declinatoriam, nec privilegium hic opponi poſſe, quod firmatur teſtibus & autoritatibus.*
12. *Quando in puncto Mandati fertur ſententia, cauſam principalem non remitti ad Ordinarium, ſed ab Imp. determinari.*
13. *Actorem vel ad pœnam & damnum ſimul, vel ad reſtitutionem damni tantum principaliter agere poſſe.*
14. *Citatione pendente, Judicis officium pro ablatis implorari poſſe, etiam poſt litem conteſtatam.*
15. *Lite criminali in Camerâ cœptâ, non poſſe ab eodem actore ad ablata civiliter agi coram Ordinario.*
16. *Fiſco apud Ordinarium criminaliter agente poſſe læſum ad reſtitutionem rerum coràm Imperatore pacifragum civiliter convenire.*
17. *Pacifrago à Citatione abſoluto, nihilominùs in puncto Mand. procedi poſſe, nec eum remitti ad Ordinarium.*
18. *Magis firmatur, quod per pacifragium læſus apud Imp. experiri poſſit, Fiſco alibi criminaliter agente.*
19. *Refertur præjudicium.*
20. *Perſecutionem publicam nihil detrahere actioni privatæ, nec quoad cauſam, nec quoad Judicium.*
21. *Cauſam Mandati in crimine fractæ pacis cauſæ principali præjudicare illamque ad ſe trahere.*
22. *An Mandata cum vel ſine clauſulâ decernenda?*
23. *De vi publicâ, & quomodo ea committatur.*
24. *Quænam ſit ejus pœna.*
25. *Fractæ pacis requiſita, & ejus pœna.*
26. *Referuntur ſpecies violentiæ publicæ.*
27. Statt-Burg- und Hauß-Fridbruch / *& quæ ejus pœna?*
28. *Violentam poſſeſſionem confirmari non poſſe.*
29. *Occupans rem ſibi debitam propriâ autoritate, eam amittit, licet ſententiam vel Reſcriptum Principis habeat, pro eâ recipiendâ.*

Nil magis turbat Reipubl. tranquillitatem & ordinem Judiciorum, quàm violentiæ publ. ſeu fractæ pacis flagitium. Hinc pax publica rerum humanarum omnium exoptatiſſima, privilegijs ferè innumeris ſuperbit, veteribus noviſque ſanctionibus ſeveriſſimè firmata ac defenſa. Itaque cauſa fractæ pacis immediatè fundat Juriſdictionem vel Conſilij Imp. Aulici vel Cameræ Spirenſis, ita ut etiam ſubditi quorumcunque Principum ad hæc Tribunalia evocari immediate poſſint nullo Privilegio hic locum inveniente. Eſt autem pax publica vel religioſa, vel profana, aut Religionis & Imperij, Religion und Landsfriden / *R. I. anno 1555.* §. ſetzen / 14. Illa poſt varias inducias turbis tollendis non ſufficientes, tandem *anno 1555.*

Digitized by Google

1555. in Comitiis Auguſtanis. §. In ſolcher fürgezogener Berathſchlagung deß Fridens/ 12. & §. Und nachdem in Vergleichung der Religion/ *v. 25.* primùm inita, ſequentibusque Comitiis, & Pacificatione Monaſterienſi declarata eſt.
4 Pacis prophanæ prima origo attribuitur Imp. Maximiliano, Landfrid / *anno 1495.* quam quoque cunctis ſeriò mandavit, omniaque bella, invaſiones, ſpolia, diffidationes, anteà certo modo in *A. B. t. 17. & Reform. Imper.* Friderici III. permiſſas, ſuſtulit, Landfrid / *1495. art. 1. & 2.* quam Conſtitutionem poſteà ſequentes Imp. nimirum Carolus V. anno 1521. & 22. nec non 1551. & Imp. Ferdinand. I. anno 1555. nec non anno 1557. & 59. atque Imp. Maximil. II. anno 1566. nec non anno 1570. & 1576. & denique Rudolphus II. anno 1549. vel confirmârunt, vel auxêrunt & renovârunt. Quæ verò Conſtitutionis ejus ſint capita, ſeu articuli, ipſe textus deß Landfriden / de anno 1548. ſatis demonſtrat.

5 Ut ergo publica quies & tranquillitas tantò melius in Imp. Rom. conſervetur, non tantùm ad partis læſæ inſtantiam, ſed etiam ex officio Cæſareo, Imperator mandata inhibitoria & avocatoria, nec non de reſtituendo, item auxiliatoria ad vicinos ſtatus & Principes decernere poteſt & debet. *Rec. Deput. anno 1564.* §. Dieweil daß/ *10. ibi* : Uns aber / als dem Haupt / in alle Weege gebühren wolt / obſchon gar niemand bey uns anhielte / dannoch in der Sachen keines Wegs zu feyren / ſondern für uns ſelbſten die Frommen zu ſchützen und zu ſchirmen / ꝛc. & *O. C. part. 2. tit. 9. §. 2. ibi* : auff Anſuchen der beſchädigten Parthey / deß Kayſerlichen Fiſcals / oder für ſich ſelbſt / von Ampts wegen / ſtrenglich und unabläſſig procedirt / fürgenommen / und wie recht / gehandelt und vollfahren werden ſolle / licet aliàs Judex non procedat ex officio, ſed ad partis inſtantiam, nec officium ſuum, niſi imploratus impertiatur. Nemini enim licet armatâ manu jus ſuum perſequi contrà alterum, ſed jure experiri debet, ſub pœnâ fractæ pacis. *Inſtr. Pac. art. 17. §. veruntamen,* læſo tamen ſe defendere, ſibique ablata recuperare omninò eſt licitum.

6 Nam quamvis aliàs in jure conſtitutum ſit, ut nemo in litibus propria authoritate ultionem ſumat, cum Magiſtratûs officium ſit, lites dirimere, & providere ne partes ad arma veniant, ſed ſuâ Juriſdictione componantur, *l. 21. in fin. ff. de reb. cred. l. 13. §. 3. ff. de uſufr. l. non eſt ſingulis 176. de Reg. jur. l. 13. ff. quod met. cauſ.* latè *Creſpus de Valdaura obſ. 60. q. 2. n. 9. & ſeqq.* nec enim vindictæ privatæ indulgendum, quando ſuppetit remedium juris, *Coler. de Proceſſ. exec. p. 1. c. 5. n. 32.* nihilominùs crimen fractæ pacis pro tàm odioſo facinore ſemper eſt habitum, ut Conſtitutiones Imperij læſo ſeu violentiam paſſo, ſive querelâ jam ad Judicem delatâ, ſive ante; adeoque ſive in continenti læſus id faciat, ſive poſt juſtum, pro circumſtantijs rerum perſonarumque temporis intervallum, ſemper defenſionem, recuperationemque rerum ſuarum liberè permittant.
7 In pace prophanâ, Landfriden / *de anno 1548. t. 3.* hæc diſpoſita leguntur : Aber dem Beſchädigten / ſampt ſeinen Verwandten und Helffern / ſoll in mittler Zeit / auch vor und ehe die declaration erfolgt / gegen den Thäter und Frid-Brechern / auch den Ihren / und deren Mithelffern und Enthaltern / ſein Gegenwehr und Verfolgung zu thun / zu friſcher That / oder wann er ſeine Freund und Helffer haben mag : ſolches auch allenthalben / an Churfürſten / Fürſten und Stände / deß Wiſſens zu haben / außzuſchreiben und zuverkünden / unbenommen / nicht verbotten / ſondern gäntzlich vorbehalten ſeyn: quæ conſtitutio totidem verbis repetitur in *O. C. part. 2. t. 9. §. 2. in fin.* ut itaque parti læſæ inhiberi non debeat, ſi pro recuperandis ablatis amicorum ſollicitat auxilia, & militem colligit; cum naturalis defenſio iſtis legibus conſtringi non poſſit. Hinc *Gail. de P. P. lib. 1. c. 16. n. 15.* tradit; conſtitutioni fractæ pacis conſentaneum eſſe, quod recuperatio rei invaſæ, etiam poſt intervallum temporis fieri poſſit, idque arbitrio Judicis, pro qualitate dejectionis, nec non perſonæ dejicientis, & rei invaſæ relinquendum; quia ſi Dominus ab alio injuſtè ditione & provincia ſuâ pellatur, etiam poſt decennium recuperare per occaſionem legitimam poteſt. Et talis recuperatio non pro ſpolio, ſed pro continuatione poſſeſſionis accipitur, nam qui continuat ſuam poſſeſſionem, ſpoliare non dicitur, & qui ſe præparat ad recuperandum, animo retinet poſſeſſionem, & tacitè contendit cum illo, qui rem violenter & naturaliter tenet, ſicque licet ex intervallo

vallo fiat recuperatio, tamen ſemper durare dicitur rixa, propter animum recuperandi, *Panorm. in c. ſignificaſti, de homicid. Dec. C. 460. n. 17.* Quando enim Nobilis, Comes, Dux, vi armatâ iniquè occupat caſtrum alterius, ſpoliatus poteſt pro ſuâ commoditate illud quandocunque recuperare, quia ad recuperationem talis caſtri magnus apparatus requiritur, qui tractum temporis exigit, *Gail. d. loc. n. 16.* ut hinc probè obſervanda ſint verba in ſuprà citatâ *Pac. Prophan. de anno 1548. allata*: ſein Gegenwehr und Verfolgung zu thun zu friſcher That / oder wann er ſeine Freund und Helffer haben mag. Nam ut in cæteris invaſionibus & violentijs defenſio armata ex intervallo non admittatur, *Brunnem. ad l. 1. C. Unde vi*, ubi plures citat, nec culpâ careat, niſi in caſu neceſſitatis, atque in ſubſidium, quando quis mediante juſtitiâ & armis civilibus ſuum conſequi non poteſt, *Dd. in l. ut vim. ff. de Juſt. & jur.* tamen hic defenſio cum armis bellicis conceditur ei, qui manet in poſſeſſione civili, ita, ut naturalem poſſeſſionem ſibi ablatam impunè & propriâ authoritate recuperare, & pro illius occupatione portas frangere, impedimenta tollere, & reſiſtentes cum armis repellere poſſit, *Sigiſm. Scacc. de Jud. lib. 2. c. 2. n. 181. & ſeqq.* Injurioſum ſiquidem eſt, ſi quis injuriam, cum poſſit, non propulſet, teſte *Cic. lib. 1. off.* ubi dicit: duo eſſe genera injuſtitiæ, unum eorum, qui inferunt, alterum eorum, qui ab his, quibus infertur, ſi poſſint, non propulſent
8 injuriam. Hinc cum in Weſtphaliâ Colonellus N. arcem alterius violenter occupaſſet, ſpoliatus verò durante proceſſu eandem armatâ recuperaſſet manu, *8. Novemb. anno 1654.* quis culpæ arguere potuit res ſuas recuperantem? imò non ſolùm Mandatum manutenentiæ tàm ſtrenuo violentiæ vindici, ſed & inſuper Mandatum de non ampliùs turbando adverſus ſpoliantem decretum eſt, menſe *Jan. anno 1656.* Quis enim ſæpè longiores Judiciorum moras, alteriusque iniquam rei ſuæ uſurpationem æquis oculis aſpiceret? quis expectaret, donec ſpoliator locum violenter occupatum, vallis, aggeribus, præſidio, inſtrumentisque bellicis muniat, donec ejus recuperatio, ſi non impoſſibilis ſaltem difficilior reddatur? Hic ergo Imperatoriam Majeſt. præſpicere, & vigiles oculos in ſalutem Reipubl. oppreſſique defenſione conjicere decet. Hic Mandata inhibitoria S. C. adverſus violentiam inferentes, auxiliatoria ad ſtatus vicinos pro defenſione oppreſſi decernenda, ut potentis veræque Juſtitiæ fructum offenſus realiter experiatur.

Porrò ſuprà dixi, reum fractæ pacis 9
ſtatim in Camerâ conveniri poſſe, ſive *immediatè* ſit ille, ſive *mediatè* imperio ſubjectus; pro arbitrio enim actoris vel coràm ſuo ordinario, vel coram Imperatore conveniri poteſt, Land=Frid / *de anno 1548. art. 14. in pr. ibi.* vor ſeinem ordentlichen Richter / oder aber für uns / ꝛc. *O. C. p. 2. t. 10. in pr.* & *præſertim §. 8. ibi:* Und ſoll auch einem jedẽ / der den andern / nicht allein daß er der That / oder Fürſchubs / wie obgemelt / verdächtig / ſondern auch / daß er deſſelben ſchuldig wäre / beklagen / vnd ihn deßwegen überweiſen wolt / vorbehalten ſeyn / ſolches vor dem Kayſerl: Kammer=Gericht / oder andern ordentl. Gerichten / dahin ſolche Sachen gehören / zuthun / fürzunemmen / daſelbſt ihm auch fürderlich verholffen werden ſoll. Quid clarius dici poteſt? nec tamen aliquando ſine contradictione mihi fuit hæc ſententia; idque ita introductum pro pace & tranquillitate Imperij ſanctius muniendâ, ſi ſtatim coràm Imperatore violatam illam accuſare liceat.

Cauſæ verò fractæ pacis celeriter ex- 10
pediri debent, ex rationibus modo ſuprà deductis, *O. C. de anno 1500. t. 200. in fin.* In Sachen den Frid=Bruch betreffend / ſoll der klagenden Parthey anbringen jeder Zeit gehört / vnd ohne Verzug procedirt werden. Non enim pacifragus exceptione fori declinatorias opponere poteſt, quia cauſæ fractæ pacis immediatè ad Imperatorem ſpectant, nullaquè prærogativa dignitatis aut excellentia, nulla privilegia violatores pacis publicæ, ab immediata Imperatoris Juriſdictione eximunt, *Gail. 1. de p. p. c. 11. num. 12. &*
*ſeqq.* Land=Frid / *de anno 1548. t. 27.* alle vnd 11
jegliche Gnad / Freyheit / Privilegien / ſo wider diſen Friden ſind / als Röm. Kayſerl. Macht vnd Vollkommenheit hindan ſetzen / vnd wollen / daß ſich niemand damit ſchutzen / ſchirmen vnd verantworten ſoll oder möge / in keinerley Weiß / & videri poteſt *Roding. Proceſſ. Cam. p. 1. 7. n. 4. & 44.* ubi ait: violatores pacis publicæ in Judicio Cameræ Imperiali conveniri poſſunt, licet ei immediatè non ſint ſubjecti, *Mindan. de proceſſ. c. 22. n. 10. & 13.* ubi

Digitized by Google

ubi ait: hoc procedere, & pacifragum ad pœnam fractæ pacis luendam conveniri corâm Imperatore poſſe, etiamſi cum parte læſâ tranſegerit. Blum *in proceſſ. Camer. t. 29. §. 120.* ubi ait: quod ad judicem attinet, in libero eſt arbitrio actoris, utrum pacifragum in Aulâ Cæſareâ vel Camer. Imper. an denique corâm illius ordinario Judice convenire velit. Neque ſi pacifragus corâm Cæſare conveniatur, exceptiones fori declinatorias habet, quia cauſæ fractæ pacis immediatè per viam ſimplicis quærelæ ad Aulam Imp. vel Cameræ ſpectat. *Mev. p. 1. dec. 104.* Hiſque puto textibus & practicis authoritatibus nemo amplius contradicet.

12 Porrò & hoc in cauſis fractæ pacis obſervatur, ut, quando in puncto Mandati fertur ſententia, *cauſa principalis* non remittatur ad Judicem inferiorem ſeu ordinarium, ſed à Cæſare vel à Camerâ determinetur. Blum. *d. loc. §. 201.* Nec non integrum eſt actori, vel ad pœnam, vel ad reſtitutionem damni tantùm principaliter agere, Land-Frid *de anno 1548. t. 10. ibi:*
13 in deß beſchädigten Willen und Wolgefallen ſtehen ſoll/ den Land-Frid-Brecher auff die Pœn der Rechten/ und unſers Land-Fridens/ ſämbtlich oder deren eine inſonderheit/ dazu umb die zugefügte Vergewaltigung Beſchädigung oder Entſetzung/ mit und neben obgemeldten Pœnen/ oder aber allein principaliter/ und inſonderheit bey unſerm Kayſerl. Cammer-Gericht fürzunemmen/ und zu beklagen/ darauff ihme auch durch unſern Cammer-Richter und Beyſitzer/ fürderlichen Rechtens/ wie ſichs gebühret/ verholffen und geſtattet werden ſoll/ doch in allweg unſerm Kayſerl. Fiſco ſeiner Gerechtigkeit/ der verwürckten Pœn halber/ unvorgreifflich. *Gail. de P.P. l. 1. c. 6. n. 6.*
14 imò inſtituta actione ſuper fracta pace, Judicis officium ſuper reſtitutione ablatorum implorari poteſt, etiam poſt litem conte-
15 ſtatam, *Schvvanm. obſ. 38.* Si verò criminaliter lis eſt cæpta in Camerâ, non poteſt ſuper ſpolia corâm ordinario mediato civiliter agi, *Mynſ. 1. obſ. 97. Gail. 1. obſ. 32. n. 11. Grev. in Gail. l. 1. concl. 3. conſid. 1. n. 5.* ubi tamen *n. 6.* notabiliter id limitat, ſi ab eodem actore id fiat, qui ſcil. cauſam corâm uno Judice criminaliter cæperit, & poſt coram alio civiliter actionem intenta-
16 re velit. Quod ſi verò Fiſcus apud ordinarium & inferiorem pacifragi judicem ad pœnam agat, id obeſſe læſo non poterit, quin ipſe ad reſtitutionem principaliter corâm Imperatore pacifragum convenire poſſit, ne per factum tertij, & Imperatori & parti læſæ juriſdictio, judicijque electio ſubtrahatur. Et hinc Blum *d. loc. n. 129.* tradit: Actore corâm ordinario Judice agente, Fiſcali Cæſareo, ad pœnam fractæ pacis, in Camerâ agere volenti continentiam cauſæ, & litis pendentiam opponi non poſſe, quia Fiſcus publicum, actor intereſſe privatum perſequitur.

Ex quo & illud profluere videtur, quod 17
*Schvvanm. obſ. 34.* annotavit, quod nimirùm etiamſi reus in puncto citationis abſolvatur, nihilominus in puncto Mandati ſuper reſtitutione procedi adhuc contra ipſum poſſit. Nam licet punctus Mandati, non ſubſiſtente puncto citationis, amplius à Camerâ decidi non poſſe appareat, quia ſublato principali concidat acceſſorium, nec poſteà parti beneficium primæ inſtantiæ, nec ordinario juriſdictio debeat eripi: Tamen *Schvvanm. d. loc.* contrarium per majora concluſum eſſe teſtatur, quia Judex unâ ex cauſa prorogationem facere poſſit ad aliam, ob connexitatem, ita, ut quia ſemel cæpit cognoſcere in cauſa citationis, cauſa Mandati non ſit remittenda, ſed judicium ubi cœptum, ibi etiam finiendum, *l. ubi cæptum. ff. de jud.* Cum juriſdictio magis ex narratis citationis fundetur, quàm ex veritate libelli, *l. cum quædam puella, §. fin. ubi gl. ff. de Iuriſd. omn. Iud.* & iſti duo proceſſus, citationis, & mandati, ſeparatim tractari poſſint, ſambt und ſonderlich/ ut in utroque puncto duo exhibeantur libelli, duæque litis conteſtationes injungantur, ut in cauſa W. contra P. ſicque punctus mandati per ſe & principaliter tractetur, in quo etiam haud rarò, propter inopiam & defectum probationis, ratione ablatorum præſtatur juramentum, cujus præſtatio fruſtrà eſſet, ſi cauſa mandati remitti deberet. Quibus utitur rationibus *Schvvanm. §. 1. obſ. 34. & 39.* allegans præjudicium in cauſa Oettingen contra Brandenburg/ nec non *Gilhauſ. in arb. jud. crim. c. 2. t. 9. de pac. publ. n. 28. Magenhorſt. in O. C. p. 2. t. 9. ad §.* Wo aber.

Ex quibus fundamentis ſine dubio ma- 18
gis firmatur ſententia noſtra, quod actio Fiſcalis ad vindictam publicam non præjudicet parti læſæ, quin actionem ſuam ad

rei

Digitized by Google

rei ablatæ reſtitutionem coram alio Judice competenti proponere poſſit. Nec enim alteri per alterum iniqua conditio inferri, vel jus pro arbitrio ſuo apud competentem Judicem proſequendi, poteſtas aufferri actori poteſt. Nihil certè videtur obſtare, quàm continentia cauſæ, & ne duobus in Judicijs diverſæ proferantur ſententiæ: Verùm jam ſupra dictum eſt, continentiam inter punctum citationis & mandati nullam eſſe, verùm ex narratis fundari juriſdictionem, & quæ cauſæ vel probationes ad infligendam fractæ pacis pœnam non ſufficiunt, ſufficere nihilomnus poſſunt, ad injungendam rerum reſtitutionem. Denique vel declinat forum reus, litis conteſtationem detrectat, exceptioneſque fori declinatorias incontinenti probat, & plana res eſt, ut cauſa remittatur: aut declinatoriam in continenti probare nequit, & tunc litis conteſtatio procedit rejectis exceptionibus, ut iterum argumentatur *Schvvanm.*
19 *d. loc. in fin.* Sicque Fiſcali punctum citationis ſeu vindictæ publicæ apud Judicem ordinarium urgente, parti læſæ nihilominus mandatum ad res reſtituendas, reſarciendaque damna decretum eſt, *anno 1670.*
20 Sicut enim ex quolibet delicto criminalis ad pœnam publicam, & civilis ad damni præſtationem actio datur, *l. 23. §. ſi dolo. 9. ff. ad L. Aquil. l. 3. §. ſi quis dolo. ff. d. tab. exhib. Carpzov. in pr. crim. p. 1. q. 39. n. 41.* & criminalis vel publica vel privata perſecutio non tollit rei perſecutoriam, pro rei reſtitutione vel æſtimatione, vel eo, quod intereſt intentatam; ita nec publicæ pœnæ perſecutio, quam Fiſcalis inſtituit, parti læſæ electionem fori intervertere poteſt, quin ipſi liberum maneat, vel apud ordinarium Judicem, vel apud Imperatorem, res ſibi per crimen fractæ pacis ablatas repetere. Uterque enim punctus & citationis & mandati provenit ex crimine fractæ pacis, immediateque fundat Juris-
21 dictionem Imperatoris. Et hinc quoque profluit, ut cauſa mandati ſimul *cauſam principalem* per connexitatem ad ſe trahat, nec remittenda ſit. Nam in cauſâ fractæ pacis mandatum præjudicat cauſæ principali; & ſi quis puncto Mandati ſuper fractâ pace diſceptato, ratione cauſæ principalis coràm inferiori Judice agere intenderet, ei ſemper exceptio rei in Camerâ judicatæ opponi poſſet, Blum. *de Proceſſ. Cam. tit. 39. §. 201. in fin.* Non eſt indulgendum ſcil. hoc beneficium pacifrago, ſed in utroque puncto Mandati & cauſæ principalis coràm eodem Judice debet reſpondere, ut hâc ratione etiam crimen aliquatenus vindicetur.

Illud etiam hic addendum, an *cum* 22 *vel ſine clauſulâ Mandata ſuper fractâ pace emanare poſſint & debeant?* Quam in rem repeto diſtinctionem, an ſimul cum citatione ſuper fractâ pace Mandatum petatur acceſſoriè, an verò pro Mandato primariò & principaliter (ut fieri poſſe ſuprà n. 12. diximus) ſupplicetur. Hoc enim caſu eò minùs dubitandum eſt, quin Mandatum de reſtituendo ſuper fractâ pace ſine clauſulâ decerni poſſit, prout *Autor præjudiciorum apud Gilm. Tom. 3. tit. Mand. ſine clauſul.* Cauſam fractæ pacis refert inter caſus expreſſos, in quibus ſine clauſulâ mandari ſolet. Et *id. t. Mand. ſuper Conſtit. fractæ pac. §. in cauſis fractæ pacis.* hæc habet verba: Si autem aliquid factum eſt expreſſè contrà pacem publicam, id poteſt Mandatum concedi, & quidem ſine clauſulâ, quia nulla excuſant privilegia vel exceptiones, *hactenus Gilm.* Et quæ poſſet eſſe dubitandi ratio, cum facti atrocitas id videatur planè exigere, nec ulla lex vel conſtitutio judicem ad terminos ſolius Mandati cum clauſulâ reſtringat? Equidem non me latet, quæſtionem hanc jam olim in Camerâ Imp. fuiſſe controverſâ, & crebrioribus obtinuiſſe calculis, regulariter ſine clauſulâ mandari non debere, *Gilm. tom. 1. part. 1. t. 1. dub. 4.* quæ tamen ipſa deciſio indicat, id aliquando, pro perſonarum factique qualitate & circumſtantiis fieri aliter poſſe, adeoque in arbitrio & diſcretione judicis eſſe, qui ponderare debeat, an factum Mandato cum, an verò ſine clauſulâ ſit coercendum. Quin imò tota decidendi ratio apud *Gilm. d. loc.* in eo conſiſtit, quod ſit de ſtylo Camerali, ut mandata regulariter cum clauſulâ decernantur, qui ſtylus ſtudioſè & velut pro lege ſit obſervandus. Ratio verò rationis ſubnectitur, quia facto nondum probato reus alias præproperè condemnaretur, ſi mandatum ſine clauſulâ contrà ipſum emanaret. Tum verò ſtatim additur exceptio, *niſi ſint caſus planè prohibiti*, vel *etiam captivos concernentes*, in quibus ſine clauſulâ mandari poſ-

ſe

ſe receptum eſt. Et quis hic non videt, totum hoc negotium ab arbitrio judicis dependere? præſertim ſi ponderentur rationes, quas *Gilm. d. loc. dub. 4.* pro affirmativâ adducit. *Primò* quod Judex ſuperior ſemper poteſt ſine clauſulâ mandare in his, quæ ad manutenendam Jurisdictionem vel Reipubl. pacem & utilitatem ſpectant, *arg. nec quicquam. §. ubi decretum, ibique Bartolus, & Dd. de Off. Proconſ. Zaſ. in l. de pupil. §. meminiſſe. 13. ff. de novi oper. nunt.* 2. Ne partes ad arma veniant. 3. Ne melioris ſit conditionis, qui aliquid auffert frangendo pacem publicam, quàm qui privatim pignorat, quo in caſu ſine clauſulâ mandatur, ut exinde à fortioribus terminis idem in crimine fractæ pacis ſtatui poſſit, in quo nulla omninò excuſatio vel privilegium admittitur. 4. Quia mandatum cum clauſulâ in hâc conſtitutione nullius eſſet effectus, und müſte man mit gepfändten Händen in facto tàm atroci litigiren. Cùm tamen 5. non ſit permiſſum ſub cujuſcunque coloris prætextu pacem & tranquilitatem publicam violare, aut alteri ſuum per tale facinus auferre. Quæ rationes à Gilm. adductæ prioribus illis pro altera parte allatis longè videntur præponderare. Quod enim de ſtylo Camerali dictum eſt, id ipſemet auctor in caſibus plane prohibitis & enormibus ſtatim limitavit, modo ſupradicto. Tum verò ſtylo Camerali opponi poteſt obſervantia aliarum curiarum, quibus in crimine fractæ pacis ſine clauſulâ mandare, non novum, ſed ſolenne & quotidianum eſt, prout exempla ſatis multa adducere haud difficile foret. Sicut & illa ratio, ne reus nondum convictus per mandatum ſine clauſulâ præpoſterè condemnetur, nimis generalis eſt, & quæ etiam in caſu pignorationis obtendi poſſet, præſertim cùm hodiè Mandata ſine clauſulâ priſtino ferè effectu carere ſoleant. Nec non illa etiam ratio, quam *Gail. 1. de P. P. c. 5. n. 5.* adfert, ſcil. ne mandatum acceſſorium, utpotè unà cum citatione decernendum, potentius ſit ſuo Principali, manifeſtè non ſufficit, quando Mandata principaliter & ſeparatim ſine citatione petuntur. Cùm itaque ratio adæquata, cur ſuper conſtitutione fractæ pacis Mandata ſine clauſulâ decerni non debeant, reddi nulla poſſit; meritò concluditur, arbitrio judicis relictum eſſe, ut pro facti circumſtantiis æſtimet, an Mandatum cum vel ſine clauſulâ decerni debeat. Porrò non ſolùm conſtitutiones Imperij, ſed etiam jus civile violentias ſeverè prohibet, prout videre licet ex *tt. ff. & Cod. ad L. Jul. de vi publ. & priv.*
nam vis publica committitur armis adhi- 23
tis, *§. 8. Inſt. de publ. Jud. l. 1. 3. 5. ff. de vi publ.* vel alio atrociori modo, *l. 5. 7. 8. eod.* ut ſi quis dolo malo fecerit, quò minus judicia tutò exerceantur, *d. l. 10.* ſi quis congregatis hominibus armatis poſſeſſorem domo agrove ſuo vel navi dejecerit, *d. l. 3. §. 6. junct. l. 5. de vi priv.* ſi quis alienas ædes expugnaverit, *l. 1. de vi publ. in pr.* aut ſaltem oppugnaverit, licet non ſecutâ effractione, *d. l. 1. & ſeqq.* quò etiam refertur, ſi quis nova vectigalia exerceat *l. ult. eod.* & ſi quis mulierem vi rapiat, *l. 5. §.*
*2. l. un. C. de rapt. virg.* Pœna violentiæ 24
publ. de jure civili eſt deportatio, *§. 8. Inſt. de publ. Jud.* quibuſdam tamen caſibus ultimum ſupplicium, *l. pen. ult. l. 6. C. eod.* Hodiè pœnam arbitrariã eſſe tradit *Carpzov. in pr. crim. 1. q. 40.* quæ tamen circumſtantijs exigentibus ad mortem extendi poſſit. Atque ſub vi publicâ comprehendi pacem publ. den Land-Friden / extra dubium eſt, cùm omnis fractio pacis vis ſit publica, ſed non contrà, itaque probè invicem diſtinguenda *Mev. p. 1. deciſ. 105.*
Nam ad crimen fractæ pacis tria cumulati- 25
vè requiruntur. 1. Vis publ. eaque major, quàm cui reſiſti poſſit. 2. Vis armata hominibus ſcil. coactis & coadunatis. 3. Dolus malus, & deſtinatum nocendi conſilium. *Carpzov. pr. crim. q. 35. per t.* quod ex circumſtantijs & evidentiâ facti colligitur.

Pœna fractæ pacis eſt, Bannum Imp. pœna 2000. Marc. aur. pur. pœna reformationis regiæ & juris communis *Blum.*
*Proc. Cam. t. 29. §. 77.* Ex noviſſimo Jure 26
Carolino ad vim publicam quoque pertinet. 1. Vis, der Land-Zwinger und Außtretter / ſo da entweichen an andere Oerther / der Obrigkeit treuen / und etwann ihre Schuld erzwingen wollen / quorum pœna capitalis, *P. H. O. art. 128. 2. Rapina. art. 126. verſ.* ein jeder Boßhafftiger. 3. Vis eorum, qui alijs bellum inferunt, quæ itidem ultimo punitur ſupplicio, *art. 129.* 4. Fracta pax publ. der Land-Frid-Bruch / R. A. zu Worms / *anno 1521. Vigel. ad Conſt. Carol.*



Digitized by Google

*crim. c. 6. rubr. de vi publ. & priv. Zieriz & Matth. Steph. ad d. art.*

Ex conſuetudine vel ſtatutis locorum huc etiam referri poſſunt, der Statt-Frid-Bruch / quando vulnerantur aut pulſantur vigiles in excubijs ſtantes. Item der Hauß-Frid-Bruch / cujus rei ſunt, qui in ædes irruunt, rapiendi aut nocendi animo, alióſve, ut id faciant, excitant, vel etiam quærunt aliquem in domo, animo illum interficiendi. Addi poteſt, der Burg-Frid-Bruch / quando quis percutitur in caſtro, domo, aut palatio Principis, vel in curiâ, *Beſold. in Theſ. pr. in verbo*, Burg-Frid / *Hering. de Jur. Burg. n. 726.* In omnibus his ex ſtatutis locorum & civitatum plerunque certa pœna eſſe ſolet. Et cùm vis publica vel privata diſtinguatur, prout accedit uſus armorum vel non, ideoque pœna, derer ſo den Hauß-Frid brechen / eſt arbitraria, relegatio perpetua, incarceratio, multa, amputatio manus, prout aggravantes vel minuentes circumſtantiæ id ſuaſerint, *Coler. p. 1. deciſ. 155. n. 23. & ſeqq.* Etenim non poſſe dictare in ſingulis caſibus commiſſæ violentiæ, unam eandemque pœnam, ipſa ratio docet; *Hahn. in parat. Weſenb. t. ad L. Jul. de vi publ.* Adde *Struv. in Syntagm. jur. eod.* Violatori deß Land-Friden / v. g. qui aliquem in palatio Principis percutit aut vulnerat, manus amputatur, ut ex *reſp. Lipſ. menſ. ſept. anno 1596.* refert *Bechm. ad Digeſt. t. eod.* cui verò manus amputatur, ille etiam ſemper in perpetuum relegatur, ſicut ille, qui fuſtigatur, vel perjurus, cui digiti abſcinduntur. Sic etiam conceſſio, quæ alicui poſſeſſionem violentam confirmat, nemini debet dari, taliſque conceſſio & confirmatio poſſeſſionis injuſta vitium violentiæ non purgat, *l. 3. C. unde vi & ibi Brunneman.* per rationem *in l. 3. C. de precib. Imp. offer.* expreſſam. Et in tanto violentia eſt odio, ut qui rem ſibi debitam propriâ authoritate, licet ſine vi, occupat, jus crediti amittat, licet in eâ cauſâ Reſcripto Principis, quo fortè continetur, rem illam, illum recipere debere, aut alicujus Judicis ſententiâ utatur, *l. meminerint. 6. C. unde vi l. ex & l. 13. ff. quod met. cauſ.* quia non debet injuriarum occaſio inde naſci, unde jura naſcuntur, nec genus injuriæ, ſibi ipſi in re ſuâ jus dicere, à Principe tanquam fonte juris proficiſci; hinc is, qui alterius prædium occupat, privatur dominio rei, *d. l. 6. & l. ſi quis in tantam 7. C. unde vi.* in quâ non tantùm invaſor rem reſtituere cogitur, ſed & ſi Dominus fuit, dominium amittit, ſi non fuit dominus æſtimationem invaſo præſtare tenetur; quamvis aliqui legem hanc abolitam eſſe tradant.

# *Liber II. Titulus* XXXVIII.

## De
## *INTERDICTIS.*

### SUMMARIA.

1. *INterdictorum rationem ſimilem eſſe cum proceſſu hodierno Mandatorum.*
2. *Convenire mandata & interdicta in modo exequendi.*
3. *Condemnatus ubi, & à quo exequendus?*
4. *Quæ circulorum Imp. ſit utilitas?*
5. *Quare & in quibus cauſis proceſſus Mandatorum introductus?*
6. *Qui poſſidet manutenendus eſt, non obſtante armorum periculo.*
7. *Diviſio poſſeſſorij, & quid ſit, aut unde dicatur poſſeſſorium ſummariſſimum vel momentaneum.*
8. *Regulariter in ſummariiſſimo nullam appellationem vel reviſionem habere locum.*
9. *Utilius eſſe poſſeſſorio agere, quàm petitorio.*
10. *Suſpenſo petitorio, ante concluſionem cauſæ ad poſſeſſorium poſſe recurri.*
11. *Quæſtio proprietatis poſſeſſionem abſorbet, ſed non econtrà.*
12. *Diviſio interdictorum.*
13. *Interdictum quorum bonorum, cui & ad quid detur?*
14. *Interdicta breviorem tribuere viam, ad res conſequendas.*
15. *Scriptis hæredibus datur remedium poſſeſ. ex l. ult. C. de Edict. Div. Hadr. toll.*
16. *Interdictum Salvianum, ad quid & cui detur?*
17. *Datur adverſus tertium poſſeſſorem.*
18. *Sed non niſi principali debitore prius convento & excuſſo.*

19. De

19. *De actione Serviana, & quomodo ab Interdicto Salviano differat,*
20. *Nec interdictum Salvianum dari contrà tertium, non excuſſo prius debitore principali.*
21. *De interdictis retinendæ.*
22. *Quomodo duo poſſidere dicantur?*
23. *Cui poſſeſſio adjudicanda ſit jure civili?*
24. *Cui jure canonico? quod hodie ſequimur.*
25. *Quid pronunciandum, ſi pares ſint utriusque partis probationes?*
26. *In remedio retinendæ, pendente petitorio non poteſt recurri ad poſſeſſorium.*
27. *Remedium acquirendæ & recuperandæ poteſt cum petitorio cumulari.*
28. *Refertur præjudicium.*
29. *Agi ſummariiſſimo, quando unus libertatis alter ſervitutis prætendit poſſeſſionem.*
30. *In commendas neminem habere Juriſdictionem, præter Magiſtrum ordinis.*
31. *Ob perverſum proceſſus ordinem appellari poſſe, etiamſi cauſa alias appellabilis non eſſet.*
32. *Ab incompetente Judice nihil judicatum dici poſſe.*
33. *Nullitates inſanabiles, poſt tres ſententias conformes, & intra 30. annos poſſe proponi.*
34. *Juriſdictionem per actum extrajudicialem, præſertim ab officiali, in præjudicium Domini, prorogari non poſſe.*
35. *Si ſententia à quâ ſit injuſta, Judicem non tàm deſertionis, quàm iniquitatis rationem habere debere.*
36. *Injuſtitiam notoriam ſine appellatione cauſam devolvere ad ſuperiorem.*
37. *Præſertim ſi Judex prius pronunciavit ſe competentem.*
38. *Si appellans dicat, ajo ſententiam nullam, vel ſi aliqua eſt, appello, nullitatem principaliter eſſe deductam.*
39. *Nullitatem ex officio debere attendi.*
40. *Nullitatem etiam cauſam principalem devolvere.*
41. *Quænam dentur actiones pro jure paſcendi, vel ejus poſſeſſione in fundo alieno.*
42. *Interdictum uti poſſidetis etiam pro rebus incorporalibus dari.*
43. *Cum interdicto retinendæ poſſe proponi interdictum recuperandæ in ſubſidium & quare?*
44. *Quomodo interdicto uti poſſidetis procedatur, & quis in eo vincat?*
45. *Quis in hoc judicio pro actore habeatur.*
46. *Quando poſſeſſio videatur amiſſa?*
47. *Quæ probanda ſint in interdicto recuperandæ?*
48. *Appellatum nil probâſſe.*
49. *Spolium ante omnia reſtitui debere, in quâ limitatione ſit accipiendum.*
50. *Etiam in poſſeſſorio ſummariſſimo prius de poſſeſſione ſpoliati cognoſcendum eſſe.*
51. *Animalia in alieno fundo reperta, ex conſuetudine receptâ includi & detineri poſſe ad damnum reſarciendum & quare?*
52. *Traditur de poſſeſſione & de ejus diviſione.*
53. *An ſint duæ ſpecies poſſeſſionis, naturalis & civilis, an duo tantum modi poſſidendi?*
54. *Civilis poſſeſſio quid ſit?*
55. *Reſolvitur quæſtio circa qualitatem poſſeſſionis naturalis & civilis.*
56. *Quomodo acquiratur poſſeſſio.*
57. *Poſſeſſio quomodo retineatur?*
58. *Quomodo poſſeſſio amittatur?*
59. *De interdictis recuperandæ poſſeſſionis.*

NEmo itaque in poſſeſſione rerum, aut jurium ſuorum turbandus, aliàs interdictis ſit locus, quorum ſimillima ratio eſt cum proceſſu Mandatorum hodierno, ut Mandata frequentiſſimè ex Aulâ vel Camerâ Imp. emanantia, ex interdictis, & hæc ex illis declaranda & explicanda ſint; cum etiam interdicta ſint Mandata, quæ circà controverſias poſſeſſionis vel quaſi ex legis præſcripto fiunt, *Mind. de interd. comm. 1. n. 10. & 67.* nec non *comm. 14. n. 14. & ſeqq.* Quando nimirùm Judex in cauſis poſſeſſionum vel quaſi, jubet aliquid fieri, vel fieri vetat, prout negotij, de qua agitur, naturæ convenit. Atque obtinent interdicta inſtar actionum, potiſſimum ſi vis & poteſtas eorum ſpectetur, undè & actionis verbo contineri dicuntur, *l. 37. ff. de O. & A. Schneid. Inſt. de interd. n. 28.* dicit actiones poſſeſſorias in factum ex ijs proponi, *vid. l. pen. & ult. C. eod.* & titulus ff. inſcribitur de interdictis ſeu extraordinarijs actionibus; ſunt enim interdicta omnia de poſſeſſione, & remedia quædam temporaria, ad vim & injuriam prohibendam, præcipuè ob tranquillitatem Reipubl. conſervandam introducta. Itaque ex his fundamentis Mandata inhibitoria, avocatoria, auxiliatoria, reſtitutoria, & ſimilia, cum vel ſine clauſulâ promanant. Sicut enim Prætor 2
olim ad poſtulationem interdictum petentis, ſi ei paritum non eſſet, manu miniſtrorum decretum exequebatur contrà contumacem, *l. 3. ff. ne vis fiat*, vel ex causâ interdicti utilem dabat actionem: ita hodie Mandata primùm decernuntur, & ſi ijs non pareatur, nec relevantes proponantur exceptiones, ſententiæ paritoriæ ſubſequuntur, & executio vel Principi, aut ſtatui, in cujus territorio reus habitat, aut Principi circuli demandatur, R. A. *de anno 1554.* §. in welchem Termin: *160. ibi:* 3
ſeiner Obrigkeit / oder des Kraiſſes in dem er

geſeſſen und begüttert / außſchreiben / den Fürſten / oder wann dieſelbe bey der Sachen intereſſirt / auch ſonſten erhäbliche Urſachen vorhanden / nach Gutbefinden deß Richters / den außſchreibenden Fürſten eines oder mehr benachbarten Kreiſſen. Quia Imperium prudentiſſimè in circulos propterea diſtributum eſt, ut & paci publicæ conſultum ſit, & legum autoritati, quò videlicet contra immorigeros ſtatus, Principibus cujuscunque circuli executio demandari poſſit. Etſi non ad proferendos Imperij limites, aut recuperanda amiſſa, ad defendenda tamen præſentia Imperij jura, juſtitiæque & judicatorum paratam executionem circuli ſunt inſtitui, *Thuan. Hiſt. lib. 2. Joh. Strauch. in controv. Illuſtr. diſſert. 1. n. 4.*

5 Hic verò proceſſus Interdictorum ſeu Mandatorum in cauſis poſſeſſionum potiſſimum ideò receptus eſt, ut hujusmodi controverſiæ quàm celerrimè tranſigantur, ne in pacatâ republ. dum unusquisque ſibi poſſeſſionem aſſerere conatur, vis interim fiat, enſesque pro libellis oſtendantur, ut ait *Carpzov. de Proceſſ. t. 1. art. 5. n. 43.* quam etiam ob rationem ſuprema tribunalia, in primâ Inſtantiâ de cauſis hujuſmodi cognoſcunt, *Gail. 1. obſ. 5.* ubi id in adipiſcendâ & retinendâ poſſeſſione procedere tradit, in tribus ſcil. caſibus in O. C. expreſſis. Wann ſich ein jeglicher für einen Beſitzer deß ſtrittigen Guts oder Gerechtigkeit hält. 2. Wann das ſtrittige Gut nicht unter einem Herren gelegen wäre. 3. Wann wegen der Poſſeſsion / Empörung / Weiterung und Unruhe zubeſorgen. *O. Cam. p. 2. t. 21. Roding. 1. t. 9.* licet in inferioribus Judicijs interdictum nihil aliud ſit, quàm actio, quâ de poſſeſſione diſceptatur. Quod autem dictum eſt ſuprà, ſi armorum ſit periculum, id ita accipiendum eſt, ſi poſſeſſio ex juſtis cauſis ſit dubia, nam ſi certum ſit,

6 alteram partem poſſidere, tunc Iudex poſſidentem tueri, & alteri inhibere debet, etiamſi periculum ſubſit armorum, *Gail. 1. obſ. 5. n. 5. Bender. de reviſ. concl. 20. n. 134.* quia nemo ob contradictionem alterius poſſeſſione ſuâ privandus eſt.

7 Eſt autem *poſſeſſorium* vel *ſummariiſſimum* ſive momentaneum, vel *ordinarium* ſive plenarium. Illud locum habet, ubi periculum armorum metuendum, *O. Cam. p. 2. t. 2. §. fin.* Summarium ideo appellatum, quod abſque telâ Judicij, & ſine longo litis ſufflamine, ſolâ facti veritate inſpectâ, in eo celeriter ſit procedendum, *Clem. diſpendioſam de Jud. l. ſi coloni 14. C. de agric. & Cenſit.* ibi: *celeri reformatione.* Momentaneum verò dicitur, quia ſententia in eo lata non perpetuum, ſed momentaneum & reparabile præjudicium adfert, quod in ordinario poſſeſſorio reſtaurari poteſt; cum ſit mera interlocutoria, & remedium proviſionale, ubi imperfectæ & ſemiplenæ probationes recipiuntur; adeoque ab hoc ordinariè nulla datur appellatio vel reviſio, *l. un. C. ſi de mom. poſſ. fuerit appell. Scaccia de appell. q. 17. lim. 6. memb. 3. & membr. 7. n. 1. Roding. 1. t. 31. n. 4.* noviſſimè *Georg.* Pfanzuch / *tr. de ſummar. poſſ. c. 18. n. 20. & ſeq.* ubi multis præjudicijs & limitationibus hanc quæſtionem deducit: *Mynſ. 6. obſ. 13. Mev. part. 1. deciſ. 25.* ex quibus omne dubium diſſolvi poteſt: quod nimirum appellatio admittatur: ſi ſententia ſummariiſſimi non ſit modici, ſed magni præjudicij, ſi agatur de perdenda poſſeſſione, ſi probatio petitorij eſt nimis difficilis, ſi ſententia traheret ſecum effectum perpetuum, ſi propter antiquitatem temporis non extarent documenta, ſed totum fundamentum poneretur in ſolâ poſſeſſione, ſi alter in poſſeſsionem miſſus interim lucraretur fructus, ſi ſententia evidenter ſit injuſta, ſi juſta cauſa proferatur, ex quâ appellans ſe iniquè gravatum docere queat, *d. loc.* bene autem ab ordinario poſſeſſorio permittitur appellatio, *Gail. 1. obſ. 7. per tot. & obſ. 147. n. 6.* 8

Notandum autem eſt, duo conſiderari judicia, *petitorium*, quo de dominio rei diſceptatur, & *poſſeſſorium*, cum de nudâ poſſeſſione eſt contentio, nullâ mentione hactenus factâ, ad quem ſpectet dominium. Atque utilius eſt intentare poſſeſſorium, & adverſarium ad onera petitoris compellere, quàm ab alio poſſidente petere, *l. 24. de R. V.* cum dominij probatio ſit difficillima. Quod ſi quis verò non 9 conſideratâ commoditate poſſeſſorij petitorio agere inceperit, quæritur, an poſteà videns difficultatem probationis dominij, poſſit recurrere ad poſſeſſorium; quam quæſtionem affirmativè reſolvit, *c. paſtoralis de cauſ. poſſeſſ. vel. prop.* ubi odio violenti invaſoris, & in favorem ſpoliati conceditur, ut antè concluſionem in cauſâ factam, 10

Digitized by Google

ctam, ſuſpenſo petitorij judicio, adverſus ſpoliatorem judicium poſſeſſionis recuperandæ intentari poſſit. Maxima enim eſt rei hujus utilitas. Nam ſi actor in petitorio ſuccumbat, nullus patet ad poſſeſſorium regreſſus, etiamſi in eo victoriam reportare potuiſſet; obſtat enim receptio rei judicatæ, præſertim quando reus ideò abſolutus eſt, quia de ſuo dominio probavit. Sententia autem lata in poſſeſſorio, non parit exceptionem rei judicatæ in petitorio, quia in iſtis judicijs de diverſis rebus eſt contentio, neque poſſeſſio proprietatem abſorbet, ſicut econtra evenit, *l. 14. §. fin. ff. de except. rei jud.*

12 Dividuntur *interdicta*, quod alia ſint *prohibitoria*, quibus Prætor vetat aliquid fieri, veluti vim ſine vitio poſſidenti, vel mortuum inferenti, vel in loco ſacro ædificari, vel in flumine publico ripave ejus fieri, quò pejus navigetur, *§. 1. Inſt. h. t.* alia *reſtitutoria* veluti bonorum poſſeſſori poſſeſsionem eorum, quæ quis pro hærede, aut pro poſſeſſore poſſidet ex hæreditate; aut cum jubet dejecto reſtitui poſſeſſionem. Alia *exhibitoria*, per quæ jubet exhiberi eum, de cujus libertate agitur, aut libertum, cui Patronus operas indicere vult, vel parenti liberos, qui in poteſtate ejus ſunt. Sed principalior diviſio eſt, quod quædam interdicta comparata ſunt ad poſſeſsionem vel adipiſcendam, vel retinendam vel recuperandam.

## *De Interdictis Adipiſcendæ.*

PRo adipiſcendâ poſſeſſione datur interdictum Quorum bonorum & Salvianum, *§. 3. Inſt. h. t.* In eodem genere ſunt & interdicta quod legatorum, ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus eſt, de tabulis exhibendis. Quæ omnia explicantur in *ff.* & de quibus agit *Schneidw. Inſt. de Interdict.*

13 Interdictum Quorum bonorum datur hæredi Prætorio ſeu bonorum poſſeſſori, ex edicto Prætoris, ad actualem poſſeſſionem rerum hæreditariarum conſequendam adverſus poſſidentem pro hærede aut poſſeſſore, aut qui dolo malo deſiit ita poſsidere, *l. 1. ff. quorum bonor. l. 2. C. eod.* ex quo patet eum, qui titulo ſingulari poſſidet, puta pro emptore, pro donato, hoc interdictio non teneri, ſicut nec petitione hæreditatis, *l. 7. C. de petit. hæred. l. 9. ff. eod.* eſſet enim iniquum eum, quem dominum eſſe non conſtat, ſed qui tantùm ſe hæredem eſſe dicit, rem auferre ei, qui pro domino, bonâ fide & juſto titulo poſſidet, *Widenbruk. tr. method. de interd. c. 3. n. 33. Schneidw. Inſt. §. ſeq. h. t. n. 17.* datur tamen hoc caſu hæredi vindicatio, *l. un. C. alien. jud. mut. cauſ. fact.* injuſtus autem titulus, aut jure invalidus aut poſt mortem defuncti primùm acquiſitus, in præjudicium hæreditatis, poſſeſſorem ab hoc interdicto non tuetur, *arg. l. nec ullam. 23. §. 1. de hæred. pet. Cacheran. deciſ. 56.* Planè obtinuit, ut etiam utile interdictum iis detur, qui jure civili facti ſunt hæredes, *l. 1. C. quorum bonorum.* Neque putandum eſt hoc interdictum inutile eſſe, propterea quod hæredibus & bonorum poſſeſſoribus per petitionem hæreditatis ſatis ſit conſultum, quippe quâ non tantùm corporum poſſeſſores, ut interdicto, *l. 2. quorum bonor*, ſed etiam poſſeſſor es juris & debitores hæreditarij tenentur, ſi ſe hæredes eſſe contendant, *l. 9. l. 13. in fin. l. 42. & ibi. Bart. de hæred. petit.* nam eadem inter hæc re- 14
medja differentia eſt, quæ inter cætera judicia poſſeſſoria & petitoria: quod nimirum ſine longâ morâ brevis, & expedita via hic ſit ad poſſeſſionem adipiſcendam: ſed in petitione hæreditatis inquiſitio plenior, & efficacior requiritur, *d. l. 1. junct. l. Judices C. de Jud. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 1. n. 97.* Eſt etiam aliud remedium poſſeſſorium hæredibus propoſitum, ſed ſcriptis tantùm in conſtitutione *Juſtin. in ult. Cod. de edict. D. Adriani toll.* quo ille, qui teſtamentum profert, non laborans conſpicuo aliquo vitio, quale eſt, cancellatio, item defectus teſtium, ſignorum, ſubſcriptionis, authoritate Magiſtratûs, mittitur in poſſeſſionem rerum hæreditariarum, dilatâ tantiſper inquiſitione ſuper vitiis occultioribus, puta falſitatis, injuſtæ exhæredationis, aut præteritionis. Succedenti autem ab inteſtato hoc remedium non datur: nec hæredi inſtituto in teſtamento nuncupativo, niſi illud in ſcripturam, ut fieri ſolet, redactum ſit, aut petente hærede nuncupato publicatum. *Vigil. & Schrad. ad d. l. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 4. n. 648. & 726. Chriſt. vol. 4. deciſ. 30.*

*Salvianum* interdictum competit fun- 15
di

di domino, ad conſequendam poſſeſſionem rerum coloni, pro penſione ſibi per expreſſam conventionem pignori obligatarum, adeò ut nuda ſcientia non ſufficiat. Et quidem interdictum non niſi adversùs colonum poſſeſſorem, *l. 1. C. de precar. Struv. de interd.* Adverſus extraneum poſſeſſorem, etiam titulum & cauſam à colono habentem, non niſi utile ex productione redditur, *l. 1. C. de interd. ſalv.* ſicut etiam locatori prædij urbani, cui res inquilini, in prædium illatæ ipſo jure ſunt loco taciti pignoris, utile tantùm interdi-
17 ctum datur. Porrò ex communi Interp. ſententiâ obtinuit, latius hoc interdictum extendi, & utiliter accommodari cuilibet creditori, non modò adverſus debitorem, qui oppignorarit, *l. 1. C. de prec. & interd.*
18 *ſalv.* ſed etiam contra quemlibet tertium ejus rei poſſeſſorem, *l. 1. in pr. & §. 1. ff. de ſalv. interd.* quamquam adverſus hunc probationem deſiderant, nimirum rem non ſolum obligatam eſſe, ſed etiam in bonis debitoris, cum obligaretur, fuiſſe, non quod fuerit in ejus dominio, ſed bonâ fide & juſto tutulo ab eo poſſeſſa, *Weſenb. par. de ſalv. interd. n. 2. Schneidw. Inſt. h. t. n. 7. Fachin. 8. contr. 32.* quia debitor, cum propriâ ſuâ turpitudine, non poſſit excipere de vitio nexûs ſeu pignoris, ſed bene tertius poſſeſſor. Quâ tamen ſententiâ admiſsâ nihil differet ab actione Servianâ, cum remedia poſſeſſoria ferè ſolâ ratione probandi, in petitoriis ſeparentur, *Bach.*
19 *in not. ad Weſenb. d. loc.* Et plerique etiam cenſent, prius excutiendum eſſe principalem debitorem, quàm adverſus extraneum poſſeſſorem interdictum intentetur, *arg. Nov. 4. c. 2.* ut idem hic ſtatuendum ſit, quod de hypothecâ, quam tertius poſſeſſor poſſidet; illum nimirum antè excuſſionem Principalis conveniri non poſſe. Nam licet multi affirment, principalis excuſſionem neceſſariam non eſſe, per *l. 14. C. de pign. & Nov. 112. de litigioſis. c. 2. Carpzov. part. 2. Conſt. 18. defin. 18.* qui etiam inter hypothecam generalem & ſpecialem diſtinguunt, & pro hâc creditori ſtatim actionem adverſus tertium concedunt. Hæc tamen diſtinctio non habet rationem diſparitatis inter utramque hypothecam, & textus in *Auth. hoc ita C. de pignor.* nimis clarè & generaliter contrarium diſponit, legesque præcedentes corrigit, nec non *cit. Nov. 112. de reb. litigoſis.* tantùm loquitur, ut ſententia contraria ſubſiſtere non poſſit, *Chriſt. lib. 8. in Cod. tit. 14. deciſ. 151. n. 10.* ubi ita ſæpè in ſupremis Belgarum curiis judicatum refert, *Georg. Tholoſ. in Syntagm. jur. l. 23. c. 10. n. 6. Card. Lugo diſp. 31. ſect. 2. n. 33. Vinn. Inſt. de act. §. 8. n. 11. Bacchov. tr. de action. diſp. 3. theſ. 32.* De credito quoque datur duplex interdictum *generale*, *ex l. C. de pign. & hypothec.* quo creditores non redditâ ſibi pecuniâ creditâ, poſſeſſionem rei ex conventione vel ultimâ voluntate, propriâ auctoritate adipiſcuntur: vel *ſpeciale*, interdictum ſcil. Salvianum, de quo modo ſuprà, quod ad ſolius pignoris poſſeſſionem adipiſcendam competit. Ex his fundamentis profluunt Mandata de ſolvendo S. C. cum ſcil. in obligationibus reperiuntur *clauſulæ executivæ*, mit oder ohne Recht / & ſimiles, quibus debitor ex conventione ſe ſubjecit viæ executivæ.

Affine huic interdicto Salviano reme- 20
dium eſt, *actio Serviana*, quæ & ipſa primùm locatori de rebus coloni pro penſione fundi obligatis propoſita fuit, & poſtea ad alias cauſas & ſpecies pignoris per interpretationem producta. *§. Serviana Inſt. de action.* eſt tamen interdictum utilius, quàm hæc actio. Nam cum illo de poſſeſſione momentaneâ tantùm agitur, ſufficit actorem probare, rem ſibi obligatam eſſe; ſed in actione etiam probare debet rem in bonis debitoris fuiſſe, cum de pignore convenit; *l. 11. §. 1. de pign. l. 23. de prob. Weſenb. d. loc. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed. 3. n. 8.* Itaque ego malo concludere, vel interdictum Salvian. adverſus tertium poſſeſſorem non dari, niſi ex cauſâ locationis, ex *l. 1. C. de interd. Salv.* quæ loquitur de colono, *Hahn. in not. ad Weſenb. par. h. t. n. 2.* vel competere omnibus ſecundùm ſuam naturam, ſicut adverſus ipſum debitorem cum *Bach. in tr. de action. diſp. 3. th. 38.* quia cum poſſeſſoria judicia ſint ſummaria, exceptio excuſſionis in iis meritò ceſſat, & ad petitorium eſt remittenda, *arg. l. fin. C. de acq. poſſ. Mindan. de interd. c. ult. n. 59.* ſed quæ tunc utilitas erit Servianæ? cum quivis potiùs Salviano interdicto tanquam expeditiori remedio ſit uſurus. Nimirùm quid- 21
quid hic in contrarium diſputetur, praxis tamen exceptionem excuſſionis admittit,

*Struv.*

*Struv. in Syntagm. Jurispr. h. t. Fachin. 8. c. 13. Theſſ. dec. 175. Tulden. ad C. h. t. n. 3.* imò pragmaticis noſtris inauditum hodiè eſſe nomen Salviani interdicti. *notat Dasſel. ad Zaeſ. §. 3. n. 9.*

## De Interdictis Retinendæ.

22 Retinendæ poſſeſſionis gratiâ ea interdicta comparata ſunt, per quæ poſſeſſionem, quam adhuc habemus, retinere volumus. Hujus generis interdicta ſunt: *Uti poſſidetis, & utrubi*, prius eſt de rebus ſoli, poſterius de rebus mobilibus, *l. 1. uti poſſid. l. un. de utrubi.* Sed non competunt hæc interdicta, niſi cùm inter aliquos lis eſt, & quæritur uter ex litigatoribus poſſideat, & uter petere debeat, *l. 1. §. 3. uti poſſid.* ubi *Ulpian.* ait: *Si inter litigatores contendatur, uter poſſideat, quia alter ſe magis poſſidere affirmat, tùm ad hæc interdicta remittendos eſſe.* Nam quia actio in rem inſtitui non poteſt, niſi certus ſit poſſeſſor, *l. 13. C. de rei vind.* idcircò quamdiu incertum eſt, quis poſſideat, & commodo poſſeſſionis frui debeat, judicio petitorio, de proprietate locus eſſe non
23 poteſt, *l. 62. de Jud.* Sed quomodo fieri poteſt, inquies, ut duo de retinenda poſſeſſione litigent, cùm duo in ſolidum eandem rem poſſidere nequeant? *l. 3. §. 5. de acquir. poſſ.* nimirum accidere poteſt, ut duo in ſpeciem videantur poſſidere, cùm tamen reverà unus tantùm poſſideat? Varij enim ſunt actus poſſeſſorij, ut quibusdam eorum uſurpatis, plures ſibi poſſeſſionem aſſerere poſſint: ut proinde cognoſcendum ſit de qualitate actuum, explorandumque cujus cauſa ſit potior. Alij reſpondent poſſe dici, duos ſimul eandem rem poſſidere, ſed diverſo poſſeſſionis genere, puta alter naturaliter, alter civiliter, alter juſtè, alter injuſtè, *l. 3. in pr. & l. 6. §. 1. uti poſſid. l. 3. §. 5. de acq. poſſ.*

Et quamvis olim magna fuerit differentia inter hæc duo interdicta, uti poſſidetis, & utrubi, tamen tempore Juſtiniani, utriusque vis ac poteſtas facta eſt, *§. 4.*
24 *Inſt. hic*, ut ei poſſeſſio interim adjudicetur, qui tempore litis conteſtatæ ſine vitio ab adverſario poſſidet; nam ſi ab extraneo, vel vi, vel clàm, aut precariò poſſideat, prætor nihilominus poſſeſſorem tue-
25 tur, *l. 1. §. ult. & l. ſeq. C. uti poſſid.* Jure autem Canonico aliud obſervatur: nam hoc jure ad victoriam in his interdictis obtinendam, non ſufficit poſſidere tempore litis conteſtatæ, ſed is obtinet, eique adjudicatur poſſeſſio, qui antiquiorem eam probaverit, tanquam qui juſtiorem habeat poſſeſſionis cauſam, *c. licet de probat.* eoque jure ferè nunc utimur, ut poſt alios teſtantur, *Gail. de pignorat. obſ. 22. n. 3. & 8. Widenbruck. de interd. c. 10. n. 114. Damhud. prax. civ. c. 34. Menoch. de retin. poſſ. remed. 3. n. 714. Weſenb. parat. uti poſſid. n. 5.* Et ratio eſt, quod quò vetuſtior eſt poſſeſſio, eò minùs clandeſtina, violenta, aut vitioſa præſumatur, *d. c. licet.* Quod ſi titulus ſimul oſtendatur, ut dominij, præſcriptionis, & ſic deinceps, rationis eſt, ut qui præter antiquiorem ſic quoque probavit, multò magis præferatur, quia uſu obſervante magna eſt vis demonſtrationis tituli, ex quâ Judex moveri ſolet, *Schneidew. in §. pen. Inſt. h. t. n. 82. & ſeqq.* ubi tractat, quomodo in diverſitate poſſeſſionum Judex pronunciare debeat. Quod ſi 26
æquè obſcura ſit utriusque litigatoris poſſeſſio, ut Judici non appareat, uter poſſideat, ea ſequeſtrari ſolet, vel inter litigantes dividi, ut putat *Harp. h. t. §. 4. n. 37. Mind. de interd. t. 17. n. 21.* vel in paritate probationum is vincet, qui de dominio vel quaſi probavit, *Clud. lib. rer. quot. ſect. 4. n. 25. & ſeq.* aliter ſtatuit *Widenbr. d. c. 10. n. 118.* Licet autem, ut ſuprà dictum, petitorio pendente poſſim agere poſſeſſorio, tamen 27
id ſolùm procedit in acquirendâ vel recuperandâ, non verò retinendâ poſſeſſione, quia finis vindicationis eſt reſtitutio, retinendæ, retentio, *l. 68. de re vind.* Quod 28
ſi cum petitorio remedium acquirendæ vel recuperandæ cumulavi, jure canonico & communis fori praxi, hæc duo judicia unâ ſententiâ terminari poſſunt, ut in pronunciando poſſeſſorium, in exequendo petitorium præcedat, *c. 3. 4. 5. 6. de cauſ. proprie. & poſſeſſ. Hahn. in not. ad Weſenb. tit. de interd. n. 9.* Addo in hâc materiâ poſſeſſionis retinendæ præjudicium, tenoris ſequentis, in causâ Commendæ N. contra A.

Procuratoria ab utraque parte rectè ſe 29
habent, & ordinationi noviſſimoque receſſui imperij ſunt conformia; circa formalia varia poſſunt occurrere dubia, quod ſententia lata ſit ſuper poſſeſſorio ſummariiſſimo (quando enim unus ſervitutis, alter li- 30
ber-

bertatis poſſeſſionem prætendit; momentaneo poſſeſſorio locum eſſe, ex *Covarruv. pr. qu. 17. n. 1. tradit. Klock. vol. 3. conſ. 148. n. 58. per text. in l. liberis. §. ult. de liberal. cauſ. c. cum veniſſe. de Inſt.* ) in quo non conceditur appellatio, *Gail. 1. obſ. 7. n. 7. 2.* Quod appellans à judice priori acta non requiſierit. 3. Appellationem ſexto demum menſe à tempore latæ ſententiæ introduxerit, & denique quod ſumma appellabilis non exiſtat. Ex quibus fundamentis pars appellata ſemper id agit, ut potius exceptionibus non devolutionis & deſertionis inhæreret, quàm in cauſa principali multùm laboret. Sed in his omnibus non attentis 17 Septembris A. 55. appellatio accepta & pars appellata ad articulos gravaminum reſpondere juſſa eſt, ſine dubio ex illo motivo, quod appellans non tam iniquitatem, quàm nullitatem prioris ſententiæ & quidem ex incompetentiâ judicis impugnaverit, pro notorio ſupponens,
31 quod nemo niſi Magiſter ordinis juriſdictionem in commendas, prædiaque & domos exerceat, ut tradit *Joach. Steph. de Juriſd. c. 4. n. 10. Speidel. in obſ. verb. comend.* niſi fortè in prædiis obſtet, reſervatio juris à dominis territoriorum, quod his tamen
32 in actis nullibi allegatum. Atque ob perverſum proceſſus ordinem, juſta eſt appellatio, etiamſi cauſa aliàs appellabilis non
33 eſſet, *Mev. p. 1. deciſ. 77.* Quia ergò incompetentia judicis nullitas eſt tam inſanabilis, ut planè nihil dici poſſit judicatum ab eo, qui jus dicendi poteſtatem non habuit, ita ut poſt tres conformes ſententias poſſit op-
34 poni, *Clem. 1. de ſent. & rejud.* etiamſi partes juraſſent non dicere de nullitate, *Gail. 1. obſ. 42. n. 8. & ſeqq.* ſicut etiam ex noviſſimo Receſſ. Imp. de anno 54. §. bey denjenigen Nullitäten/122. tales nullitates ex perſona judicis vel ſubſtantialibus proceſſus provenientes adhuc intra 30. annos poſſint opponi, & non ſit neceſſaria in ijs fatalium appellationis obſervatio.

Quibus accedit, quod hæc cauſa jus ſervitutis concernit, in quibus juribus etiam ſumma appellabilis non attenditur, *Denais: O. C. p. 2. t. 28. Roding. lib. 1. t. 20. §. 13.* Et quamvis videri poſſit appellans juriſdictionem judicis à quo prorogaſſe, eo quod Procuratorem ſuum ad acta legitimaverit, & quidem per procuratorium in forma com-
35 muni. Tamen id factum eſt potius eo ſaltem fine, ut exceptiones contra incompetentem & ſuſpectum judicem proponat, ſicut etiam per actum talem extra judicialem juriſdictio prorogari nequit, præſertim à Vogteto vel Officiali in præjudicium ſui domini, *Vinn. tr. de Juriſd. c. 9. l. 4. C. de juriſd. omn. jud. Cacher. dec. Pedemont. 7. Grav. concl. pract. 40. lib. 1.* quando enim quis habet ſuperiorem, tunc non licere ei cum præjudicio & læſione juris ejus notionem alterius prorogare, apertè traditur, in *c. per venerabilem*, §. *inſuper. qui ſint fil. legitim.* Chriſt. *vol. 2. deciſ. 159. n. 12. & deciſ. 160. n. 4.*

Unicum hic obſtare videtur, quod nullitas hic incidenter ſaltem deducta eſt, & appellatione deſerta etiam nullitas talis tanquam acceſſorium concidit, ita ut per viam ordinariam poſtea deduci debeat: Hinc vix videtur appellationis deſertio, per nullitatem incidenter deductam excuſari poſſe, quia hæc appellatio duplici vitio laborat, deſertionis nimirùm & non devolutionis poſſeſſorij momentanei, niſi fortè ſtatuatur, quod ſi ſententiâ à quâ iniqua & injuſta ſit, non tam deſertionis, quàm ini- 36
quitatis ratio ſit habenda, *Klock. relat. 20. n. 8. 9. 10.* ubi ait: Suprema judicia rectè etiam examinant acta cauſæ deſertæ, neque tantùm momenti apud ſe habere patiuntur deſertionem, ut confirmandam ideò putent ſententiam, quam ex actis iniquam deprehendunt, & ita in Hiſpaniâ & apud alios ſervari tradit ex Joh. Parlad. *rer. quot. cap. p. 1. §. 1. n. 9. Afflict. Urſil. Anton. de Amatis, Muſcatello, Cravet.* ubi ait: quod omnis Judex debeat ita ſervare, & tanquam ab igne cavere in pronuntiando appellatione deſertam, ubi vidit ſententiam malè latam; quia notoria ſententiæ injuſtitia cau- 37
ſam ſine appellatione ad ſuperius tribunal devolvit, ſi gravatus eam ſtatim ex actis manifeſtam reddere offert, *Mev. p. 4. dec. 115. Meiſn. tom. 4. dec. 6. n. 34.*

Et quod ſi Judex ſemel pronuntiaverit 38
ſe competentem, tunc valeat proceſſus non attenta deſertione, *Mynſ. 2. obſ. 60.* imò, quod appellatione ſemel receptâ, valeat poſtea proceſſus in negotio appellationis, licet appellatio reverà non ſit devoluta, *Klock. relat. 18. n. 3. Mynſ. 2. obſ. 60. in fin. & 6. obſ. 49.* ubi ait: Rurſus non habet locum axioma, ſi Judex ante pronuntiâſſet ſe competentem, tunc enim valet proceſſus in

Digitized by Google

in negotio principali, licet revera cauſa non ſit devoluta, quia vel nulliter appellatum, vel appellatio deſerta, ubi etiam in
39 *fin. d. obſ. 60. notat. præjudic.* Quid quod appellantes plerumque ita ſupplicant, im Rechten zu erkennen und außzuſprechen / das Nichtig oder je wider rechtlich (ſicut etiam hic factum eſt) geſprochen und überflüſſig / oder doch wol darvon appellirt / ꝛc. quo nullitatem etiam principaliter deductam videri, tradit, *Schvvanm. obſ. 176. n. 1. verſ. Si verò nullitas*; Si appellans dicat, ajo ſententiam nullam, vel ſi aliqua eſt, appello, nullitatem principaliter eſſe introductam tradit, *Covarruv. pr. quæſt. 24. n. 7.* ubi dicit communem, *Knick. de Sax. non provoc. jur. c. 2. n. 41. Vant. de nullit. tit. quod & quibus modis nullitas in Judicio proponi poſſit, n. 10. Mynſ. 1. obſ. 91. n. 9.* Ex quibus fundamentis ratione formalium hic ſubſiſto, atque de ijs diffuſiorem non moveo diſputationem.

Salvis ergo formalibus appellationis, diſpiciendum eſt de materialibus, & an ex ijs reformanda vel confirmanda ſit prior ſententia? Antequam verò ad ea progrediar, excutiendum eſt, an etiam ex his actis cauſa principalis huc ſit devoluta? quod affirmandum eſſe exiſtimo. Nam ſicut ſuprà dixi, non tam ſuper iniquitate, quàm nullitate ſententiæ conqueſtus eſt appellans, ſicque nullitatem principaliter propoſuit, dicendo ſententiam vel nullam vel iniquam eſſe, per modò ſuprà allegata, &
40 *Mynſ. 5. obſ. 91. n. 8. & 9.* ubi ait: Nullitatem, licet de eâ nihil dicatur, tamen ex officio à Judice attendi debere, cum *Gail. 1. obſ. 127.* per textum in *l. quadam mulier. ff. famil. herc.* Itaque cum etiam iniquitas ſententiæ accuſetur, de devolutione cauſæ principalis minus eſt dubitandum, *Rodeng. in pand. Camer. l. 1. t. 33. §. 9.* cum
41 nullitas principaliter intentata etiam iniquitatem, cauſamque principalem devolvat. *Gail. 1. obſ. 135. per tot.*

Quando itaque pars appellata in primâ inſtantiâ querelam inſtituit ſuper ſibi competente jure vel poſſeſſione paſcendi in certis locis & turbatione deſuper factâ, quia ſervitutem in fundo alieno prætendit, pro
42 eâ demonſtrandâ actione confeſſoriâ, vel interdicto retinendæ poſſeſſionis uti poſſidetis, vel recuperandæ undè vi, experiri potuit. Omiſsâ tamen actione confeſſoriâ interdicto, utili uti poſſidetis egiſſe videtur, quia interdicta talia etiam pro rebus incorporalibus competere extra dubium eſt, *l. 8. §. 5. ſi ſerv. vind. Schneidew. ad §. recuperandæ de interd. n. 29.* Quæ inten- 43
tio actricis ex eo clarius apparet, quia petiit à Judice ſibi mandatum de reſtituendo ſcuticata pecora S. C. & de non amplius turbando decerni, qui modus agendi interdicto uti poſſidetis conveniens eſt, teſte *Weſenb. conſ. 18. n. 3.* non enim poſſeſsionis amiſſæ, ſed pecorum reſtitutionem petijt, & cautionem de non amplius turbando, ut ſonant formalia libelli. Quia tamen cum interdicto retinendæ poſſeſſionis proponi interdictum poſſeſsionis recuperandæ in ſubſidium poteſt, cum plerunque dubitari poſsit, an quis in poſſeſsione ſuâ turbatus, tantùm; an omninò ſpoliatus ſit, *Chriſtin. vol. 4. dec. 138.* meritò diſpiciendum eſt, an unum vel alterum interdictum actori magis prodeſſe poſſit.

Quid ſi igitur ponamus actorem experiri interdicto uti poſſidetis, in eo ſumma- 44
riè proceditur, per implorationem officij Judicis, *Menoch. in prælud. rem. recup. n. 24.* ſcil. ut Judex jubeat deferre jura, quæ partes tunc habent ad manus, *Gail. 1. obſ. 6. per tot.* Et in eo is demum vincit qui vi, nec clàm, nec precario ab adverſario poſſidet, per *text. in §. retinendæ Inſt. de interd.* & qui tempore intentati interdicti, in actuali eſt poſſeſſione, *Joh. Faber. in d. §. retin.* de quo tamen videri poſſunt, quæ modò *ſuprà n. 23. & 24.* ſunt dicta. Sicut licet de momentaneâ poſſeſsione tantùm agatur, unico tamen teſte poſſeſsionem ſuam probare debeat, *Chriſtin. d. loc.* In hoc enim interdicto ab actore. 1. Poſſeſſionem propriam. 2. Turbationem partis adverſæ probandam, apud omnes in confeſſo eſſe, ait, *Klock. vol. 3. cauſ. 181. n. 148. Menoch. 3. remed. retin. num. 456.* Et cum duplex hoc ſit judicium, ab utrâque afferri probationes neceſſe eſt, *l. 3. in pr. uti poſſidetis*, atque exindè ſecundùm tres hujus judicij regulas ille obtinere debet, qui 1. poſſeſſionem antiquiorem, *c. licet cauſam, de probat. c. ult. de reſtit. ſpoliat.* vel 2. juſtiorem, vel melius coloratam, ſeu titulatam probaverit. Vel 3. in dubio pronunciatur pro reo, *Weſenb. conſ. 18. n. 10. & ſeq.* licet enim, ut ſuprà modò dictum, 45
in hoc judicio uterque actoris & rei perſo-

nam ſuſtineat; tamen hoc tantùm procedit, quoad probationem, non verò quoad cauſæ definitionem & ſententiam, cujus reſpectu pro actore habetur, qui prior ad judicium provocaverit, *Weſenb. d. loc. n. 15. cum cit. multis aliis*, ubi in praxi communiter ita obſervare tradit. Si verò actricem ad *remedium recuperandæ* confugiſſe, & ex eo agere exiſtimari velit, eò quod
46 poſſeſsio amittatur, quoties non adeſt amplius facultas eam intrandi, ſed legitimis demùm remedijs eam recuperare neceſſe habemus, tamen etiam ad hoc interdictum requiritur, ut actor judici de antecedente ſuâ poſſeſſione fidem faciat. *Gail. 1. obſ. 6.*
47 *per tot.* quia nemo dejectus è poſſeſsione ſuâ dici poteſt niſi quem prius reverâ poſſediſſe Iudici probabiliter conſtiterit, cùm poſſeſsio ſit facti & non præſumatur, præſertim poſſeſsio ſervitutis in alieno fundo, eo quod è contrario potius pro fundi libertate præſumptio ſit,

48 Si jam ad requiſita horum interdictorum probationes appellatæ partis examino, nihil eam præſtitiſſe, acta evincunt, cum enim ille judici prioris inſtantiæ pro mandato reſtitutorio ſupplicaret, ſine ullâ ſui juris aut deductione, aut probatione; Iudex illud ſtatim ad nuda narrata decrevit; Nec reus, jam appellans, exhibitis exceptionibus incompetentiæ, eò quod Commendæ per privilegia ſint à Iuriſdict. Epiſcoporum exemptæ, nec nullitatis, quod mandatum ſine ullâ cauſæ cognitione ſit emiſſum, nec remonſtratione ſuæ poſſeſsionis contrariæ, mandati caſſationem impetrare potuit. Quin etiam in hâc ultimâ appellationis inſtantia pars appellata ad appellantis articulos reſpondere juſſa, non niſi breviſsimas & generales dedit reſpon-
49 ſiones, ut ex actis apparet. Itaque nec retinendæ, nec recuperandæ poſſeſsionis interdicto eſt ab actore ſatisfactum. Nam quamvis dicarur, quod ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus, ſicut adverſarius jus proprietatis vel poſſeſsionis opponens non admittatur, niſi prius interdictum recuperandæ poſſeſsionis ſit executioni mandatum, tanquam privilegiatum, *c. in literis, de reſt. ſpoliat.* hoc tamen hanc limitationem habet, ſi ſpoliatus aliqualiter de poſſeſsione ſuâ doceat, & alter non incontinenti Judici poſſeſsionem contrariam demonſtret, *Herm. in not. ad par. Weſenb. de vi priv. n. 12. t. 1. Menoch. rem. recup. 1. n. 231.* Nam ſi reus ipſe aſſerat, ſe naturalem & pacificum poſſeſſorem eſſe, hoc facto poſſeſsionem ab actore prætenſam excludit, ut ait Abbas *in c. 1. de reſt. ſpoliat.* quia ſpoliatio non eſt, quando quis poſſeſsionem ſuam continuat, *cap. olim. & c. cum veniſſent, eod. Chriſtin. vol. 4. deciſ. 135.*
Itaque Judex, licet in poſſeſſorio, uti vo- 50
cant, ſummariiſsimo, priuſquam de ſpolio & turbatione cognoſcat vel pronunciet, anteà de poſſeſsione prætendentis ſpoliati cognoſcere debet, *l. ſi de vi 37. ff. de jud.* nec enim intelligi poteſt, utrum facta ſit turbatio, niſi prius, an ſpoliatus poſſeſſor fuerit, nec ne, cognoſcatur. Quin etiam, quia reſtitutio iſta præcipitur ex odio violenti ſpoliatoris, & favore ſpoliati, *Deſſel. in Erotem. jur. can. lib. 2. tit. 13.* Hoc in caſu tamen nulla violentia eſt commiſſa, & conſequenter ceſſat favor reſtitutionis, cum ex conſuetudine animalia in alieno fundo reperta pro damno dato reſarciendo, includi & retinéri poſsint, teſte *Coler. de proceſſ. exec. p. 1. c. 2. n. 256. Peck. de ju-*
*re ſiſtend. c. 4. n. 42.* Et quamvis id ma- 51
gis ex conſuetudiue, quam vi juris deſcendat, tamen hanc rationem habet, quod ità facilius de damno conſtare poteſt, quàm ſi pecus dimitteretur, & poſtea dominus loci de damno ageret, quod fortaſsis non ita facilè ob contradictionem partis adverſæ probare poſſet, *Speidel. in obſerv. verb.* Waid. quò facit, quod in notorio offenſus non quidem Judex, ſed tamen juris executor dicatur, *Gail. 1. obſ. 139. n. 3.*

Non opus eſt multa facere verba de exceptionibus rei, ſiquidem actore non probante, reus etiamſi nihil præſtiterit, abſolvendus eſt, per vulgata. Nihilominus appellans non ſolùm ſuam poſſeſſionem quietam & pacificam oppoſuit, ſed & inſuper per appoſita dicta teſtium, & antiquum librum ſcuticationis incontinenti probavit, quod quamvis colonus partis adverſæ aliquando pecora ſua in prædia controverſa impulerit, tamen id non aliter, quàm per contractum locationis ipſi permiſſum ſit, & propterea mercedem quandam cæteris compaſcuariis exolverit. Aliàs verò in continuâ poſſeſſione ſcuticandi & includendi permanſerit, quod etiam ipſa pars appellata in reſponſionibus ad articulos in hâc appellationis inſtantiâ, non qui-

Digitized by Google

quidem in ſpecie adverſus ſe, ſed in genere confitetur, & ipſum den Schutz-Herrn/ in quæſtionatis prædiis nominat. Ut hic nihil amplius addam de incompetentia judicis à quo, & de recuſatione ejus tanquam ſuſpecti, utpotè qui ex alterius partis culinâ, ſalario, & officio, ſeu præpoſiturâ dependeat, ex quibus ſolis fundamentis prior ſententia caſſanda eſſet.

Quamvis igitur appellans etiam ſuper petitorio ſententiam petat, tamen puto in poſſeſſorio ſubſiſtendum, ſuper quo primitùs introducto appellatio poſtea interpoſita eſt, & in hoc ſolo pro appellante ferendam ſententiam, prout etiam judicatum eſt.

## *De Poſſeſſione.*

52 QUia hæc interdicta de poſſeſſione concepta ſunt, meritò hoc loco oſtendatur, quid ſit *poſſeſſio*, quis intelligatur poſſidere, quomodo poſſeſſio acquiratur, & acquiſita amittatur; Poſſeſſio eſt rei vacuæ detentio, *l.1.in pr. de acq.poſſ.l.2.de act. empt. l.5.in pr. de impenſ. in res dotal. fact.* ſive nos ipſi eam habeamus, ſive alius noſtro nomine, veluti conductor, commodatarius, depoſitarius, Procurator, hoſpes, *l.3. §.12.l. 9. & ſeq. l. 30. §. quod per colonum, ff. de acq. poſſ.* Itaque poſſidere eſt animo & affectu dominantis rem tenere. Dividitur communiter poſſeſsio in *naturalem* & *civilem*, quamvis alij exiſtiment, unam tantùm
53 ſpeciem eſſe poſſeſsionis, quæ habet duos diverſos poſsidendi modos, alterum, naturalem, conſiſtentem in corpore, alterum civilem in jure, *l. nemo, 10. C. de acq. poſſ.* nam ſi duæ darentur poſſeſsionis ſpecies, neceſſario ſequeretur, eum, qui de fundo egreditur, priorem poſſeſsionem non retinere, ſed eâ amiſsâ novam acquirere, & iterùm regreſſum, hâc amiſsâ recuperare priorem, quod à ratione videtur eſſe alienum, *Vinn. §. 5. Inſt. de Interd. n. 5.* ſed *Schneidw. d. loc.* duas poſſeſsionis ſpecies, naturalem ſc. & civilem, latè defendit ex *L. 2. §. 1. de petit. hæred. l. 1. § 9. de vi arm. l. 3. §. fin. ad exhib.* quibus locis fit mentio poſſeſsionis, tàm naturalis, quàm civilis. Naturalis poſſeſsio ſubdividitur in juſtam & injuſtam, i. e. à jure reprobatam, vel propter res ipſas poſſeſſas, quando ſunt res ſacræ vel religioſæ, vel propter perſonam, qualis eſt ſervus, vel propter cauſam, ut quando maritus donat uxori, vel ex injuſtâ cauſâ, ut in malæ fidei poſſeſſore. Quibus modis poſſeſſio naturalis dicitur ad differentiam civilis, cum aliàs juſta poſſeſſio origine naturalis, approbatione civilis ſit. Naturalem poſſeſſionem tribuit *Schneidw.* Vaſallo, Emphiteutæ, uſufructuario, precariò poſsidenti, occupanti bona abſentis: Domino feudi, vel emphiteuſis, precariò concedenti bona & abſenti civilē, *d. loc. n. 30.* Licet enim naturalis poſſeſsio dictarum perſonarum in jure approbata ſit, & hactenus civilis dici poſsit; tamen naturalis tantùm appellatur, non ſolum ratione corporalis inſiſtentiæ, ſed etiam diverſarum perſonarum & effectuum, quos poſſeſsio naturalis, v. g. in Vaſallo, uſufructuario, civilis in domino directo producit. Quando autem tales perſonæ exeunt de fundo, an naturalem poſſeſsionem retineant, an penitùs amittant? nimirum naturalem poſſeſsionem habent reſpectu ipſius fundi, quam dicuntur in animo retinere. Jus verò ipſum in fundo poſsideri ab ipſis naturaliter per culturam agri, & collectionem fructuum, & civiliter animo, quando recedunt ex fundo; ſed dominum ſemper habere directam poſſeſsionem civilem ipſius fundi, has perſonas ſaltem civilem juris in fundo conſtituti.

Civilis poſſeſsio vel largiſsimè ſumi- 54
tur reſpectu approbationis, vel largè pro poſſeſsione, quam quis retinet in animo, & quæ poſsit cum naturali inſiſtentiâ rei eſſe conjuncta, vel ſtrictè, ut non poſsit unquam cum naturali eſſe conjuncta, nec in eâdem perſonâ concurrere, ut cum dominus feudi habet poſſeſsionem civilem, Vaſallus verò naturalem, dominus emphit. Et emphiteuta, proprietarius & uſufructuarius. Sed ut verum fatear, omnia iſta videntur eſſe ſatis confuſa, & materiam poſſeſsionis magis intricatam reddere. Et exiſtimo omnia 55
commodè facileque expediri, ſi non duas poſſeſsionis ſpecies ſed unius ſpeciei duos modos, naturalem ſcilicet & civilem ſtatuamus, ſecundùm quam ſententiam ſingula ſuam habent & accipiunt interpretationem, *Bacchov. in not. ad Par. Weſenb. de acquir. poſſeſſ.* adeoque poſſeſsio naturalis conſiderabitur ex naturali inſiſtentiâ rei, vel quaſi, ut in juribus & rebus incorporalibus, uſufructûs, aquæducendæ: Civilis

vilis ex jure & animo Domini, quod videlicet detentor credat ſe eſſe Dominum, & rem detinere ex juſtâ causâ à Domino æſtimabitur: Qualis etiam poſſeſsio operatur præſcriptionem, non verò ſola naturalis, *Zœſ. ff. de acq. poſſeſſ. n. 7. in fin.* ubi ait: in hâc materiâ ſæpius dicitur naturaliter quid poſsideri, quod corpore poſsidetur, & animo domini, interdùm quod nudè detinetur per conductorem & ſimiles: propriè tamen naturaliter poſsidet is, qui ſine effectu domini animo poſsidendi rem tenet. Et ſufficit domino feudi vel emphiteuſis jus dominij directi, etiamſi nulla poſſeſsio civilis ei attribuatur. Sicque, ut concludam, quando eximus è fundo, nihil de poſſeſsione noſtrâ amittimus, ſed tantummodo modum poſsidendi mutamus. *l. nemo 10. C. de acquir. poſſeſſ.* Res incorporales, ſive jura, analogicè, ſive quaſi poſsidentur, uſu nimirùm & facultate utendi, *l. fin. ff. de ſerv. l. 6. §. 1. l. 8. §. 5. ſi ſervit. vind.* quo etiam referri poteſt poſſeſsio chirographi, ſeu juris de quo chirographum factum eſt, *Carpzov. p. 1. reſp. Elect. 4.*

56 Acquiritur poſſeſſio animo acquirendi & ſimul actu aliquo corporali, quæ duo conjuncta eſſe debent, neque ſufficit ſolus animus, nec ſolo corpore ſine affectione tenendi, acquiri poſſeſſio poteſt, *l. 1. §. 3. l. 3. §. 1. & 3. l. 8. l. 23. de acq. poſſ.* & animo poſſeſſionem acquirere non poſſumus, niſi noſtro: quia ut nos velimus, in alijs eſſe non poteſt, at corpore etiam alieno, *l. 3. §. 12. l. 18. h. t.* quoniam in ijs, quæ miniſterio corporis geruntur, nihil intereſt, noſtro corpore, an alieno utamur. Atque etſi neceſſe non eſt, ut opera manuum aut pedum ſemper interveniat, quæ quidem ratio acquirendæ poſſeſſionis maximè naturalis eſt, & neceſſaria in ijs rebus, quæ ab alijs nobis traduntur, *d. l. 1. §. 1. d. l. 3. §. 3. & d. l. 23. eod.* ſemper tamen requiritur actus aliquis præter animum poſſidendi, qui vice corporalis apprehenſionis fungatur, *d. l. 1. §. pen. l. quod nemo 18. §. 2. l. quorundam. 51. eod. l. 9. §. item ſi 6. de acq. rer. dom. l. 1. C. de donat.* nunquam enim nudo animo citrà ullum actum corporalem poſſeſſio acquiritur, & quamvis ita multi ferè loquantur, tamen non excludunt omnem actum corporis, ſed duntaxat craſſiorem illam apprehenſionem, quæ fit manuum aut pedum operâ interveniente; quia igitur ad acquirendam poſſeſsionem ſemper requiritur aliquis actus corporis, idcircò dicitur, quod poſſeſsio acquirenda ſit facti, *l. 19. in fin. ex quib. cauſ. maj. l. 1. §. 3. l. 29. ff. de acq. poſſ.* & Germanicè vocatur Beſitz / quaſi ille, qui poſſeſsionem tenet, velut in re ſedeat, & ei inſiſtat. Hacque de causâ non tranſit in hæredem, *l. 23. eod.* adeò, ut licet ad hæredes, aditâ hæreditate, omnia jura tranſeant, poſſeſſio tamen, niſi naturaliter adprehenſa ad eos non pertineat, *l. 23. in pr. ff. de acq. poſſ.* quia mortuo poſſeſſore neceſſe eſt extingui poſſeſsionem, quæ facti & animi eſt, ſeu quæ in detentione cum animo ſibi habendi conſtitit, adeoque ita detinente mortuo, & ipſa detentio, quæ factum perſonæ eſt, perit, *l. 1. §. 15. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe juſſus &c.* quia licet hæres adeundo hæreditatem efficiatur dominus, non tamen fit poſſeſſor, *Gail. 2. obſ. 129.* ſed quando poſſeſſio eſt in eſſe deducta, tunc dicitur juris. *l. 44. eod. l. 5. C. eod. de liberal. cauſ. l. 49. §. 1. ff. eod.*

Retinetur poſſeſſio acquiſita ſolo animo, *l. 4. C. de acq. poſſ.* quia poſſeſsio ſemel quæſita jus poſſidenti parit, quo retento poſſeſsio quoque retinetur. Itaque licet corpore quis è fundo exierit, quamdiu animus amittendæ poſſeſsionis non adeſt, poſſeſsio rebus integris retinetur, *l. 3. §. 7. & ſeq. ff. de acq. poſſ. l. 6. in fin. eod.* quamvis neque ſervum neque colonum in fundo reliquerit, *l. 44. §. ult. eod.* quia, qui animo poſſidet, perinde habetur, quaſi rei adhuc inſiſteret: ſicut abjiciens animum poſſidendi, licet adhuc ſit in fundo, poſſidere tamen non intelligitur, *Zœſ. ff. h. t. n. 7.* quod ita utilitatis causâ receptum eſt, ne teſtudinis more, perpetuò nos domi continere, aut poſſeſſionem amittere cogamur. Imò etiamſi illi, qui noſtro nomine in poſſeſsione ſunt, mortui fuerint, vel ſponte diſceſſerint, animo poſſeſsionem derelinquendi, vel alij eam tradiderint, ſublatâ veterum controverſiâ, *Juſtinian. in l. ult. C. de acq. poſſ.* conſtituit, nihil præjudicij dominis exinde generari, ne ex alienâ malignitate damnum ſentiant, *Menoch. recup. poſſeſſ. remed. 14. n. 17.* niſi in poſſeſſione relicti vi dejecti fuerint, *l. 1. §. 22. Unde vi.* Quod autem dicitur, nos ſolo animo retinere poſſeſsionem, id ita intelligen- 57

gendum eſt, ſi nobis facultas relicta ſit, eam iterum, ſi velimus, ingrediendi. Itaque qui ad nundinas profectus eſt, etiamſi alius occupaverit poſſeſsionem, tamen adhuc dicitur poſſidere, niſi reverſus à poſſeſſore non admiſſus ei ceſſerit, *l. clàm. 6. §. de acquir. poſſeſſ.* abſens enim animo ſolo poſſidet, etiamſi alius ſit in fundo, *l. 3. §. 6. eod.* donec reverſus, vel ſciens ab eo poſſideri, eidem cedat, *l. 7. eod. Zaſ. ff. h. t. n. 7.*

58 Amittitur poſſeſſio non ſolùm volentibus nobis, ſed etiam invitis: veluti ſi res commercio exempta ſit, aut in aliam ſpeciem transformata, *l. qui univerſ. 30. §. 1. & 4. eod. tit.* ſi amplius, & ſi velimus ejus poſſeſsionem nanciſci, non poſsimus, *l. 3. §. quod Nerva 13. eod.* ſi locum poſſeſſum flumen aut mare occupavit, *d. l. §. 3. labeo. 17.* ſi prædones prædium invaſerint, qui nos dejiciant, aut redeuntes repellant, aut quorum metu territi accedere nolumus, *tot. tit. Unde vi l. 1. §. Si quis 8. in fin. l. ſi id quod 25. §. ult. de acq. poſſ.* ſi furto, aut rapinâ res mobilis ablata ſit, *l. 15.* ſi in flumen deciderit, ut mergeretur, *l. 13. eod.* nam poſſeſſio planè amiſſa intelligitur, quæ nobis dejectis aut repulſis ab alio occupata eſt, *l. 6. §. 1. l. 25. §. ult. de acq. poſſ.* & in ſummâ, quando nulla ſpes nobis ſupereſt eam incontinenti recuperandi. Neque hic animus ad retinendam poſſeſsionem ſufficit: quoniam ut maximè velimus, eam repetere non poſſumus. Ergò ſic dejectus vel repulſus remedio retinendæ uti poſſidetis juvari non poteſt: ſed neceſſarium ei erit remedium unde vi, quod poſſeſsionis recuperandæ causâ comparatum eſt. Si verò vetere poſſeſſore non dejecto, ſed in poſſeſſione manente, poſſeſſio ei minuatur, vel turbetur, ſeu vis fiat ei, quo minus uti poſsidet ita plenè poſsideat, tunc locus eſt interdicto uti poſsidetis. *Menoch. rem. ult. retin. poſſ. n. 17. Chriſt. vol. 4. dec. 142. n. 4.* Et quia aliud eſt poſsidere, aliud in poſſeſsione eſſe, *l. 10. §. 1. de acq. poſſ.* hinc commodatarius, Procurator, colonus, non poſsident, nec gaudent interdicto, *l. 3. §. 8. uti poſſidetis*, quia ſaltem alienæ poſſeſſioni præſtant miniſterium *l. 18. in pr. eod.* fructuarius quoque non poſsidet, *§. idem placet Inſt. per quas perſon. cuique acq.* Placuit tamen inter fructuarios dari interdictum uti poſsidetis, itemque inter fructuarium & uſuarium, *l. ult. uti poſſid.* propter jus quod in re habent, cujus reſpectu pro poſſeſſoribus habentur in his interdictis, *Cujac. 9. obſ. 33.* ideoque etiam uſufructuario vi dejecto datur interdictum unde vi, *l. 3. §. 13. de vi & vi arm.* Cæterùm nihil intereſt, quoad reddendum interdictum, juſtè quis poſsideat, an injuſtè, *l. 3. §. 6. de acq. poſſeſſ.* nam & poſſeſſori injuſto interdicta retinendæ poſſeſsionis dantur, modo ne injuſtè poſsideat ab adverſario, *l. 1. §. ult. & l. ſeq. uti poſſid.*

Volentibus nobis amittur poſſeſſio, quando hoc animo ſumus, ut nolimus poſſidere; idque etiam procedit, quamvis corpore v. g. in fundo maneamus, ut conſtanter à veteribus traditum eſt, *l. 3. §. in amittendâ 6. l. ſi quis, 17. §. 1. & l. ſeq. l. peregrè 44. §. 2. ff. de acq. poſſ.* Neque obſtat huic ſententiæ, quod Paulus ſcribit, poſſeſſionem non amitti, niſi eo modo, quo acquiritur, ſeu non amitti, niſi animo & corpore ſimul, *l. 8. eod. l. ferè 153. de reg. jur.* nam & qui in fundo adhuc manens, conſtituit nolle poſſidere, is non animo tantùm, ſed ob defectum animi corpore quoque poſſidere deſinit, neque enim dici poteſt, poſſidere corpus remoto animo, in quo ſolo eſt affectio tenendi. Itaque in amittendâ poſſeſſione, quod volentibus nobis fiat, ſemper utrumque in contrarium agitur, *Duar. ad d. l. 3. §. in admittend. Donell. lib. 5. comm. c. 13.* Pro poſſeſſione recuperandâ datur interdictum unde vi, quod proditum eſt ei, qui vi de poſſeſſione dejectus eſt, ut fusè declarat, *Ulpian. in l. 1. & l. 3. Unde vi & vi arm.* Pertinet autem hoc interdictum ad eos tantùm, qui de fundo & ædibus dejiciuntur: ad rerum mobilium poſſeſſionem non pertinet, quia ſufficit actio furti, aut raptorum bonorum. Idemque eſt, ſi quis de navi aut vehiculo dejiciatur, *d. l. 1. §. 3. & 7.* videlicet ſi navis aut vehiculum ſimul abducatur: aliàs dejecto actio injurarum competit. Planè propter res mobiles, quas quis in eo loco, undè vi dejectus eſt, tunc, cum dejiceretur, habuit, placuit etiam reddi interdictum undè vi. *l. 1. in. pr. & §. 32. & ſeq. l. pen. eod.* Et quia à dejecto difficulter probari poteſt, quæ & cujus æſtimationis res direptæ & perdiæ fuerint, cautum eſt, ne longâ fatigetur probatione, ut ei de qualitate & æſtimatione eorum juranti fides habeatur.



Digitized by Google

tur. *l. ſi. quando. C. unde vi. Gail. 2. obſ. 64. Gregor. Tholoſan. Syntagm. jur. lib. 36. c. 25. n. 16.* hoc adjecto, ne liceat ei jurare ultrà taxationem factam à judice, qui rectè facturus ſit, ſi priusquàm jusjurandum deferat, pro perſonarum & negotij qualitate modum ſtatuat, quem jurando non liceat excedere, *l. ſi quando. 9. C. eod.* atquè ſicut ſuprà de interdicto retinendæ dictum eſt, eodem modo non datur hoc interdictum recuperandæ, niſi illi, qui poſſidebat: ſi tamen dejiciatur aliquis, qui nomine noſtro eſt in poſſeſſione, Imperator Conſtantinus in *l. 1. C. ſi per vim vel alio modo. poſſ.* etiam illis, qui abſentis nomine in poſſeſſione fuerunt, & inde dejecti ſunt, hoc interdicto ad recuperandam poſſeſſionem, nomine Domini abſentis experiri permiſit, & quidem nullo expectato Domini mandato, cui nihilominùs actiones ſuas integras conſervavit. Sclilicet propterea, ut reprimeret audaciam eorum, qui per abſentiam Dominorum confidentiores facti, dejiciunt eos, qui abſentis nomine in poſſeſſione ſunt, ſpe impunitatis ſibi propoſitâ, eò quòd neque dominus abſens ſubvenire poſſit, neque dejectus interdicto agere. Porrò tam favorabilis eſt dejectus, & ſpoliatus, ut nullâ exceptione admiſſâ ſpoliator ſtatim cogatur reſtituere poſſeſſionem occupatam cum fructibus, omniquè utilitate, quæ ad eum, qui dejectus eſt, venire potuiſſet, ſi dejectus non foret. *l. 1. §. 40. & ſeq. l. 15. undè vi. l. 4. C. eod. Gail. 2. obſ. 75. n. 4. ſeqq.* ubi ait: quòd ſpoliatori in aliâ causâ covenienti, ſpoliatus antè reſtitutionem factam non teneatur reſpondere; quod in tantum procedit, ut etiam reſtituendus ſit, qui vi vel clam ab adverſario poſſidet, quia nulla exceptio auditur ab eo qui ſpolium admiſit, donec reſtituerit, quâ in quæſtione tamen videri poſſunt dicta *ſuprà n. 49.* Eniverò, qui dejectus non ex intervallo, ſed incontinenti, & ferventi adhuc congreſſu dejicientem rurſus dejecit, non tenetur hoc interdicto, quia quod licet, vim vi repulit. *l. 3. §. 9. eod.* ac proindè poſſeſſio in priſtinam cauſam potiùs reverſa, quàm ille vi poſſidere intelligendus eſt, *l. 17. eod.* Econtrà ille, qui rei alienæ vacuam poſſeſsionem occupavit, ab hoc interdicto non eſt exemptus, *l. ult. C. undè vi. Tulden. ibid. n. 4. Menoch. recup. poſſ. rem. 3.* licet autem jure civili hoc interdicto tantùm teneatur, qui dejecit, non alius, qui poſteà rem poſsidere cæpit, *l. 7. undè vi.* tamen jure Canonico etiam tertius ſpolij poſſeſſor, dummodò ſciat vim factam eſſe, eo conveniri poteſt, *c. ſæpè de reſtit ſpoliat.* ſecùs ſi bonâ fide & juſto titulo poſſeſsionem ſit nactus, *Menoch. recup. poſſ. rem. 15. q. 13.* Imò idem jus Canonicum etiam pinguius remedium introduxit, in *can. redintegrandæ. 3. q. 1.* pro re etiam mobili per vim amiſsâ, quod hodiè praxis utriusque fori obſervat. *Gail. d. loc. Mynſ. 3. obſ. 85. Cacherann. deciſion. 93. Chriſtin. vol. 4. deciſ. 135. n. 17.*

Qui violenter poſſeſsionem rei apud alterum conſtitutam invadit, non tantùm tenetur interdicto undè vi, ſed inſuper, ſi Dominus eſt, ejus poſſeſsionem amittit: Sin minùs, alterum tantùm ſimul cum re ſpoliato reſtituere debet, *l. 5. l. 7. C. undè vi.* Quæ pœna pòſt etiam in conductores, cæterosquè alienæ poſſeſsionis detentores, qui ſinè juſtâ causâ recuſant rem reſtituere, in eâque recuſatione perſeverant, donec à judice condemnetur, ſtatuta eſt, *l. non abs re. 10. C. eod.* Quod tamen praxis hodierna non obſervat. Illud notandum eſt, ſi quis hodiè per vim atrocem & majorem, quàm cui reſiſti queat, collectâ ſcilcet manu & coadunatis hominibus, mit gewehrter Hand / ex propoſito & dolo, alterius territorium invaſerit, perſonas læſerit, bona rapuerit, incendio vaſtârit, *&c.* ex Conſtit. pacis publicæ, citatio ſuper fractâ pace ſub pœnâ banni vel pecuniariâ contra eum decernitur, *Gail. 1. d. P. P. c. 5. 6. Roding. lib. 1. t. 7.* quâ de ſuprà fuſiùs *tit. 3.* diximus. Mandata de non offendendo etiam contra minas conceduntur. Idem *lib. 3. tit. 8.* Tandem interdicta alia duplicia, *§. 7. Inſt. h. t.* quædam etiam cauſam proprietatis concernunt, *in pr. Inſtit. eod. ibid Schneidw. & Vinn.*

Liber

# Liber II. Titulus XXXIX.

## De
## SOCIETATE, COMPROMISSO IN ARBITROS, LAUDO ET EIUS IMPUGNATIONE.

### SUMMARIA.

1. *Quæ cauſæ per compromiſſarios ſoleant decidi.*
2. *Diſtinctio inter arbitrum & arbitratorem.*
3. *Arbitri & arbitratoris poteſtatem dependere à conſenſu & compromiſſo partium, nec ultra extendi poſſe.*
4. *Partes aliquando cogi poſſe ad compromiſſum.*
5. *Non poteſt peti reductio à Laudo, à Compromiſſarijs tanquàm Judicibus lato.*
6. *Niſi in caſu læſionis enormiſſimæ, aut doli, vel ſordium.*
7. *Præſertim ſi compromiſſum ſit pœnale.*
8. *Pœnam ſemper à contraveniente debere perſolvi.*
9. *Enormiſſimam læſionem ſemper locum facere reductioni.*
10. *Si arbitri diſſentiant, quomodo tertius eligendus, & qualis ejus in arbitrando poteſtas?*
11. *Recenſetur caſus & forma compromiſſi.*
12. *Vix poſſe inveniri clauſulas ſufficientes ad excludendas & ſopiendas litis.*
13. *Laudum deficiente læſione confirmatum.*
14. *Socio uno mortuo Societatem diſſolvi, nec poſteà præſumi continuatam.*
15. *Quibus modis Societas etiam inter viventes finiatur.*
16. *Tutor tenetur ad dolum, latam, & levem culpam, in nominibus à ſe contractis.*
17. *Actio contra defunctum tutorem intentata continuatur in hæredes.*
18. *Tutor in exactione nominum Paternorum tantùm de lata culpa tenetur.*
19. *Si tutor ipſe contrahat etiã, tenetur de culpa levi.*
20. *Qualis probatio, ad demonſtrandam negligentiam in non exigendo requiratur, & cui incumbat? & quæ dicatur lata culpa?*
21. *Tutor non ſemper tenetur emere prædia ex pecuniis pupillaribus, ſed poteſt illas credere, ſive mutuò dare.*
22. *Sufficit ſi tutor adhibeat talem diligentiam, qualem adhibet in rebus proprijs bonus Paterfamilias.*
23. *Favorem pupillorum non debere abundare in damnum tutorum.*
24. *Tutor ſi prædia emat, tenetur tantùm de lata culpa.*
25. *Si tutor credidit debitori tempore contractus idoneo, ſi poſteà facultatibus labatur, nihil poteſt tutori imputari, ſi in exigendo non fuit negligens.*
26. *Tutorem qui adminiſtravit priùs excutiendum eſſe, antequàm ad reliquos perveniatur.*
27. *Præſertim ſi pupillus ſit hæres adminiſtrantis.*
28. *Matrem pupillorum indemnitatem tutori promittentem S. C. Vellejano non juvari.*
29. *Advocatos in cauſis non poſſe ſimul eſſe Judices ſinè manifeſta nullitate.*
30. *Advocato Prævaricatori, tanquàm infami, non creditur.*
31. *Pars Advocatum ad prævaricationem inducens, pro victa habetur.*
32. *Confeſſiones morientium tertio non præjudicare ſive ſit Advocatus, ſive ſit ipſe Judex.*
33. *Idem quoque in arbitris locum habet.*
34. *Per dolum vel culpam Advocati ſententiam non eſſe ipſo jure nullam, ſed per reſtitutionem in integrum reſcindendam.*
35. *Refertur definitio cauſæ.*

Dum inter Mercatores Societates ineuntur, tunc obortis vel inter ipſos ſocios, vel inter ſocios & eorum
Creditores litibus, illæ plerumque per 1
compromiſſarios, & ab his pronuntiatum laudum ſolent dirimi, à quo ſæpius poſtea reductio ad arbitrium boni viri peti ſolet; Nàm cum arbiter jus inter partes diſtribuere debeat, tanquàm æquales illas tractet neceſsè eſt, & neutri quid præ alterâ indulgeat, quia aliàs æqualitatem non obſervat, isque qui poſthabitus eſt, injuriâ ſe affectum clamabit & contumeliâ. *Puffendorff. de jur. nat. & gent. lib. 3. c. 2. §. 5. fol. 273. & lib. 5. c. 13. §. 4. & lib. 7. c. 1. §. 9.* Bias dicebat: *malle ſe inter inimicos judicare, quàm amicos, quippe inter amicos alterum futurum prorſus inimicum, ex inimicis alterum amicum.* Si verò compromiſ-

Digitized by Google

miſſum ſit & arbitri eligantur, advertendum eſt, inter arbitrum & arbitratorem hanc eſſe ſpecialem differentiam, quod ex conventione arbitratores ſine omni forma Judicij procedunt, daß es bey demſelben / ohne alles fernere verweigern / endtlich ewig und unwiderſprechlich beſtehen und bleiben
2 ſolle. *Gilman. tom. 2. p. 2. n. 6. & ſeqq.* quocunque modo arbitratores cauſam diſinierint. *Gilman. tom. 4. p. 1. vot. 8. n. 4.* poſſunt tamen partes etiam ita paciſci, daß die arbitratores der gebührlichen unpartheyiſchen Billigkeit nach erkennen ſollen. *Idem n. 28.* quæ clauſula ſtatim novis litibus anſam præbet. In dubio tamen potiùs arbitri, quam arbitratores electi intelliguntur. Atque arbiter proprie dicitur, qui aſſumitur ut Judex, ex compromiſſo & conſenſu partium: arbitrator verò communiter, ut æſtimet partium operas, & partes ſocieta-
3 tis faciat, ſine ordine Judiciario, *Hartman. pract. obſ. lib. 2. obſ. 1.* utriusque poteſtas dependet ex conſenſu & compromiſſo partium, *Hartman. d. loc. obſ. 2. Meiſner. tom. 1. deciſ. 5. n. 1. Scacc. de Judic. lib. 2. c. 2. n. 370.* nec ultrà extendi poteſt, *Niger. Cyriac. controv. 350. n. 7.* Certè arbitri tollendarum non differendarum litium cauſa aſſumuntur. *Faber. in Cod. lib. 2. t. 38. c. 1. def. 7.* Et arbiter ſuſpectus etiam poſt litis conteſtationem ante ſententiam poteſt recuſari *l. 32. §. 14. de recept. arbitr. Brun-*
4 *nem. ibid. Tuſcus lit. S. concluſ. 907.* Itaque exiſtentibus ambiguis probationibus, in lite per mulros annos in longum protracta, partes ad compromittendum cogi poſſunt & debent, ex officio Judicis, ſtante lite ita intricata & diuturna; præſertim in arbitratores ad amicabilem compoſitionem *Marta ff. noviſſimor. tom. 1. c. 16.* Atque non poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri, ubi ex compromiſſo itum eſt ad arbitrum, tanquam judicem, cui æquum ſive iniquum jubenti omnino paren-
5 dum eſt, *l. 27. §. 2. de recept. arb.* cujus hæc verba: *ſtari autem debet ſententia arbitri quam de re dixerit, ſivè æqua ſivè iniqua ſit, & ſibi imputet, qui compromiſit: Nam & Divi Pij reſcripto adjicitur: vel minus probabilem ſententiam æquo animo ferre debet:* ſed tùm demum, cum compromiſſum eſt in arbitratorem, *l. 26. §. arbitratorum ff. pro ſocio,* in quo vulgò errari à pluribus dicit *Faber. d. loc. Beſold. in Theſaur. pract. verb.* Obman. Nam ab arbitratoris quidem pronuntiato poteſt reductio peti intra 30. annos, etiamſi reductioni ſit renuntiatum, ita ut neque ad pœnam poſſit agi, ſi ex juſta petatur reductio; ſed ſententiæ arbitri ſtari debet, ſive æqua ſive iniqua ſit. *Afflict. deciſ. 132. in annot. n. 7. d. l. 27. § 2. ff. de arbitr.* Licet enim ſententia arbitri nec actionem nec exceptionem pariat, ab ea tamen nec appellari nec reductio peti poteſt, ſicut à ſententia arbitratoris. *Cancer. var. reſol. p. 1. c. 21. n. 5. cum multis ibid.* Promiſſio verò ex laudo nullo, homologato tamen, tenet, quia licet laudum latum extra compromiſſum non poſſit homologari autoritate partium, tamen oritur obligatio ex promiſſione, *Afflict. deciſ. 117.* ſicque laudum non valebit quidem ut laudum, ſed in vim pacti & promiſſionis.

Idcircò quicquid dicitur de admittenda reductione ad arbitrium boni viri, intelligendum eſt ſolùm de caſu, ubi vel compromiſſi formula ita concepta eſt, vel læſio enormiſſima intervenit, & ſententia
manifeſtam continet iniquitatem, *Gail. 1.* 6
*obſ. 149. in pr. & obſ. 150. n. 8. Roding. in proceſſ. Cameral. lib. 1. tit. 35. in not.* Quod ſi enim ſub prætexru cujusvis gravaminis laudum poſſet impugnari, & dici, arbitros non pronuntiaſſe de jure, & proindè ſententiam eſſe nullam, quia exceſſerint facultatem compromiſſi, quæ ſit directa ad pronuntiationem de jure tantum, & quod iſta nullitas poſſit allegari, licet partes nullitati renuntiaſſent, prout movet *Scaccia de Judic. lib. 2. c. 2. n. 371.* quis eſſet litium finis? & quomodo omnis compromiſſorum impulſiva ratio eluderetur? niſi laudum per ſordes latum ſit, tunc enim in arbitrio læſi eſt, vel ad reſciſſionem laudi agere, vel contra arbitros. *Marta Digeſt. noviſſ. tom. 1. verb. Arbiter. c. 7.* quia arbitrium nunquam ita latum conceditur, ut dolus non attendatur. *Cancer. var. reſol. p. 3. c. 12. n. 70.* ſed ſi aliàs læſio etiam enormis interveniat, appellatio vel reductio
non admittitur, ſi compromiſſum pœnale, 7
vel ſtipulatione firmatum ſit, quia tunc ad pœnam agitur, quæ ſtatim committitur, & ſolvi debet, *Papon. de arreſt. lib. 6. arr. 4. in not. & appendice ad tit. 3. arreſt. 1. 2. 3.* & quidem etiamſi appellans poſteà requieſcat, vel appellationi renuntiet; vel etiam

Digitized by Google

etiam dicis tantùm gratiâ interpoſuerit *d. loc.* tutor tamen appellans à laudo pœnam ſolvere non tenetur, *Idem arreſt 4.*

Quid verò, ſi arbitri malè judicaverint, an pœna repeti poteſt? ita diſponebatur in priori conſtitutione Franciæ; ſed in poſteriore pœna committitur, etiamſi ma-
8 lè judicatum fuerit, *Idem arreſt. 4. & 5. & ibid. in not.* Et quid mirum; quia arbitri, qui ſemel arbitrium ſuſceperunt, non poſſunt ſe poſteà excuſare, ſed munere ſuo defungi tenentur, ne dolo unius partis à ſententia dimoveantur, *Idem arreſt. 3. & 4.* atque arbitri cogi poſſunt ad ferendum laudum, captis pignoribus, & indictâ multâ, *Carena reſol. 40. n. 3.* Et *Faber. in Cod. lib. 2. tit. 28. def in. 6.* amplius tradit, quod ſententia Compromiſſariorum, quantumvis ipſo jure nulla vel iniqua, non poſſit tamen infirmari per viam nullitatis, vel reclamationis ad arbitrium boni viri; quantumvis illic loqui videatur de jure Sabaudico, quia *n. 2.* ait, in eo derogatum eſſe juri Communi.

Illud certum eſt, quod pœna perſolvenda ſit à non obtemperante laudo compromiſſariorum, vel comparere coram arbitro nolente, *l. 2. C. de arbitr. l. 27. §. 4. & l. 30. ff. eod.* ſed pœna perſoluta litem iterum integram eſſe, & in judicium deduci poſſe, tradit *Fuldenus in Cod. tit. de arbitr. n. 3. & 4. Theſ. Baſil. Tom. 5. tit. xxxx.* aliàs pœnæ remiſſionem ſperari non poſſe, etiamſi iniquè arbiter pronuntiaverit.

9 Ubi verò enormiſſima læſio apparet, reductio laudi nulla cautela effugi poteſt. *Afflict. deciſ. 132. in annotat. n. 7. & deciſ. 91. n. 12.* ita ut ſtatutum prohibens reductionem, intelligatur, niſi qui enormiſſimè ſit læſus. *Cancer. var. reſol. p. 1. c. 21. n. 18. & 59. Caren. reſol. 15. n. 1.* & inſuper pactum adjectum de exequendo id non impediat, *d. loc. Tuſcus verb. Reductio.* Idcirco non obſtante renuntiatione in compromiſſo facta, reductio ad arbitrium boni viri, & recurſus ad ſuperiorem permittitur, in læſione enormiſſimâ, *Gilman. tom. 4. part. 1. vol. 19. n. 41. l. 3. & 4. Cod. de recept arbit.* ubi *Brunnem.* niſi vel partes juraverint ſe ſtaturas ſententiæ arbitri, vel arbiter ſimul aut ſolus, poſcentibus partibus juraverit, ſe religioſè judicaturum, *d. l. 4.* quamvis in ſubſequenti *Auth.* videatur diſponi, quod arbiter hodiè jurare non debeat. Aliud tamen eſt *de jure Canonico & Tulden. in Cod. tit de recept. arbitr.* putat juramentum partium adhuc hodiè valere, ſed non arbitri. Itaque compromiſſum, quantumcunque amplum ſit, ex omnibus in eo beneficiis renuntiatum, nihilominus pars, quæ ſe enormiſſimè & dolosè læſam putat, gravaminis reparationem proſequi poteſt, cum ſemper inſit clauſula, ſi arbitri juſtè ſe gerant. *l. ſi libertus. ff. de operis Cap. veniens. & Cap. quinta vallis de jurejur.* quibus textibus ut non obſtet, *l. 27. §. 2. ff. de recept. arbitr.* dicendum eſt, ſemper reſervatam eſſe clauſulam, dummodo partes immodicè & evidenter enormiſſimè non ſint læſæ, *arg. leg. quarp §. inter locuto ff. locati. l. quidam cum filinm ff. de V. O. Papon. de Arreſt. lib. 6. tit. 3. arreſt. 1.*

Si arbitri electi inter ſe diſſentiant, 10
poſtquam compromiſſum receperunt, coguntur eligere tertium per Prætorem, *l. 7. §. 6. ff. de recept. arb.* vel ipſe Prætor eliget, ut ſecundum ejus conſilium pronuntiant, *Wurmſer lib. 1. tit. 3. obſ. 5. Beſold. in Theſ. verb. obman. Joh. Baptiſt. Lanfrancius in tract. de arbitr. c. 14. in fin. Scacc. de Jud. lib. 2. n. 575.* ubi etiam tradit modum procedendi ad electionem, *Tuſcus verb. Arbiter concl. 462.* Si verò ille tertius à Judice ſit electus, poteſt ab aliis diſcordare: ſed ſi à partibus eligatur, debet cum uno ex prioribus convenire, quia hæc eſt intentio partium, ut lis per majora vota dirimatur. *Wurmſer. d. loc. obſ. 3. Afflict. deciſ. 148. n. 2.* etiamſi cum reliquis non conſentiat, *Afflict. d. loc. cum ibid allegatis, Niger. Cyriac. controv. 159. n. 1. 2. 3. 4.* cui contrarius eſt *Cancer. p. 1. var. reſol. c. 21. n. 4.* Si partes circà perſonam arbitri eligendi diſſentiant, debent adferri juſtæ recuſationis cauſæ, & vel alius vir bonus proponi, in quem partes facilius conſentiant, *Tab. in Cod. lib. 2. t. 38. C. 1. def. 7.* vel Judex perſonam determinare.

Factum eſt hoc in contingentiâ caſus, & diſſentientibus compromiſſariis electus ex formula compromiſſi per majora ſuperarbiter, ſeu Obman uti vulgò appellatur; Et licet quædam contrà illum ab unâ parte obmoverentur exceptiones, illæ tamen à Judice ſuperiori, tanquàm frivolæ irrelevantesque rejectæ, & Obmañus confirmatus



Digitized by Google

tus eſt, poſteàque inſtiterunt ambæ partes pro publicatione laudi; Subſecuta eſt tandem laudi publicatio, ſed cum altera pars enormiſſimè ſe gravatam diceret, inſtantiſſimè petendo reductionem ad arbitrium boni viri, eò quod non ſolùm ultrà dimidium, ſed in milleſima & quantùm immenſa parte iniquiſſimè læſa eſſet, quæ re-
11 ſpectu prætenſionum ſuarum, ſtatim primo intuitu conſpici, & manibus palpari poſſit, non obſtante, quod compromiſſum factum eſſet ſub talibus, uti ſequitur: **Iſt hiebey verabredet / daß was mehrgemelte gute Männer / oder der mehrere Theil derſelben / entweder vorſich ſelbſten oder mit Zuziehung eines Obmanns / ſprechen und** Laudiren **werden / ſolches ſollen beede Partheyen allerſeits dergeſtalt genehm halten / als wann es von der Röm. Kayſerl. Majeſtät dero Hoff- oder Cammergericht ſelbſten geſprochen / derowegen ſich auch aller** beneficien / appellationis, reviſionis, reductionis & nullitatis, in genere **und** in ſpecie, **begeben haben. Item / daſern aber über alles verhoffen einige Parthey ſich widerſetzlich bezeigen / un̄ dem abgeſprochenen** Laudo **gutwillig nicht ſolte** pariern **und nachleben wollen / ſoll dieſelbe in eine anſehnliche willkührliche Straff** NN. **verfallen / und nichtsdeſtoweniger / neben der gedachten** pœn, **das** Laudum **gegen dieſelbe** exequirt **werden. Item: ſollen die Partheyen oder derſelben Erben wider voriges alles / keine** proteſtationes, exceptiones, **Kayſerl. oder Königl.** indulten **oder Begnadigung / noch ſonſten keine andere Einred / es ſeye der Sachen oder der Schidsrichter Perſohnen wegen / vorwenden noch gebrauchen / vil weniger die Schidsrichter oder ihre Erben / wegen diſer gantzen** compromiſs-**Sach / und ihrer künfftigen** Sententien **/ mit allen was darvon** dependirt **/ zu keinen Zeiten im geringſten / in- oder auſſerhalb Gerichts / zu beſprechen / oder zu** moleſtiren **/ bemächtiget ſeyn / die ſich deſſen allen und jeden / auff vorhergehende Erinnerung nebſt allen genannten und ungenannten** beneficien **/ ſich gutwillig bey ihren Ehren und Treuen / an Eyds ſtatt / begeben / und wollen gemelte Schidsrichter und ihre Erben / bey Verpfändung ihrer Haab und Güter / Noth und**
12 **Schadloß halten.** Quæ clauſulæ & renuntiationes tam fortes & prægnatiſſimæ, videbantur partem utramque ab omni impugnatione laudi & remediis alias in jure permiſſis penitùs excludere. Quorſum enim ſerviunt ſimilia pacta & renuntiationes, ſi ſunt ſine omni virtute operandi? ſi vana & fruſtranea ſunt omnia verba, adinſtar juramenti corporalis, obligantia? ſi litibus & controverſiis, quas tamen ſopiri & terminari Reipublicæ intereſt, nullus terminus adæquatus, nullis verborum formulis ſtatui & præponi poteſt? Nihilominus ex ſupra poſitis variantibus doctrinis & quærelis alterius partis, ratione enormiſſimæ & dolum involventis læſionis, avocata ſunt à Compromiſſariis acta, cum rationibus decidendi, examinanta cauſæ merita, ſed cum vana ſe ſolum chi- 13
mæra prætenſionum oſtenderet, quas ex capitalibus malè fundatis, ingenti uſurarum ſuper uſuris vetito anatociſmo, in ſummas immenſas, non ad alterum ſolum tantum, ſed viceſies & triceſies capitalia ſuperantes adauxerant, denegata eſt reductio, & laudum pœnaliter confirmatum.

Non enim poteſt vincere ſocius, qui mortuo ſuo ſocio nihilominus ſocietatem continuatam eſſe prætendit; Mortuo namque uno ex ſociis ſocietas exſpirat, §. *Solvitur ad hæc. Inſt. de ſociet. l.* 14
*52. §. 9. ff. pro ſoc.* cujus hæc verba: *Societatem non poſſe ultra mortem porrigi, & ideo nec libertatem de ſupremis judiciis conſtringere quis poterit, vel agnatum ulteriorem proximoribus præferre*, ita ut neque ab initio pro hæredibus quoque ſocietas iniri poſſit, *l. 59. ff. eodem* in verbis: *Adeo morte ſocij ſolvitur ſocietas, ut nec ab initio paciſci poſſimus, ut heres etiam ſuccedat ſocietati.* nec præſumitur ſocietas continuata, niſi interveniente novo conſenſu, *l. actioni. 65. §. morte. 9. l. 59. l. ſocium. 60. ff. pro ſoc. Stracha de mercatur. deciſ. 71. n. 1. & 2.*

Quin etiam in vita ſociorum finitur 15
ſocietas pœnitentiâ facto vel verbis declarata, ſi ſcilicet ſocij negotia ſeparatim agere incipiant, *l. 64. ff. pro ſoc. Lauterbach in ff. h. t. Felicius in tract. de ſociet. C. 35. n. 3.* ubi citat verba *d. l. 64.* quæ ſunt ſequentia: *Itaque cum ſeparatim ſocij agere cœperint, & unuſquiſque eorum ſibi negotietur, ſine dubio jus ſocietatis diſſolvitur.* quemadmodùm enim ex actibus aſſociativis inducitur ſocietas ita diſſolvitur, ut contrariorum eadem ſit diſciplina, prout *Felic. d. loc. ex Bald. Socin. Cephalo. Menoch. de præ-*

*ſump.*

Digitized by Google

*ſumpt. lib. 3. praſ. 60. n. 10. Maſcard. concl. 1310. Joſeph. Ludov. concl. 53.* deducit. Omnia hic contigiſſe cum conſenſu omnium ſuperſtitum. Non ampliùs continuatos eſſe libros communes ſocietatis, ſed particulares cuivis parti erectos, inſtitorem ſub hoc modo aſſumptum, cuivis in ſuo libro ad ſe pertinentia, & ab ipſis etiam partibus propria manu ſpecialiter annotata, cum anteà particularis negotiatio penitùs eſſet prohibita, reſervata ſolum ſpeciali aliquâ ſocietate. Quæ omnes circumſtantiæ finitam ſocietatem demonſtrant, atque etiam ejus continuationem elidunt. Nàm uti *Felicius in tr. de Societ. c. 41. n. 14. & ſeqq.* latius confirmat, ſocietas renovata vel continuata non præſumitur, ſi prima forma ſocietatis mutata ſit, ſi ſocius incipiat negotiari proprio nomine, ſi ſolebat inſcrbere libros communi nomine, & poſteà incipiat proprio nomine. Nàm ex hac mutatione cenſetur mutata voluntas, & per conſequens nulla intellitur ſocietatis continuatio, licet etiam negotiaretur cum pecuniis cōmunibus. Si unus ſocius actus difformes & contrarios priori ſocietati faciat: Licet enim quoad ſocietatem ſtantem diſſolvendam, unius ſocij voluntas non ſufficiat, tamen quoad ſocietatem renovandam & continuandam ſufficit unius ſocij diſſenſus, ſi à ſolito ſocietatis recedat, ſi ſocietatis pacta non amplius adimpleat, formā negotiandi mutet, quæ ſunt verba *Felicij d. loc. cum aliis ibid. alleg.* atque omnes circumſtantiæ in præſenti caſu concurrunt, ut proinde affectatum ſocietatis lucrum & fructus ipſis ex Juſtitia attribui non poſſit, cujus damnum, ſi quod contigiſſet, ipſi ex ratione diſſolutæ ſocietatis, omnibus modis voluiſſent evitare.

Aſt non ſolum convenitur ut ſocius pars adverſa, ſed etiam ut tutor filiorum defuncti conſocij: Dedit nimirùm pecunias pupillares debitoribus, à quibus recuperari modò nihil poteſt, & quas pecunias in emptionem prædiorum, aut hypothecas ſufficientes debuiſſet collocare, cum tutor vel curator non ſolùm de damno per totum & latam culpam, ſed etiam de levi
16 teneatur, *l. 2. l. 7. C. de arbitr. tut. l. 7. §. 2. l. 15. l. 39. §. 14. ff. de adminiſt. tut. Jacob. Cancer. var. reſolut. part. 1. cap. 7. de tutor. n. 17. Diac. Covarruv. lib. 3. cap. 2. n. 1. Paul. Montan. in tract. de tut. cap. 36. Reg. 3. n. 5. Gutierez. de tut. part. 2. cap. 14. n. 1. & part. 3. cap. 1. n. 96. & 101.* bona quoque tutoris pro ejus adminiſtratione tacitè pupillis ſunt obligata, *l. 20. C. de adminiſt. tutor. Card. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 16.* Licet de leviſſima culpa tutor non teneatur. *Gutier. d. C. 14. n. 1. in fine. Afflict. deciſ. 207. n. 3.* & præſertim tenentur tutores ad præſtandam levem culpam in nominibus à ſe contractis, debentque probare, debitorem tempore contractus ſufficienter ſolvendo fuiſſe, *l. 1. §. 13. ff. de Magiſtrat cnoveniend. Hartm. Piſtor. part. 1. q. 49. n. 9. 18. & 19. Carpzov. in Juriſprud. part. 2. conſtit. 11. definit. 26. & lib. 5. reſp. 70. Brunem. ad l. 18. C. de adminiſt. tut.* Atque hæc actio tutelæ, ſi 17
contrà defunctum tutorem jam intentata fuerit, contra ejus heredes continuatur, etiamſi levis tantum culpa à defuncto Tutore fuerit commiſſa, *l. ult. ff. de fidejuſſ. l. 1. C. de hered. tutor. Mev. part. 8. deciſ. 22. Montan. de tutel. cap. 39. n. 87* quia per litis conteſtationem etiam pœnales actiones in hæredes tranſmittuntur, *l. 164. l. 139. ff. de re jud. l. 26. l. 33. l. 58. de oblig. & action. l. unica. Cod. ex dolo defuncti*, ut ſic probata levi culpa à tutore defuncto commiſſa, hæredes ejus ad ſolutionem condemnari poſſint, niſi fortioribus rationibus argumenta ſuperiora elidere valeant.

Verùm non deſunt tutori rationes ipſum ab omni culpa & actione abſolventes. Etenim tutores in exactione nominum paternorum pupilli tantùm de lata cupla te-
nentur, *l. 2. C. de arbit. tutel. Arimin. Tepat. var. ſentent. tom. 2. tit. 484. cap. 2. verſ. in exigendis nominibus. Gutier. de tutel. part. 2. cap. 16. n. 11. latè Cancer. var. reſol. part. 1. cap. 7. de tutor. n. 169. Montan. de tutel. cap. 39. n. 56. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 1. cap. 125. n. 1.* Textus in *l. 2. C. de arbit. tutel.* cujus verba ſunt ſequentia: *Nomina paternorum debitorum, ſi idonea fuerint initio ſuſcepta tutela, & per latam culpam tutoris minus idonea tempore tutela eſſe cœperunt, judex qui ſuper ea re datus fuerit, diſpiciet, & ſi palam dolo tutoris, vel manifeſta negligentia ceſſatum eſt, tutelæ judicio damnum, quod ex ceſſatione accidiſſet, pupillo præſtandum eſſe, ſtatuere curabit.* Legis ſeptimæ eod. tit. formalia ſunt hæc: *Quidquid tutoris dolo vel lata culpa, aut levi, ſeu Curatoris, Minores*

*nores amiſerint, vel cum poſſent, non adquiſierint, hoc in tutelæ ſeu negotiorum geſtorum utile judicium venire non eſt incerti*
19 *juris.* Nimirum ſi tutores ipſi contrahant, & pecunias pupillares minus idoneis debitoribus credant, ex levi quoque obligantur.

Ad probationem verò doli vel culpæ non ſufficit, debitores jàm non eſſe idoneos, ſed debet probari, illos tempore contractus fuiſſe inidoneos, quia ſi ſufficientia tempore contractus appareat, &
20 pupillus dicat, poſteà ex negligentia tutoris nomen deterius & inidoneum factum eſſe, id pupillus probare debet, quia culpa non præſumitur, niſi demonſtretur, & onus probandi ei incumbit, qui negligentiam allegat, *Eſcobar. de ratiocin. admininiſtr. cap. 19. n. 21. & ſeqq. Carpzov. Jurisprud. part. 2. cap. 11. definit. 26. Cancer. var. reſolut. p. c. 7. n. 169.* ubi ait: *in exactione nominum mitius cum tutore agitur, ſiquidem non tenetur niſi de lata culpa, l. 2. C. de arbitr. tut. l. ſi tutor conſtitutus. ff. de adminiſt. tut. l. debitoribus 18. C. eod. tit.* & ſic ad hoc, ut tutor teneatur de periculo nominum & exactionum, debet probari diſſoluta & ſupina negligentia in non exigendo, *Alvar. Pegas reſol. c. 3. n. 803.* quæ lata culpa eſt, videlicet non adhibere eam diligentiam in re aliena, quam in re ſua adhiberet, *l. quod Nerva. ff. depoſiti. l. Mulier. § ſed enim ff. ad Trebell. l. Chyrographus 58. ff. de adminiſt. tut.* ſicque debet probari dictos debitores tempore ſuſceptæ tutelæ fuiſſe idoneos, quæ probatio incūbit tutori, *l. 1. ff. de Magiſt. conven.* & nunc per negligentiam tutoris non amplius eſſe tales, quod pupillo incumbit, quæ ſunt verba *Cancerij*, dicto ſuprà loco. *Gutier. de tutel. cap. 1. n. 95. Eſcobar. de ration. cap. 19. n. 21.* qualis ſupina negligentia in caſu præſenti nuſpiam demonſtratur, ſed potius accurata diligentia tutoris ex omnibus circumſtantijs elucet. *Vide Montan. de tut. cap. 39. n. 56.* Si enim nomen tempore contractus fuit idoneum, ſi nulla eſt in tutore in exigendo culpa, nullum quoque ipſius eſt periculum; *l. 7. §. 2. l. 50. ff. de admin. tut. Hart. Piſt. lib. 1. q. 49. Brunnem. ad l. 18. C. de adminiſt. tutor. Paſchal. de virib. patri. poteſt. p. 3. c. 9. n. 27. l. ſi res pupillaris. ff. de adminiſt. tutor.*

21 Neque verò tutor ſemper tenetur emere prædia ex pecunijs pupillaribus, ſed eas poteſt dare mutuò, & concedere mercatori ad recipiendam honeſtam lucri partem, *Brunnem. ad auth. noviſſimè. Cod. de adminiſt. tut. cum ibid. citat. Paſchal. de Virib. patr. poteſt. part. 3. cap. 9. n. 36. & 37. l. ſi res pupillaris ff. de adminiſt. tutor.* & ſufficit ſi tutor talem diligentiam præſtet in rebus pupilli, quam in rebus proprijs diligens paterfamilias adhibere ſolet. *l. 33. ff. de adminiſt. tut.* ubi dicitur: *à tutoribus & Curatoribus eadem diligentia exigenda eſt circa adminiſtrationem rerum pupillarium, quam paterfamilias rebus ſuis ex bona fide præbere debet.* id quod etiam traditur *in l. 10. cod. tit. in verbis: generaliter, quotieſcunque non fit nomine pupilli, quod quivis paterfamilias idoneus facit, non videtur defendi, & in l. 1. ff. de tutel. & raton. diſtrah.* ubi dicitur: *in omnibus quæ fecit tutor, cum facere non deberet, item in his quæ non fecit, rationem reddet, hoc judicio præſtando dolum, culpam & quantam in rebus ſuis diligentiam.* Quæ tamen omnia hic à tutore ſunt obſervata, utpotè qui ſuas quoque proprias pecunias eidem debitori conceſſit, in eadem quantitate & ſumma æquali, rebus & pecunijs pupillaribus, ut ipſi imputari propterea nihil poſſit, cum tantam diligentiam adhibuerit rebus pupillaribus, quantam ſuis proprijs, & quidem cum conſilio & approbatione ſuorum contutorum. Etſi e- 23
nim favor pupillorum & minorennium exigat, ut omnia pro eorum utilitate & commodis dirigantur: tamen etiam tutorum officium, quod inviti ſuſcipere tenentur, non ita rigoroſè conſtringendum eſt, *Alvarez. Pegas reſolut. c. 3. n. 674.* ut proprias ſuas & prolium ſubſtantias, ſine demerito, injuſtè amittant, & alienæ cupiditati ſacrificent; Neque agnati ad ſcrupuloſam rationum redditionem obligantur, *Joſeph Urceolus conſultat. c. 55. n. 17. Harprecht. in Commentar. de tut. & curat. §. 1. Inſtit. de legit. tut.* Atque etiamſi tutor durante tutela acquiſiverit bona, præſumitur ea acquiſiviſſe ex pecunijs proprijs, non verò pupilli, licet anteà fuiſſet inops, modò fuerit induſtrius. *Actolin. reſol. 104. n. 33. Gratian. deciſ. 190. n. 2. Cavalcan. de tut. n. 243. Guttierez. de tut. c. 46.* quia non ſufficit dicere, tutorem fuiſſe pauperem, ſed probari debet, non fuiſſe induſtrium.

De-

Digitized by Google

Debent quidem tutores pecuniam pupillarem deponere ad honeſtum lucrum, vel prædia ex illa comparare, quod ſi faciant, & prædia minus idonea comparent, tamen ad latam tantum culpam exindè tenentur, *l. ſi tutor §. competit, ubi gloſſa & Bart. ff. de adminiſt. tut. Montan. de tutel. cap. 1. n. 55. qui cap. 9. n. 1. & ſeqq.* tradit:
24 *Cæſarum conſtitutionibus ſtatutum, imò præceptum eſt tutoribus, ſtatim accepta tutela, vel ex pecunijs pupillaribus prædia emere, vel eaſdem pecunias, juxta uſurarum modum, fænori dare, l. tutores 2. C. de adminiſt. tut. l. quoties ff. eod. l. tutor qui repertorium. §. ſi poſt depoſitionem. cum ſeqq. ff. eod. Tenentur igitur hodie tutores pecuniam vel in emptionem prædiorum expendere, vel Mercatori tradere ad honeſti lucri recipiendam partem ſecundum regionis & Provinciæ mores, & in locis ubi mercatura non exercetur, tenetur tutor pecunias & res mobiles infructuoſas convertere in emptionem prædiorum ſi talia ſint venalia, & emi poſſint, aliàs tenetur ad fructus & intereſſe, Cavalcan. de tutor n. 114.* ille tamen, qui opponit negligentiam tutori, quod pecuniam pupillarem non converterit in emptionem prædiorum, tenetur probare, quod extiterint talia prædia venalia. Quod ſi in illo loco, ubi degit tutor, ſint multi Mercatores, qui diverſimode dant lucrum pro pecunijs ſibi creditis, debet tutor intereſſe petere, ſecundum mercatorem qui dat minus, juxtà textum ſingularem *in d. l. tutor qui repertorium §. ſi poſt depoſitum.* ibi: *ex cæteris cauſis, ſecundum morem Provinciæ præſtabit uſuras, aut quincunces aut trientes aut ſi quæ aliæ leviores in provincia frequentantur.* Unde deducunt, quod tutor, qui non potuit pecunias ad uſuras, non teneatur ad majus intereſſe, quod potuit habere ab illo mercatore, qui plus dabat, ſed ſolum illud, quod habere potuiſſet ab eo, qui minus dabat.

25 Itaque ſi tutor depoſuit pecuniam apud Campſorem, communiter eo tempore reputatum virum bonum & idoneum, licet poſteà decoquat & auffugiat, nihil poteſt tutori imputari, per textum *in l. ſi res pupillaris ff. de adminiſt. tut.* ibi: *vel argentarius, cui tutor pecuniam dedit, cum fuiſſet celeberrimus, ſolidum reddere non poſſit, nihil eo nomine tutor præſtare cogitur.* Idem dicendum eſt, ſi Mercator apud quem fuit depoſita pecunia ad partem honeſti lucri, erat ille, cum quo pater pupilli erat ſolitus tractare, & apud quem pater tales depoſitiones faciebat, tunc namque tutor excuſatur à damno ſecuto, & illud imputatur pupillo, *Gramat. deciſ. 103. n. 22. & 23. deciſ. Peruſ. 67. n. 1.* modo in exigendo tutor negligens non fuerit; Quæ omnia ſunt verba *Paul. Montan. d. cap. 9.* Et concurrunt in præſenti caſu omnes circumſtantiæ ſuprà modò poſitæ, quod ſcilicet tutor dederit pecunias perſonæ, quæ tempore contractus erat æſtimata maximè idonea, cujus fides erat approbata ab ipſo pupillorum patre, cujus Germanus frater erat, cui tutor ipſe ſuas proprias pecunias concredidit, qui eandem diligentiam pupillaribus pecunijs adhibuit, quam ſuis proprijs impendit, ut propterea nulla ratione ad reſarciendum damnum condemnari poſſit. *Pegas reſolut. c. 3. n. 797. & multis ſeqq.* eò minus, quia adhuc extant bona debitoris, ex quibus ſolutio haberi poteſt, ut planè abſurda & incongrua ſit actorum petitio, quâ deſiderant, ut tutor accipiat bona, (quæ pro ſuâ mediâ parte acceptare paratus eſt) ipſis verò paratam pecuniam, cum anatociſticis uſuris, exſolvat. Juxtà quæ inſuper apprimè conſiderandum eſt, quod ipſi contutores tempore ipſorum adminiſtrationis, atque mater pupillorum & ſimul tutrix, pecunias pupillares his debitoribus conceſſerint, & terminos prorogaverint, ut proindè illi prius excutiendi 26
ſint, qui tunc temporis geſſerunt, & de quorum facto quæritur, cum tutoribus non adminiſtrantibus, non ſolùm competat beneficium ordinis, ſed etiam hæc ratio, quod alterius factum alteri præjudicare non debeat, *Montan. de tutel. cap. 39. n. 178. per text. in l. 3. ff. de adminiſt. tut. l. final. Cod. ſi tut. non geſſ. l. 2. §. fin. ff. de cur. bon. dand.* & dicit, hoc fundari in naturali æquitate, nec eſſe de apicibus juris, quia æquitas ſuggerit, ut ad gerentem manus prius porrigantur, deinde adversùs eum qui non geſſit, & tertio loco contrà Magiſtratum *l. 1. §. nunc. tractemus. ff. de tut. & ration. diſtrah. Manz. in Biblioth. aur. de adminiſt. & peric. tut. q. 11. n. 204. l. 3. C. de divid. tut. Leuwen. in cenſur. forens. lib. 1. c. 18. n. 13. Stracha de mercat. pag. 681. n. 87. Buratti deciſ. Rot. Rom. deciſ. 669. n. 3.*

 Imò

Digitized by Google

27 Imò quia Actores tutricis Matris, tunc adminiſtrantis, ſunt hæredes, ipſius factum præſtare tenentur, quibus propterea nulla competit actio, eò quod heres cum defuncto una cenſeatur perſona, & factum defuncti videatur factum heredis, *l. cum à matre C. de R. V. l. pen. C. de reſtit. in integr. l. Venditrici C. de reb. alien. non alienand. l. ſive poſſeſſ. C. de Evict. l. ſucceſſores C. de ſolut. Klock. tom. 2. conſ. 405. n. 89.* Et mater tutrix habet liberam adminiſtrationem in bonis filiorum, ut etiam tranſigere poſſit *Gilman. vol. 1. p. 3. vot. 16. n. 9.* Quæ omnia tantò magis obtinent, cum Mater etiam contutoribus ſuis indemnitatem promiſerit. Licet enim hæc promiſſio tutores nihil juvare videatur, eò quod
28 mater beneficio S. C. Velleiani uti poſſit, *l. 1. C. ad S. C. Velleian.* quia hæc Exceptio ceſſat, ſi Mater pro ſua quoque adminiſtratione indemnitatem promiſit, *l. 2. eod.* ubi dicitur, *fruſtra Senatus conſulti exceptione, quod de interceſſionibus fæminarum factum eſt, uti tentaſti: quoniam principaliter ipſa debitrix fuiſti; ejus enim Senatus conſulti exceptio tunc mulieri datur, cum principaliter ipſa nihil debet, ſed pro alio debitore apud Creditorem ejus interceſſit. Sin autem pro creditore ſuo alij ſe obligaverit, vel ab eo ſe, vel debitorem ſuum delegari paſſa eſt; hujus Senatus conſulti auxilium non habet.* vel ſi tutori promiſerit, quod ipſe populo debebit, prout tradit *Chriſtin. in Cod. vol. 3. deciſ. 159. & ad tit. de S. C. Vellejan.* ubi citat dictam legem. Nec enim ſimplex interceſſio hæc eſt, ſed proprium debitum & obligatio matris tutricis, cum conſenſu jhres Kriegiſchen Vormunds / & aliorum contutorum, qui omnes erant proximi agnati, inter quos res probè deliberata, & denique varijs tranſactionibus, à Magiſtratu confirmatis, corroborata eſt. Itaque fruſtrà affligitur ab actoribus tutor ratione nominum ex pecunijs pupillaribus contractorum, quaſi propter mutatam debitorum fortunam ad reſarcienda damna teneretur, à quorum refuſione omnes ſuprà citati textus, argumenta & recta ratio ipſum abſolvunt.

Verùm in his non ſubſiſtit contumax litigandi libido. Inſtaurare de novo conati ſunt litem, ſub prætextu reperti protocolli conſcripti à contrariæ partis Advocato, ex quo pateat illius cum Compromiſſariis colluſio, correctio conſiliorum, corruptiones, variæ correſpondentiæ, conceptio ſeu formatio laudi, ſuppeditatio rationum, decidendi creberrimi & ferè quotidiani cum illis conventus, officium Advocati ſimul & Judicis, ex quibus omnibus graviſſimæ & inſanabiles conſurgant nullitates, quibus conſideratis laudum & ejus ſubſecuta confirmatio caſſari & annullari debeat. Reptierunt poſt lapſum 20. & amplius annorum, querelas læſionis enormiſſimæ, quæ vel exinde in omnium oculos ſtatim incurrat, & manibus palpari poſſit, quod vix milleſima pars prætenſionum in laudo ipſis fuerit adjudicata, injuſtitia & iniquitate tam evidenti, quæ omnium animos commovere debeat. Reliquiſſe Advocatum partis adverſæ ſcriptum, ſeu annotationem & protocollum, remorſu conſcientiæ ſublevandæ, idque recommendaſſe liberis in agone mortis; quod citius non producere & nullitates revelare potuerint, quia modo ad ipſorum manus pervenerit: Ex eo autem evidenter pateat nullitas, & iniquitas laudi, & deſuper ſubſecutæ cōfirmationis, quia Advocatus partis adverſæ egerit ſimul Judcem & Advocatū, converſatus quotidiè & familiariſſimus fuerit cum compromiſſariis, correxerit conſilia 29
Univerſitatum, correſpondentias habuerit cum Profeſſoribus, formulam laudi ipſemet conceperit, atque tota actio per colluſiones & corruptelas peracta ſit, nullitatibus cumulatis & inſanabilibus. Adverſari iſta omnia clariſſimæ diſpoſitioni *l. penult. & l. fin. C. de Adſeſſ.* cujus verba ſunt ſequentia: *Nemo ex his, qui Advocati cauſarum conſtituti ſunt, audeat in uno eodemque tempore tam Advocatione uti, quàm Conſiliarij cujuscunque Magiſtratus, quibus Reſpublica gerenda committitur, curam arripere;* cui conjunxerunt *l. 6. C. de poſtul.* ubi dicitur: *quiſquis vult eſſe Cauſidicus, non idem in eodem negotio ſit Advocatus & Judex, quoniam aliquem inter arbitros & Patronos oportet eſſe delectum;* allegando *Mev. ad jus Lubec. lib. art. 8. §. 15.* ubi tradit Advocatos utraque opera defungentes non ſolum pœnam mereri, ſicut judicatum refert *Papon. in arreſt. lib. 1. tit. 2. in appen. art. 6.* Sed etiam ſententiam ab ipſis latam eſſe ipſo jure nullam, ſecundùm *Bertazdlum conſil. crim. 550.* Atque amplius in *leg. 1. C. de offic. Civil. judic.* Statutum eſſe, *quod*

Digitized by Google

*quod honorati, qui litem habere noſcuntur, his horis vel temporibus, quibus cauſarum vel merita, vel vota panduntur, reſidendi cum judicibus non habeant facultatem.*

Verùm laborant allegata iſta omnia, & innituntur falſiſſimis ſuppoſitis, quia nuſpiam patet nec de correctione conſiliorum ab Advocato peracta, nec de converſatione illicitâ cum compromiſſariis, nec de conceptione laudi, quæ fuiſſet à compromiſſariis approbata, nec de ulla corruptione, aut ſordibus, nec quod Advocatus ſimul judicis aut Arbitri munere ſit defunctus, de quibus omnes allegati textus loquuntur. Et quam quæſo proferunt omnium iſtarum imputationum probationem aut fundamentum? ſolum ſcilicet Advocati protocollum & privatam annotationem, quæ concertata cum producentibus falſitas & prævaricatio potius cenſeri debet, nec Advocato Prævaricatori ulla fides adhiberi poteſt, cum talis prævaricator ſit infamis, & extra ordinem puniri debeat. *l. 1. in fin. ff. de prævaricat. l. 1. & 4. ff. de his qui notant infam.*
30 prævaricator autem eſt qui adverſam partem adjuvat prodendo ſecreta cauſæ, *d. l. 1. de prævaricat.* neque ad alium accuſandum, tanquam infamis, amplius admittitur, *l. accuſator. 5. & ſeqq. ff. de pravar. Tuſc. in addit. ad concluſ. lit. P. Carpzov. in proceſſ. tit. 5. art. 7. n. 12.* Si enim Advocatus videt injuſtitiam cauſæ, alias ipſi in jure præſcribuntur remedia ad ſalvandum ſuam conſcientiam, ut ſcilicet maturè à cauſa diſcedat, atque eandem relinquat, ſecundùm *l. 12. §. 1. C. de judiciis;* Haudquaquàm verò ut poſt multos annos, quando factus eſt partis inimicus & pecuniæ debitæ ab ipſo repetuntur, ſcripturam infamem & proditoriam poſt ſe relinquat. Advocatus enim debet eſſe candidus & fidelis, & cauſam non prodere, nec colludere cum Adverſario, *ord. Cam. part. 1. tit. 64.* in verbis: Dazu die Heimlichkeit und Behelff / ſo ſie von den Partheyen empfahen / oder Underrichtung der Sachen / die ſie von ihnen ſelbſt mercken werden / ihren Partheyen zu Schaden / niemandts offenbahren / alias Advocatus incidit in crimen Prævaricationis, notatur infamia, removetur ab officio, & virgis cæſus, relegatione punitur, *Carpzov. lib. 3. reſp. 3. p. tot. & deciſ. 91. n. 18.* ubi totum hunc caſum clariſſime decidit, cui aſſentitur *Speckan: Cent. 2. claſſe 4. quæſt. 41.* atque pars advocatum ad præva- 31
ricationem inducens pro victa habetur, ſecundùm *Brunnemanum ad l. fin. ff. de prævaricatoribus.* atque etiamſi dici velit, non Advocatum ipſum, ſed filias ipſius annotationem partis propalaſſe: tamen non admittendum eſt, ut per indirectum fiat quod directo, ſub pœna infamiæ eſt prohibitum, quia aliàs partes litigioſæ facile viam iſtam eligere, & pœnam legibus ſtatutam, & autoritatem rei judicatæ, & partem alteram fraudulenter eludere poſſent; Et quam tandem fidem poteſt obtinere teſtis unicus, inimicus, debitor partis & infamis prævaricator, propriam allegans turpitudinem, cui nunquam creditur. Et quamvis vulgò dicatur, neminem facilè præſumi immemorem ſalutis æternæ, præſertim in hora mortis, tamen conſtat ex *l. 6. C. de probat. & Auth. ſeq. quod obtinet.* quod etiam morientium confeſſio- 32
nes tertio non noceant. Verba authenticæ ſunt ſequentia: *Quod obtinet omnimodo, ſi teſtator non juraverit: alioquin hæredes neceſſe habent, teſtatoris religioni ſtare, aut minimè fruentur his, quæ relicta ſunt: ſed creditoribus nihil ex hoc præjudicij comparabitur.* Agonizans enim effato ſuo, ſibi quidem præjudicare, ſed tertio jus ſuum tollere nequit. Ideo quamvis Advocatus in extremis videatur, ſe iniquum alteri patrocinium præſtitiſſe, ſibi ſuiſque hæredibus tantum, parti verò victrici commodum nullo modo eripere, nec jus per ſententiam quæſitum mutare poteſt, *Samuel Strick. de effect. Agonizan. cap. 3. n. 3. Politor. Ripa tract. de act. in mort. art. cap. 24. & 25. cum DD. ibid. alleg. Roland. à valle conſ. 35. n. 26.* Imo ſi Judex ipſe confiteretur, corruptelam & injuſtitiam in agone ſuo, iſta tamen confeſſio autoritati rei judicatæ non officit. Nàm quamvis ſententia à corrupto judice, vel contra apertum jus lata, ſit ipſo jure nulla. *l. ſi cum inter 2. & l. certa ratione 5. & l. venales 7. C. quando provocare non eſt neceſſe,* tamen ipſius judicis ſola confeſſio rei judicatæ, quæ pro veritate habetur, ſuum non tollit effectum, quia intereſt Reipublicæ ſententiarum autoritatem conſervari. Minimè igitur nuda præſumptio ex confeſſione judicis agonizantis oriunda, præſertim cum de certo tertij præjudicio agatur,

veri-

Digitized by Google

veritati ſententiæ, quam à legibus accepit, derogare, aut ejus firmitatem ſuperare, confringere poteſt, indeque nec evertere jus Victori quæſitum. *Alciat. de præſumpt. d. Reg. 3. præſ. 4. Felin. in cap. literas. 14. X. de præſumpt. n. 20. per text. in cap. ſicut. 9. X. de text Jac. Menoch. lib. 5. præſ. 5. n. 17. & conſ. 49. n. 69. Hippol. de Marſil. in Pract. §. diligenter n. 117. Proſp. Farin. prax crim. lib. 1. tit. 5. q. 46. n. 76. Joſeph. Maſcard. d. prob. concl. 949. n. 21. Fulv. Pacian. de prob. lib. 1. C. 53. n. 46. Tiber De-*
33 *cian. vol. 5. reſp. 42. n. 46.* Idemque quod de judice & Advocato dictum eſt, etiam ad arbitrum extendi debet, quia arbitria redacta ſunt adinſtar judiciorum, *l. 1. ff. de recept. arbitr.* ut arbiter quidem ſibi ſuisque hæredibus, non verò tertio, præjudicium aliquod parere poſſit confeſſione, quamvis in extremis prolata, ut in terminis habet *Farin. prax. crim. lib. 1. tit 5. q. 46. n. 77. Hippol. de Marſil. in de §. diligenter. n. 117. & §. reſtat. n. 2. Roland. à valle Conſ. 37. n. 26. in fin. vol. 3. Maſcard. concl. 949. n. 23.* quos allegat *Samuel Strick. d. ſupra loco.*

Nihil ergò prodeſt ſupplicantibus decantata ex conſarcinato, & ſinè dubio cum altera parte concertato protocollo, noviter intentata nullitatis querela, imò potiùs
34 *Ummius. de proceſſu diſp. 9. §. 30.* tradit, ſi cliens ob Advocati dolum vel culpam in bona cauſa ſuccubuerit, ſententiam non eſſe ipſo jure nullam, ſed per reſtitutionem in integrum reſcindi debere, per *l. 18. §. Minori ff. de Minor.* Sed quid conferre poſſit teſtimonium prævaricantis Advocati, etiam quoad reſtitutionem in integrum, jam ex ſupra modo allegatis abundè patet. Res enim judicata facit jus irretractabile inter partes, & inducit notorium, *Faber in axiomat. verbo res judicata* & Imperator *in l. 13. C. de jud.* ſtatuit: *properandum nobis eſt, ne lites fiant immortales, & vitæ hominum modum excedant*, atque hinc in *l. 2. C. re jud.* dicit: *ſi res judicatæ ſub prætextu computationis inſtaurentur, nullus erit litium finis*, quod pariter eveniret, ſi ex protocollo prævaricantis Advocati lis de novo ſuſcitari poſſet. Potius puniendus eſt, qui contra rem judicatam ſupplicat, *per text. in l. 1. & l. fin. C. ut lite pend. vel poſt provocat. aut defin. ſent. nulli. lic. Imp. ſuppl.* cujus hæc verba: *qui licitam provocationem omiſerit, perpetuò ſilere debebit, nec à nobis impudens petere per ſupplicationem auxilium: quod ſi fecerit, deſiderio carebit, & ignominiæ pœnâ notabitur. Tuſc. verb. res judicata. concl. 267. n. 92.* ratio inter alias eſt, quia contra hunc partes litigantes, quod ſententiæ ſtare velint, maximè in compromiſſo pœnali, an Eyd ſtatt & ſub gravi pœna, præſertim ſi compromiſſo inſertum ſit, ut pœna toties committatur, quoties contravenitur, *Beſold. in delib. jur. lib. 4. tit. 8.* quæ omnia præſenti caſu oc- 35
currerunt, ideoque frivolè petita nullitatis querela, juſtè rejecta, & priora judicata confirmata ſunt.

***

*Liber*

# PARS II. DE SOCIETATE, SEU ACTIONE CREDITORUM CONTRA SOCIOS.

## Continuatio Summariorum.

36. *Querelam nullitatis contra ſententias ſupremorum Tribunalium non admitti.*
37. *Nullitates primæ Inſtantiæ à Judice ſuperiore non attenduntur, ubi aliàs de meritis cauſæ conſtat.*
38. *In dubio præſumitur pro Juſtitia & valore ſententiæ.*
39. *Quomodo querela nullitatis & reſtitutio in integrum poſſint cumulari.*
40. *Contumax omni beneficio nullitatis, Reſtitutionis, & Reviſionis privatur.*
41. *Querela nullitatis non impedit executionem, niſi plane ſit notoria.*
42. *Nullitas non deſeritur deſerta appellatione, præſertim ſi ſit inſanabilis, & poſtea principaliter deducatur.*
43. *Refertur caſus contractæ Societatis, & ejusdem diſſolutionis.*
44. *An diſſolutio fieri debeat per publica proclamata?*
45. *An ſignum Societatis debeat tolli & removeri?*
46. *Socios non poſſe excludere Creditores ſub illo prætextu, quaſi etiam ipſi Creditores eſſent.*
47. *Societatem coiri non poſſe, ut alterius Socij Capitale ſemper ſit ſalvum, & ipſe certum intereſſe annuum percipiat.*
48. *Credita libris Socialibus ſcripta pro ſocialibus haberi.*
49. *Creditori ſuam ſolutionem urgenti eam non poſſe denegari, ſi cautionem præſtet.*
50. *Nil poſſe ipſi auferri, ſi reliqui Creditores bona nondum poſſederint.*
51. *Contractum Societatis, ut alteri Capitale ſalvum maneat, de jure ſubſiſtere.*
52. *Ad diſſolvendam ſocietatem ſufficere literas circulares, & non præcisè exigi publica proclamata.*
53. *Societatem eo modo diſſolvi, ſicut fuit colligata.*
54. *Signum Societatis non inferre ejus continuationem.*
55. *Alterum ex ſocijs non obligari ex contractu alterius, vel etiam Inſtitoris, ſi forma & conditiones Societatis non ſint obſervatæ.*
56. *Socium, contrahentem ſub nomine proprio, non obligare ſuum conſocium, etiam ſtante Societate.*
57. *Contrahentem cum ſocio teneri inquirere qualitatem & formam ſocietatis.*
58. *Quid ſint literæ oblatoriæ in contractu Societatis.*
59. *Si Socij, juxtà ſummam in Societate poſitam, ad huc particularem exerceant negotiationem, ex illa ſocietatem non obligari.*
60. *Quatenus ſocij obligentur ex contractu Inſtitoris, & quomodo creditor modum præpoſitionis poſſit indagare.*
61. *Inſtitorem, vel Socium, non obligare ſocietatem, niſi eandem in contractu nominaverit.*
62. *Socium, qui nihil geſſit, non poſſe conveniri, niſi alter prius ſit excuſſus.*
63. *Refertur deciſio in cauſa.*

EO minus exaudiri querela nullitatis po- 36
teſt, ſi contrà ſententias Supremorum Tribunalium intentetur. Sicut neque in Camerâ remedium nullitatis, neglecto reviſionis remedio, auditur, *Klock. relat. Cam. 30. n. 137. Roding. in ff. Cameral. tit. 34.* Idcircò *Klock. in tract. de contrib. c. 19. n. 398.* tradit: ſententiam Cameralem per nullitatis querelam impugnare volentibus non audiri, ſed eandem, reſervatâ contra procuratorem pœnâ, reijci, uti factum in cauſa Rohlen contra Raesfeld 31. Jan. Anno 1589. ubi contrà D. Gronberg/ reſervata pœna, quod productum ſuum inſcripſiſſet, *Exceptiones notoriæ nullitatis*, utpote cum ſolis Reviſoribus nullitatis iſta proponi poſſunt, *Ord. Camer. p. 3. tit. 53. in pr. ibi:* unrechtmäſſig und nichtig / & §. das rauff. *nec non* §. ob ſolche Nichtigkeit. Reichs-Hoffr. Ordn. *tit. 5.* §. 7. *Bender. de reviſ. concl. 18. n. 17.* & hoc ita receptum eſt, quia vitium nullitatis eſt odioſum, tùm reſpectu Judicis cujus honor & exiſtimatio convellitur: tùm ratione litigantium, qui, lite una finita, admiſſione remedij nullitatis, aliâ nova implicantur, cum tamen Reipublicæ commodum efflagitet, ut lites abbrevientur, & Judex prudenter agat viam nullitatis præcidens. *arg. C. odia. x. de Reg. jur. in 6. Carpz. p. 3. deciſ. 145. n. 16.*



Digitized by Google

*& ſeqq.* & ideò contrà ſententiam in Conſiſtorio Principis latam de nullitate conquerens non ſit audiendus, *Vant. de nullit. tit. quib. mod. ſent. null. def. aut. repar. poſſ. n. 4. Felin. in C. ex cauſis de re jud. Afflict. deciſ. 283. Klock. d. conſ. 82.*

Atque etiam nullitates primæ Inſtan-
37 tiæ à ſuperiori Judice non attenduntur, ubi aliàs ex actis conſtat de meritis cauſæ, *O. C. p. 3. tit. 34. §. 1.* cujus hæc verba: Und ſo der Cammer-Richter und Beyſitzer die angezogene Nichtigkeit nicht dergeſtalt erfünde / daß dadurch in der Hauptſach ein unwiderbringliches Unrecht geſchehen / ſolle der proceſs als nichtig nicht verworffen / ſondern in der Hauptſach erkennt werden / was recht iſt; cui conſonat Reichs-Hoff-Raths Ordnung *tit. 2. §. 9.* Hingegen wollen wir ſie an andere unnöhtige Solennia, dardurch dem Haupt-Werck / und genugſamber Erkündigung der Wahrheit nichts zu- oder abgehet / keineswegs verbunden / ſondern vilmehr auff den gemeinen Nutz und Fürderung der heylſamben Juſtitz angewiſen und verpflichtet haben. *Meiſchner. tom. 1. deciſ. Camer. deciſ. 11. n. 7. & tom. 3. deciſ. 18. n. 1. & deciſ. 19. n. 2. Gilman. vot. Camer. tom. 1. part. 2. tit. 8. n. 164. Gail. 1. obſ. 42. & ibidem Grev. Mynſ. obſ. 1. n. 27. Mev. part. 2. deciſ. 29. n. 4. & deciſ. 203. n. 6.* cum tamen in noſtro caſu aliqua nullitas non appareat, quæ primùm demonſtranda eſt, & probari debet, eò quod in dubio præſumatur pro juſtitia & valore ſententiæ; *Vant. ſub rubr. à quo quib. mod. poſſ. & deb. null. probari. n. 2. Klock. 2. conſ. 91.* Imò in
38 dubio contra nullitatem eſt judicandum *Vant. de nullit tit. quib. mod. ſent. null. defend. n. 127. Klock. tom. 2. conſ. 5. n. 25. & conſ. 48. n. 179. & conſ. 82. n. 16.* Atque per omiſſionem Reviſionis, ſententiæ nullitas vel iniquitas purgatur. *Klock. relat. 30. n. 176.* licet enim duo remedia, nullitatis querela & reſtitutio in integrum, alternativè cumulari poſſint, tali modo, *peto ſen-*
39 *tentiam nullam declarari, vel, ſi aliqua ſit, in integrum reſtitui,* id tamen fieri ampliùs nequit, poſteaquam per ſolam petitionem reſtitutionis in integrum ſententia jàm approbata eſt. Quin imò etiam, contumax ad beneficium nullitatis admitti non poteſt, *per l. 13. §. 4. C. de Judic.* ibique *Brunneman. Theſ. Baſil. volum. 2. diſp. 7. lit. Ddd. 1.* ſicut ob eandem Contumax e-
40 tiam beneficio reſtitutionis & reviſionis privatur, ne videlicet, quod unâ denegatur viâ, id aliâ videatur concedi, ſicque Contumax in effectu præmium ſuæ contumaciæ reportet, ut argumentatur *Meiſner. tom. 2. lib. 2. deciſ. 1. n. 57. & ſeq.* ubi ait: hanc eſſe contumaciæ pœnam, ne ſententia poſſit amplius aliquo retractari remedio, & litibus imponatur finis; Quapropter licet facultas agendi de nullitate ſententiæ uſque ad triginta annos, aliàs de jure communi duret, in Provincijs tamen Saxonicis ad 6. ſeptimanas atque 3. dies reſtricta ſit; quo tempore præterlapſo nec agendo nec excipiendo de nullitate experiri læſus valet, *Carpzov. deciſ. 50. n. 2.* & nullitatis querela non impedit executionem, niſi nullitas ſit notoria *Gail. 1. obſ.* 41
*127. Mynſ. 4. obſerv. 64. Carpzov. de proceſſ. tit. 19. art. 4. n. 1. Coler. de proceſ. executio. part. 4. cap. 1. n. 87.* Hinc etiam nullitate principaliter intentata inhibitio non facile decernitur. *Mynſ. d. l. Klock. relat. 3. n. 21. Gail. 1. obſ. 135.* niſi nullitas ſit notoria, *Portius comm. opin. lib. 1. concluſ. 2. Caldas lib. 7. forenſ. q. 1. 36. n. 1. Carocc. de remed. adverſ. ſent. execut. 47. n. 46.* In Belgio & Galliâ nullitas non admittitur, ſed ea quæ in ſpeciem juris fiunt contrà jus & fas, ſolâ provocatione emendari poſſunt. *Chriſtin. vol. 4. deciſ. 88. n. 3.* Plura de *querelâ nullitatis ex profeſſo videri poſſunt in Theſ. Baſil. vol. 9. diſput. de querel. nullit.* & noviſſimè *Altimar. in tr. de Nullitat. ſentent. Decretor. Laudor. p. tot.*

Hoc etiam hic monendum, quod nul- 42
litas non deſeratur deſertâ appellatione, *Mynſ. 2. obſ. 27. & 4. obſ. 63.* ita ut licet deducta non ſit, Judex nihilominùs ſuper eâ teneatur pronuntiare, *idem 1. obſ. 18. & 3. obſ. 20.* Nemo autem ſuper exceptione nullitatis propter incompetentiam cognoſcere poteſt, quàm Judex qui incompetens eſſe allegatur, *Gamma deciſ. 340. n. 3.* Et licet deſertâ appellatione etiam nullitas deſerta eſſe videatur, nil tamen impedit, quò minus nullitas inſanabilis ex perſonâ judicis, vel ſubſtantialibus proceſſus, poſteà principaliter integris 30. annis intentari poſſit, *Klock. relat. 3. n. 21.* R. A. *anno 1654. §. 122.* ibi: Bey den jenigen nullitäten / welche inſanabilem defectum, auß der Perſohn des Richters oder der Partheyen / oder auß den ſubſtantialibus des proceſſus nach ſich führen / verbleibt es bey der diſpo-

ſition

Digitized by Google

ſition der gemeinen Rechten. Sed haſtenùs de ſatis nullitate.

43 , Alia quæſtio inter ſocios & creditores eſt exorta. Contraxerunt duo ſocietatem ad ſex. Illis finitis renovarunt ad ſex annos alios, ſed vix tribus ex his poſterioribus elapſis ſocietatem mutuo diſſenſu diſſolverunt. Venerunt creditores, qui poſt diſſolutam ſocietatem in illam, quaſi adhuc ſtantem, crediderunt, ſua repetierunt credita. Cum diſſolutio ſocietatis clandeſtina, ante finitos ejus annos, in fraudem qui eam adhuc ſubſiſtere bonâ fide exiſtimaverunt, fieri nequiverit. Ut enim creditores non fallantur à ſociis publicam ſocietatem exercentibus, debet ſocietas diſſolvi ſervatis ſolennitatibus, nempè notificatione diſſolutionis per publicationem
44 & affixionem proclamatam; *Gomez. variar. reſolut. tom. 2. cap. 5. n. 6.* ubi ait; quod quamvis ſocietas finiatur expreſſa voluntate partium *p. l. 4. §. 1. ff. pro ſocio.* ibi: *diſſociamur renuntiatione, morte, capitis diminutione & egeſtate. l. verum §. fin. ff. eod. l. tamdiu C. eod.* ibi: *tamdiu ſocietas durat, quamdiu conſenſus partium integer perſeverat. textus in §. manet Inſtit. eod. in verbis: manet ſocietas eousque, donec in eodem conſenſu perſeveraverint, & cum aliquis renuntiaverit ſocietati, ſolvitur ſocietas.* quod procedit, etiamſi inter partes actum fuerit, ne ſocietas dividatur, quia tale pactum non valet, tanquam contra naturam & ſubſtantiam contractus, *l. ſi convenerit ff. pro ſocio.* quapropter licet ſocietati renunciare propter odium communionis, quæ eſt Mater diſcordiarum, *l. 77. §. 20. de leg. 2. l. 56. 63. §. fin. 64. 65. in pr. & §§. ſeqq. ff. de ſociet. Vitriar. lib. 3. tit. 26. §. 29. late Felicius de ſociet. c. 35.* diſſolutio tamen talis debet denunciari, & intimari omnibus his, qui cum aliquo ex ſociis jure ſocietatis contraxerunt, ne alter ſocius invitus obligetur & cum contrahentes non ſint certi, requiritur ut fiat proclama, vel ponantur edicta in locis publicis, ut pervenire poſſint in notitiam. Quod idem etiam obſervandum in caſu Inſtitoris, Exercitoris, vel factoris, quales ſolent habere Mercatores divites, ut ſi velint mandatum vel adminiſtrationem revocare, id publicè denuntient per proclamata, quò revocatio perveniat ad omnium notitiam, ne amplius cum eo contrahant. Atque debent iſta proclamata vel edicta affigi in loco publico, non clandeſtino, atque ibidem permanere, nec ſtatim tolli. *per text. in l. ſed etſi pupillus §. de quo palam proſcriptum fuerit ff. de inſtitor act.* quia aliâs deciperentur Creditores, vid. *Salgado deciſ. 30. n. 12.* ubi tamen tantum requirit publicam denuntiationem, ſi Societas ab initio ſimpliciter, ſine præfinitione temporis, eſt contracta; Quod idem etiam habet *Gometz. d. loc. n. 6, verſic. tertio modo.* præcipuè ſi ſignum Societatis adhuc in loco 45
priſtino durantis Societatis maneat affixum, ex quo Creditores facilius ad contrahendum inducuntur, quaſi ſocietas ſine ullo dubio adhuc duraret. Neque ſufficere, quod ad aliquos mercatores literæ circulares ſcribantur, & eiſdem diſſolutio Societatis notificetur, quemadmodum etiam per ſimiles literas ab initio Societatis Contractus quibuſdam mercatoribus eſt intimatus, ut ex communi juris regula, unumquodque eo modo poſſit diſſolvi, quo eſt colligatum; quia, ut prædictum axioma habeat locum, etiam ſignum Societatis debebat tolli & removeri. Et porrò ſocios Creditores excludere non poſſe ex illo principio, quaſi etiam illi Creditores eſ- 46
ſent Societatis, & reliquis præferendi. Nam quamvis ſocijs competat jus hypothecæ tacitum reciprocum in ipſorum bonis, *Carpzov. deciſ. 54. n. 20.* tamen æs alienum in ſocietate contractum ſolvendum eſt de bonis communibus *l. 27. ff. pro ſocio.* Ita quidem, ut ſocius non liberetur offerendo Capitale & lucrum, quod in ſocietate habet, ſed ad totum debitum ſolvendum teneatur *Chriſtin. deciſ. Belgica. tom. 1. deciſ. 165. n. 7. & ſeqq. Merlin. de pignor. deciſ. 100. n. 20.* & pacta Societatis ſervanda ſunt, donec conſtet de eorum injuſtitia: quæ probari debet *Anton. Thomat. deciſ. 132. n. 13. 14. 50. & 51.* & ſi ſocij ita contra- 47
hant, ut alterius capitale ſemper ſit ſalvum, atque de ſolo lucro vel annuo intereſſe participet, de damno vero & periculo ſit immunis, talis ſocietas videtur eſſe Leonina, & contra naturam contractus, qui requirit bonam fidem, ſummamque æquitatem. *l. 3. C. pro ſocio l. bona fides 31. ff. de poſit.* & magnam æqualitatem, quaſi iniquum ſit ex eadem Societate alium plus, alium minus conſequi, *l. verum 63. §. ſi cum tres 5. ff. pro ſoc.* quia Societas nihil a-



Digitized by Google

liud eſt, quàm communio lucri & damni *l. ſi unus 67. in fin. princ. ff. eod. Faber. in d. §. ſi cum tres. Merlin. in deciſ. poſt tr. de pignor. deciſ. 148. n. 7.* ut ſine communione Societas non poſſit ſubſiſtere, quamvis communio poſſit eſſe ſine ſocietate *l. ut ſit. ff. pro ſoc. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 4. c. 752. n. 9. & ſeq. Cæſar Carena reſol. 194. n. 11.* atque hinc Societas ut ſalvum ſit Capitale & lucrum certum non valet, *Ciarlin. controverſ. forenſ. lib. 3. c 232. n. 44.* ubi tamen in ſeqq. num. hanc ſententiam li-
48 mitat. Inſuper quando credita ſcripta ſunt in libris ſocialibus, tunc habentur pro creditis Societatis, quia ſocius videtur contraxiſſe nomine Sociorum, ſi id in libris ſocialibus annotaverit, *Michalor. de fratrib. deciſ. 32. n. 6. & 7.* Quod eo magis procedit, ſi Creditores cum eo contraxerint, quem ſocij adminiſtrationi Societatis præpoſuerunt per *text. in l. ſi tamen plures 4. ff. de exercit. act.* cujus hæc verba: *ſi tamen plures per ſe navem exerceant, pro portionibus exercitionis conveniuntur, neque enim invicem ſui Magiſtri videntur: ſed ſi plures exerceant, unum autem de numero ſuo magiſtrum fecerint, hujus nomine in ſolidum poterunt conveniri, & in l. ejus qui ff. de reb. cred.* etiam reſpectu contractuum ſolo nomine adminiſtratoris munitorum, *Salgado in labyrint cred. deciſ. 30. per tot. & deciſ. 2. n. 4. & 99. n. 28.* quamvis Salgado inſpectus hoc præciſè non habet.

Sed his Creditorum rationibus, varia & valida Socij oppoſuerunt argumenta; & quidem unus eorum ſe quoque Creditorem ſocietatis ex varijs documentis demonſtravit, ultra ſummam à ſe ab initio in ſocietatem depoſitam, ex quo Capite etiam ſolutionem & immiſſionem in alterius ſocij bona impetravit Juris enim determinati
49 eſt, ut ſiquidem unus creditor inſtanter urgeat ſolutionem, illi ſub prætextu reliquorum, ea deneganda vel differenda non eſt, ſi modo ſufficientem præſtet cautionem, ſe refuſurum ſi priores emerſerint, quæ ſunt verba *Mavij in tr. ad jus lubecenſ. lib. 3. tit. 1. art. 3. n. 44.* Nam etiam in concurſu aliquando fit ſolutio Creditori exigenti ex juſta cauſa, ſub cautione de reſtituendo emergenti creditori anteriori, idemque etiam operatur decretum Judicis præſervantis jus tertij, quæ ſunt verba *Salgado in labyrinth. credit. p. 2. c. 6. n. 1. & ſeqq.* præſertim *n. 9. & ſeqq.* & eſt textus expreſſus quem ibidem citat in *l. ſi procuratoris 5. §. fin. ibi: tributio autem fit pro rata ejus, quod cuique debeatur & ideo ſi unus creditor veniat, deſiderans ſibi tribui integram portionem, conſequitur. Sed quoniam fieri poteſt, ut alius quoque vel alij exiſtere poſſint mercis peculiaris creditores cavere debet criditor iſte pro rata ſe refuſurum, ſi fortè alij emerſerint creditores. ff. de tribut. action.* & *l. illud quoque 7. ff. eod.* ibi: *illud quoque cavere debet, ſi quod aliud Domini debitum emerſerit, refuſurum ſe ei pro rata.* Item *in l. ex facto quæritur, §. ſi dos filiofamilias data ſit vel tutelam adminiſtraverit, habenda erit ratio privilegiorum in actione de peculio, dilata interim reliquorum creditorum actione vel interpoſita cautione, ſi priores agant qui privilegium non habent, reſtituturi quod acceperant ſi inferatur poſtea cum parte actio privilegij ff. de peculio l. 1. & 2 ff. uſufruct. quemadmod. caveat.* Primus profectò Creditor non poteſt revocare ſoluta ſecundo creditori, ſi exigit autoritate judicis, & prior Creditor actionem quoque tantum perſonalem vel ſimilem habet ſicut ſecundus *Trentacinq. var. reſol. lib. 3. reſol. 23. n. 5. & ſeqq.*

Actores autem, qui credita ſua proſequuntur, creditores tantum perſonales ſunt, quibus à ſocio ſuum creditum exigente cautio ſufficiens præſtita eſt. Propterea conquerendi cauſam planè nullam habent, *per text. clariſſ. in l. 6. §. 7. ff. quæ in fraud.*
*credit.* cujus hæc verba: *ſciendum Julia-* 50
*num ſcribere, eoque jure nos uti, ut qui debitam pecuniam recepit, antequam bona debitoris poſſideantur, quamvis ſciens prudensque ſolvendo non eſſe recipiat, non timere hoc Edictum, ſibi enim vigilavit. Qui verò poſt bona poſſeſſa debitum ſuum recepit, hunc in portionem vocandum, exæquandumque cæteris creditoribus; neque enim debuit præripere cæteris poſt bona poſſeſſa, cum jàm par conditio omnium creditorum facta eſſet.* Ex quo textu tota deciditur controverſia. Undè *ad d. l. 6. §. 7. Brunneman.* tradit: Creditor, ſi antequam bona poſſideantur, ſuum recepit, ſivè debitor coactus, ſivè ultrò ſolverit, ceſſat hæc actio, licet ſciat debitorem alijs non ſuffecturum, quia ſibi vigilavit. *Mev. part. 3. deciſ. 88.* aliud, ſi bona eſſent à Creditori-
bus

Digitized by Google

bus poſſeſſa, nam tunc unius Creditoris non poteſt eſſe melior conditio quàm aliorum, nec validus tunc erit contractus ſuper illis bonis, *Mev. p. 2. deciſ. 222. & p. 4. deciſ. 142.*

Et quamvis regeratur, ſocium non poſſe conſiderari ut creditorem, ſed teneri prius creditoribus ſocialibus ſatisfacere. Ad hoc tamen argumentum reſponderunt ſocij, vel unus & alter eorum, ſe ſummam ſui capitalis in renovato ſocietatis contractu tanquàm creditum depoſuiſſe, pro certo & modico intereſſe annuo, ſinè ulteriori participatione vel lucri vel damni ex ſocietate. Et licet talis contractus videatur excedere naturam ſocietatis, & potius tranſire in mutuum, tamen creditores poſteriores contrà hos, qui ſibi etiam hipothecis & pignoribus providerunt, parum evincere poterunt.

51 Deindè ſi conſideremus iſtum contractum in terminis & formâ ſocietatis, prout à contrahentibus nominatus eſt, quamvis multi talem ſocietatem uſurariam & leoninam eſſe dicant, eò quod ſit contrà leges ſocietatis commodum & lucrum percipere, damnum verò effugere velle, *l. 52. §. 4. & l. 58. §. 1. ff. pro ſocio.* qualis contractus iniquus eſt, & debet reſtitui, quicquid ex eo damni ſocio contigerit, *Covarruv. variar. reſolut. lib. 3. cap. 2. n. 6. Thomat. deciſ. 132. n. 19.* & videri poteſt *Leothard. de uſur. part. 2. ſect. 7. n. 24.* qui tamen ſequenti numero *26.* tradit: contractum ſocietatis valere & licitum eſſe, cum quis pecuniam nomine ſocietatis alteri confert, eâ lege, ut ſalvâ ſorte, partem lucri, vel certam menſtruam vel annuam quantitatem titulo lucri percipiat, dummodò non excedat legitimum modum uſurarum, nam hic ſub honeſto nomine ſocietatis mutuum verè contrahitur, in quo licet ſub quocunque nomine uſuras à die contractus intra legitimum modum ſtipulari. Et quamvis multi hunc contractum exiſtiment eſſe uſurarium, attamen licitus eſt, & poteſt ſocietas talis iniri, additis duobus pactis, nimirum aſſecurationis ſortis, & certi lucri minoris, pro incerto majori lucro, dummodò hæc onera juſto pretio compenſentur, & multos tùm Theologos tùm Juris Conſultos pro ſuâ ſententia adduxit, quibus ferè omnibus *P. Giballinus uſus eſt, lib. 6. cap. 2. art. 2.* Hactenus Leotardus. Suſtinetur enim ſocietas, ut unus ſuâ ſorte ſalvâ tantum de lucro participet, *l. 29. ff. pro ſoc. §. 1.* cujus hæc verba: *ita coiri ſocietatem poſſe, ut nullius partem damni alter ſentiat, lucrum verò commune ſit; Caſſius putat ita demùm valere, ut & Sabinus ſcribit, ſi tanti ſit opera quanti damnum eſt, plerumque enim induſtria ſocij tanta eſt, ut plus ſocietati conferat, quam pecunia, item ſi ſolus naviget, ſi ſolus peregrinetur, periculum ſubeat ſolus. conſonat §. de illa. 2. Inſt. de ſociet.* & ibi *Brunnem.* citans *Covarruv. l. 3. reſol. cap. 2. n. 3. & 4. Molin. Piſtor. & Carpzov.* verba autem *Brunnemanni* hæc ſunt: poteſt conveniri, ut quis lucri tantùm partem ferat, de damno non teneatur, quando ſcilicet de finienda ſocietate agitur, ſi damnum tantum ſuperſit, non lucrum, ſi verò deducto damno lucrum ſuperſit, ut partem lucri uterque ferat, *Bachov. diſp. 8. theſ. 9. lit. B. Hartm. Piſtor. p. 1. q. 1. & 2.* damnum enim ſortis in ſe recipere poteſt accipiens ſortem mercator, qui per induſtriam quæſtuariam aliquid acquirere debet, ſi paulò ultra dimidiam, quæ aliàs ſocio debetur, partem lucri percipere debuit, quaſi exceſſus dimidij lucri ſit pretium periculi, *Covarruv. lib. 3. reſol. c. 2. n. 7.* quæ omnia habet *Brunnem. d. loc. Carpzov.* verò *p. 2. c. 30. def. 39.* dicit; quod paciſci liceat, ut alterius ſocij pecunia ſemper ſit ſalva, iſque nullum prorsùs ſentiat damnum, ſecundùm *Hartm. Piſtor. q. 1. n. 31.* nimirum ſi is, qui nullam ſentit partem damni, aliquid plus contulerit ſocietati, ſi non plus pecuniæ, attamen plus operæ, ut tanti hoc ſit, quantum damnum eſt, quâ in re multum Judicis arbitrio relinquitur; hactenus *Carpzov.* vide optimè explicantem *Gail. 2. obſerv. 24.* omnia enim dependent ex incerto eventu vel lucri vel damni, quæ conſideratio, & intentio contrahentium, ad lucrum, quod ſibi ex circumſtantijs præfigurant, omnia in contrarium argumenta facili modo elidit.

Clariſſimè inter cæteros id explicat *Sigiſmund. Scaccia in tract. de commerc. in §. 3. gloſſ. 3. n. 35. & ſeqq.* ubi ait: valere pactum, ut capitale ſit ſalvum, ſi ſolvatur ſocio pretium ſuſcepti periculi, vel loco pretij ineatur pactum de tanto minori participatione lucri, *Leſſius de juſt. & jur. lib. 2. c. 25. n. 23. & ſeq. Molin. de juſt. & jure,*

*tom. 2. de contract. diſput. 417. verſ. ut quod de hac. & ſeq.* Hæc doctrina à doctiſſimis Viris abſque ulla difficultate Romæ eſt approbata, & paſſim per Italiam in uſu, & à celeberrimis Theologiæ Profeſſoribus, per Germaniam, Italiam, Hiſpaniam, & Galliam, abſque ulla dubitatione traditur. *Leſſ. d. n. 23.* non obſtante Conſtitutione *Sixti V. incipiente, Deteſtabilis.* quia vel non eſt uſu recepta, vel non loquitur de caſu, ubi datur juſtum aſſecurationis pretium, quia contractus aſſecurationis eſt juſtus & licitus, præſertim, ſi fiat ſeparatim, & non ipſo ſtatim contractu ſocietatis. *Hactenus Scaccia.* qualis contractus hic eſt initus; *Lugo de juſt. & jur. diſput. 30. ſect. 4.* dicit, licitum eſſe contractum, ſi lucrum, quod exigitur, ſit moderatum, ut ſpe lucri majoribus compenſetur periculum, quod alter ſocius ſubit, circa ſecuritatem Capitalis.

Verùm non opus huic diſputationi inhærere, poſtquam ſocius ille, qui Creditoris etiam qualitatem ſe ſuſtinere poſſe credidit, omnia tamen debita ſocialia, tempore ſocietatis contracta, in ſe ſuſcepit, quo ipſo hæc diſputatio de ſuſcepto ſolo lucro ceſſavit. Et porrò *Carpz. deciſ. 54. n. 4. & ſeq.* ait: Socium præferri Creditoribus, qui cum uno ſocio contraxerunt, tum quia ſocio competit jus hypthecæ tacitæ in bonis ſocij, tum quia non ſocali ſed proprio nomine contraxit, ut iniquiſſimum ſit, illa credita in rationem ſocietatis venire. Inſuper publicatæ ſocietatis diſſolutio
52 per plures quinquaginta literas Circulares, ad omnes mercatores, qui cum adhuc ſtante ſocietate contraxerunt, intimata eſt, ut impoſſibile ſit, illam diſſolutionem ad aliorum, quoque notitiam non perveniſſe, Tùm verò Creditoribus ultimis, qui poſt modò ſolutam ſocietatem cum uno ſocio contraxerunt, notificatio per rerum naturam fieri non potuit, utpote quorum nec perſonæ nec nomina illo tempore adhuc fuerunt nota. Neque verò præcisè requiritur, ut notificatio diſſolutionis ſemper fiat per publica proclamata, præſertim ſi in loco, ubi ſocietas fuit, ſimilia proclamata nunquàm fuerunt in uſu, ſed ſolæ literæ circulares, pro ut hoc in caſu atteſtatum eſt productum ſequentis tenoris: *qualmente riſſolvendo una Compagnia ò ſocietà negozianti, quella terminaſſe di mutua & ſcambievole volunta, ò vero ſciolendoſi per accidente di fallimento, di uno à più Compagni, non ſia ſolito, ne mai ſtato pratticato, di publicar tal fallimento di Compagnia di Editto publico, ò ſij proclama, in detto mercantil Magiſtrato overo altrove, per le notitie che habbiamo, mà in vece eſſer ſtato pratticato coſtume di aviſare con lettere circolari de Negozianti, con quali detta Compagnia teneva corriſpondenza in altere piazze, il che per eſſere la pura verità habbiamo ſpedita la preſente con apponervi il noſtro ſolito ſigillo del Magiſtrato*, &c. cum aliis documentis ſimilibus in locis vicinis: Hoc in caſu credito- 53
res publicum proclama exigere non poſſunt, quia ſocietas ſolum per literas circulares eſt notificata, & per eaſdem iterùm diſſoluta; quemadmodùm enim ex actibus aſſociativis diſſolvitur ſocietas, ita ex actibus diſſociativis diſſolvitur ſocietas, ut contrariorum eadē ſit diſciplina, prout *Felicius* deducit *de ſociet. cap. 35. n. 1.* Neque exinde affligi à Creditoribꝰ ſocios poſſe, quod *Signum ſocietatis* poſt eam diſſolutam remanſerit in Taberna, quia Contractus ſocietatis de aliquo ſigno nullam facit mentionem, & unicuique liberum eſt aliquod in ſua taberna ſignum pro lubitu ſuo apponere, & ſanctos quoſdam patronos in eo depingere abſque eo, quod illud ſignum ſocietatem denotet, prout hic ab uno ſocio factum eſt: Atque producta ſunt in actis documenta, quod etiam ſigna ſocietatis à ſocijs concordata, nihilominùs ad centum & amplius annos relicta ſint in tabernis, quæ tamen nullam ſocietatis continuationem inferunt, ſi ſocietas alio modo, per 54
literas nimirùm Circulares, ſit diſſoluta. Atque uni ſocio non licet aliena ſigna poſt diſſolutam ſocietatem ulterius affigere, aut debita libris ſocialibus inferre, cum prohibitum ſit in alterius damnum alienum nomen aut inſigne aſſumere, *tot. tit. Cod. de mutat. nom. Menoch. de Arbitrar. caſu 318. n. 19.* ſi quæratur, apud quem finita ſocietate ſignum, das Handel-Zeichen / remanere debeat, reſpondet *Stracha de mercat. part. 2. n. 97.* apud majorem partem *Theſ. Baſil. vol. 1. diſput. 15. de mercat. concluſ. 119.*

Illud porrò certum eſt, quod quando ſocietas certis modis, & conditionibus eſt contracta, V. G. ut currere debeat ſub
*utro-* 55

Digitized by Google

*utroque nomine Pauli & Antonij*, ſicut in præſenti caſu factum, tunc ſi aliquis Creditor contraxit, illis modis ſeu conditionibus non ſervatis, alter ſociorum non tenetur, cum intentio ejus non fuerit aliter ſe obligare, niſi ſub utroque nomine, & imputandum eſt Creditori contrahenti, qui non inſpexit formam & tenorem ſocietatis, quæ ſunt verba *Commezij lib. 2. cap. 5. variar. reſol. n. 6.* ubi ait: idem eſſe in Inſtitore vel Procuratore, poſito ad tempus, vel ſub modo & conditione, ut talis præpoſitus ſocietatis, ſeu complimentarius, conſocios obligare non poſſit, niſi ſociali nomine contractus celebretur, *l. fin. ff. de exercit. act. l. ſi ſocij. 28. & l. jure ſocietatis 82. ff. pro ſoc.* cujus hæc verba: *jure ſocietatis per ſocium ære alieno non obligatur ſocius, niſi in communem arcam pecuniæ verſæ ſint, Rota Genueſ. deciſ. 13. n. 20. Ubald. de duob. fratr. p. 9. n. 5. Mantic. de tacit. lib. 6. t. 22. n. 4. Theſſaur. deciſ. 136. n. 5. & 7. Salgado in Labyrinth. cred. & annexis deciſionibus. deciſ. 30. n. 8. & ſeqq. Michalor. de fratr. p. 2. C. 48. n. 1.* ubi ait;
56 Socium contrahendo alium ſocium non obligare, *per textus ſuprà cit.* ac ideò, pro debito ſocij non poſſe agi contrà ſocietatem. *Merlin. de pignor & hypothec. lib. 2. t. 2. q. 76. n. 16. & deciſ. 139. n. 27.* ubi tradit: conſiderandum eſſe, quomodo ſit concepta obligatio, quia facta eſſe debet intuitu & nomine ſocietatis, ſecùs, ſi non nomine ſociali, quia non obligaret conſocios nec ſocietatem, citans *Oſaſcum deciſ. 150. Burat deciſ. 113.* Inſuper tradit *Cæſar Carena reſol. 194. n. 16.* quod ſi ſocius nomine proprio ſe obligat, nulla ratio, nulla æquitas ſuadere poſſit, quod alter ſocius eſſet obligatus, etiamſi conſtaret de durante ſocietate, cum agatur de debito nomine proprio contracto, niſi ſocietas eſſet Univerſalis omnium bonorum, allegans ſupra citatos textus, *Felicium in tr. de ſociet. c. 30. n. 4. verſ. primo caſu;* ubi iſte ait: aut ſocius contrahit nomine, aut nomine ſociali: Primo caſu ipſe contrahens ſolus obligatur, per textus citatos, & multas autoritates. Secundo caſu advertendum eſt, ad ipſam ſocietatis formam, an contractus pertineat ad ſocietatem. Ideò qui contrahit cum ſocio, cautus eſſe debet, ut inſpiciat ſocietatis formam, an in ea appareat, quatenùs autoritatem habeat obligandi alios, quia, non inſpecta forma, ſibi imputare debet, ſi ſocius contrahens alios obligare non potuit, *Felic. d. loc. cum alijs citatis Manlius in tr. de ſociet. tit. 6. n. 9.* docet: ſocius obligat ſocium in Contractibus geſtis nomine ſocietatis, non verò in celebratis nomine proprio, niſi quatenùs ex illis ſocietas locupletior facta eſſet & unus ſocius ſecundùm pacta in ſocietate conventa contraxit, ſecus non. *Aut. Thomat. deciſ. 270. n. 7. 9.* Itaque Creditores iſti non debebant cum uno ſocio, ſub ſolo ipſius nomine, contrà formam & Conditionem ſocietatis contrahere, ſed nomine totius ſocietatis ſecuritatem ſuam quærere, cum ille utique in culpa ſit, qui conditionem ejus, cum quo contrahit, ſcire non quærit, *l. qui cum alio ff. de reg. jur.* quia 57
contrahens informare ſe debet de qualitate ſocietatis, *Felic. de ſociet. c. 21. n. 93.* & non excuſatur, ſi ignorat, ſub qua forma & lege fuerit Inſtitor præpoſitus, & contraxit forma vel lege præſcripta non obſervata, *Mantic. de tacit lib. 6. t. 22. n. 9.* citans *Decian. & Pariſ.* nam in ſocietate forma præpoſitionis obſervanda eſt, *Merlin. deciſ. 139. n. 6. Salgado deciſ. 30. n. 9. & 10.* quia attendendæ ſint *literæ oblatoriæ* 58
uti vocant, denuntiantes ſocietatem contractam) in ratione apecitionis bancariæ, ut ibidem ait allegando *l. etſi pupillus §. de quo palàm. ff. de Inſtit. act. Caſtrenſ. p. 1. conſil. 104.* & præjudicium Rotæ Romanæ *de 12. Decemb. 1644.* quia ſocietas regulatur ex conventione partium, & ejus ſubſtantia in conſenſu partium conſiſtit, ultra quem non extenditur, *Mar. Giurba ad Statut. Meſſanenſ. c. 1. gloſſ. 5. n. 17. 18. & Gloſſ. 3. n. 6.*

Hoc enim eſt rationi conforme, quod 59
ubi ſocietas particularis ad certam ſummam initur, ſub communi nomine ſociorum, atque iſti ſocij de reliqua ſua ſubſtantia ſeparatam exercent negotiationem, quod talis negotiatio, quam quiſque proprio & particulari nomine exercet, ſocietatem afficiat.

Atque hinc eſt, quod ſi Complimentarius ſocietatis, vel conſocius, proprio ſuo nomine contractum firmet, non communi, tunc non alij ſocij, ſed ipſe ſolus obſtringatur, *Grev. ad Gail. lib. 2. concluſ. 24. conſid. 2. n. 10.* ubi tradit: quando alter ſociorum ſub ſuo proprio nomine, non verò ſo-

Digitized by Google

ſocietatis, contrahendo ſe obligavit, non obliget alterum ſociorum Creditori, quamvis ſocietatis inſtrumento eſſet inſcriptum, omne quod per ſocios agetur, contractum cenſeri debere, ac ſi ab omnibus factum eſſet, & ita determinaſſe Senatum Pedemontanum apud *Theſſaur. deciſ. 136. n. 7.* niſi Creditor probare poſſet, rem creditam in uſum utilitatemq; ſocietatis verſam eſſe.

60 Dominus enim quidem tenetur de contractu Inſtitoris, ſed circa id tantum ad quod *præpoſitus eſt*, *Brunnem. ad l. 5. de inſtit. act. n. 4. Gail. 2. obſ. 21. n. 7.* fundamentum actionis exercit. vel inſtitor. eſt contractus cum inſtitore vel Magiſtro initus. *Struv. de exercit. act. n. 8. & 10.* ubi ait: datur hæc actio illi, qui cum Magiſtro navis contraxit, ejus rei nomine cui præpoſitus fuit. *l. 1. §. 3. 7. 10. & seqq. l. 3. de exercitor. act.* proinde à contrahente cum Magiſtro lex & forma præpoſitionis diligenter eſt obſervanda, quam ſi egreſſus fuerit non obligatur exercitor *d. l. 1. §. 12.* aſt unde conſtabit modus iſte præpoſitionis? inquirere in eum debet contrahens ex mandato Domini, quod oſtendere debebit Magiſter, *d. l. 1. & l. ult. §. 1. in fin. ff. de exercit. act.* Non enim ex omni contractu Magiſtri tenetur exercitor, ſed ſi ejus rei nomine contraxit, cujus rei gratia præpoſitus eſt, nam præpoſitio certam legem dat contrahentibus, & ſi Magiſter exceſſit formam mandati, Dominus non tenetur. *Afflict. deciſ. 82. n. 3. Gail. lib. 2. obſ. 20. n. 8. Carpzov. part. 2. deciſ. 133. Sichard. ad rubric. Cod. de exercit. act. Peretz. ad eund. tit. n. 12. Rota Genuen. deciſ. 14. n. 100. Tuſch. concluſ. 22. n. 36. lit. l. Surd. conſ. 326. n. 12. Brunnem. ad l. 1. de exercit. act. n. 8. & 9.* Habet enim Inſtitor vel Magiſter aliquando generale mandatum, aliquando verò ſpeciale, id quod contrahentes cum illis diligenter obſervare debent, quia non datur actio niſi illi, qui ſecundum legem & formam præpoſitionis cum illo contraxit. *l. 5. §. 11. & 12. l. 11. §. 5. l. 15. ff. de Inſtit. act. & ibid. Vitriar. in jur. Civ. l. 4. tit. 7. §. 58.*

*Franciſc. Niger Cyriacus Controverſ. forenſ. 592. n. 14. & ſeq.* ait: propius accedendo ad rem, & recedendo à generalibus, moveor, quia ſocijs unus non obligatur ex facto vel promiſſione alterius, *l. jure ſocietatis ff. pro ſocio*, quia ſocius contrahendo non poteſt diſponere niſi de parte ſua, & eam obligare, non autem partem ſocij. *l. nemo, ex ſociis 68. ff. pro ſoc.* cujus hæc verba: *nemo ex ſociis plus parte ſua poteſt alienare, etiamſi totorum bonorum ſocij ſint, l. ſi ſocius id. in fin. ff. de reb. credit. & ſi cert. petat. l. ſi unus ex ſociis. ff. de ſervit. ruſtic. prædior.* & in dubio intelligitur quis contrahere, de jure tantùm ad ſe ſpectante, ut proindè ſocius non obliget ſocium, prout ex profeſſo reſponderunt *Pariſ. vol. 1. conſil. 93. Thomas Boetius conſ. 24. Cephal. conſ. 635. Cupan. conſ. 8. Riminald. Jun. conſ. 331.* quod procedit, etiamſi ſocius habeat facultatem obligandi ſocium, quia nihilominùs, ſi contrahat nomine proprio, non autem ſocietatis, obligat tantum ſeipſum, & non conſocium, ita ut præpoſitus negotiationi, ſi non nominaverit ſocietatem, ſed tantum nomine proprio contraxerit, nullo pacto præjudicet ſocio: hucusque *Ciriac. ſupra cit. loc.* Idem tradit *Olea. de ceſſion. tit. 4. q. 8. n. 33. Marta tom. 3. ff. verb. ſocius. Gratian. diſcept. forenſ. 632. n. 6. Carpzov. deciſ. 54. n. 4.* ait: iniquiſſimum eſt, ut quod proprio nomine facit, in ſocietatis rationem veniat. *l. ſi unius 67. §. 1. ff. pro ſoc.* quod confirmat præjudicio, quia alter ſocius non obligatur Creditori, niſi pecunia in communem ſocietatis uſum verſa ſit, *l. 52. ff. eod. Fab. in Cod. lib. 4. t. 27. definit. 2. n. 1.* atque hinc ſocius creditoribus alterius ſocij præfertur *Carpzov. d. loc. n. 9. & ſeq.* Inſuper *Tulden. in Cod. lib. 4. tit. 10. n. 6.* docet: ſic judicatum eſſe, quod ſocius pro ſocio non obligatur, niſi pecunia non tantùm in rem ſocietatis verſa, ſed & diſertè credita ſit, non aliàs, etiamſi nomen hoc ſocius debitor in libris ſocialibus annotaſſet ut commune, vel mandatum accipiendæ pecuniæ habuiſſet, ex *Deciſ. ſupremæ Curiæ Holland.* nam præſumitur ſocius ſolus ſuo nomine contrahens noluiſſe obligare ſocietatem, ſed ſe ſolum, quod & ita accipiendum eſt, *Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 22. n. 5.* ubi refert ita eſſe deciſum, *Michalor. de fratrib. c. 48. n. 10.* Socius verò Univerſalis non poteſt proprio nomine contrahere, quia ſocius omnium bonorum tenetur omnia acquiſita communicare, *Carena reſol. 238.* ſed in ſocietate particulari omnia ſuperius dicta tantò magis inveniunt locum, ſi jàm anteà ſocius iſte contrahens 61

diſ-

diſceſſit à ſocietate, & ejus diſſolutionem omnibus correſpondentibus notificavit, atque ad novam cum alio initam ſocieta-
62 tem eos invitavit. Tandem ſocius qui nihil geſſit, prius conveniri non poteſt, quàm ſocius adminiſtrator ſit excuſſus *Theſſ. Baſil. vol. 1. diſp. 15. lit. l. 1. per text. in lege actione 65. §. ſi communis ff. pro ſocio & ibid. Fulgos. Socin. vol. 1. conſ. 24. n. 42. Rota Genuenſ. deciſ. 46.* Itaque ſocius conventus 63
ab actione abſolutus, & creditores ad illum debitorem remiſſi ſunt, cum quo contraxerunt.

***

---

# *Liber II. Titulus XXXX.*

## De

# *RE JUDICATA.*

### SUMMARIA.

1. *Refertur caſus inveſtituræ abuſivæ & ſimultaneæ.*
2. *Effectus rei Judicatæ.*
3. *Quænam exceptiones obſtent rei judicatæ.*
4. *Sententiam ex falſis præſuppoſitis vel documentis latam, eſſe ipſo jure nullam.*
5. *Gratia eſt ſtrictè interpretanda, quando agitur de præjudicio tertij.*
6. *Debitum nullum ſubſiſtere ſine cauſa debendi.*
7. *Citationem tempore feriarum reddere proceſſum nullum.*
8. *Nihil nocere in inſtrumento omiſſionem loci, & dati, vel ſubſcriptionem, ſi ſaltem appoſitum ſit ſigillum.*
9. *Caſſatio inſtrumenti non præſumitur, etiamſi copia ejus ſit ſciſſa.*
10. *Inſtrumentum publicum facit plenam probationem.*
11. *Denuò confirmatur effectus rei judicatæ.*
12. *Limitatur ſi ſententia notoriè ſit injuſta.*
13. *Diſtinctio inter Suprema Judicia & Inferiora quoad rem judicatam.*
14. *Aliàs ſententiam manifeſtè iniquam retractandam eſſe.*
15. *Quæ ſententia dicatur notoriè injuſta.*
16. *Sententiam ex falſa cauſa nullam eſſe.*
17. *Æquiùs eſt illi ſententiæ adhærere, quæ melioribus fulcitur rationibus.*
18. *Dominum feudi, in præjudicium Vaſalli, abuſivè ſeu ſimultaneè inveſtiti, feudum onerare non poſſe.*
19. *An Vaſallo ambuſivè inveſtito competat dominium & rei Vindicatio.*
20. *Quis ſit effectus implorationis officij Judicis.*

INveſtivit Dominus directus, vivente adhuc vaſallo decrepito & improli, alium de feudo, tali modo, daß er und ſeine Erben ſolche Güter / nichts darvon außgenommen / mit allem Recht und Gerechtigkeiten / neben dem noch lebenden vaſallo, als convaſallus in ſimultaneâ inveſtiturâ ſeyn und bleiben ſolle / und wolle der Lehenherr diſer Lehen wegen ſein rechter Bekenniger / Herr und Wehrer ſeyn / deßwegen er und ſeine Nachkommen deß Lehenherrn getreue Lehenleuth ſeyn / und deß Lehenherrn Nutz und beſſer befürderen / und Nachtheiliges wenden ſollen / deßwegen ſie ihme gebührliche Gelübd und Eyd gethan. Exſurrexit creditor proferens obligationem & hipothecam ſibi poſt hanc inveſtituram in feudo conſtitutam. Inſtituta actio, variæ ſubſecutæ ſententiæ à judicibus variis. Indè contrà ulteriorem proceſſum objecta exceptio rei judicatæ, cujus effectus eſt, ut litis ingreſſum
impediat, & actionem à limine judicij re- 2
pellat, *l. 1. ff. de R. I. Zanger. de except. p. 3. c. 17. n. 109.* ut proindè nec Imperiali reſcripto res judicata reſuſcitari poſſit. Licet enim contrà eam obmoveatur, quod per ſub- & obreptionẽ fuerit obtenta qualis ſententia ſit ipſo jure nulla, utnunquam effectum rei

judicatæ ſortiri poſſit, *l. 19. ff. de appellat. l. 1. C. de ſentent. ex præfic. recit.* & ſententia lata contra Vaſallū, ſi non ex tali jure, quod etiam Agnatis obſtat, lata ſit, agnatis nō obeſt, *Struv. Syntag. jur. feud. c. 12. aph. 8. n. 8.* ubi ait, aut per *ſententiam ablata eſt res feudalis poſſeſſori ex tali jure, quod etiam Agnatis obſtat, & tunc ipſis ſententia nocet: ſi verò ex jure quod ſolius poſſeſſoris perſona obſtat, & tunc agnatis non obeſt. Idem* tradit. *Roſenthal. de feud. C. 9. n. 1. concl. 27. n. 14.* & nullitas notoria, utpotè quando ſententia contrà leges lata eſt, impediat executionem uſque ad 30. annos *l. feriatis ff. de ferijs* & ibi Jaſon prout etiam poſt judicium cœptum ex l. diffamari, nulla exceptio dilatoria vel declinatoria fori per tranſitum ad aliud judicium allegari poſſit, tamen hodie ſecundum quotidianam praxin & receſſum Imperij de *Anno 1654.* §. *121.* ſententiam talem non eſſe ipſo jure nullam, ſed remedio appellationis reſcindi debere; Cum tamen nulla appellatio hic ſit interpoſita, ſed ſola leuteratio, & eadem poſteà pro deſerta declarata.

3 Sed his non obſtantibus Dominus Actor iterum Leuterationem interpoſuit à ſententia, ex rationibus ſequentibus adductis: nimirum quod res judicata non poſſit quidem revocari, ſi judicata ſint valida, non autem ſi invalida, & nulla, ſiquidem exceptio rei judicatæ tum demum competit, ſi de eadem quæſtione lis moveatur, de qua extat terminatio, hic verò in judicio priori alia quæſtio tractata ſit, quam in judicio altero. Atque illic ultrà petita eſſe pronuntiatum, cum ſola quæſtio fuerit de judicio competenti, ipſi verò pronunciaverunt in cauſa Principali, unde inſanabilis proveniat nullitas, præſertim cum de aliis ſummis in judicio primo ſit tractatum; Inſuper ſententia ex erroneis præſuppoſitis lata eſt ipſo jure nulla *tot tit. C. ſi ex falſo inſtrum.*
4 *l. 33. ff. de re jud.* Apparere verò conſenſum erroneum, qui propterea corrui ob relatum falſum. Quamvis enim actor ſuſtinere velit, ex gratia id ſibi attributum eſſe, tamen gratia ſtrictè in-
5 terpretanda eſt, quando agitur de jure tertij, ita ut quando tertius exinde poſſit lædi, non proſit impetranti, ſed pro ſub- & obreptitia, imo de jure nulla, perindeque habeatur, ac ſi impetrata non eſſet, *l. 2. & l. 3. C. de precibus Imp. offer. Nov. 82. c. 12.* quam comprobat *Pontifex in C. ſuper eo x. de crim.* in tantum ut illi, qui reſcriptis gratiæ ſe læſum ſentit, non ſit opus, ut præſcriptionem mendaciorum aliamve exceptionem opponat, cum non neceſſe ſit huic rei exceptionem opponere, quia ipſo jure nulla eſt, *l. 9. C. de except. l. 27. §. 2. ff. de pact.*

Cum etiam debitum nullum ſubſiſte- 6
re poſſit, ſinè cauſa debendi, utpote cui ſemper obſtat exceptio doli, *l. 2. §. 3. ff. de doli mali except.* & ſi de cauſa debiti certi & liquidi, quid, quale, quantumque ſit, non conſtat vel apparet, in effectu nihil eſt probatum, quantumvis ſtipulatio intervenerit, & deſuper inſtrumentum confectum fuerit *per text. in l. 25. §. ult. ff. de probat. l. 13. C. non num. pecun. l. ult. C. de Compenſat. c. 14. x. de fidei. inſtrum.*

Et quia reus citatus eſt tempore fe- 7
riarum, quæ omnibus proſunt, *Weſenb. in Comment. ad tit. ff. de feriis* & officium Judicis illo tempore quieſcit *l. ult. C. de jud. l. ſive pars C. de dilat.* proceſſum etiam ex eo capite eſſe nullum & invalidum, *Pariſ. 13. conſ. 106. n. 1. Vant. de nullit. ex defect. juriſdict. n. 157. Rot. deciſ. 37. n. 2. de appel. antiq.* ut neque partium conſenſu ratificari queat. *Bald. in d. l. ſive pars. Lancellot. de attent. dilat. pend. n. 5.* Neque etiam ſpatium temporis nimis eſt coanguſtandum, *auth. qui ſemel C. quandò & quomod. Judex. Novel. 112. cap. 3.*

Nihil etiam nocere omiſſionem dati 8
& loci in inſtrumento, quia locus quoad contractum nuda & mera circumſtantia eſt, quæ nec ad eſſe, nec ad bene eſſe pertinet, *Felin. in cap. 1. X. de fidei. inſtrum. n. 6.* niſi in dato & loco maximum totius rei momentum conſiſtat. Adeò ut nec in teſtamentis, in quibus major ſuſpicionum campus, quam in contractibus eſſe ſolet, omiſſum datum & denominatio loci nullam in jure notabilem ſuſpicionem arguat. *Marta in l. hac conſultiſſima §. imperfecto. n. 36. c. 17. & n. 31. in authent. quod ſivè. C. de teſtam.* Undè minus obſtat, quod nullus ex Capitularibus conſenſum ſubſcripſerit, ſed ſolum appoſitum ſit Sigillum, quia in jure paria ſunt

ſunt ſubſcribere vel ſigillare contractum. *Bald. in rub. de fid. inſtrum. n. 41.* & ſigillum ex conſuetudine plenè probat, *Zaſ. vol. 1. conſ. 1. n. 2.* actus namque pro perfecto habetur, quando ſigillum eſt impreſſum. *Remald. in l. pacta noviſſ. in fin. C. de pact. Caſſan. in conſuetud. Burgund. in fin. n. 6.* imò plus operatur ſigillum quam ſubſcriptio, *Cartenſius in l. admonendi n. 117. ff. de jur jur. Cravett. de antiquit. temp. §. quaritur. n. 44.* Idemque operatur quod ſubſcriptio, & plenam fidem facit. *Guido Papa deciſ. 175.* Imò ſola ſigillatio ad demonſtrandum conſenſum & voluntaem ſigillantis ſufficit, *Schurff. conſ. 17. n. 12.*

9 Quod autem objicitur, quod Copia inſtrumenti producta ſit per medium ſciſſa, ideo conſiderati non potoſt, quia caſſatio inſtrumenti, utpote facti, non allegunda tantùm, ſed probanda eſt, *per vulgata*, aliàs inſtrumentnm publicum producit evidentiſſimam, & notoriam

10 probationem *cap. licet cauſ. X. de probat.* & evidenter conſtare dicitur; quod apparet ex inſpectione Inſtrumenti, & hinc inſtrumentum Principis ſigillo confirmatum probata eſt probatio. Prout etiam caſſatio invita altera parte fieri non potuit, cum natura contractuum & diſtractuum eadem ſit, ut proindè, quod mutuo conſenſu perfectum eſt, viciſſim mutuo diſſenſu, non verò altera parte neſciente, diſſolvi debeat.

Sed quidquid in contrarium dicatur jura noſtra ſtatuunt, quod res judicata effectu carere non debeat, quod ha-

11 beatur pro veritate, quòd reiterata actio exceptione rei judicatæ ſtatim repellatur. *Vorburg. in Encyclop. ſuper Theſ. Baſil. verb. res jud.* quia ſententia executioni mandari debet, etiamſi injuſta ſit, & contra jus partis iniquitatem contineat, *Mev. p. 4. dec. 279.* ſuſtinetur enim *per text. l. penult. ff. de juſt. & jur.* ſi non interna, ſaltem externa ratione, propter autoritatem judiciorum, tum propter odium litium, quas tempeſtivius finiri Reipublicæ intereſt, *l. 33. ff. de re jud. tot. tit. C. ſi ex fals. inſtrum. Zaſ. ad rubr. de re jud. Habn. in Comment. ad Weſenb. ff. de re jud. n. 8.* niſi ſententia ſit nulla; utpote directè contra jus conſtitutionis, vel proceſſus ſubſtantialia prolata, *d. loc. Vant. de nullit. ſent. Mynſ. 4. obſ. 64.*

Si enim pars, contrà quam lata eſt ſententia, non appellat legitimo modo, vel appellationem deſerat, ſententia tranſit in rem judicatam, ut retractari amplius non poſſit, ſi aliàs de jure ſubſiſtat, *C. quod ad conſultationem. 15. de re jud. Speckhan. cent. 3. q. 20. n. 4.* quia debitor exceptione rei judicatæ tutus eſt, ſi eadem res, inter eaſdem perſonas, ex eadem cauſa petatur. *Gail. 1. obſ. 70. n. 16.* Cum talis intra tempus conceſſum non appellans, acquieſcere ſententiæ latæ, per juris interpretationem, cenſeatur, neque illa pars, contra quam lata eſt ſententia, ampliùs admittatur, ſi iterum productis actis, vel alia ratione, probare velit, ſententiam contra ſe latam injuſtam fuiſſe, prout deſumitur ex *Cap. cum inter. 13. de re jud.* quia res judicata, præſumptione juris & de jure, pro veritate habetur, ita ut etſi prætextu privilegij, in judicio quidem exhibiti, ſi tamen contra illud ſententiam impugnare velit, non audiatur, *Cap. ſuborta. 21. de re jud.* quia ſi contra exhibitum privilegium judicatum fuit, præſumitur invalidum illud agnitum fuiſſe, aut revocatum ab eo, qui jus revocandi habet.

Sunt tamen aliqui caſus, in quibus etiam, poſtquam ſententia tranſijt in rem judicatam, pars victa auditur, & ſententia retractari debet, ſi notorium ſit ſententiam eſſe injuſtam, per *cap. inter cæteras de re jud.* ubi ſententia notoriè in- 12
juſta non valet; quia duo copulativè ad eam requiruntur poteſtas judicantis, & juſtitia cauſæ, *Fagnan. in C. enim poteſt. de re jud. n. 6.* vel ſi à Judice admiſſa fuit exceptio & probatio contra latam ſententiam, debet ſuper ea exceptione ferri ſententia, etſi injuſta fuerit ſententia, hæc retractari *P. Pyrrhing ad jus Canon. tit. de ſentent. & re judic. ſect. 2. §. 1.* ſententia enim contrà jus litigatoris, quæ in rem tranſit judicatam, ſi erronea eſt, & æquitas ſuadet, retractanda eſt, & ita Stylus Curiæ Parlamenti obſervat, ex *deciſ. Gratianopolitana*



Digitized by Google

*Zana Guidonis Papæ. 369. Marta ff. noviſſ. tom. 1. Verb. res judicata. cap. 6.*

Et ſi poſt rem judicatam jura producta ſunt, & multa alia facta, illi renunciatum cenſetur, quoniam appellare opus erat, & generalis proteſtatio non ſufficit, ex deciſione *Rot. Rom. part. 3. lib. 3. deciſ. 114.* cum enim quis patitur, examinari ea, ex quibus de ſententiæ injuſtitia apparet, rei judicatæ renuntiaſſe videtur, quam etiam Princeps per ſuum reſcriptum revocare potuiſſet, nam etſi proteſtatus fuerit de re judicata, nihilominùs ab illa receſſum fuiſſe concluſum eſt, *ex deciſ. Rota Rom. 202. p. 2. Marta d. loc. c. 8. & 9.* Idem tradit *Chriſtin. ad leg. Meklin.* quod ſententiæ non validè ritè ac rectè latæ, ſi ſcilicet notoria ſit nullitas vel iniquitas, executioni mandari non debeant, *tit. 1. art. 30. n. 11. Marant in ſpec. p. 6. n. 3. Rebuff. de ſent. execut. art. 17. gloſſ. 1. n. 4. & idem Chriſtin. vol. 1.*
13 *deciſ. 297. n. 32.* tradit, quod ſi agatur de executione ſententiæ injuſtæ vel nullæ, diſtinguendum ſit, an ea lata fuerit à Supremo judice, vel ab inferiore; nam ſi à ſupremo, propter autoritatem judicantis ſententia ejus ſive juſta, ſive injuſta fuerit, mandabitur executioni, ſed inferiorum judicum ſententiæ iniquæ executioni non mandantur, tam de jure quàm de ſtylo, *ex deciſ. Rot. Rom. 84. & 85. in noviſſimis Roberti.* Nec vana vel injuſta eſt hæc diſtinctio. Sufficientia enim in Conſtitutionibus Imperij & jure communi conſtituta ſunt adverſùs latas ſententias remedia, appellationis, reſtitutionis in integrum, nullitatis, reviſionis, Syndicatus: quæ tamen certis coarctantur fatalibus. Quæ ſi pars gravata non obſervet, propter quietem publicam, quæ perpetuis litibus turbatur, ab omni poſtea recurſu contra ſententias Supremorum Tri-
14 bunalium repellitur. Aliàs quod ſententiæ in rem judicatam prolapſæ, retractari nihilominus poſſint, tradit *idem Chriſtin. in Cod. lib. 7. tit 50. n. 4. Tulden ad. eund. tit.* Et quod per ſententiam iniquam condemnatus quis dici non poſſit, textus clarus eſt *in l. 4. §. 6. ff. de re judic.* cujus hæc verba: *condemnatum accipere debemus eum, qui ritè condemnatus eſt, ut ſententia valeat, cæterùm ſi aliqua ratione ſententia nullius momenti ſit, dicendum eſt, condemnationis verbum non tenere.* Atque hinc eſt, quod notoria ſententiæ injuſtitia ſine appellatione cauſam ad ſuperius tribunal devolvat, ſi gravatus eam ex actis ſtatim manifeſtam facere offert. *Mev. p. 4. deciſ. 115.* ubi in hoc caſu nullitatem & iniquitatem vel injuſtitiam comparat, quod eundem effectum habeat, & judicem æquum movere debeat, ut conquerentem de manifeſta injuſtitia audiat, qui ideo ab inferiori cauſam avocare, legere & ſuper iis de querela ſtatuere debet, cum judicis ſuperioris officium ſit, ut injuſtè gravatis, ubi gravaminis iniquitas eſt manifeſta, ſuccurrat, quæ ſunt verba *Mev. per tot. deciſ. citat. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 1. quæſt. 90. n. 9. Brunneman. in d. l. 4. ff. de re jud. Lancellot. de attent. C. 17. num. 99. Et Niger. Cyriacus Controverſ. forenſ. 680. num. 12.* tradit: ſententiam dici no- 15
toriè injuſtam, quando ejus iniquitas deprehenditur ex actis, maximè quando ſe refert ad ea quæ detegunt injuſtitiam, *Surd. conſ. 324. num. 2.* & idcirco non poteſt tranſire in rem judicatam, ſed potius eſt nulla, ut latè probat *Surd. d. loc. conſil. 62. num. 24. & 52. & conſil. 223. num. 6. & conſ. 354. num. 14.* neque unquam ex ſententia notoriè injuſta datur exceptio rei judicatæ *Cyriac. d. l. num. 13.* imò contra rei judicatæ exceptionem in dubio eſt pronuntiandum *Cyriac. controv. 591. num. 88. Gratian. deciſ. 18. num. 18.* notoria injuſtitia impedit executionem etiam trium conformium ſententiarum. *Buratt. deciſ. 251. num. 9.* ubi refert ita judicatum, *13. Martij 1581.* atque addit idem Actor *deciſ. 458.* quod res judicata proveniens ex ſententia, quæ non juſtificatur, non ſit exequenda, & *in aliis multis deciſionibus.*

Quin imò quia Judex inferior ex falſis inſtrumentis ſententiam protuliſſe dicitur, ſententia per ſe ipſa corruit; nam etiamſi res judicata pro veritate habeatur, & de non ente ens facere dicatur, non aliter tamen hoc obtinet, quam ſi ex vera 16
cauſa ſententia fertur, ſi enim falſa cauſa ſententiæ originem dedit, ſive ſi in quo

Digitized by Google

quo Judex illam fundat, nullum & falſum reperiatur, ſententia non valet, nec res judicata effectum habet, ſi ejus cauſa ceſſat. *Mev. p. 3. deciſ. 104. per text. in l. ult. C. ſi ex falſ. Inſtrument.* Quibus accedit, quod transmiſſio Actorum ſententiam antea latam faciat nullam, *Mev. p. 3. deciſ. 68. per l. 55. ff. de re jud.* nec obſtat Decretum quatuor Facultatum Juridicarum, quia æquius eſt illi ſententiæ adhærere, quæ melioribus rationibus fulcitur, etiamſi vel Imperator ipſe in con-
17 traria eſſet ſententia *l. Æmilianum ff. de minor.* & ibidem *Angel. Dec.* quia non numerandæ ſed ponderandæ ſunt ſententiæ, ut deducit *Hartm. Piſtor. lib. 1. q. 30. num. 25.* Atque non deeſt alteri quoque parti reſponſum univerſitatis, & deciſiones plurimorum Doctorum.

Ampliùs, quod objectum eſt de debito cum conſenſu Domini feudo inherente, nullum quoque hic habet locum, quia ſuppoſita exſpectantia ſeu inveſtitura abuſiva debitum antecedente, Dominus in præjudicium Vaſalli feudum onerare non poteſt, quia tenetur poſſeſſionem vacuam & omnem utilitatem Vaſallo præ-
18 ſtare *2. feud. 7. §. fin. Struv. de feud. Cap. 8. §. 9.* Neque obſtat objectio, quod Vaſallo abuſivè inveſtito rei vindicatio non competat, quia Dominium per abuſivam inveſtituram non transferatur, ſed ſolum naſcatur actio perſonalis, & ſic actor Dominium, tanquam eſſentiale requiſitum rei vindicationis, probare non poſſit, cum ex ſententia communiori inveſtitura abuſiva non tribuat actionem realem inveſtito, præſertim contra ter-
19 tium, *Roſenth. de feud. c. 12. conclu. 11. n. 24.* quia poſſeſſionem nullam Vaſallus habuit, & propterea tantum jus ad rem, & actio perſonalis ipſi competit. *Roſenthal. c. 6. concluſ. 11. n. 2. Gail. 2. obſerv. 152.* Et hinc ſi duo inveſtiti ſint de eodem feudo, ſecundus, ſi primus poſſeſſionem adeptus ſit, alteri non præfertur, ex *l. 15. l. de rei vind. Mynſ. 4. obſ. 61. n. 15. Struv. de feud. c. 8. n. 10. Zæſ. de feud. c. 6. n. 6.*

Alij tamen contrarium tenent, quod Inveſtitura, ſive ſit vera, ſive abuſivia, ſit modus acquirendi Dominium, & tribuat jus in re; *Schilter. de ſimultan. inveſtit. in pr. Uffelman. de Grat. Exſpectativ.* quia textus Juris feudalis indiſtinctè loquuntur, *2. feud. 1. in fin.* in verbis: *feudum neminem poſſe acquirere, niſi inveſtiturâ aut ſucceſſione.* & *2. feud. 38. in princ.* in verb. *ſciendum eſt itaque feudum acquiri Inveſtitura*, nec non *2. feud. 88.* ibi: *quicunque igitur beneficium per inveſtituram acquiſiverit ſine poſſeſſionis traditione.* Igitur Vaſallus Inveſtitus poteſt rem feudalem à quolibet poſſeſſore vindicare, *2. feud. 8.* ibi. *rei autem per beneficium rectè inveſtitus Vaſallus hanc habet poteſtatem, ut tanquam Dominus poſſit à quolibet poſſidente ſibi quaſi vendicare*: ubi vide Gloſſam de quaſi Dominio & utili vendicatione, & textum in *2. feud. 43.* & *1. feud. 14.* Inveſtitura enim abuſiva eſt ficta traditio, *Finckelthauſ. de feud. diſp. 7. concluſ. 3.* operatur jus in re, & Vaſallum Dominum rei feudalis efficit, *Gudelin. de feud. c. 5. & c. 9. n. 2. Rhet. de feud. lib. 1. tit. 3. n. 1. & ſeqq.*

Quinimo etiam retentâ ſententiâ, quod inveſtitura abuſiva actionem realem Vaſallo non tribuat, tamen illa opinio limitatur, ſi concedens ſit Princeps, & ſi concedat per viam gratiæ motu proprio, & propter bene merita *Roſenth. c. 6. concluſ. 9. & concl. 10. Gail. 2. obſ. 55. per tot.* Et transfertur dominium per traditionem Inſtrumentorum, literas videlicet Inveſtituræ *Gail. 2. obſ. 152. n. 15.* & ibid: *Grev. Cothman. vol. 4. reſp. 4. n. 278. Mindan. de interdict. c. 29. n. 26. & 62.* atque Vaſallus præfertur poſſidenti poſteriori, ſi ſimultaneè cum defuncto fuit inveſtitus. *Roſenth. c. 6. concl. 12. n. 6. Rittershuſ. de feud.* Quæ requiſita omnia in hac inveſtitura reperiuntur, dum Vaſallo extraditæ ſunt literæ inveſtituræ, præſtitum ab ipſo juramentum, in præſentia teſtium, ſimultaneè cum Vaſallo adhuc vivente, tali forma eſt inveſtitus: Daß er/und ſeine Erben als Convaſalli, und alſo in ſimultanea inveſtitura ſeyn/ und nach Abſterben deß N. veri Vaſalli & poſſeſſores ſeyn und bleiben ſollen/ und wolle der Biſchoff diſer Lehe wegen/ ſein rechter bekenniger/ Herr und Wehrer ſeyn.



Digitized by Google

Ex quibus verbis apparet, Actorem, etiamſi alias dubium ſupereſſe potuiſſet, ſecundum limitationes à *Roſenth.* ſupra adductas, nimirum per traditionem inſtrumenti ſeu literarum inveſtitura, & ſimultaneam cum Vaſallo vivente inveſtituram, ſine dubio dominium feudi acquiſiviſſe, ut ipſi rei vindicatio competat, nec ulla exceptione ab ea repelli poſſit.

Et poſito caſu, quod actio realis ſive rei vindicatio ipſi non competiiſſet, tamen in libello ſuo officium judicis imploravit, in verbis, **worüber er Kläger / oder was ſonſten diesfalls zum Beſten gebetten werden könte oder mögte / das Hochadelich-miltrichterliche Ampt** *pro adminiſtrando omni modo jure & juſtitia* **anruffen und bitten thue.** Quo caſu communiſſima omnium ſententia eſt, quod Vaſallus abuſivè inveſtitus, per implorationem officij judicis, feudum conſequi poſſit, *Struv. de feud. C. 8. §. 10. Affict.* 20 *in C. 1. de controv. inveſtit. Schrader. p. 5. C. 2. num. 26. Jacob. Schultheis ad Modeſtin. Piſtor. p. 1. q. 9.* qui omnes tradunt, Vaſallum abuſivè inveſtitum implorare poſſe officium judicis, ut in poſſeſſionem feudi immittatur. Itaque repelli Actor non potuit, ſed meritò exaudiri debuit.

# F I N I S.

Digitized by Google

# ADDITIO

*Ad paginam 156.*

AD ea, quæ de Lotharingiæ Ducatu dicta ſunt, ut hodiernus pateat ſtatus, ſubjunguntur meritò, quæ in Pace noviſſimâ Riſvvicenſi anno 1697. diſpoſita ſunt, tenoris ſequentis:

*Art. XXVIII.*

Cum Dominus Dux Lotharingiæ hoc in bello cum Sacra Cæſarea Majeſtate conjunctus ſit, & præſenti tractatu comprehendi voluerit, reſtituetur pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis in liberam & plenariam poſſeſſionem eorum Statuum, locorum & bonorum, quæ Patruus ejus Dux Carolus anno 1670. (cum à Chriſtianiſſimi Regis armis occupata fuerunt) poſſidebat, exceptis tamen mutationibus, articulis ſequentibus explanandis.

*Art. XXIX.*

Reſtituet imprimis Sacra Regia Majeſtas Chriſtianiſſima Domino Duci Urbem veterem & novam Nancei, cum omnibus appertinentiis, cumque tormentis bellicis, quæ in Urbe veteri tempore occupationis reperta fuerunt, eâ tamen conditione, ut integris relictis omnibus Vallis & propugnaculis Urbis veteris, uti & portis Urbis novæ, hujus valla & propugnacula, non minùs ac omnia utriusque munimenta exteriora, impenſis Sacræ Regiæ Majeſtatis ſolo planè æquentur, nullo deinceps tempore reparanda, niſi quod Dominus Dux ejusve Succeſſores Urbem novam ſimplici & æquali muro absque angulis claudere poſſint, quandocunque libuerit.

*Art. XXX.*

Evacuabit quoque S. R. M. Chriſtianiſſima caſtrum Bitſch, cum omnibus appertinentiis, uti & Caſtrum Humburg, deſtructis prius munimentis amplius non reparandis, ita tamen, ut ipſis Caſtris, & quæ illis juncta ſunt, oppidis nullum damnum inferatur, ſed ea omnino illæſa conſerventur.

*Art. XXXI.*

Suffragabuntur porrò Domino Duci omnia de unionibus ſeu reunionibus articulo quarto ſtatuta, ac ſi hîc verbòtenus repetita eſſent, ubicunque factæ ſeu decretæ fuerint.

*Art. XXXII.*

Reſervat ſibi verò S. R. M. Chriſtianiſſima Fortalitium Saarlouis cum dimidia leuca in circuitu, à Commiſſariis Regiis & Lotharingicis deſignandâ, cumque omni Superioritatis & Supremi Dominij jure perpetuo poſſidendum.

*Art. XXXIII.*

Urbs quoque & præfectura Longvvicenſis unà cum ſuis pertinentiis & dependentiis cum omni Superioritate, ſupremo Dominio & proprietate maneat in perpetuum penès Dominum Regem Chriſtianiſſimum ejusque hæredes & Succeſſores, nihilque juris impoſterum in iis prætendere poſſit Dominus Dux ejusque hæredes & Succeſſores: ſed & in prædictæ Urbis & Præfecturæ permutationem S. R. M. Chriſtianiſſima, aliam Domino Duci cedet in uno ex tribus Epiſcopatibus, ejusdem amplitudinis & valoris præfecturam, de qua bona fide inter eosdem Comiſſarios conveniet: eâque ſic ceſsâ, & in Dominum Ducem à Rege Chriſtianiſſimo translatà, tam ipſe Dux, quàm ipſius hæredes & Succeſſores fruentur in perpetuum cum omnimodis Superioritatis, ſupremi Dominij & proprietatis juribus.

*Art. XXXIV.*

Pateat ſemper Regio militi ad loca limitanea pergenti aut inde redeunti ſine obſtaculo aut impedimento tranſitus innoxius per Ditionem Domini Ducis, prævià tamen ſemper notificatione tempeſtivâ, & ut tranſiens miles non evagetur, nec diverticula quærat, ſed viâ ordinariâ & breviſſima utatur & iter absque mora debitè acceleret; nullam vim, nullumque damnum locis vel ſubditis Ducis inferat, annonamque ac alia neceſſaria à Commiſſariis Lotharingicis ſubminiſtranda paratâ pecuniâ ſolvat, abolitis viciſſim, & in poteſtatem Domini Ducis ſine exceptione plenè redeuntibus viis & locis, quæ S. R. M. Chriſtianiſſimæ per pacem Neomagenſem reſervata fuerunt.

*Art. XXXV.*

Beneficia Eccleſiaſtica usque ad diem præſentis Tractatus à Rege Chriſtianiſſimo collata penes modernos poſſeſſores, qui ea à S. R. M. conſecuti ſunt, quieta relinquantur.

*Art.*

Digitized by Google

## Art. XXXVI.

Sancitum præterea fuit, ut omnes proceſſus, ſententiæ atque Decreta lata per Conſilium, judices aut alios Regiæ Majeſtatis Chriſtianiſſimæ Officiales in controverſiis & actionibus ad finem perductis, tam inter Subditos Ducatûs Lotharingiæ & Barri, quàm alios tempore, quo Rex Chriſtianiſſimus hoſce ſtatus poſſedit, locum habeant, atque plenum integrumque ſuum ſortiantur effectum, non ſecus ac ſi S. R. M. eorum poſſeſſor manſiſſet, neque dictas ſententias & decreta in dubium vocare, annullare, aut executionem illorum retardare aut impedire integrum erit. Partibus quidem licitum erit juxta ordinem & diſpoſitionem Legum atque Conſtitutionum confugere ad reviſionem actorum, interim tamen ſententiæ ſuo in robore & vigore maneant.

## Art. XXXVII.

Reſtituentur mox à ratihabita Pace Domino Duci Archiva & documenta literaria, quæ in Gazophilazio Nanceano & Barrenſi, atque in utraque Camera computorum ſive alibi locorum habeantur & ablata fuerunt.

## Art. XXXVIII.

Poterit ſtatim à ratihabita pace Dominus Dux in Ducatus Lotharingiæ & Barri Commiſſarios mittere qui, rebus illius attendant, juſtitiam adminiſtrent, Teloniorum, Salinarum, aliorumque jurium curam gerant, cœteraque agant, quæ ad regimen à Domino Duce eodem tempore plenè ſuſcipiendum pertinere queant.

## Art. XXXIX.

Ratione Vectigalium ſeu teloniorum, eorumve immunitatis in vectura ſalis & lignorum ſive terrâ ſive per flumina, ſervetur ſtatus ſeu conſuetudo anni 1670. nullâ innovatione permiſſâ.

## Art. XL.

Maneat antiquus uſus & libertas commerciorum inter Lotharingiam & Ditionem Metenſem Tullenſem & Verodunenſem, mutuoque utriusque partis beneficio impoſterum exactè ſervetur.

## Art. XLI.

Serventur ſimiliter in priſtino ſuo vigore & robore concordata illæſa inter Chriſtianiſſimos Reges & Duces Lotharingiæ inita.

## Art. XLII.

Domino Duci, ejusque fratribus poſt reſtitutionem integrum erit, jus, quod ſibi in diverſis cauſis competere aſſerunt, viâ ordinariâ proſequi, non obſtantibus ſententiis, quæ ipſis abſentibus & non auditis, latæ dici poſſunt.

## Art. XLIII.

In iis, quæ hic aliter expreſsè conventa non ſunt, obſerventur quoque ratione Domini Ducis ejusque Ditionum & Subditorum ea, quæ hoc tractatu, maximè §. *Reſtituentur utriusque partis Vaſallis* &c. §. *Simul atque Inſtrumentum Pacis*, &c. & §. *Et ut ad ſubditos*, &c. cauta ſunt, ac ſi hic ſpeciatim enuntiata eſſent.

Digitized by Google

# ADDITIO

## Ad Lib. I. Tit. V. fol. 171. n. 7.

NOtandum, Aſſeſſores eſſe vel Catholicos, vel Auguſtanæ Confeſſioni addictos, qui ſe hodiè Evangelicos dicunt, titulo in nulla Imperij conſtitutione ipſis attributo. Sed ut ſciatur quando & quomodo Præſides & Aſſeſſores A. C. aſſumpti, & introducti ſint, advertenda ſunt ſequentia. : Duo Aſſeſſores, Comites vel Barones, qui à ſolo Imperatore præſentantur, vocantur hodie præſides, Cammer-Præſidenten / deren einer des Cammer-Richters ſtat in ſeinem Abweſen / oder / ſo er auß Ehehafft verhindert / jederzeit verweſen und vertretten möge / *h. t.* §. 2. Quoad Religionem verò, mögen die Beyſitzer von beeden / der alten Religion / und der A. C. verwandten præſentirt / und geordnet werden. §. 3. Judex Cameræ abſens, ſoll ſeinen Gewalt mit Wiſſen und Willen der Beyſitzer / der Grafen oder Herren einem / die Beyſitzer ſeynd / oder auch / da derſelben keiner verhanden ſeyn würde / einem andern Beyſitzer / durch der Geiſt- oder Weltlichen Churfürſten einem præſentirt / befehlen. In *Inſtr. Pac. Art.* 5. §. 53. Sequentia habentur : *Præterea cùm ob enatas ex præſenti bello mutationes, & alias cauſas, de judicio Cameræ Imperialis ad alium, univerſis Imperij Statibus commodiorem locum transferendo, &* Judicem, Præſides, *Aſſeſſores, & quoscunque Juſtitiæ Miniſtros, pares numero utriusque Religionis præſentando, ſicut etiam de reliquis ad judicium Camerale ſpectantibus quædam in medium allata fuerint, ſed in præſenti congreſſu ob negotij gravitatem non tam plenè expediri queant, in proximè indicendis Comitiis de his omnibus agi & conveniri, deliberationesq; de Reformatione Juſtitiæ in Deputationum Imperij conventu Francofurtenſi habitæ, effectui dari, & ſi quæ in his deſiderari videntur, ſuppleri & emendari conventum. Ne tamen res hæc prorſus in incerto maneat, placuit præter Judicem & quatuor Præſides, & quidem duos horum ex Auguſtana Confeſſione, à ſola Cæſarea Majeſtate conſtituendos, numerum Aſſeſſorum Cameralium ad quinquaginta in univerſum adaugeri, ita ut Catholici, computatis duobus Aſſeſſoribus Imperatoris prætenſioni reſervatis, viginti ſex, Auguſtanæ Confeſſionis Status viginti quatuor Aſſeſſores præſentare poſſint, & teneantur, atque ex ſingulis Circulis mixtæ Religionis, non tantùm duos Catholicos, ſed etiam binos Aug. Confeſſ. addictos aſſumere & eligere fas ſit, cæteris ad Judicium Camerale pertinentibus, ut dictum eſt, ad proxima Comitia rejectis; Ac proindè Circuli de præſentandis maturè in locum demortuorum novis ad Camerale Judicium Aſſeſſoribus, ſecundum Schema Subſequens, admoneantur. Catholici etiam ſuo tempore de ordine præſentandi convenient, Cæſareaq; Majeſtas mandabit, ut non ſolùm in iſto judicio Camerali Cauſæ Eccleſiaſticæ, ut & Politicæ, inter Catholicos & Aug. Confeſſ. Status vel inter hos ſolos vertentes vel etiam aliquando Catholicis contra Catholicos Status litigantibus, tertius interveniens Aug. Confeſſ. Status erit, & viciſſim, quando Aug. Confeſſ. Statibus contra ejusdem Confeſſ. Status litigantibus tertius interveniens erit Catholicus, adlectis ex utraque Religione pari numero Aſſeſſoribus diſcutiantur, & judicentur, ſed idem etiam judicio Aulico obſervetur, huicque fini aliquot Auguſt. Confeſſ. Doctos, & rerum Imperij peritos viros, ex iis Imperij Circulis, ubi vel ſola Auguſtana Confeſſio, vel ſimul etiam Catholica viget Religio, adſciſcat, eo quidem numero, ut eveniente caſu, paritas judicantium ex utraq; Religione Aſſeſſoribus obſervari queat. Idem etiam quoad Paritatem Aſſeſſorum obſervetur, quoties Auguſtanæ Confeſſionis Status immediatus à mediato Catholico, vel Immediatus Catholicus à mediato Aug. Confeſſ. Statu judicio convenitur.*

Poſtquam itaque per Inſtr. Pacis, modò ſupra relato loco, paritas quoque Præſidum Cameræ introducta eſt, ſic ſi in abſentia Dn. Judicis Primarius Præſes & Director moriatur, atque inter ſuperſtites, Catholicum & A. C. addictum, controverſia de Præſidio exoriatur, Catholico contendente illud ſibi deberi, altero verò ſibi, tanquam Seniori, & priùs præſentato, vindicante, in hac quæſtione, ubi nulla in ſimili caſu adhuc obſervantia apparet, Imperatoriæ Majeſtatis determinatio decidet, cui præſidium, ex mente & intentione Cæſarea, concreden-

Digitized by Google

dendum ſit, cùm tam Imperator, quàm Judex Cameræ Catholicam profiteantur Religionem, atque Iudici Cameræ Directorium totum, & in ejus abſentia Subſtituto competat.

*In Hiſtoria Pacis Germano Gallo Suecica lib. 5. n. 15.* Sequentia de hac materia traduntur: Poſt hæc prima de juſtitia diſceptatio fuit Evangelicis, ut Tribunal Spirenſe pari ex utraque Religione numero conſtitueretur, aliaque Civium æqualitati congrua flagitantibus, cui ſatis conſuli Cæſarei exiſtimabant, ſi Evangelico ex quacunque cauſa, cum quocunque litigaturo, judices dentur, ex utroque ordine æqualiter adlecti. Ceſſere tamen Evangelicorum conſtantiæ ut quatuor Præſidibus, duobus eorum A. C. addictis, quinquaginta Aſſeſſores adderentur, quorum ſex & viginti Catholici, reliquos Evangelici conſtituerent, non paucioribus ex his, quàm illis, utroque Tribunali deligendis, ubi de quacunque Evangelici cauſa quæſtio ſit adjectis aliis firmandæ juſtitiæ, & quæ reſtabant ad Comitiorum diſquiſitionem remiſſis. Subſcripſere conventis (idque in reliquis etiam tranſactionis capitibus poſteà ſervatum) Cranius, Salvius, Reigerſbergius, & Thumshirnius, Cæſareorum, Suecorum, Catholicorum atque Evangelicorum nominibus, *magno horum gaudio, qui ut ipſi fatebantur, plusquam ſperare auſi eſſent, adepti;* atque quod prima provenerant, alacriores, neque in cœteris adeò parcos rati, iſta tam liberaliter largitos, Judicem quoque (den Cammer-Richter) Fiſcalem, ejuſque Advocatum, alterna ſerie Evangelicos, tum cœterorum quoque nominum officia miniſteriaque ſuis communia depoſcebant, comiter à Cæſareis atque Moguntino auditi, eluſique.

In Commentario *Samuelis Pufendorfi de rebus Suevicis lib. 20. §. 86.* De hac materia ſequentia leguntur: cùm ad rem ipſam accederent, de tranſlatione Cameræ Spirenſis in commodiorem locum & reformatione Juſtitiæ, communi conſenſu ad proxima Comitia rejectum eſt. Sed ſuper *paritate Aſſeſſorum Cameræ* acriter diſceptatum; Ac judicis quidem Cameralis munus Evangelici à Catholico & Evangelico alternis geri volebant, quod *illum, velut Cæſaris vices in judicio obeuntem*, eadem cum iſto ſacra profiteri par ſit. Scripturos tamen ſe ad Cæſarem eo nomine recipiebant. Quo & Evangelici adquieſcebant, modò duo è quatuor Præſidibus ipſorum ſacris addicti forent. Paritatem Aſſeſſorum utriuſque Religionis Cæſarei ſuperfluum ducebant: cùm Evangelicis deſiderium ſuum, de juſtitia citra partium ſtudia adminiſtranda, per paritatem judicantium ſat commodè adſequi liceat. Quo fine proponebant, ut in litibus inter Evangelicos utrinque, aut inter Evangelicos & Catholicos aut Catholicos utrinque, Evangelico interveniente, Aſſeſſores ab utraque Religione pari numero cognoſcerent, ac ubi paria fuerint ſuffragia, in *civilibus* negotiis Judex Cameræ ſuo calculo momentum adderet. *Eccleſiaſtica*, quæ ob æqualia ſuffragia expediri non poſſint, ad Comitia reijcerentur. Atque id inter ordines utrinque locum haberet. Nam in cauſis privatorum paritatem judicantium haud neceſſariam eſſe, niſi vel Actor vel Reus, vel interveniens expreſſè id petat: quæ ad Comitia referri è dignitate Imperij non ſit. Sed Sueci, nomine Evangelicorum demonſtrabant, paritate Aſſeſſorum utique opus eſſe, ſi reverà paritate judicantium frui velint. Nam paribus inter primos judicantes ſuffragiis iſtos pari utriuſque Religionis numero augendos: quod ſi ex tunc paria forent ſuffragia, rem in pleno conſeſſu diſcutiendam, ubi itidem paritate, quantum ad ſacra opus ſit. Cameram quoque Spirenſem hactenus *quadripartito Senatu* conſtitiſſe.

Hactenus autem Evangelicos non ſupra novem aut decem ſuffragia potuiſſe conficere. Quod ſi tres claſſes Senatus Definitivi debito Aſſeſſorum numero ſupplendi ſint, pro reliquis tribus Senatibus nil ſupereſſe; ne dum ut pro re nata in pleno conſeſſu cum Catholicis concurrere, ac æquilibrium tenere queant. Unde poſtulabant Evangelici *numerum Aſſeſſorum ad quinquaginta augendum*, quorum viginti ſex Catholici, viginti quatuor Evangelici præſentarent, quam prærogativam duorum Aſſeſſorum Evangelici ſtudio pacis & in honorem Cæſaris Catholicis indulgebant. Cæſarei regerebant:

Digitized by Google

bant: paritatem conſuetudini veteri repugnare, ac cùm amplior Catholicorum in Imperio numerus ſit, meritò & plures iisdem ſacris addictos Aſſeſſores eſſe. Sibi nunc non vacare novam Cameræ ordinationem condere, ac rem ad Comitia rejiciendam, cùm locus tempusque præſens talia diſceptari non ferat. Sufficere debere, quod Cæſar in omnibus cauſis paritatem judicantium ab utraque religione admiſerit: quo ipſo ſuſpicionem exſpirare, velut ob reſpectum ſacrorum jus inflectatur. Adquieſcere Saxonicum Electorem, idem Brandenburgicos facturos, quos mandata accepiſſe conſtet, ne hanc rem hic loci ventilari patiantur. Numerum Aſſeſſorum in certos Senatus dividi nec negotia in uno eadem ratione ac in aliis tractari. Si in primo Senatu definitiva lata ſit, in reliquis diſceptatione non ampliùs opus eſſe, adeoque nec pluribus, qui ſuffragia ferant: Numero Aſſeſſorum aucto, media eos ſuſtentandi quoque augenda. Vix qui nunc ſint potuiſſe ali, ex ſingulis Comitiis querelas de hoc motas, tum neminem Catholicorum in hanc rem mandatis inſtructum, eosque non ut totum corpus, ſed ut ſingulos adeſſe, queis cautione opus ſit, ne quid in abſentium fraudem admittatur. Ipſos quidem præſtationem in ſe recepiſſe; qua tamen abuſuri non ſint, nec plus facturos, quàm reliquis adprobare queant: Inprimis abſentes augmento Salariorum, & ſumptuum Cameralium onerari non poſſe. Ad hæc Sueci regerebant nomine Evangelicorum; Evangelicis præcipuam cauſam eſſe contendendi, ut in Imperio Juſtitia, citra partium ſtudia, adminiſtretur, ad quam ipſis potiſſimùm confugiendum ſit. *Burgundos* ac *Auſtriacos* iſtam parum curare, privilegio exemptionis gaudentes, quod & Bavarus obtinuiſſe feratur. *Rem ad Comitia rejicere: eſſe ad fontem omnium gravaminum ire*, ac remedium mali petere, unde ortum ſit. Id tamen ad extremum admitti poſſe; modò hæc priùs valitura interim diſpoſitio fiat, ut res poſteà in Comitiis eò majore cum fructu peragi queat. Evangelicorum gravamen in eo præcipuè verti, quod Cæſarei & Catholici imparitati vim conſuetudinis tribuere velint. Non nova à ſe peti, ſed quæ in receſſu Anni quinquageſimi quinti Superioris Seculi fundata, ac in ſequentibus Comitiis ſemper agitata ſint, quæ & per Palatinum, Saxonem, & Brandenburgicum Electores Anno nonageſimo à Rudolpho II. ſolenni legatione petita ſint. Nuper quoque Francofurtenſi in conventu Anno 1643. in eam rem decretum ab electorali Collegio factum: *Sed quia paritas iſta ad Conſilium quoque Aulicum extenſa fuerit, idem à Cæſareis everſum.* Ipſos Catholicos Francofurti tunc cenſuiſſe, Aſſeſſorum numerum augendum, nec de ſalariis ſcrupulum fuiſſe motum. Quanquam autem Evangelicorum quidam cenſerent, ſufficere, ſi ipſi unum ex viginti ſuffragiis retineant, Catholicis viginti novem relictis, aut paritatem judicantium tantisper admittendam, quoad in Comitiis ſuper alio modò conventum ſit. Suecis tamen urgentibus Cæſarei, re cum Catholicis denuò communicata, in paritatem demùm, prout ſupra ab Evangelicis proponebatur, conſentiebant. Sueci contra, quæ Cæſarei ſuper litibus inter ordines ad Comitia rejiciendis monuerant, itidem probabant è ſententia Evangelicorum, qui & remiſſionem Cauſarum privatarum ad Comitia aſpernabantur, velut moleſtam, & publica negotia turbaturam, quibus beneficium Reviſionis ſufficere debeat.

In Hiſtoria Comitiorum *T. Pfanneri lib. 6. §. 17.* de hac materia ſequentia habentur: Majoris multò certaminis Evangelicis adverſus Moguntinum exorta eſt, inde profecta quod Præſidum Aſſeſſorumque ad inſtar, etiam cœteros quosvis, qui Tribunali apparerent, aut pari ex utraque religione numero adſciſcendos, aut ubi munere non niſi unus fungeretur, Catholico Evangelicum, Evangelico Catholicum ſubrogandum. Magdeburgius, Palatinorum plerique, Bremenſes monerent, mox ſectatores ſententiæ cœteros eadem ſacra profeſſos adepti; Moguntinus ſui arbitrij eſſe, quos quibus muniis adhiberet, contenderet: Iſti ad pacis Tabulas provocabant, queis conſtitutum, uti de Judice, Præſidibus, Aſſeſſoribus, & quibuscunque Juſtitiæ Miniſtris pari ex utraque religione numero creandis proximis Comitiis ageretur. Ad quæ *Vorburgius Herbipolenſis*, rem altiùs exor-



Digitized by Google

ſus, id quondam Oſnabrugæ flagitaſſe quidem Evangelicos memorabat, ut ſummis, quæ jam in Germania extarent Tribunalibus, duo alia adderentur, quorum uno *Weſtphalicæ* atque *Saxonicæ*, altero *Franconicæ, Suevicæque* Regionum Proceceribus jus redderetur, in adlegendis Aſſeſſoribus juxta atque cœteris Tribunali miniſtrantibus, ita ratio iniretur, ut alter utique ex Evangelicis eſſet. Paulò pòſt ne nimis multa petendo, nihil adſequerentur, ad unum Tribunal inferioris Saxoniæ regione locandum animos adjeciſſe, eadem æqualitate componendum. At poſtulatis deſtitiſſe, à Moguntino edoctos, *jam ævo Caroli M.* penes Moguntinum fuiſſe, Cæſaris regiaque in Aula Archi-Cancellariatus munia obire, & quod huic conſequens ſit, ſuo arbitrio, quorum in Cancellaria miniſterio uteretur deligere. Tot Sæculorum poſſeſſionem, incertum qua occaſione, cauſâve jam invadi, novo ſanè auſu, ac præcipuâ in Moguntinum injuriâ, cujus jura ne ſollicitare quidem unquàm ſuſtinuerint, quêis inviſendi, corrigendique, ubi opus videretur, Tribunalis munus ordinum mandato obtigerit (Cammer-Gerichts Viſitatorn) gnari, non ad alium, quàm ad Moguntinum ſpectare ordinandæ conſtituendæque Cancellariæ arbitrium, hujusque ſolius ſponte, Miniſtros Tribunali operam navantes eligi, in quos imperium nomine Electoris exerceat, quem muneri huic ipſe admoverit. Falli, apertoque in errore verſari, qui Juſtitiæ Miniſtrorum in cenſum etiam Miniſtros Cancellariæ referant, quæ P. W. de iſtis ſtatuta, ad hos quoque producenda exiſtiment. Neque enim eodem hos, quo iſtos Sacramento obſtringi, neque Ordinum ſed Electoris mereri ſtipendiis, neque adeò penes iſtos eſſe, horum deligendorum conſtituendorumque leges Moguntino ferre; neque fando unquam auditum, cùm de augendo aliquando Aſſeſſorum numero ageretur, eò usque proceſſiſſe Proceres, ut etiam de iſtis qualemcunque ſtatuendi ſibi facultatem arrogarent. Oſnabrugæ quidem Evangelicos, Miniſtri Juſtitiæ (Aſſeſſores ſcil.) atque Cancellariæ (cœteri judicio miniſtrantes) ex utraque religione numero æquales ut eſſent poſtulaſſe. At è Cæſareanis Catholicis, re curatiùs cognitâ, iſtos oblato paulò pòſt alio ſcripto, expunctis Miniſtris Cancellariæ, ſaltem, ut non plures Evangelicis Catholici inter Miniſtros Juſtitiæ forent, expetiiſſe. Ultimâque voluntatis ſuæ declaratione, quêis nempe conditionibus, concordiam cum Catholicis reconciliari ſuſtinerent, Aſſeſſores Cameræ numero ex utraque religione pares conſtitui, inſtitiſſe; omiſſa Miniſtrorum Cancellariæ mentione, ſufficere denique ſibi arbitrati, miſſis hic numerum Miniſtrorum Juſtitiæ ad æqualitatem redactum eſſe. Neque igitur toleraturum Electorem pacis legum obtentu, in quibus tantum aliis jure ſuo deſtitutis præſidium ſit, Juribus ſuis deturbari, ultra decem ſecula, à tempore nimirum conditi apud Germanos Imperij, exercitis, vanoque Pactionis W. nomine invito ſibi obtrudi, quos poſt multam diſceptationem, ne moleſti eſſe pergerent Electori, jure ſuo utenti, obliterari Evangelici ſciverint. Neque neglecturum hunc defendendi juris ſui injuriæque à ſeſe propulſandæ officium: *Ex quibus facilè judicium hauriri poteſt.*

Digitized by Google

# ADDITIO

## *Ad fol. 191. ad verbum, Fœdus.*

DE fœdere Franciſci I. Galliarum Regis omnes ferè Hiſtoriæ, & quamplurimi Scriptores memorant, rari tamen formalia fœderis exprimunt, Juramentum verò Regis exhibet *R. P. F. Philippus Boſquienus Monachus Obſervantinus Ordinis S. Franciſci in Oratore terræ Sanctæ*, ſequentis tenoris: *Per DEUM Magnum, & Altum, Miſericordem, & benignum, formatorem Cæli & Terræ, & omnium, quæ in eis ſunt, & per Sancta hæc Evangelia, per Sanctum Baptiſma, per Sanctum Joannem Baptiſtam, & per fidem Chriſtianorum, promitto & juro, quod omnia quæ novero, aperta erunt altiſſimo Domino Sultano Solymanno & Imperatori, cujus Regnum DEUS fortificet: ero Amicorum ſuorum Amicus, & Inimicus Inimicorum: ero Redemptor Captivorum Turcarum ex Vinculis hoſtium ejus, nihil mea parte fraudulentum erit: Quod ſi hoc neglexerim, ero Apoſtata, & Mandatorum Sancti Evangelij, Chriſtianæque fidei prævaricator, dicam Evangelium falſum eſſe, negabo Chriſtum vivere, & Matrem ejus Virginem fuiſſe, ſuper fontem Baptiſmatis porcum interficiam, & Altaris Presbyteros maledicam, ſuper Altare fornicabor cum luxuria, & Sanctorum Patrum maledictiones omnes in me recipiam. Ita me DEUS reſpiciat ex alto.*

Fides ſit penes Auctorem, an Turca ſolùm tale juramentum exegerit, vel an reverà præſtitum ſit. Certè Henricus II. Galliarum Rex, cum Solymanno Turcarum Imperatore fœdus pepigit, & ipſi tale præſtitit juramentum: Ich ſchwöre und gelobe / daß ich alles / was mir bewuſt iſt / und bewuſt werden mag / dem Allerhöchſten Sultan dem Türckiſchen Kayſer offenbahren und entdecken / deſſen Reich GOTT beſtettigen und bekräfftigen wolle; Ich will derer / ſo Freundſchafft mit ihm halten / Freund ſeyn / und ſeiner Widerſacher Feind; Ich will die gefangene Türcken auß dem Gefängnuß ſeiner Feinde erledigen; cujus meminit *Dominic. Arum. ad Aur. Bull. diſcurſ. 6. cap. 15. theſ. 7. Eberhard. à Weihe de fœder. pag. mihi 230.* ubi contenta fœderis exhibet. De eo dubitari non poteſt, exceſſiſſe Reges Galliarum, Chriſtianitatis & humanitatis Leges in immenſùm, dùm contra Imperatorem fidelem & Chriſtianum Carolum V. non defenſionis ſed ultionis cauſa, fœdera cum Turcis inierunt; Ideoque illa, & maximè fœdus Franciſci I. publica Imperij Conſtitutione, Receſſu videlicet Imperij Anno 1544. improbatum, & pro illicito declaratum eſt, in verbis: So achten Wir auch gedachten König in Franckreich nicht weniger dann den Türcken / für einen gemeinen Feind der Chriſtenheit zuhalten / und derowegen gegen ihn / gleich gegen den Türcken / mit thätlicher Handelung und Straff zuverfahren / und umb ſovil deſtomehr / daß darob andere Chriſtliche Potentaten Urſach ſchöpffen mögen / ſich künfftig ſolcher Unchriſtlichen Handlungen zu enthalten; Hinc & ipſum Regem Galliarum Franciſcum I. in ultimo vitæ articulo facti ſui pœnituiſſe, ex querela ejuſdem lamentabili abundè colligendum, quam hiſce formalibus protuliſſe fertur: *Perij, heu perij, quod volui fœderatus eſſe ei, qui hoſtis eſt Chriſtiani Nominis.* Et Cardinali conſolationem ex Sacris literis ſuggerenti, *omnis*, reſpondit, *mihi Miſericordia clauſa eſt, qui ut æmuli mei, vel gloriam obfuſcarem, vel vindicarem injuriam, fœdus pepigi cum Turca, & Chriſtianorum Capita tanquam Armenta ad Mahometanam ſervitutem ſciens videnſque paſſus ſum abigi, Schönborn. 4. polit. cap. 36.* & ex eo *Carpzov. de leg. Reg. Cap. 6. ſect. 3. n. 8.* Unde cum Carolus Cognomento Simplex, cum Northmannis Ethnicis inire fœdus, eorumque auxilijs bellum gerere vellet, ei reſtitit Sacerdotali Conſtantia Fulco Archi-Epiſcopus Rhemenſis, ubi in graviſſima Epiſtola inter alia ſcripſit; Quis non expaveſcat vos inimicorum DEI amicitiam velle, ac in cladem & ruinam Nominis Chriſtiani, pagana arma & fœdera ſuſcipere deteſtanda, nihil enim diſtat, utrùm ſe quis Paganis ſociet, an abnegato DEO Idola colat, *Baron. in Annal.* Et ſanè Carolus, cùm obediens Fulconis monitis Paganos in auxilium vocare deſiſſet, DEUM habuit

Ad-

Digitized by Google

Adjutorem : Econtra, poſt aliquot Annos eoſdem vocans, Regnum perdidit unà cum libertate. *Baron. ſub Anno 923.* Ideoque etiam fœdus Franciſci I. Cancellarius ejus adeò deteſtatus eſt, ut hoc ſigillo ( quod negabat ſibi eſſe in hunc uſum concreditum ) confirmare repugnaverit. *Arum. dict. ſupra loc. Beſold. in diſſert. de fœd. jur. cap. 4. Bechman. ad Aur. Bull. exercit. 9. n. 9.* Periculoſa nimirum ſunt fœdera cum Infidelibus, cùm Religionis mutandæ occaſionem præbere queant, atque quia rarò inter Infideles invenitur fides, pro ut de Turcis *Leunclav.* refert *lib. 1. Hiſtor. Muſulm. & Hiſtor. Turc. cap. 175.* ubi ait : nullo eos cum Chriſtianis fœdere ita obſtringi poſſe, quin permittente eorum Alcorano, ubi id è re ſua viſum fuerit, inde recedere queant.

Negari tamen non poteſt, fœdera cum Turcis, Saraeenis, & alijs infidelibus, per ſe, non ſemper illicita eſſe, prout *Becan. in Analogia Vet. & Nov. Teſtam. cap. 17. quæſt. 6.* fatentur. Non enim denegata nobis ſunt commercia juris gentium cum illis ; Quia Deus quidem odio habet Infideles, ſed Salvificæ fidei, non politicarum Virtutum ratione. Nam actus Juſtitiæ, loquendo præciſe ex natura rei, poteſt ab omnibus, tam fidelibus, quam Infidelibus, exerceri ; & ſicut in juſto bello licitum eſt uti ſubſidio Equorum, aliorumque Animalium brutorum, atque inanimatorum inſtrumentorum, ita pariter auxilio Paganorum. Quamvis enim plurima adferantur Sacræ Scripturæ loca, velut in *Geneſ. cap. 43.* habetur, comedere cum Ægyptijs illicitum eſſe Hebræis, *Exod. cap. 23.* in fine, prohibet Deus populo ſuo, ne cum Infidelibus fœdus paciſcatur : *Non inibis cum eis fœdus, nec habitet in terra tua, ne fortè te faciat peccare in me.* Et ſimilia traduntur *Joſue. cap. 22. verſ. 12. 2. Paralipom. cap. 16. & cap. 19. lib. 3. Regum cap. 20. verſ. 33. Eſdræ lib. 3. cap. 8. Iſaiæ cap. 20. 30. & 31.* Tamen etiam è contrario *Abraham* pepigit fœdus cum impijs Sodomitis, pro ijsque bellum geſſit, *Geneſ. 14. verſ. 13.* & cum Abimelech. *Geneſ. 21. verſ. 23.* Iſaac cum altero cognomine Rege, verum Dei cultum ignorante, *Geneſ. 14. verſ. 28.* David, homo ſecundùm cor Dei cum Achis, Rege Palæſtinorum, contra Saulum, *1. Samuelis cap. 27.* unde colligitur prohibitionem fœderis *Exod. cap. 23. verſ. 32.* Iſraelitis contrà Amorræos factum, ſpecialem habuiſſe rationem, metum ſcilicet Idololatriæ, ad quam proni erant Iſraelitæ ; uti vel ex eo apparet, quòd ſtatim in deſerto vitulum ſibi erexerunt, ac pro Deo adoraverunt. Ideò ſaltem reprehenduntur fœdera cum alijs diverſæ Religioni addictis, ob ſingulares circumſtantias, prout monſtrant exempla, quæ in ſacra ſcriptura in utramque partem inveniuntur. Hinc *Beſoldus in dict. diſſert. de fœder. jur. cap. 4. §. 3.* tradit, dubio procul cum Turcis ſimilibusque alijs, *fœdus Pacis atque Commerciorum*, nec non defenſivum contrà alias gentes à fide alienas inire licere : offenſivi verò belli cauſa etiam contra Infideles, aut prætextu defenſionis contrà fideles vix fœdus iniri, ſalva conſcientiâ poſſe, niſi in caſu extremæ neceſſitatis, cumque ſumma hoſtium crudelitas ingruit, nec ulla evadendi alia ſe offert occaſio. Cui conſentit *Schweder. de jur. publ. ſect. 1. cap. 27. n. 9. Grotius 2. de jur. Belli & Pacis cap. 15. n. 10. Lymn. ad Capitul. Caroli V. art. 11.* quo prætextu etiam, *R. P. Joannes de Buſſiers S. I. in Hiſtor. Francicâ lib. 17.* fœdus Franciſci I. excuſare conatur, eò quod, *in id fœdus ſe induerit, tùm indignatione in Venetos, quos avellere à Cæſare nullo conatu valuerat, tùm vindictæ in Imperatorem ipſum libidine.* Quibus ipſis tamen verbis improbitatem illius fœderis propalat. *Plura* videri poſſunt apud *Beſold. d. l. Rumelin. & Carpzov. ad Aur. Bull.* ubi quoque tractant quæſtionem, an inter fideles diverſæ licet Religionis perſonas, puta Catholicos, Lutheranos, & Calvinianos licita fœdera ? in qua quæſtione *Carpzov. cap. 6. ſect. 4.* affirmativam tuetur & *Rumelin. part. 2. diſſert. 4. §. 36.* eò quod transactio Paſſavienſis nihil aliud ſit, quàm unio & confœderatio Catholicorum cum ſocijs Auguſtanæ confeſſionis.

Hinc Auctor diſcurſus, Ob es mög-

lich

lich und heylſamb im heiligen Reich uniones oder Bündtnuß auffzurichten? Reſpondit, Man hat allbereit eine Univerſal union am Religion-Friden / zu deſſen obſervation ſowol das Haupt als die Glider theur verbunden. Quamvis multi cenſeant, vix firma eſſe Pacis jura inter eos, inter quos eſt fidei bellum, *S. Ambroſ. 3. offic. Chockier Theſaur. Politic. 2. cap. 9.* Nec deſunt multi, qui dicunt; fœdera Religioſa, inita mutuæ defenſionis causâ, cum diverſæ Religionis hominibus, non rectè pangi. Sicque cum primùm *Smalcaldicum fœdus* (de quo *Rumelin. ad A. B. part. 2. diſſertat. 4. §. 37.* ubi quoque *§. 38.* quæſtionem movet, an in causâ Religionis rectè fœdera contrà Imp. ineantur defenſivè? De fœdere Lipſienſi anno 1631. *Irenic. in Burgoldenſ. fol. 20.*) inchoatum fuit, Argentinenſes cum ſocijs, ob diſſenſum ab Auguſtana Confeſſione, hoc fœdere excluſi ſunt: ac Anno Chriſti 1529. concluſum fuit, ut qui Saxonicam doctrinam per omnia probant, cum ijs demùm fœderis actionem inſtitui poſſe. *Sleidan. lib. 7. fol. m. 180.* Sic & Tigurini Bernates ac Baſilcenſes à ſocijs Smalcaldicis recepti non fuerunt, quòd cum ipſis de fide non idem ſentirent. *Sleidan. lib. 8. fol. 215.* Sacra etiam exempla probare videntur, ab ijs per fœdera haud auxilia eſſe quærenda, qui quidem unum eundem DEUM colunt, ſed cultu Religionis diverſo: quales fuerunt Judæi & Iſraëlitæ. Cum verò Joſaphat Rex Judæ, fœdus iniret cum Achabo, *2. Reg. 22. verſ. 4.* acriter reprehenditur per prophetam Micham *verſ. 16.* Cum idem Joſaphat pepigiſſet fœdus cum Achab, Jſraëlis Rege, *2. Paral. cap. 20. verſ. 35.* punitus fuit, *verſ. ult.* Ac item Amaſiæ, Regi Judæ, diſſuadet Propheta, ne cum Iſraëlitis, aliter DEUM colentibus, ſeſe conjungat: eam ob cauſam, quod Dominus non ſit cum ipſis, *2. Paral. cap. 25. verſ. 7.* Inde & de hac ſpinoſiſſima quæſtione *Bugenhagius*, aliquando à Ioanne Saxoniæ Electore conſultus, reſpondit: Ich förchte / ſolche Bündnüs möchte GOtt mißfallen / weil es einen Schein hat / daß man der Widerpart Irthumb beſchirmen wolte / darumb wir auch in Unglück kommen möchten. Ubi autem objectum ipſi fuit, quòd non raró confœderationes cum Ethnicis ineantur, regeſſit ſtatim: Darwider iſt / daß diſe Sache nit ſchlecht Weltlich iſt / ſonderen trifft GOttes Wort an / umb welches willen die Evangeliſche Fürſten und Stände gedencken die Ihren zubeſchützen. Et denique claudit hancce quæſtionem: Es iſt zugedencken / ob das Verbündnuß alſo möchte gerechtfertiget werden / daß in der Verſchreibung des Verbündnus würde mit klaren Worten außgedruckt / daß Wir es nicht halten wöllen mit dem Irthumb / ihne auch nicht beſchirmen / ꝛc. Sed nihilominus infelix exitus fuit Smalcaldici fœderis, quod ejus complices voluerunt eſſe tam purum. Huc pertinet, quod ad Ferdinandum I. Imperatorem Imperij Cancellarius Sigismundus Seldus (in ſeinem Bedencken an Kayſer Ferdinand, über Ihrer Kayſerl. Mayeſt. Wahl und Hochheit *fol. m. 75.*) hiſce verbis ſcribit: Ob ſchon Ew. Mayeſt. mit allen andern Ständen / ſo die Päbſtliche Heyligkeit für Ketzer hält / ſondere Bündnuß hätte / und ohne das die Vergleichnuß des gemeinen Fridens / mit allen Ständen deß Reichs im Mittel; dieweil jedoch Ew. May. nicht gemeinet / jemand dardurch in ſeinem Irthumb zu ſtärcken oder zu erhalten / ſondern was deßhalb auffgerichtet / das iſt allein auff die Erhaltung des gemeinen Fridens / und dann den Widerſtand gegen dem grauſamen Erbfeind Chriſtlichen Namens und Glaubens / dem Türcken / angeſehen: ſo ſage ich gut rund / daß ſolches Bündnuß nicht gar undienlich / ſondern zuläſſig / löblich und ehrlich wäre / ꝛc.

*Molanus* Theologus Lovanienſis, fœdera cum hereticis fieri poſſe autumat, *in tr. de fide hæret. ſervand. lib. 1. c. 20. & ſeq.* & *Martin. Becan. in diſput. Theolog. c. 7. concl. 2.* Si, inquit, cum hæreticis fœdus inivisti, debes integrè & ſincerè illis fidem ſervare, non minus quàm Catholicis ipſis. Et *lib. 8.* docet, hæreticis fidem ſervandam eſſe, in contractibus matrimonialibus, negotio libertatis fidei & Religionis, in bello & ſalvo conductu. Et quis dubitet, ſuperatas eſſe omnes controverſias, quæ antè ſeculum exercebant ingenia, poſtquàm *Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ* conditum, & tot fœdera inter Catholicos & A. C. nec non reformatæ Religioni addictos paſſim erecta ſunt, & adhuc coluntur. Id ſolùm præcavendum, ut per fami-

Digitized by Google

miliaritatem à Catholicâ Religione nemo abducatur, quamvis quotidiana nobis experientia demonſtret, plurimos ex Lutheranis & Reformatis, atque adeò Electores & Principes, ad gremium Eccleſiæ Catholicæ redire, pauciſſimos verò novas religiones amplecti, atque illos ferè tantùm, quos vel flagitium vel libido carnis eò impellit.

Illud ex ſæpe dicto tractatu *Beſoldi de fœd. jur.* adhuc addendum, cum illis fœdera non eſſe contrahenda, qui *inviti & quaſi adacti* ad eadem trahuntur, utpote quæ cum levibus & inconſtantibus inſtitui non debent, ſicque Carolus V. Imperator negavit ſe poſſe fidere Franciſco I. à quo ſemel fuerit deceptus, *Guicciatin. lib. 18.* Improbantur quoque fœdera cum *nimis remotis*, quia quamvis amicitiam haud dirimat ſejunctio locorum, officia tamen interrumpit. Remotus autem ille non appellatur, qui quidem longo itinere à nobis diſtat, ſi ſaltem facilè ſe nobis, vel beneficio fluvij vel maris conjungere poteſt. Cùm *potentioribus* fœdera ſunt periculoſa, quia fœderati ſæpius illorum ſervi fiunt. Cum *libero populo* fœdera magis ſunt firma, quia tardius movetur quàm abſoluti Principes, abſque ordinum conſenſu omnia peragentes, quippe Reſpublicæ magis lentè progrediuntur, & diutius deliberare ſolent. Generaliter fœdera contrahenda ſunt cum *perſonis ejusdem natura & Intentionis*, quia ubi contrariæ ſunt voluntates & fines, diverſæ quoque & contrariæ ſuſcipiuntur actiones. Cùm *domo vel familia offenſa* debilia ſunt fœdera, atque *inter multos* raro feliciter geruntur, cum difficilè nimis ſit, ut plures Principes fæderati diu ſimul maneant colligati, niſi caput ſit, quod omnibus ex pacto legem præſcribere queat, atque polleat prudentia & Auctoritate. Omnia profectò fœdera ex ſuis *utilitatibus* æſtimantur ſecundùm *Machiavellum 2. de Republ. diſcurſ. 59.* Cui conſentit *Boter. lib. 2.* cum ait. *Tenga per coſa riſoluta, che nelle deliberationi dei Prencipi, l' intereſſe è quello chè vince ogni partito. Et perciò non deve fidarſi d' amicitia, non di affinita, non di Lega, non d' altro vinculo, nel quale chi tratta con lui non habita fundamento d' intereſſe.*

# ADDITIO
## *Ad finem Tit. V. part. 10. in fin. pag. 279.*

1. *DE ſumptibus ad fortalitia, & eorum præſidijs militaribus.*
2. *Referuntur formalia R. I. de Año 1654. & Capitulationis Cæſareæ.*
3. *Subcollectandi poteſtas Statibus in ſubditos competens.*
4. *Declaratio Cæſarea de anno 1670.*
5. *Quid exinde inferant Landſaſſij Subditi, Cives.*
6. *Exceptiones libertatis & præſcriptionis.*
7. *Non teneri ad ſimiles ſumptus ex jure communi.*
8. *Fortalitium non eſſe neceſſarium.*
9. *Fundamenta Statuum Imperij.*
10. *Jus muniendi competit Statib⁹ Imperij.*
11. *Sumptus ad fortalitia, & eorum præſidia, Subditos conferre teneri.*
12. *Adferuntur hujus rei rationes, leges, praxis Imperij.*
13. *Cujus ſit cognitio, an fortalitium ſit neceſſarium, & utile, nec ne?*
14. *Præſcriptionem contra ſimiles collectas ad publicam ſecuritatem deſtinatas, non procedere.*
15. *Præſertim non præcedente contradictione & alterius patientia.*
16. *Diſtinctio inter præſcriptionem & privilegium.*
17. *Ea quæ alienabilia non ſunt, non ſint præſcriptibilia.*
18. *Etiam in præſcriptione immemoriali jure Canonico, quod in hac materia ſequimur, requiri bonam fidem.*
19. *In Regnis & Principatibus negligentiam anteceſſorum non nocere ſucceſſoribus.*
20. *Bona domanialia non poſſunt alienari in præjudicium ſucceſſorum,*
21. *Quænam ſint talia bona.*
22. *Principem non eſſe verum bonorum domanialium Dominum.*
23. *Bona domanialia alienata poſſe & debere revocari.*
24. *Poſſeſſio juris collectandi per unicam collectæ ſolutionem probatur.*
25. *Refertur reſolutio Cæſarea propter ſumptus Legationum.*
26. *Condemnatio ſubditorum.*

DIctum eſt de ſumptibus, ad præſidium
ſuſtentationemque fortalitiorum, in
Provincijs Statuum Imperij neceſſarijs, &
an Landſaſſij ſubditique illos ſuppeditare
teneantur? Materia à DD. variè agitata, 1
& diſputata, à plerisq; tamen ante Sanctionem
Receſſus Imperij de *Anno 1654.* §.
und gleichwie / ꝛc. nec non *Capitulationis
Cæſareæ Leopoldinæ.* §. 3. Undè tamen, &
ex Imperij praxi, magis quàm ex jure
communi, & variantibus, expreſſo juris
textu, vel bona ratione deſtitutis traditis
DD. deciſio quæſtionis haurienda. Ut
ergò omnia uno quaſi intuitu conſpici poſ-
ſint, & argumenta pro & contra conſide-
rari, quò ex contrarijs juxtà ſe poſitis, veritas
magis eluceſcat

Subijciamus oculis hac de materia diſponentem
Receſſum Imperij de *Anno
1654.* ſubſecutam *Capitulationem* §. *3. de
Anno 1658. Declarationem Cæſaream* 2
ſuper §. und gleichwie / ꝛc. de Anno 1570.
En Textum & verba Receſſus, §. 180. Und
gleich wie diſes hoch angelegene Werck (der
Kreiß-Verfaſſung und Executions Ord-
nung) zu allgemeiner Wohlfahrt / und des
Heiligen Reichs beſtändigen Ruheſtand zih-
let / wovon kein Churfürſt / oder Stand / noch
derſelben Unterthanen zu eximiren / alſo ſoll /
auff den Fall ſich jemand obbeſagter Execu-
tions-Ordnung widerſetzen / und an unſerem
Kayſerl. Reichs-Hoff-Rath / oder Kayſerl.
Cammergericht / einigen bey proceſs darge-
gen zuſuchen ſich gelüſten laſſen wurde / ein
ſolcher keines weegs angehört / ſondern à limine
Judicij ab- und zu ſchuldiger parition
angewiſen; indeſſen Entſtehung aber / nach
Laut der Executions-Ordnung / wider denſelben
zuverfahren erlaubt und frey gelaſſen /
und hiervon einiger Immediat, oder mediat-
Stand / Statt / Landſaß und Unterthan /
nicht außgenommen; Sonderlich aber ſollen
jedes Chur-Fürſten und Stând / Landſaſſen /
Unterthanen und Burger / zu Beſitz- und Er-
haltung der einem oder anderem Reichs-
Stand zugehörigen / nöthigen Veſtungen /
Plätzen und Guarniſonen / ihren Landsfür-
ſten / Herꝛſchafften und Obern / mit hülffli-
chem Beytrag gehorſamblich an Hand zu ge-
hen / ſchuldig ſeyn.

### Kayſerl. Wahl Capitulation.

§. *3.* Wir wollen auch keinen Churfür-
ſten und Stand / die ohnmittelbahr Reichs-

Rit-

Ritterſchafft mitbegriffen / ſeine Landſaſſen / Unterthanen / und mit Landsfürſtlichen / auch andern Pflichten zugethane / Eingeſeſſene / und zum Land gehörige / von derer Bottmäſſigkeit und Jurisdiction / wie auch wegen Landsfürſtl: hoher Obrigkeit / und ſonſten rechtmäſſig hergebrachten Reſpectivè Steuren / Zehenden / und andern gemeinen Bürden und Schuldigkeiten / weder unter dem prætext der Lehe-Herꝛſchafft / noch einigen andern Schein / eximiren und befreyen / noch andere ſolches geſtatten / auch nit gut heiſſen / noch zugeben / daß die Landſtänd / die Diſpoſition über die Landſteuren / der Empfang / Außgab und Rechnungs-Receſſirung / mit Außſchlieſſung des Landsherren / privativè vor- und an ſich ziehen / oder in dergleichen / oder andern Sachen / ohne der Landsfürſten Vorwiſſen und Bewilligung / conventen anſtellen und halten / oder wider des jüngſten Reichs-Abſchids außtruckliche Verordnung / ſich des Beytrags / wormit jedes Churfürſten / Fürſten und Stands Landſaſſen / und Unterthanen / zu Beſitz- und Erhaltung deren / einem oder anderm Reichs-Stand zu gehöriger / nöthiger Veſtungen / Plätzen und Guarniſonen / wie auch zu Unſers / und des H. Reichs Cammer-Gerichts zu Speyer Unterhalt / an Hand zugehen / ſchuldig ſeyn / zur Ungebühr entſchlagen ; auff den Fall auch jemand von den Landſtänden oder Unterthanen / wider diſes oder andere obberührte Sachen / bey Uns oder Unſerm Reichs-Hoff-Rath / oder erſtbemelten Cammer-Gericht etwas anzubringen oder zuſuchen ſich gelüſten laſſen würde / wöllen wir daran ſeyn / und darauff halten / daß ein ſolcher nicht leichtlich gehöret / ſondern à limine judicij ab- und zu ſchuldiger parition / an ſeinen Landsfürſten und Herꝛn / gewiſen werden / geſtalten Wir auch alle und jede dargegen / und ſonſten contra jus Tertij , und ehe derſelbig darüber vernommen / hiebevor ſub- & obreptitiè erhaltene Privilegia und Exemptiones, ſambt allen derſelbigen clauſulen / Declarationen und Beſtättigungen / wie auch alle darauff / und den Reichs-Satzungen zu wider / an Unſern Kayſerl. Reichs-Hoffrath / oder Cammergericht zu Speyer / wider die Landsfürſten und Obrigkeit / ohne derſelben vorhero ſchrifftlich begehrten und vernohmenen Bericht / ertheilte proceſſus, Mandata & Decreta , præviâ ſummariâ Cauſæ cognitione, vor null und nichtig erklären / und dieſelbe caſſiren und auffheben ſollen und wöllen.

Hæc fundamenta allegant *Ordines* 3
*Imperij* pro collectandis , ad ſuſtentanda firmandaque fortalitia præſidio militari, Landſaſſijs & Subditis ; Nimirùm *ſubcollectandi* poteſtas ſubditos ſuos jam pridem Statibus Imperij indulta. Etſi enim antiquitùs , cùm collectatio per communem denarium , den gemeinen Pfenning / fieret, per quem modum omnibus Romani Orbis hominibus immediatis & mediatis collecta eſt impoſita, *R. I. anno 1495. 1500. 1512. 1518. 1542 & 1544.* Qui modus collectandi viſus eſt æquiſſimus, & ſubditorum utilitati conveniens , R. A. *anno 1542.* §. Und wiewol derohalben / ibi: der füglichſt und billigſte Weeg. Quem propterea Ordinibus Imperij Cæſar in Comitijs anno 1608. denuò commendavit. Tamen alius poſteà modus receptus eſt, quo non mediatis, ſed immediatis collecta principaliter imponitur , cum poteſtate ſubditos in ſubſidium collectandi, non tàm virtute Regalium , quàm Imperatoris & Imperij ſpeciali autoritate ; quia vi regalium Imperij ſtatus, pro neceſſitate occurrente, per ſe poteſtatem habent, ſubditos ſuos collectandi , exigendi collectas provinciales, Landſteur / quæ in Receſſibus Imperij ipſis reſervata eſt , *R. I. anno 1542.* §. Es ſollen auch *in fine*, ibi : Doch ſoll hiemit gemeinen Ständen / anderer Sachen und fürfallender Nohturfft halber / ſich mit ihren Unterthanen zu vergleichen und zubelegen unbenohmen ſeyn. In collectis itaque Imperialibus ſubditi in ſubſidium collectantur, cùm anteà ex ſuis proprijs reditibus Principes ſolutionem facerent , *anno 1521.* im Römerzug / welcher *Anno 1524. 1526. contra Turcam* verwendet ; Item *anno 1564.* im Wartgelt. *Anno 1566.* mit den 1200. Pferdten *contrà Turcam.* Sed poſteà Statibus conceſſum, ut ſubditos ſuos ſubcollectent, R. A. *Anno 1530.* §. Und dieweil die vollende Hülff. *Anno 1548.* §. wiewohl nun Churfürſten / *in fin.* & §. Damit aber gemeine Ständ. *Anno 1551.* §. ſolche der Ständ. *Anno 1557.* §. welches Wir von gemeinen & *ſeq. Anno 1566.* §. weil nun diſe bemelte cujus, & ſuperioris Rec. formalia : Dieweil nun diſe bemelte nohtwendige Hülffen den bekümmerten Chriſtlichen Landen / ſo in- und an

der

Digitized by Google

der Gefährlichkeit geſeſſen / zu Troſt / auch den Feind von der Teutſchen Nation abzuhalten / Männiglichen / hohen und nideren Stands Obrigkeiten und Unterthanen zubefridigen / und bey ihren Landen und Leuthen / Haaben und Gütern / Weib und Kinderen / zu erhalten / gnädiglich geſucht und nohtwendig bewilliget / und es doch den Churfürſten / Fürſten und Ständen / die hiebevor mercklich und kündlich beſchwert / unerſchwencklich diſe Hülff / auß ihrem eigenen Cammer Güteren und Gefällen darzuſtrecken : So ſoll es derowegen einer jeden Obrigkeit / wie rechtmäſſig Herkommen und Recht iſt / frey ſtehen und zugelaſſen ſeyn / ihre Unterthanen Geiſtlich und Weltlich / ſie ſeyen exempt, gefreyet / oder nicht gefreyet / niemand außgenommen / derhalben mit Steur zubelegen / doch höher und weiter nicht / dann ſo fern ſich einer jeden Obrigkeit gebührende Anlag erſtrecken wird / und das den Unterthanen zu vorderſt eigentlich und außtrucklich diſe Hilffe kundbahr gemacht werde. *Anno 1582.* §. Und nachdem diſe. *Anno 1594. 1598. 1603.* in ſubſidium, weilen den Herrn auß ihren Cammergütern ſolche Hülff zu leiſten ſchwerlich und unerzwinglich / prout hoc expreſsè in dictis locis Receſſuum continetur ; hac tamen additâ limitatione, ne plus à ſubditis extorqueatur, quàm eſſet ſingulorum Statuum rata & quota, *dictis.* §. §. *Klock. de contribut. c. 2. n. 115. & ſeqq.* Aſt ſequentibus annis liberior ſemper facta eſt ſubcollectandi facultas. Tandem per dictum ſuprà. *R. I. de Anno 1654.* & *Cæſaream Capitulationem* Statibus Provincialibus, & Subditis civibusque, ſpecialiter in materia fortalitiorum injunctum eſt, daß ſie zu Beſitz-und Erhaltung / der einem oder anderen Reichs-Stand zugehörigen / nöthigen Veſtungen / Plätzen und Guarniſonen / ihren Landsfürſten / Herꝛſchafften und Oberen / mit hülfflichem Beytrag gehorſamblich an Hand zugehen ſchuldig / cùm res pacem publicam, & ſecuritatem Circulorum Provinciarumque, & cujuſque propriam ſalutem concernat.

Ægrè hanc Conſtitutionem ferunt Landſaſſij, Subditi, Cives, & exemptionem libertatemque ab eadem quærunt. Inter alia provocant ad Declarationem Imperatoriam de *Anno 1670.* quæ ſequentis eſt tenoris:

## Kayſerliche Reſolution

### Uber die verlangte Execution deß §. und gleich wie / ꝛc. vorigen Reichs Abſchides de Anno 1654. die Collectation der Unterthanen betreffend.

WAs die geſuchte Extenſion des im letztern Reichs Abſchide *de Anno 1654. ſub. n. 180.* einkommenen §. und gleich wie ꝛc. betrifft / bedarff es circa formalia jetzgedachten §. keiner abſonderlichen Außführung / ſondern es iſt ſowol auß denen heylſamen Reichs-Satzungen / als der uhralten obſervantz gnugſamb bekant und erweißlich / weſſen nicht allein Chur-Fürſten und Stände / wegen der Reichs-Anlagen / gegen ihren Unterthanen berechtiget / ſondern auch / wie weit die Mediat Land-Stände / Landſaſſen und Unterthanen / in Krafft deſſelben / ſchuldig und gehalten ſeyen / der Executions-Ordnung gebührende Folge zuleiſten / und ihre Landsfürſten / Herꝛſchafften und Obern / zu Beſetz-und Erhaltung /: der ihnen zugehörigen / nöthigen Veſtungen / Plätzen und Beſatzungen / mit hülfflichen Beytrag / gehorſamblich an die Hand zugehen ; Jhro Kayſerliche Mayeſtät ſeynd auch Gnädigſt geneigt und erbietig / einen jedwedern / bey hergebrachten Befügnuß kräfftig zu ſchützen und zu handhaben / und wäre Jhro dabey nichts liebers zuvernehmen geweſen / als daß diſe Sache / bey vorangeregten letztern Abſchid / gelaſſen / und mithin der punctus ſecuritatis publ. ohne Erweckung neuen Diſputats / zu gebührender Endſchafft gebracht wäre worden. Nachdeme aber Jhro Kayſerliche Mayeſtät dabey wahrnehmen müſſen / daß über jedes / ſo oberwehnter Executions-Ordnung / ſowol als dem / in denen Reichs-Verfaſſungen und Anlagen gegründeten kundbahren Herkommen / gemäß iſt / eine gantz neue / weder in den vorigen Reichs-Abſchiden / noch in dem Inſtrumento Pacis befindliche Reichs Conſtitution / und darbey in ſpecie diſes geſuchet werde / doch eines jeden Chur-Fürſten und Standes Land-Stände / Landſaſſen / Stätte und Unterthanen / nicht allein zur Lands Defenſions-Verfaſſung / ſondern auch zur Handhabe und Erfüllung / der gedachtem Inſtrum. Pacis nicht zuwider lauffenden Bündnuſſen / wie auch nicht nur zu Erhalt-und Erſetzung der nöthigen / ſonderen indefinitè, der Veſtungen / Oerter und Plätze / auch zu Verpflegung der Völcker / und

an-

anderen hierzu gehörigen Nothwendigkeiten / ihren Landsfürſten / Herꝛſchafften und Obern / die jedesmahl erforderten Mittel / und folglich alles / was an ſie / und ſo offt es begehrt wird / gehorſamblich und unweigerlich darzugeben / ſchuldig ſeyn / und das einige Klage der Unterthanen / weilen bey dem Kayſerl. Reichs-Hoffrath / noch Cammer-Gericht / hierwider nicht angenommen / und alle proceſſe und Mandata, ſowol wegen der vorgegangenen / als gegenwärtigen und künfftigen Zeit / abgethan und auffgehoben ſeyn / auch denen Land-Ständen / Landſaſſen und Unterthanen / einige Privilegia und Exemptiones, wie ſie auch Namen haben / oder zu was Zeit ſelbige erlangt ſeyn möchten / nicht zu ſtatten kommen ſollen ; Als können Jhro Kayſerl. Mayeſt. zwar gnädigſt gerne geſchehen laſſen / daß es nicht allein bey angedeuten §. Und gleich wie. ꝛc. Und dem denen Chur-Fürſten und Ständen / gegen ihren Unterthanen / wegen der Reichs- und Kreiß-Verfaſſung / wie auch des Reichs Anlagen / gebührenden jure Collectandi, verbleiben / ſonderen auch man Chur-Fürſten und Stände / ſo ein mehrers als im verangezogenen §. begriffen / gegen ihren Unterthanen und Landſaſſen rechtmäſſig hergebracht / darbey geſchirmet und gehandhabet / die Landſaſſen und Unterthanen aber / zu allen deme zu contribuiren angewiſen werden / was das Reich / pro ſecuritate publica, verwilliget / die Executions-Ordnung vermag / und die Landes Defenſion, contra quemvis Aggreſſorem, dem Herkommen und erheiſchenden Nothurfft / erfordert. Das aber Jhro Kayſerliche Mayeſtät in obangezogenen neuen Vorſchlag / und prætendirte Extenſion des §. und gleich wie / ꝛc. ohne einigen Unterſchid / und zwar Jhrer der Chur-Fürſten und Stände Mediat-Stände / Landſaſſen und Unterthanen habenden behelffs gantz / zumahlen ungehört und unvernommen / willigen / und ſo gar die Rechtshängige proceſs in dergleichen materijs caſſiren / und ſonderlich denſelben / wann ſie ſich über die Billigkeit beſchwert zu ſeyn / erachten ſolten / darzu können dieſelbe in Erwegung der hierbey vorgefallenen hochwichtigen Bedencken / einmahl nicht einheben / ſondern werden umb der dabey ſich ereygneter Umbſtänden willen / vilmehr gemüſſiget / einen jeden bey deme / weſſen er berichtiget / und wie es biß dato obſervirt worden / in alle weeg verbleiben zulaſſen / und gleich wie Jhro Mayeſt. hierdurch eines jedes Chur-Fürſten und Standes habender / und ſonderlich in dem Inſtrumento Pacis beſtättigter Befügnuß / im geringſten zu nahe tretten / oder etwas zu entziehen gemeinet / ſondern einem jeden Kreiß-Stand das jenige / ſo er rechtmäſſig hergebracht / gerne vergönnen / auch dabey zu ſchützen und zu ſchirmen / erbietig ſeyen. Alſo werden ſonder zweiffel Chur-Fürſten und Stände hinwiderumb ſich Jhro Kayſerl. Mayeſt. in denen Reichs-Conſtitutionibus und dem Herkommen fundirter intention gern conformiren ; Daferne aber die Landſaſſen und Unterthanen ſich unterfangen würden / wider gedachte Jhro Landsfürſten / Herꝛſchafften und Obern / denen ſie auch in Landes Defenſionen / wie gemeldet / dem Herkommen nach behülfflich erſcheinen ſollen / an andere Potentaten und Republiquen / vermittels gewiſer confœderationen / Mediationen / Guarantie oder in andere Weeg ſich zuhengen / oder derſelben Schutz zubegehren / anzunehmen und zugebrauchen / ſo ſollen ſie die Landsfürſten / Herꝛſchafften und Obern berechtiget ſeyn / ſich ſelbſt / oder auff bedürffen mit Aſſiſtentz ihrer benachbarten Stände / wider ſolche ihre ungehorſambe und widerſetzliche Unterthanen / bey ihrer wiſſentlichen Befügnuß zu manuteniren. Gleich wie auch die Hohe Reichs Dicaſteria in der Landſaſſen und Unterthanen / wider Jhre Land-Fürſten einkommenden Klagen / behutſamblich handelen / dieſelbe in Sachen / ſo in der Executions-Ordnung / item obberührten §. und gleich wie / ꝛc. und dem kundbahren Reichs Herkommen / gegründet / à limine judicij abweiſen / auch in dubijs, die Mandata und Reſcripta vorhero reifflich überlegen und auſſer / daß es die Notorietät / der Sachen augenſcheinliche Billigkeit erfordert / nicht leicht à præcepto anfangen ſollen ; Wie nun Allerhöchſtgedachte Jhro Kayſerl. Mayeſtät Gnädigſt ermeſſen / das Chur-Fürſten und Stände ſich mit diſer ihrer wohlerwogenen Reſolution begnügen werden / und niemand auß denenſelben Anlaß haben könne / ſich von denen gemeinen Reichs conſultationen / und Außmachung der ſo weitgebrachten Materien / ſonderlich des puncti ſecuritatis publ. zu entziehen : Alſo ermahnen ſie dieſelbe auch Vätter- und Gnädiglich / ihres Orths mit daran zuſeyn / damit angeregte ſo wichtige Materien / daran dem geſampten Reich / und jedem ſeine Sicherheit gelegen / dermahleinſt zu Endſchafft gebracht werden mögen.



Digitized by Google

Ex hac declaratione inferunt Status Provinciales moderationem limitatio-
5 nemque Receſsûs Imperij. Nec enim conſentiri voluiſſe Suam Cæſaream Majeſtatem, ut ultra Ordinem Executionis, ac in Conſtitutionibus Imperij Collectisque fundatam obſervantiam, nova penitùs Conſtitutio, & in ſpeciè talis introducatur, ex quâ Ordinibus Imperij plena & abſoluta competat libertas, ſubditos ſuos, pro beneplacito, omni tempore, non ſolùm ad ſuſtentationem & præſidium *fortalitiorum neceſſariorum*, ſed indefinitè, omnium locorum, quoties ipſis complacuerit, collectandi, & quidem non attentis ullis privilegijs aut exemptionibus, neque auditis ullis Subditorum querelis, cum caſſatione aut denegatione omnium proceſſuũ tàm præſentium quàm futurorum. Talem & tàm immenſam extenſionem Suam Cæſaream Majeſtatem nunquàm approbaſſe, ſed potius voluiſſe, ut Inſtrumento Pacis & Ordini Executionis in omnibus inhæreatur, neque Landſaſſij & ſubditi tam gravibus & non neceſſarijs ſumptibus injuſtè exhauriantur,

6 In facti contingentia plures Exceptiones adversùs Principes, ſumptus pro munimentis, eorumque præſidijs exigentes, oppoſuêre ſubditi, *Libertatem*, *Præſcriptionemque* ſexaginta & amplius annorum allegantes. 1. Nunquam ſe anteactis temporibus tali onere fuiſſe gravatos, vel ſaltem ſollicitatos. Atque 2. ejuſmodi collectas, libertatemque ab illis ſolvendis præſcripſiſſe, quam præſcribi poſſe, non ſolùm jure communi, ſed etiam Conſtitutionibus Imperij determinatum. *R. I. anno 1548.* §. aber die außgezogene. 62. & ſeq. in verbis: Würde ſich aber / mittler Zeit rechtlicher Erörterung obgemeltes punctens / einige Hülff im Heyl. Reich zutragen / haben Wir Uns mit Chur-Fürſten und gemeinen Ständen / auch der abweſenden Rähten und Geſandten verglichen / daß in diſem Fall die Anſchläge durch die Jenigen / ſo bißhero in den Reichs Anſchlägen begriffen / welche auch dieſelbige würcklich geleiſtet / dern das Reich im inhaben und poſſeſs wäre / ſelbſt ungeweigert entrichtet / und geleiſtet werden ſollen.

§. 63. Aber die außgezogen / ſo hiebevor einige Anlag erlegt hätten / und alſo in poſſeſſione vel quaſi libertatis wären / diſelbe ſollen / biß zu endlichen Außtrag der Sachen / darbey gelaſſen / noch die Außziehenden / zu einiger Bezahlung nicht angehalten noch gedrungen werden.

§. 64. Wo aber der außgezogene Stand / innerhalb Menſchen gedencken dem Reich einmahl / zwey oder mehr geſteuret hätte / ſo ſoll ſolcher Stand mitler Zeit / rechtlicher Erörterung der Sachen / der Steur nicht befreyet / ſondern dieſelbe zureichen ſchuldig ſeyn.

Quia præſcriptione immemorali Juriſdictio, Regalia, & omnia præſcribuntur *Theſ. Baſil. vol. 1. diſp. 4. Lit. U. 1.* atque alias jure Civili ſpatio 40. vel 30. annorum elapſo, omne jus, omniſque actio tollitur. *L. cum ſcimus C. de agric. & Cenſit. L. omnes. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Theſ. Baſil. vol. 6. lit. Hhh. 1.* Atque 3. tantò fortiùs procedit, ſi Status Provinciales à Principe ſuo, cui pro debitis exſolvendis, aliquot 100. millia florenorum contribuerunt, Reverſales obtinuerint, quod imposterùm talia & ſimilia onera ſuſcipere ampliùs non debeant, ſed ſuis antiquis privilegijs & libertate gaudere poſſint, nec ullo unquam tempore ſolutione debitorum Principis, aut etiam, propter appoſitum verbum *ſimilia*, alijs oneribus, ampliùs ſint gravandi. Quibus, tàm prægnantibus verbis, ab omni collecta & præſtatione ſint liberi, eaſque per averſionem ingenti pecuniæ ſumma redemerint. Ex quibus exceptionem præſcriptionis & pacti Principibus opponunt.

Ampliùs 4. etiam negant ſe ex jure 7
communi ad ſubſidia pro fortalitijs & præſidijs militaribus teneri, per *l. ſuo victu. 18.* in verbis *proprio ſumptu C. de oper. publ. & arg. l. ult. C. de Statuis.* Quos textus citat *Myler de Princip. & Stat. Imper. part. 2. cap. 78. n. 2.* & allegatur *Baer. deciſ. 212. n. 11. Vasq. Illuſt. Controv. lib. 1. cap. 6. Pet. Anton. de Petra de poteſt. Princip. cap. 6. n. 40. Gail. de Arreſt. cap. 10. n. 6. Meiſner. tom. 4. deciſ. 22. n. 54. Berlich. p. 2. concl. 64. n. 24.* Inſuper 5. aſſeruerunt ſubditi, *fortalitium non eſſe neceſſarium*, pro pace
publicâ, nec proficuum pro defenſione 8
Provinciæ, cum tamen Conſtitutio Imperialis de anno 1654. & Capitulatio Cæſarea de neceſſarijs tantum munimentis diſponat, conſequenter quoque nullos ad ſuſtentationem fortalitij non neceſſarij ſumptus æquâ ratione peti vel exigi poſſe, cum

ſæ-

ſæpius dictæ Conſtitutiones hoc in caſu applicari nequeant. 8. Diverſis Imperialibus reſcriptis, ad ipſorum productas querelas, inhibitam eſſe exactionem novarum impoſitionum, & quamvis contraria pro ſe obtinuerint Principes, illa tamen non abſolutè, ſed reſtrictivè ſumptuum ſolutionem moderatam injunxiſſe, pro conditione & fato illius temporis, ad interim, & uſque ad ulterius cauſæ examen, atque determinationem. Undè nullum perpetuum jus Principes ſibi arrogare vel attribuere poſſint. 9. Si quid ab illis quandoque exſolutum ſit, id factum vel gratuitò, vel alio ſub titulo, vel exactum vi & violentia majori, nunquàm verò ſpontaneâ & liberâ voluntate. Hinc libertatem favorabilem, immunitatemque pretioſam ipſis meritò conſervandam, in eaque manutenendos eſſe.

Verùm enim verò ad iſta argumenta repoſuëre Principes Conſtitutionem Comitialem de Anno 1654. cum Capitulatione Cæſarea ſuprà Verbotenus allegata,
9 tanquàm indubitata & firmiſſima ſuæ intentionis fundamenta, & corroborationes jurium Statibus Imperij etiam antè hac convenientium & attributorum. Satis id inter alia teſtari *R. I. Anno 1555.* §. Nachdeme aber; daß die Reichs-Stände die Fürſehung thun ſollen / damit ſie allemahl dergeſtalt in Verfaſſung ſtehen / damit ſie ſich unverſehenen Uberfalß ſelbſt entſchütten mögen. Ad hunc finem conducunt clypei & arma pro ſingulis, munimenta & fortalitia pro univerſis. Statibus verò Imperij competere jus muniendi, præſidiaque fortalitijs
10 imponendi, extra omne dubium, & notius eſt, quam ut ulla deductione indigeat. *Arniſ. de jur. Majeſt. c. 5. n. 8. Fritſch. de jur. fortalit. c. 4. n. 1. Burgoldenſ. de notit. Rom. Imper. part. 3. diſc. 2. n. 6. Killiger de Ganerb. diſ. 4. n. 147. Klock. de contrib. c. 9. n. 23. Cancer. var. reſol. lib. 3. c. 13. n. 2. Knipſchild. de Civit. Imp. lib. 2. c. 22. Mylen de Princip. & Stat. Imp. p. 2. 77. n. 2.* Textus in hanc rem ſunt, *Lex per provincias 10. ibi, cunctis volentibus permittatur, C. de ædific priv. C. piſcamus. x. de reſtit. ſpoliat.* R. A. *anno 1567.* §. wiewohl wir nun. & hoc jus muniendi ex jure gentium procedit *Cornel. Nepos in Themiſtocl. c. 7. n. 5. Beſold. de jur. belli c. 4. n. 3.*

Approbat hæc omnia praxis totius Imperij. Cùm verò præcipua hic agitetur quæſtio, cujus ſumptibus extructio & conſervatio fortalitiorum, præſidijq; militaris ſuſtentatio fieri debeat, Principiſne an verò ſubditorum & Civium? Non deſunt, qui onus hoc in Principem transferunt, ſuprà allegati Autores, ſed quorum plerique aut ferè nihil hac de re habent, aut textu juris & ſolidâ ratione deſtituuntur. *Meiſner loco ſupra citato* fruſtrà allegatur, *Gail. de arreſt. c. 10. n. 6.* dicit, videndum eſſe, quid loci conſuetudine obſervatum ſit, & operas ita exigendas, ut ſubditis ſatis temporis ad alimenta quærenda relinquatur. *Vaſquius* citato loco ait, ſubditos teneri, ſi Princeps ſufficientes reditus non habent, tunc enim unusquisque ex Regnicolis ſymbolum dabit, juxta modum ſuarum facultatum, citans *Bald. in l. ſi in aliquam. ff. de offic. Proconſ. & Legat. Franciſ. Cremenſ. ſingul. 26. Si Princeps vel Rex. Bart. Veronenſ. in tit. de ſerv. arb. præd. C. 39. col. fin. Archiep. Farraconen. poſt Nicol. Boerium in tract. de cuſtod. clavium Civit.* quem refert *ex Thom. Gram. conſ. 13. in cauſa Miloniana col. penult. Ioan. de Socara in conſuet. Cataloniæ fol. 53.* Ratio eſt, quia, ut habet ſententia noſtra jam fusè probata, omnis principatus creatus fuit ad Civium utilitatem, hæcque munitio ad univerſorum utilitatem ſpectat, undè Univerſorum expenſis ut fiat, par eſt; *Vasquius* itaque erroneè pro ſententia contraria allegatur, atque Autores contrarium ſuſtinentes, de fortalitijs privatis, & ad privatum ipſius principis uſum deſtinatis, von Fürſtlichen Schlöſſern und Hoffſtätten loquuntur. *Boer deciſ. 212. in Princip. Fritſch. de jur. præſid.*

Econtrà quod Subditi contribuere teneantur, aſſerunt *Bechtius diſſert. de ſecurit. cap. 3. concluſ. 50.* ubi adducit *l. ad portus. 7. & l. omnes. 12. C. de oper. publ. Laudens. tr. de Caſtell. q. 8. Racian. conſ. 101. n. 30. Maximil. Fauſt. de ærario claſſ. 3.*
*conſil. ord. 125.* quem refert *Balthaſar. de* 12
*ſubdit. c. 8. p. 144. Fritſch. de jur. præſid. c. 5. memb. 3.* ubi ait: Sanè cum Caſtrorum cuſtodia publicam totius Provinciæ ac Subditorum ſecuritatem reſpicit, putamus ſuſtentationis onus Subditis incumbete, & hanc ſententiam notoria Germaniæ praxis tuetur, nam quotidiè in his locis Collectæ à Subditis exiguntur, zu Erhalt- und Verpfle-

verpflegung der Guarniſonen in denen Lands-Veſtungen. *Samuel. Stryck. in diſſert. de Frtalit. c. 5.* tradit, Principem Subditis injungere, ut pro rata contribuant. Communem enim utilitatem & neceſſitatem reſpiciunt munitiones, dum æquè forenſium ac ſubditorum, bona hoſtium direptionibus eximunt, quidni itaque communis utilitas communi ſumpta, omniumque impenſis conſervetur; *Brunneman. ad l. fin. C. de immunit. nemin. conced.* Hinc nulla immunitas, *l. 12. C. de oper. publ.* nulla dignitas vel qualitas perſonæ liberat à præſtatione horum ſumptuum. *l. 10. C. de SS. Eccleſ. arg. l. 1. & 2. C. de nav. non excuſ.* quas leges licet de navibus loqui certum ſit, non incommodè tamen ad alias res patrimonij ſubditorum trahi poſſe cenſet, *Brunneman. ad d. l. C. Klock. d. contrib. cap. 9. n. 63.* cum nulla privilegia vel dignitates neceſſitati publicæ obeſſe debeant. *l. 6. C. de Annonis & Tribut.* & ibi *Brunnem.* Conſonum quippe eſt juri naturali, ut qui munitione ejuſque commodo & pace fruitur, etiam de ejus onere participet, quia in fortalitio omnia ſecurius conſervantur, ut hinc nulla ratione ullus ab eo, quod in commune prodeſt, ſejungere ſe poſſit. *Peretz. ad tit. de collect. fund. patrim. & Emphyt. n. 1.* Quæ omnia argumenta affert *Stryck. d. ſuprà l.* & confirmat *Frid. Rhet. in diſp. de liter. informat. cap. 2. n. 16.*

Nec ſine ratione aut textu loquuntur præfati Autores. Ratio jam ſupra aſſignata eſt, quod qui ſentit commodum, ſentiat & onus. Textus eſt in *l. ad portus. 7. C. de oper. publ.* cujus hæc verba: *Ad portus & aquæ ductus, (& murorum) inſtaurationem, ſive extructionem, omnes certatim factâ operum collatione inſtare debent, neque aliquis ab hujusmodi conſortio dignitatis privilegiis excuſari. Sequitur l. 10. eod.* in verbis: *Si qui Judices perfecto (publicis pecunijs) operi ſuum nomen ſine noſtri Nominis mentione inſcripſerint, Majeſtatis teneantur obnoxij.* Formalia *l. 12. eod.* ſunt ſequentia: *Omnes Provinciarum Rectores literis moneantur, ut ſciant ordines, atque incolas urbium ſingularum muros, vel novos debere facere, vel veteres firmiùs renovare: ſcilicet hoc pacto impendijs ordinandis, ut adſcriptio currat pro viribus ſingulorum, deinde adſcribantur pro æſtimatione operis futuri territoria Civium, ne plus poſcatur aliquid, quàm neceſſitas imperaverit, neve minus: ne inſtans impediatur effectus. oportet namque per ſingula (non ſterilia) juga certa quoque diſtribui, ut par cunctis præbendorum ſumptuum neceſſitas imponatur (nemini excuſatione vel alia præſumptione ab hujusmodi immunitate præbenda.)* Pugnant itaque & ratio naturalis & textus pro Principibus contra affectatam ſubditorum libertatem & Exemptionem, in cauſa communis utilitatis, neque ſententiæ contrariæ factores ullum tam apertum textum, vel convincentem adferunt rationem, cum allegata ab ipſis *l. Turres. 18. C. de oper. publ.* de opere privato & ejus uſu, *ad quorum jura terrulæ demigraverint.* loquatur, ut fruſtrà verba *proprio ſumptu*, ex ea lege captentur. Denique omnia Dd. tradita & legum antiquarum præſcripta, corrigit, abrogat. & elidit Autoritas Decreti Comitialis in R. I. de Anno 1654. tanquàm pragmatica ſanctio, & *Capitulatio Cæſarea Leopoldina* §. 3. nec non *Joſephina* §. 3. quibus Conſtitutionibus omnia reliqua cedere & palmam deferre debent.

Neque verò ſupra poſita declaratio Cæſarea de Anno 1670. quæ à Landſaſſiis & ſubditis, civibusque allegatur, quicquam ex dictis Conſtitutionibus immutavit, aut immutare potuit, dum nota ſatis eſt Decretorum Comitialium vis & authoritas, quam Imperatorem nec velle minuere, aut labefactare credendum eſt; Itaque reliquit Sua Imperatoria Majeſtas totum §. Und gleichwie / ꝛc. in ſua omnimoda diſpoſitione, daß die Landſaſſen / Unterthanen / und Burger / zu Beſetz- und Erhaltung der nöthigen Veſtungen / Plätzen / Guarniſonen / ihrem Lands-Fürſten / Herrſchafften und Obern mit hülfflichen Beytrag gehorſamblich an Hand zugehen ſchuldig / & ſolum in illo ſuum denegavit Cæſareum Aſſenſum, ut in definitè ad omnia loca & fortalitia non neceſſaria, nec pro defenſione pacis publicæ & provinciæ utilia, *dictus* §. in immenſum extendatur, atque ſubditi, non attentis ullis privilegiis aut exemptionibus, collectas omnes, pro beneplacito collectantis, & quoties ipſis complacuerit, exſolvere teneantur: Qualis tamen prohibita extenſio in præſenti caſu non reperitur, nec ullum privile-

Digitized by Google

vilegium aut exemptio à ſubditis adferri & opponi poteſt. Hinc *Itterus de feud. Imper. cap. 21. n. 32.* tradit, Imperatorem ſolùm immenſam, nullis limitibus circumſcriptam, quam ſibi nonnulli ordines arrogare nitebantur, collectandi libertatem ſua declaratione reſtrinxiſſe. *Diar. Europ. part. 23. pag. 398.* Ut nec quicquam Declaratio Cæſarea à Subditis pro obtinendâ libertate proſit, utpote quibus obſtat ratio, quod cum fortalitia publici ſint juris, & communem neceſſitatem, utilitatemque omnium Subditorum æqualiter reſpiciant, ac tempore belli ſecuritatem illis, eorumque bonis præbeant, æquum omnino eſt, ut ſimul omnes communem uſum & utilitatem communi ſumptu & impenſis tueantur, & conſervent. Nam quod Principes Imperij, Jus præſidij habeant, & vi illius fortalitia & munimenta præſidiis militaribus providere poſſint. Extra dubium eſt *Tabor de Metat. cap. 7. n. 10. Fritſch. in tract. de jur. præſid. cap. 2. n. 10.* & vide *ſuprà n. 10.*

13 Porrò ſubditis non competit examen an fortalitia ſint neceſſaria, & paci publicæ provinciæque utilia, quia illa cognitio potiùs à Cæſareâ Majeſtate, judicio Directoris Circuli, & Domini territorialis dependet, qui jam à multis annis fortalitium pro neceſſario & utili declaraverunt, cum præcepto Imperiali, ut illud præſidio convenienti firmaretur, atque milites vel ipſius Principis, vel Directoris Circuli, nulli autem peregrini in illud reciperentur. *Samuel Puffendorff. in Hiſtor. Sueciæ. lib. 15. §. 24.* narrat, quantum progreſſibus Suecicis illud munimentum obſtiterit: ut de ejus neceſſitate & utilitate fruſtrà quæſtio moveatur; Et *Knipſchild. de jur. Civit. Imper. lib. 2. cap. 22. n. 118.* pulchrè utilitatem fortalitiorum deducit, inquiens: Urbes ſinè propugnaculis & munitionibus, omnium Latrociniis, Libertasque civium hoſtili libidini ſemper patuit. ècontrà unum aliquod oppidum benè munitum, ac rebus omnibus neceſſariis inſtructum, ad tolerandam obſidionem, ad alendum militum præſidia, ad ſuſtinendam vim hoſtilem, donec ei ſubveniatur, maximum ſæpè momentum toti Regno ad ſalutem attulit, ingentes nonnunquam exercitus repulit; illosque ipſos quandoque obſidentes, fame, peſte, frigore, morbis omnibus obſedit, teſte experientia. Profectò dum hanc quæſtionem tractat *Frid. Rhet. in diſput. de Liter. inform. cap. 2. n. 16.* ſequentem in modum de ea diſſerit. *Sed enim hic æſtimatio eſt, quænam fortalitia ſint neceſſaria?* Moraliter id neceſſarium & bonum publicò æſtimatur, quod vir bonus tale æſtimavit. Uſu Germaniæ id territoriorum Domini determinare ſolent; & ubi ſubditi Statuum Provincialium jure utuntur, in conventibus eo nomine inſtitutis, & in eum finem convocatis, rationes neceſſitatis ejus proponere ſolent, ſic ex conſilio Statuum Provincialium, quænam ſint neceſſaria, ſtatuatur, niſi neceſſitas moram non pateretur, tunc territorij Dominum, quænam neceſſaria ſint, determinare & ſtatuere quis negaret? Ubi quoque ulterius in §. *nec alterum*, hülfflicher Beytrag/ ꝛc. eò inclinat, quod ſubditi integras collectas ſolvere teneantur, ad exemplum ſuſtentationis Cameræ Imperialis, quas integras ſubditi præſtare tenentur. Licet enim antiquitùs Status Imperij ê Domaniis collectas contulerint, hodiè tamen longè alia Imperij Romano-Germanici facies eſt, & Principes ſubditis pro competenti matriculæ portione collectas imponunt. *Wolffg. Text. ad R. I. 1654. diſp. 10. theſ. 56.* ubi dicit, hanc rem videri conſuetudine primum fuiſſe uſurpatam, ſed poſteà ex *R. I. Anno 1557.* §. welches wir/ ꝛc. *R. I. de Anno 1566.* §. dieweilen nun/ ꝛc. publicam confirmationem accepiſſe. *vide ſuprà n. 3.* In præſenti tamen non de extructione novi fortalitij, ſed ſaltem conſervatione & præſidio veteris agitur, cujus utilitas, neceſſitasque jam ab Imperatore, à Directore Circuli, à Principe Provinciæ, ab ipſa praxi & experientia eſt declarata, & in quo proindè Conſtitutio R. I. de Anno 1654. omninò prævalet.

Si ad *præſcriptionis* exceptionem ſubditi recurrere velint, & ex ea libertatem ſuam tueri, obſtat illis diſpoſitio juris Civilis, qua ſtatutum eſt, quod prolixitas temporis haud unquam publico noceat *Novel. 30. cap. 7. l. 6. C. de præſcipt. 30. vel. 40. annor l. 23. C. de SS. Eccl.* quam legem de tributo agere etiam Autores contrariæ ſententiæ fatentur, & idem in jure Canonico ſtatuitur. *Cap. 13. quæſt. 4. & cap. cum non liceat. X.*

de

Digitized by Google

*de præſcript.* Videlicet non debet præſcriptio, velut repertum Juris Civilis, in detrimentum vergere commodorum Reipublicæ, penès illos, qui ſubjectionem ſuam profitentur: qui enim ſubditum ſe gerit, in eo quotidie ſubjectio conſtituitur: non aliter ac de habitatione diſpoſitum eſt, eam non utendo non amitti, *l. 10. in princip. de uſu & habitat.* eò quod hodie inhabitare queat, qui per 40. annos & ultra non inhabitavit. Eadem ratione Princeps homagium à ſubditis illis exigere poteſt, qui vel nunquam illud, cœteris licet præſtantibus, præſtitêre, & pari ratione collectas ab illis exigere, qui antea in Cataſtra non relati, aut ad contributiones requiſiti fuerunt. *Chriſtoph. Lynker. de Cataſt. cap. 6. §. 3.*

15 Nam in his, quæ meræ ſunt facultatis, & à ſola facientis voluntate dependent, nulla procedit præſcriptio, niſi quando illi, contra quos præſcribitur, factæ contradictioni acquieſcunt, quia tunc demum præſumitur patientia & tacita renunciatio. *Theſ. Baſil. vol. 6. L. HHH. 1. Salicet. & Angel. in l. competit. C. de præſcript. 30. vel 40. annor. Klock. de contribut. c. 16. n. 67.* ubi infinitas Dd. autoritates allegat, & inter *Roſenth. de feud. c. 5. concl. 84.* ubi hanc ſententiam veriorem eſſe aſſerit. Et ſi Domino non fuit oblata facultas utendi ſervitijs, tum libertas non præſcribitur, quia quod neceſſitas non exigit, illud patientia non remittit. *L. in filijs. 35. Cod. de decur. Boer. deciſ. 132. n. 2.*

16 Diſtingui etiam in hac materia debet *præſcriptio* & *privilegium*, quia privilegiū voluntatis perpetuæ, & expreſſæ conceſſionis vim habet, quod in præſcriptione, ex tacita Principis voluntate, habet locum; Nàm privilegia adversùs ipſas leges conſtituuntur, & ab ipſo Principe proveniunt, ſed in præſcriptione præſcribens jus quoddam ſibi ipſi inducit, ut hinc à privilegijs ad præſcriptionem nulla detur conſequentia. Hinc præſcriptioni adverſus publicas præſtationes locus non eſt, & ſubditus, quà talis, non poteſt conſiſtere in poſſeſſione libertatis ab oneribus publicis, quia in eum talis poſſeſſio non cadit, velut nec in Vaſallum poſſeſſio Dominij directi, nec in Commodatarium poſſeſſio rei commodatæ; Ubi itaque nulla eſt poſſeſſio, ibi quoque nullam poſſe induci præſcriptionem ſatis conſtat; Et licet videatur placuiſſe Imperatori & Statibus inducere tempora præſcriptionum pro immunitate à Collectis Imperialibus, id tamen ad collectas ſubditorum in Statuum territorijs aptari non poteſt, quia conſtat totam rationem contributionum, quæ à Statibus penduntur, ob maximam eorum libertatem, tam in imponendo quàm exigendo, à Collectis ſubditorum mediatorum multis modis differre ſicut tradit, *Lyncker. in ſupra d. §. 3.*

Denique quicquid dicatur, pro regula 17
tenendum eſt, quod ea, quæ alienabilia non ſunt, non ſint præſcriptibilia, *l. quod Principis ff. de aqua. pluv. arcend. l. 3. C. de nov. vectig. imponend.* Ut proindè ſolutio cenſus, quæ penditur Imperatori & Statibus in ſignum ſuperioritatis, præſcribi non poſſit, ne præſcribens fiat acephalus, ſine Capite vel Domino, prout loquitur textus *in cap. non liceat. X. de præſcript. Theſ. Baſil. vol. 7. diſput. de Regal. theſ. 4.* Ac præterea in præſcriptione immemoriali, licet habere videatur vim Privilegij, bona tamen fides jure Canonico continuò & ſemper requiritur. *Cap. 3. 5. penult. & ult. X. de*
*præſcript.* & Jus Canonicum in materia 18
præſcriptionum moribus noſtris eſſe receptum, atque etiam in Camera obſervari, tradit *Rittershuſ. de differ. jur. Can. & Civil. lib. 4. n. 13.* Inſuper ſi ſubditi ſe fundant in tempore, & contentis reverſalium, falſæ innituntur cauſæ, carentque bona fide, dùm collectas publicas, cum privatis & provincialibus, de quibus ſolis reverſales loquuntur, confundunt. Ut nil dicatur de læſione enormiſſima, cùm nulla ſit proportio inter collectas quot annis ad dictos uſus exſolvendas, & in ſecula ſe extendentes, ad ſummam in reverſalibus contentam.

Imò *Alberic. Gentil. lib. 1. de jur. belli & pacis* 19
*cap. 22.* negat ſucceſſoribus negligentiam vel imprudentiam 100. vel 200. annorum Regnis & Principatibus obeſſe, eosque ſemper poſſe repetere ab Anteceſſoribus derelicta, *Reinhard. Vitriar. in jur. Civil. lib. 2. tit. 6. n. 35.* & noviſſimè *Cellar. de Princip. Domaniis* tradit *cap. 19. §. 13.* quod illa alienari in poſterorum præjudicium
nullo modo poſſint. Quam aſſertionem confir- 20
mat *Wolffg. Textor in diſput. de bonis Coronæ*: ubi ait: Rex vel Princeps bona Imperij alienata ipſe poteſt revocare, imò ad hoc tenetur ex officio, juxtà *Cap. intellecto. X. de jurejur.* Conſequenter non illi rectè objicietur exceptio rei venditæ; quod multò magis in ſucceſſore Regni vel Principatus probandum eſt. *arg. C. innotuit. verſ. quamvis. X. de Electiſon.* Quia bona domanialia ſunt regiæ dignitati conceſſa & unita, *per l. 2. C. de petit. bonor. ſublat. Choppin. de doman.*

Digitized by Google

*man. lib. 1. tit. 2. n. 1.* ſunt deputata ad vivere
21 Regum & Principum, ad ſuſtinenda dignitatis
onera, *Hugo Grot. lib. 2. de jur. P. & B. c. 6. n. 11.*
ſunt in patrimonio Imperij, Principatus aut
Reipublicæ, quorum alienatio non eſt permiſſa,
*Brunneman. conſil. 1. n. 64. & ſeqq.* ubi infinitas
autoritates allegat, & rationes adducit, quia ne-
mo alienare poteſt cum effectu, niſi ſit Domi-
nus, *t. t. C. de reb. alienis non alienand.* Princeps
22 autem in re domaniali in rei veritate non eſt Do-
minus, ſed quaſi Dominus, imperio ſcilicet,
non dominio, vel dominio Juriſdictionis & pro-
tectionis, ſicut tutor rerum pupillarium, mari-
tus dotis, *Knichen. de veſtitur. pact. p. 3. c. 2. n. 82.* Si
itaque patrimonium fiſci ſeu domanium Reipu-
blicæ dos verè dicitur, & ea quidem dos, cujus
diſtractione Reſpublica ipſa, & regnum & Rex
ipſe perit, quâ tandem lege dotem iſtam alienare
licebit? inquit *Junius Brutus in tr. de vindiciis
contra tyrannos. q. 3. §. an verò patrimon. regij.* Prin-
ceps enim eſt adminiſtrator & uſufructuarius do-
manij, non dominus, cui adminiſtrandi poteſtas
permiſſa eſt, non alienandi, *l. 28. §. 2. ff. de pact. l.
1. §. 1. ff. de off. procur. Cæſ.*

Unde etiam agri Limitanei, à quocunque poſſidean-
tur, cujuslibet ſpatij temporis præſcriptione ceſſante, mi-
litibus, quibus antea aſſignati erant, reſtitui jubentur, *l.
ult. C. de fund. Limitroph* & illi agri, qui Divorum re-
trò Principum ſanctionibus, Limiti dedeputati ſunt, ad
23 jus priſtinum, ſine ullo obſtaculo. *l. omnes C. de fund. pa-
trim. & Saltuenſ.* Itaque ipſe Princeps, aut ſucceſſor ejus,
poteſt & debet alienationem revocare, & multò magis ſuc-
ceſſor alienantis, qui nihil contraxit; Nemo enim poteſt
imponere legem ſucceſſori dignitatis, quia par in parem
non habet imperium, prout iſta omnia latius deducit ci-
tatus antè *Brunnem. conſ. 1. per tot. Volk Bechman. in diſp.
de Corona opibus. c. 5. & 6.* Atque ſi Princeps ſit Vaſallus,
multò minus, nec Domino directo, nec Agnatis per a-
lienationem vel negligentiam ſuam præjudicare poteſt.

Ex quibus omnibus concidit exceptio præſcriptio-
nis, utpotè quæ tot argumentis ſupra recenſitis eliditur.
Imprimis etiam ſi ſubditi vel ſemel ſumptus ad præſidia
perſolverint, quia poſſeſſio juris collectandi per unicam
24 collectæ ſolutionem probatur; *Theſ Baſil. vol. 6. lit.
Ddd. 2. Bald. conſil. 251. col. 2. verſ non ſit dubium n 1.
vol. 5. Maſcard. concl. 1180 n. 12, vol.* 3. per textum *in
l. 4. §. quod autem. 161. non quotidiè. ſed hoc anno, vel
uno die, vel una nocte, ff de aq quotid. & æſtiv.* quod
tandem attinet ad ſumptus Legationum ad Comitiales &
Circulares Conventus, ea res determinata eſt per reſolu-
tionem Cæſaream de 19. Iunij 1670. ſequentis tenoris.

## Kayſerliche Reſolution der Legations-Köſten.

25 DEs H. Römiſchen Reichs Churfürſten und
Stände / zu gegenwärtigen Reichs-Tage ge-
vollmächtigte Räthe / Bottſchafften / und Ge-
ſandten haben ſich ohngezweiffelt guter maſſen zuer-
innern / als dieſelbe weyland des Herren Cardinals un̄
Ertzbiſchoffs zu Saltzburg / Hochfürſtl. Eminentz /
occaſione des deroſelben ſub dato den 26. Jan.
1667. in der Elſaſſiſchen Sachen eingeliſereten
Reichs-Bedencken / per poſtſcriptum anbracht /
was maſſen man auff Erinnerung verſchidener Stän-
de davor halten wollen / daß ein jeder Stand von
ſeinen Underthanen / zu Reichs Deputations- und
Kreiß-Conventen / die nöthige Legations-Koſten
erhalten möge; daß man an Seithen der Röm.
Kayſerl. Majeſt. unſers allergnädigſten Herren /
ihnen darauff eine ſpecial Antwort zuertheilen /
diſer Urſachen halben für überflüſſig gehalten / wei-
len ein jeder Churfürſt / und Stand ſich auß denen
Reichs-Satzungen / und dem uralten Reichs Her-
kommen / von ſelbſten guter maſſen zu beſcheiden
weiß / wie weit er / in Krafft disfalls habender Rega-
lien / ſeine Underthanen / in dergleichen Begebenhei-
ten / zu belegen und zu collectiren habe / und dañen-
hero zu eines jeden Stands belieben geſteller ſeyn laſ-
ſen / ob- und wie weit er ſich / ſeines disfalls herge-
brachtē juris, gebrauchē wolle oder nicht; ſeithero aber
bey allerhöchſtgedachter Jhro Kayſerl. Majeſt. zu ver-
ſchidenē mahlen umb ſpecial-willfährige Reſolution
nachgefragt worden; Alſo erklärē dieſelbe / auff die / bey
dero Kayſerl. Herrn Principal Comiſſarij Hoch-
fürſtl. Gnaden / im Namē und von wegen Churfürſten
und Ständen beſchehene Erinnerung / Allergnädigſt
dahin / daß ein jeder Churfürſt und Stand des
Reichs / nach Jnnhalt obangezogenen Reichs-Be-
denckens oder poſt ſcripts von ſeinen Underthanen
zu Reichs-Deputations- und Kraiß-Conventen / die nöthige Legations-Koſten erhe-
ben / und dem bevorſtehenden Reichs-Abſchid unſert-
halben ein gewiſer paſſus inſerirt werden möge /
welches hochgedachte Herren Kayſerliche Principal-
Commiſſarij Hochfürſtl. Gnaden / den gevollmäch-
tigten Räthen / Bottſchafften und Geſandten / zu
verlangter verläßlicher Reſolution / auß allergnädig-
ſten Kayſerlichen Befelch alſo anzufügen nicht un-
derlaſſen wollen / und verbleiben dabenebenſt denen-
ſelben mit geneigten / freundlichen und günſtigen
Willen / zu allem Guten wol beygethan und gewo-
gen. Signatum Regenſpurg den 19. Junij Anno
1670.

De ſuſtentatione Cameræ Imperialis, quod
illos quoque ſumptus ſubditi contribuere te-
neantur, patet ex ſuprà allegatâ Capitulatione
Cæſareâ §. 3. Hinc non ſubſiſtentibus ullis ſub-
ditorum exceptionibus, dùm nec pacta & re-
verſales, utpotè de ſolutione tantùm Principis
privatorum debitorum, non verò de publicis
præſtationibus diſponentes, nec deprædicata
libertas, nec præſcriptio immunitatis, nec jura
communia, nec declaratio Cæſarea ad R. I. de
anno 1654. nec quædam ad prima narrata, an-
tè examen cauſæ durante proceſſu, obtenta re-
ſcripta & decreta, illos tueri poſſunt: Econtrà
verò pro Principibus pugnet expreſſa Conſtitu-
tio R. I. de anno 1654. cum Capitulatione Cæ-
ſareâ §. 3. quæ per declarationem Imp. Maje-
ſtatis non mutata, ſed potiùs confirmata, ratio-
nes & textus juris communis, reſolutiones Cæ-
ſareæ, praxis Imperij, publica utilitas & neceſ-
ſitas, actus poſſeſſorij, exigente juſtitiâ, ſubditi
ad conferendos ſumptus pro fortalitiis & Lega- 26
tionibus, nec non ſuſtentationis Cameræ
Imperialis, juxtà determinationem Conſtitu-
tionum Imp. & præſertim R. I. de anno 1654.
ſunt condemnati.

Digitized by Google

# ADDITIO

## *Ad Lib. I. Tit. V. part. VIII. fol. 248.*

DIctum eſt aliquid ſuprà *Lib. I. tit. V. part. VI. n. 11.* de feudis Italicis & in Statu Romano ſitis, & deindè in praecedenti *part. VIII. n. 4.* Ut autem tota appareat cura & ſollicitudo Imperatoris circà recuperanda Imperij feuda juxtà *Capitulationem Cæſaream.* §. 12. apponitur hic Edictum ſivè Citatio Imperialis ad Vaſallos publicata.

LEOPOLDUS Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator, Semper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Croatiæ, Sclavoniæ Rex. Archi-Dux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Wirtembergæ, Comes Tirolis, *&c. &c.*

Omnibus & ſingulis Noſtris Sacrique Imperij in terris, ac Provinciæ Italiæ Vaſallis, & Feudatariis, fidelibus dilectis, Gratiam noſtram Cæſaream & omne bonũ: Quemadmodùm Providentia Divina, cujus benignitate S.R.I. Sceptrum & Diadema gerimus, Æternæ Veritatis Verbo, quæ ſua, quæ Cæſaris ſint, unicuique reddenda decrevit; Ita Nos ejusdẽ exemplo juſtitiam in hiſce terris adminiſtrantes, muneri noſtro omninò congruum exiſtimamus, ea quæ ad Divos Prædeceſſores Noſtros Romanorum Imperatores & Reges, atque modò ad Nos & Imperium ſpectant, ſolicitè non conſervare tantùm, ſed etiam recuperare, ac ſupremo ac legitimo Domino ſuo aſſerere. Poſtquam igitur certiores redditi ſumus, de evidentiſſimis quorundam feudorum Imperialium, nec non Dignitatum, Juriſdictionum Præeminentiarum, Privilegiorum, Regalium, aliorumque uſurpationibus, per nonnullos, ſeu perverſa ipſorum voluntate, ſeu dolo, ſeu negligentia, ſibi arrogatis; quandoquidem Vaſalli iſti, debita recognitione ſupremi ac Directi Dominij Noſtri poſt tergum relicta, à conſueto Homagij fidelitatiſque Juramento ſeſe eximere ſatagant; Ex certa ſcientia, animoque deliberato, ſano & maturo Tribunalis Noſtri Imperialis Aulici accedente Conſilio, eos qui à Nobis, & Prædeceſſoribus Noſtris de Feudis Ejusmodi inveſtiti ſunt, Auctoritate Noſtra Imperiali confirmandos, & immittendos, Injuſtoſque Detentores & Uſurpatores inde removendos eſſe reſolvimus, ac proinde ſeriò, diſtrictè, benigneque mandamus, ut intra trium menſium terminum ab harum promulgationis & affixionis die proximè computandum, quarum tenori (ſive manuſcriptæ, ſive typo expreſſæ exhibeantur) plenam fidem haberi cupimus, adeò quidem, ut nullam à Transgreſſoribus, Inobedientibus, ac Contumacibus, vel excuſationem vel ſupterfugium admiſſuri ſimus, debeant Vaſalli, & Feudatarij Noſtri, vel ad Cancellariam Noſtram Imperialem, vel in manus Noſtras, ſive ad manus Oratoris Noſtri Cæſarei, Illuſtris ac Generoſi Conſiliarij Noſtri Arcani, Camerarij, Sacrique Imperij fidelis dilecti Georgij Adami Comitis de Martinitz, *&c.* aliorumque noſtrorum Agentium dare, ac dediſſe deſignationem authenticam, & feudalem, non modò feudorum, ſed etiam Dignitatum, Juriſdictionum, ac Præeminentiarum, Privilegiorum, Regalium, cujuscunque ea generis exiſtant, quæ quilibet ipſorum, quantumvis etiam ex linea ſpuria prodiens, retinet, aut eorum Majores & Anteceſſores retinuerunt, ſive inveſtiturâ, ſive conceſſione, ſive Donatione Cæſarea, ſive quocunque alio modo, aut forma, quamvis hîc non expreſſis, & quæ exprimi debuiſſent, quemadmodùm ea omnia pro expreſſis haberi volumus; Seriò inſuper præcipientes, ut ſimul quoque ſupplicem libellum pro confirmatione, renovatione inveſtituræ, novaque conceſſione ritè exhibeant, quorum precibus benignas aures præbituri ſimus, conceſſurique ipſis omnia iſta, cum iisdem conditionibus, præeminentiis, & qualitatibus, quibus ſemetipſos, aut Majores ſuos gaviſos eſſe probaverint, & quidem citra diſtinctionem, an à linea Maſculina, an verò à Fœminina ſupplicationes ejuſmodi procedant, & quo majores ſtimulos addamus eorum animis, qui potiori jure Feuda Imperialia, Juriſdictiones, Dignitates, præeminentias, Privilegia & Regalia prætendunt, quoque vigilantiores eos ad Clementiam Noſtram pro Confirmatione, Renovatione Inveſtituræ, conceſſioniſque Cæſareæ implorandam reddamus locum iis præcipuè dabi-

bimus, qui intra præſcriptum terminum primi Nobis ſupplicaverint. Quod ſi fortè feuda iſta, aut bona, ære alieno, impoſitionibus, illegitimiſque diſtractionibus, & intra Imperialem licentiam & conſenſum gravata reperirentur, eà nihilominus ipſis confirmanda & reſpectivè cum infeudatione, & inveſtitura libera, exempta & immunia concedenda decernimus. Quandoquidem pro Imperiali Noſtra Clementia & Magnanimitate, omnibus iis Vaſallis noſtris ac Feudatariis, qui patentibus hiſcè litteris noſtris Cæſareis debitè obtemperabunt, Gratiam impertiri intendimus, confirmantes, infeudantes de novo, & condonantes, ſupplenteſque tam commiſſionis, quàm omiſſionis defectus, ſive ab ipſiſmet Vaſallis, ſive ab eorum majoribus, fraudulenter licet, atque etiam ut cuipiam alij, quanquam illegitimo Domino ſe ſubjicerent, commiſſos. Cùmque humana malitia, ac perverſitas quempiam Vaſallorum noſtrorum eò audaciæ adigere poſſet, ut oblata hac Imperiali & paterna Clementia abuteretur: Nos ad cœcam illorum mentem, quantum poſſibile ſit, illuminandam, harum quoque vigore notum facimus, quod elapſo trium menſium termino hiſce præfixo, ſi ea, quæ hactenus enunciavimus & præcepimus, non adimpleverint, paritionemque debitam non præſtiterint, aliis literis patentibus tunc publicandis inobedientes ac contumaces, feudis, Dignitatibus, Juriſdictionibus, Præeminentiis, privilegiis, & Regalibus exutos, & tanquam veros uſurpatores, ac rebelles ſeverè, ac ſine ſpe veniæ punitos, & tractatos, eademque feuda, & dignitates Juriſdictiones, præeminentias, & regalia aliis collata nominatim declaraturi ſimus. Utq; eò magis prædictorum malitiæ, ac cœcitati obviam eamus, volumus ut unicuiq; liberum, licitumq; ſit de Vaſallis Feudatariis hiſce literis noſtris morem non gerentibus, uti etiam de ipſorũ dignitatibus, Juriſdictionibus, præeminentiis, privilegiis, & Regalibus ſubticitis, cujuſcunque generis probationes afferre; Quod ſi delatores eas probationes attulerint, ejuſque fuerint conditionis, ut feudorum, dignitatum, Juriſdictionum, præeminentiarum, privilegiorum, atque regalium celatorum capaces deſiderantesque cenſeri queant, hos ipſos delatores ad dimidium rei vero valore minus inveſtiendos, ac infeudandos; Si verò tales non reperiantur, in ſummo ſecreto, ſumptibus Cameræ Noſtræ Imperialis Aulicæ, adæquatè & ſecundum munificentiam noſtram Cæſaream, tertia parte veri valoris eorum, quæ per dictas cujuſcunque generis probationes revelata erunt, decernimus remunerandos, non obſtante quod probationes iſtæ allatæ in actis & Regiſtris Noſtris Imperialibus inventæ fuerint. Hæc enim eſt ſeria mens, ac voluntas noſtra, quâ pariter declaramus, ut poſtquam hæ litteræ noſtræ, à Nuncio, vel Curſore, ſeu Nunciis ac Curſoribus hunc in finem à dicto Oratore Noſtro Imperiali Comite de Martinitz Romæ, toties, quoties opus fuerit deputandis, quibus peculiariter facultates ad hunc eundem ſcopum neceſſarias, & opportunas hiſce Clementer tribuimus, in publicis Civitatum, Terrarum, Caſtellorumque locis affixæ, vel alio modo publicatæ fuerint, eædem unumquemque dd. Vaſallorum, ac Feudatariorum ita ad paritionem adſtringant, & obligent, quaſi ejuſdem perſonæ, ac propriis manibus conſignatæ, intimatæque fuiſſent, quatenus prædictam indignationem noſtram Cæſaream, ac ſupra recenſitas pœnas evitare voluerit. Datum in Civitate Noſtra Viennæ die 29. Aprilis 1697. Regnorum noſtrorum Romani 39. Hungarici 42. Bohemici 41.

LEOPOLDUS.

(L.S.)

V. C. Sebaſtianus Wunibaldus Comes à Zeyhl.

Ad mandatum S. C. M. proprium

Franciſcus VVinandus de Bertram m. p.

Publicavit & affixit Orator Cæſareus hoc Edictum antè immune Palatium Imperiale Romæ, ut ad omnium Vaſallorum

Digitized by Google

rum perveniret notitiam ; Sed ut optimè facta non ſemper concomitatur debitus Juſtitiæ fervor ; ſic minùs conveniente apprehenſione perſuaſus Summus Pontifex, & velut violatæ ſuæ Jurisdictionis fervore commotus, non ſolùm Contra-Edictum publicis typis evulgavit, ſed acerbas etiam literas ad Auguſtiſſimum dedit. Contra-Edictum tenoris eſt ſequentis: *Paoluzzo Veſcovo di Paleſtrina Card. Altieri, della S.R.C. Camerlengo.* Eſſendo ſeguita in alicuni luoghi di queſt' Alma Città di Roma publica affiſſione d' un' Editto, ò Lettere patenti : E benche à detta affiſſione non ſi poteſſe, nè doveſſe in alcun modo venire, ſenza l' eſpreſſa licenza e conſenſo della Santità di Noſtro Signore, non competendo tal Giuriſdittione in Roma, e nello Stato temporale della Santa Romana Chieſa, ſoggetto unicamente alla Santa Sede Apoſtolica, e ſommo Pontefice, à niuna Perſona in qualunque grado ſia di Dignità, ancorche Regia, ed Imperiale, ed in conſeguenza reſti dett' atto per ſe medeſimo nullo, di niun valore, attentato, e notoriamente turbativo della Giuriſdittione della medeſima Santa Sede Apoſtolica, e ſuo Pontefice Romano ; in ogni modo, acciò in alcun tempo non ſi poſſa allegare detta publica affiſſione, ò tacito conſenſo approvativo, di tal' atto : Per debito del noſtro Ufficio di Camerlengo della S. Romana Chieſa, ed in vigore d' vn Chirografo ſpeciale ſegnato della Santità Sua queſto giorno, da regiſtrarſi col preſente Editto, à perpetua memoria nelli libri della Rev. Camera Apoſtolica, à maggior Cautela, quando faccia di biſogno, caſſiamo, irritiamo, annulliamo, circoſcriviamo, e dichiariamo di niun vigore, forza, ed efficacia, come non foſſe ſtato fatto il prefato atto di publica affiſſione in Roma, e qualunque altro, che forſe à queſt' ora ſi foſſe attentativamente fatto, o s' attentaſſe fare in avvenire, tanto nella medeſima Citta di Roma, quanto in qualunque altro luogo dello ſtato della Chieſa, proibendo allegarlo, ed addurlo contro l' onnimoda, aſſoluta, e Suprema autorità e Giuriſdittione della prefata Santa Sede Apoſtolica.

E quantunque debba crederſi, che in dette lettere patenti, ò Edito, come ſopra affiſſo, non ſia ſtato ſentimento di comprendere li poſſeſſori de' Beni Giuriſdittionali, ed in qualunque modo Feudali, ſituati entro lo ſtato Eccleſiaſtico, come che queſti ſoggiacciono unicamente all' Alto, Diretto, ſupremo, & aſſoluto Dominio della S. Sede Apoſtolica, e non di alcun altro Prencipe, nientedimeno, acciò li medeſimi Poſſeſſori, ſotto preteſto di qualche ſiniſtra ò erronea Interpretatione, che forſe ſi daſſe alle Lettere patenti, ò Editto ſodetti, non incorrino in qualche errore, e pregjudicio, ricordiamo à tutti li ſubditi, ed altre perſone, che poſſiedono entro lo Stato temporale, ſoggetto alla S. Sede, Città, Terre, Caſtelli, ed ogn' altra ſorte de Beni Feudali, ò Giuriſdittionali, le proibitioni, e pene contenute nelle Coſtitutioni Apoſtoliche, contro chi ardiſſe riconoſcere altro Prencipe, che la S. Sede Apoſtolica, è Pontefice Romano, e quando ne ſia di biſogno di nuouo proibiamo, che niuno di eſſi Poſſeſſori preſuma per ſe, ò per altri chiedere, riceuere, produrre, ò eſſibire inveſtiture, conferme, conceſſioni, ò altro qualſiuoglia titolo ſopra Beni eſſiſtenti, come ſopra, nello ſtato Eccleſiaſtico, tanto in vigore del prefato Editto nullamente affiſſo, quanto per qualſiuoglia altra cauſa, preteſto, ò colore, sì direttamente, come indirettamente, ne fare alcun' atto, che poſsi importare Omaggio, ricognitione di Feudalità, Alto ò Supremo Dominio verſo altere Perſone, Curie, Conſigli, ò Tribunali, mà quelle debba riceuere, e riconoſcere reſpettivamente della S. Sede, alla quale Solamente ſpetta il ſupremo ed aſſoluto Dominio di tutti li luoghi Feudali, e Giuriſdittionali entro il ſudetto Stato Eccleſiaſtico, ſotto le pene della Confiſcatione, Ribbellione, Leſa Maeſtà e d' altre, impoſte contra uſurpantes bona Jura, & Jurisdictionem S. Sedis Apoſtolicæ. Volendo non ſuffraghi à niuno l' allegare ignoranza, errore ò altro preteſto, è che alle dette pene ſiano ſotto-poſte tutte, e ſingole Perſone, che controveniſſero, niuna eccetuatane, benche foſſe degna di ſpeciale, e ſpecialiſſima mentione e che

la

la publicatione del preſente Editto, con affiggerlo nelle Porte del Palazzo della Cancellaria Apoſtolica, della Curia di Monte Citatorio, in Campo di Fiore, e negli altri luoghi ſoliti, aſtringa ogn' uno, come ſe à ciaſcuno foſſe ſtato preſentato perſonalmente. Dato dal noſtro Palazzo li 17. Giurgno 1697.

P. Card. Altieri Cam.

Innocenzo Meola
Comm. Gen.

Sacratiſſimus Imperator Auguſtali prudentia & benignitate ad Literas Pontificis, & Edictum Romanum ſequentem in modum placidiſſimè reſpondit:

Beatiſſime Pater, Nunquam Nobis perſuadere potuiſſemus, quod dum Jura noſtra Imperialia circa feuda in Italia, & in Statu Romano ſita, juxtà leges feudales, & Noſtram juramenti religione confirmatam Cæſaream Capitulationem vindicamus, Vaſallos Noſtros in Italia præſtanda Nobis ſibi incumbentia requiſita, & renovationem inveſtiturarum legitimè citando, & ut citationes ad omnium notitiam pervenirent, eas ad valvas Palatij immunis apud Beatitudinem veſtram Romæ Noſtri Oratoris publicanda, Beatitudo, veſtra id ægrè ferret, & tanquam violationem Jurisdictionis ſibi competentis interpretaretur literis ad Nos ſub dato 17. Junij exaratis, acerbiſſimum animi ſui ſenſum contra publicationem Sanctionis Noſtræ Imperialis Nobis ſignificando, quod cùm præcipuæ partes Noſtræ eſſe debeant, pro eâ, quam obtinemus Imperij Majeſtate, in tuendis Eccleſiæ Romanæ juribus, quæ Religioſiſſimi inclytique Majores Noſtri, magnifico in illam ſtudio augere ſemper & amplificare ſtuduerunt: Nos Conteſtationes Noſtras toties, & non in una re palàm factas, jàm in contrarium negligeremus, ac proinde ipſimet poſt exactiorem hujus rei ponderationem cognituri ſimus, quod Veſtra Beatitudo differre non poſſit, illa in contrarium adhibere remedia, quæ Eidem pro tuendis juribus ſuis neceſſaria videantur, petendo, ut illatam Beatudini Verſtæ ab Oratore Noſtro injuriam, quæ omnem verborum explicationem ſupergrediatur, publico documento reparemus, quò omnibus innoteſcat, antiquiora non eſſe Nobis Magnitudinis Noſtræ decora, quàm Sanctæ Sedis dignitatem. Neque in hoc ſubſtitit Beatitudinis Veſtræ alteratio animi, verùm eâdem die ſcriptarum ad Nos literarum, contrarium, Noſtræ ad Vaſallos Noſtros directæ Citationi, Edictum publicari juſſit, quod nulli cujuſcunque etiam Imperialis vel Regiæ dignitatis perſonæ liceat, Romæ, vel in ſtatu Temporali Eccleſiæ Romanæ, ullum affigere Edictum ſinè Beatitudinis Veſtræ licentia & conſenſu, & ſi ſecus fiat, pro attentato & turbatione Jurisdictionis Pontificiæ haberi debeat, caſſando prætensè Edictum Noſtrum, etiam ſi ſolùm concerneret bona feudalia in ſtatu Eccleſiaſtico ſita, eò quod etiam illa ab alto, directo, Supremo, & abſoluto Domino S. Sedis Apoſtolicæ unicè dependeant, & non ab ullo alio Principe. Ne tamen poſſeſſores Talium bonorum per citationem Noſtram in errorem incurrant, mandavit omnibus ſubditis & perſonis ſimilia bona poſſidentibus, ut nullum alium Principem præter B.

V.

Digitized by Google

B. V. recognoſcant, neque recipiant, aut exhibeant Inveſtituras, confirmationes, conceſſiones, aut alios titulos, aut ſub vigore Decreti Noſtri, vel alio quovis colore & prætextu, homagium, aut recognitionem feudalem præſtent apud quemcunque, ſub pœnis Apoſtolicarum Conſtitutionum, rebellionis, confiſcationis, læſæ Majeſtatis, & aliis, contra uſurpantes jura & bona Eccleſiaſtica conſtitutis. Acerba, injuſta, malè fundata, & juri tam Canonico quam feudali adverſantia, Nobis meritò viſa ſunt hæc omnia, cum non credamus, aut Beatitudinem Veſtram aut ullum mortalium imputare Nobis aut velle aut poſſe, quod S. Sedis Apoſtolicæ & Romanæ Eccleſiæ jura in minimo lædere vel diminuere unquam tentaverimus, de quo Nobis omnes actiones Noſtræ & Auguſtæ Domus Noſtræ Auſtriacæ abundans tribuunt teſtimonium; & bella pro Chriſtianitate & tuitione S. Eccleſiæ contra Turcas, juratos Chriſtiani nominis hoſtes, eorumque ſocios & fœderatos cum ſumptibus immenſis, & ingentibus Noſtris ſolis Expenſis in hunc uſque diem geſta, ſufficienter oſtendunt. Nihil planè per citationem Vaſallorum Noſtrorum in Italia, & ſtatu Romanæ Eccleſiæ commorantium egimus, niſi quod jura Canonica, per deciſiones Pontificum, & conſuetudines feudales Nobis clarè tribuunt, atque ad quod Nos officij Noſtri Imperialis ratio & Capitulatio Cæſarea obligat. Dùm econtrà per Edictum B. V. Vaſalli Noſtri in poſſeſſione malæ fidei, feloniâ & contumaciâ, à debito feudali Nobis exhibendo, contra meliorem eorum ſcientiam & conſcientiam, cum graviſſimo Noſtro & totius Romani Imperij præjudicio, confortantur. Quod enim feuda, ad Nos & Imperium Romanum ſpectantia, in Statu Romano, paſſimque in Italia reperiantur, id rei evidentia, Inveſtituræ Imperiales, quamplurima documenta, Imperialia in feudis inſignia, & ipſæ Bullæ Pontificum, Beatitudinis Veſtræ Prædeceſſorum, atteſtantur. In talibus autem feudis Imperialibus, actus feudales, quantum, videlicet inveſtituras Vaſallorum, citationes ad illas renovandas, obſequia feudalia, cognitionem ſuper feloniâ, & alia concernunt, nemini niſi Domino feudi competunt; cum inauditum ſit, Dominum territorialem tales unquam actus exercuiſſe, aut exercere potuiſſe; ac proinde Domino feudi, non ſolùm illos, ſed & media ſinè quibus ad eos perveniri non poteſt; præſertim Imperatori, Advocato & Protectori Eccleſiæ Romanæ, prompto & bono animo concedi, & nullatenus impediri debere, ne tam jura Canonica quàm feudalia ſubvertantur, & Dominis Directis omnis ſuper feudis & Vaſallis cognitio adimatur.

Ex quibus omnibus ſicut Beatitudo Veſtra cognoſcit, per affixionem & publicationem Noſtræ Citationis, tanquam actum merè feudalem, & Nobis omni jure competentem, non Ejuſdem, ſed Noſtram è contrario Juriſdictionem ab Eadem eſſe læſam, dùm Beatitudo Veſtra non ſolum Edictum prætensè caſſatorium publicavit, ſed etiam omnibus Vaſallis Noſtris comparitionem apud Nos, nec non editionem inveſtiturarum & docu-

cumentorum, ſub graviſſimis pœnis, inhibuit, quæ omnia juri Canonico & feudali, nec non ipſi æquitati contrariantur, atque minus conveniunt cum præcepto Chriſti Domini, quo jubet, ut tribuantur Cæſari, quæ ſunt Cæſaris, quod Beatitudini Veſtræ ſemper cordi eſſe, nulli dubitamus; proindè amanter & Filialiter confidimus, Eandem ſublato ſuo Edicto contrario juribus Noſtris locum daturam, inhibitionem Vaſallis Noſtris factam, abrogaturam, atque exercitium jurium Noſtrorum feudaſium porrò nullatenùs impedituram eſſe, pro avertendis omnibus incommodis, quæ evitari ex toto corde optamus, *&c.*

Poſt hæc ita peracta non pauci Vaſalli obligationem ſuam feudalem agnoverunt, uti factum de Civitate Albani cum pertinentiis, Feudo ſeu Marcheſato Carpegna & del Monte, Piumbino, Farneſe, Monte Feltro, Feudis Comitum Moreri & aliis, quos laudabili exemplo præeuntes ſinè dubio plures pari fidelitatis & debiti præſtandi ſtudio ſubſequentur.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google